DE ROXAS

HISPANI, MINORITANI,

TOLETANI, SVPREMÆ INQVISITIONIS
in rebus Fidei Theologi Moderatoris, & Sanctæ
Prouinciæ Caſtellæ alumni obſeruantis,

CATENA AVREA

SANCTORVM ECCLESIÆ DOCTORVM,

per maris abyſſum Euangelicæ Hiſtoriæ nauigantium:

SECVNDVM ORDINEM A ROMANA CATHOLICA ECCLESIA
præfixum, vt præſtantius diuini verbi præcones per annum integrum gyrare poſſint.

TRANSLATIONES ANTIQVIORES ET NEOTHERICÆ
etiam adducuntur quæ ad litteralem, & moralem ſenſum vtiliùs conducunt.

Tomus Secundus,

Continens à ſecundo capite ſecundum Ioannem de primo ſigno Diuinitatis Chriſti in Cana Galilææ ad nuptias facto, vſque ad vigeſimum Matthæi de Chriſti Paſſione & de ambitione filiorum Zebedæi.



LVGDVNI,
Sumpt. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD,

M. DC. LI.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

ILLVSTRISSIMO ADMOD.^{um} R.^{mo}

OMNIQVE LAVDE DIGNISSIMO

P.N.F. PETRO MANERO,

TOTIVS FAMILIÆ MINORITANÆ SERAPHICI P. N. FRANCISCI GENERALI DIGNISSIMO,

Fr. FRANCISCVS DE ROXAS *Catenam auream Sanctorum Eccleſiæ Patrum dicat, & conſecrat.*

N*VLLA maior voluptas*, (ait tuus Aſſecla Diamantinus Tertullianus,) *Nulla inquam voluptas maior, quam faſtidium voluptatis*, & reuera potentes ſæculi, viri famoſi, Principes excelſi, quibus duodecim tomos ſacraui, faſtidioſi (ne dicam ingratos,) ſunt animæ meæ vſquequo ſæcula, quæ certabant, vt ſub tanto Præſule gauderent, (præſtò ſunt,) ô Petre Petra refugium Herinaceis, MANERO, id eſt, *ros manè oriens, quanta cum admiratione à manè ortus feliciſſimi tui vſque ad ſenectam, & ſenium, à ſolis ortu vſque ad occaſum, concreuit in pluuiam doctrina tua; fluit, vt ros, eloquium tuum.* Teſtes ſunt inenarrabiles Commentariorum labores ſuper Tertullianum, quibus in adoleſcentia tua floribus eloquentiæ, & acumine ſapientiæ orbem decoraſti, cultos erudiſti, criticos illuſtraſti, & ingenioſos lætificaſti. Præſul inuictiſſime audi tui ſimilem nomine, & re Petrum Damianum lib.6. epiſt.5. explicans ferè cognomen tuum Manhu Exod. 16. *Quod admirationem indicat. Quid eſt hoc? Illi ergo*, (ait Sanctus,) *Manà, id eſt, mane rore colligant qui dum legunt, vel audiunt diuini verbi myſterium ſolerter inquirunt, qui nimirum intra litteralem paleæ techam, dulcem intelligentiæ ſpiritualis ambiunt enucleare medullam. Hic certè quid eſt hoc? veraciter veſcitur qui in aſſidua Theologiæ, & Sacræ Scripturæ ſolerter inquiſitione verſatur.* Fantur pro te Præſul digniſſime hæc? Reſpondeant Tribunal Sanctæ Inquiſitionis Cæſarauguſtanæ, & Regales Conſules illius opulentiſſimi, & fideliſſimi Regni, vbi nullum arduum Fidei negotium, neque Regni, & Eccleſiæ fulcimentum, & enucleatio euenit, quod à tuo graui, & maturo conſilio non decernatur.

Tertullian. lib.6.de ſpectac. c. 18.

Pſ.70.n.18. Deut. 31.

Exod.16.

Teſtes ſint Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pro Comitiis Generalibus Capituli Seraphicæ Religionis aſſiſtentes, vbi vnanimiter Theologi, & Magiſtri Patres, & te (pro improuiſo caſu,) & defectu cuiuſdam conclusiones defendentis, ſubito tanta ſententiarum Scoti ſubtilitate, eloquentia, & ſapientia loquutus es, quòd omnes vnanimiter acclamabant dicentes: Manhu, vel manè ros eloquentiæ, & ſapientiæ. Quid eſt hoc? Sed audi B. Ennodium, audi, quaſi tecum loquentem lib. 1. epiſt. 12. ait: *Pulchra, quæ ſcribis ſapis, & doces; ſed ego plus amo fortia. Redimita ſunt floribus, ſed poma plus diligo.* Quaſi dicat, lactis humanioris ſapientiæ cupidas alij miniſtrent; alij exundantes nectareis ſuccis crateres propinent; alij de Aſſueri ambitione flotidas menſas ferculorum varietate fartas exhibeant. Tu vero ſapientiſſime Præſes, iam vetera eloquentiæ pocula non curas, & ſolum, *Altilia Euangelica doctrina præparata*, & regulam Minorum reformatam ſolum aucupati feſtinas, vt in te compleatur, quod de Oniæ filio Simeone Eccleſiaſticus ſcripſit: *In diebus ipſius emanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à perditione.* Hæc, inquam, tua iam propria ſunt, quæ ſine ingenti labore conſequi non poſſunt, ſed æqualitas vultus in te eadem ita eſt, vt in proſpetis modeſtia, & temperantia; in aduerſis excelſa exagerati animi altitudo, inuictáque conſtantia, ita innata perſiſtat; quod in altitudinem maris conſtitutus, neque ventis, & impulſionibus comprimi, neque fluctibus demergi timeas; imò (præſidio ſingulari diuino,) teterrimi hoſtis incurſibus pro iacturis filiorum reſiſtes fœlicitérque omnia ſedabis: Ideò Catenam hanc auream Sanctorum Patrum tibi dicare decteui, qua velut alter Vlyſſes in incantationibus, & turbationibus procellarũ te fortiter cingas, & ligare coneris. Solue igitur iubente Domino Catenas Petre, culparum audaciæ, & temeritatis meæ; quia in adoptionem humaniſſimæ tuæ Paternitatis emancipare ſtatui: nam debui iure naturæ, quod proeliuiùs animus exhibebat non negare; quia ſæpenumerò recogitans, cui Principum fœtus tam fœcundos Sanctorum Eccleſiæ Doctorum ſacrarem, quem meliorem, vel amantiorem Parentem, quam ipſum meum, cor infatigabiliter pulſabat; quia debetur tibi, non ſolum quia Alumnus familiæ tuæ natus ſum, ſed mancipij, & nexi iure. Filium itaque non omninò alienum facies, ac ne alienum quidem, tuus filius ſemper fui, ſum, & ero, in quo particeps tuæ ampliſſimæ benedictionis perſiſtam. Nam verè ſcio, quod vt alter Iob: *Conſurgens diluculò offeras holocauſta pro ſingulis filiis, Deum deprecans, vt ſanctificet nos.* In hanc curam toto pectore præcipuè incumbis, vt filios tuos puros, & ab omni labe ſartos, rectóſque cuſtodias. Neque verò deeſt tibi præſtantiſſima illa rerum humanarum, atque diuinarum ſcientia, qua inſtructus, & armatus nodoſas proteruorum argumenta-

Matth. 22.

Eccleſ. 50. n. 3.

Iob 1. n. 5.

tiones diſſoluas, & tortuoſas cauillationes prudenter elidas. Teſtes ſunt opera Neapolis viriliter facta, vbi veluti alter Mathathias, vel Phinees pro defenſione Regis, & Patriæ, (adhuc, cum periculo vitæ) libellum contra Regale decorum viriliter abſtuliſti, confregiſti, & per aëra proieciſti. Propter quod, & ingentia, quæ pro Rege noſtro Catholico Philippo IV. inſigniter operaſti, peruenit ſicut de altero Duce inſigni Iuda, ad Regem nomen tuum, & de rebus in eius obſequium peractis in Curia à Principibus cum admiratione tractabatur. Et ipſe Regum Monarcha, non vt beneficiorum ingratus cum ipſo munere pœnam incurrit, (vt Seneca teſtatur,) neque diu remunerationem Regales manus hæſitauerunt, ſed pondere amoris propenſus, ad ſumma te elegit, ad fortia te vocauit, ad ſuprema te diſponit, & ad omnia hilari, & ſereno vultu te reſpicit aptum. Reliquum eſt, vt ſoluendo tam ineffabilia, & ſtupenda pignora Regalia recepta; conſiderationem augeas; quia quo plus ſolueris, plus debitor exiſtes Regi, & Deo, qui te tam irriguis, & præclaris donis dotauit, vt Eccleſiæ Sanctæ Dei vtiliter deſeruias, Regi inclyto Auſpici tuo indeſinenter auſcultes, Religionem Seraphicam Patris noſtri Franciſci repares, quæ vt vides, labitur, Vale.

2.Mach.3.

LECTORI OPTIMO.

I*MMERITO Plinius Authores reprehendit*, Qui vt doctrinam publicent ſuam, nil aliud præſtant, quam nomina Authorum, à quibus acceperunt, expungere: *Quia Catenatus liber Aureis pignoribus Sanctorum Patrum Eccleſiæ ſubſcriptus ſimul in verſutias Parabolarum, & Sacra Pagina*
Eccleſ.39. *intelligentias introibit, & tanquam verus ſapiens occulta Sacramenta Euangelij elucidabit, & nomen æternum adquiret à generatione in generationem; quia in Patribus, & Prophetis ſimul cum Sanctis lucernis ardentibus vacauit. Unde Hieronymus Nepotianum laudans*, Ingenuo pudore, *ait*, ornabat ætatem, quid cuius eſſet ſimpliciter confitebatur, atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditiſſimus habebatur. Illud, *aiebat*, Tertulliani, iſtud Cypriani, hoc Lactantij, iſtud Hilarij eſt, quorum Doctorum authoritate meam non puto obtenebrari doctrinam, ſed collimari, & perfici. *Fateor de Catena Aurea Sancti Thomæ oppignorari muneribus; ſed quis depauperatus, aut opprobriatus remanſit ex doctrina Angelica, ſed nimis ditatus? Quis ex fontibus irriguis doctrinæ eius non ſatis eruditus? Et vt rumor murmurantis non exaudiatur? Geminatos protuli ſenſus litterales & morales textos quaſi aures vermiculatas cum expoſitionibus Oleaſtri ferè in omnibus difficultatibus allegati, vt cauillosa, inuidáque murmurantis cenſura ceſſet; & bonis alienis plus torqueatur quia vix vſque hodie librum reperies ſcriptum, vbi vnus idemque Auctor in omni cogitatu ſemper ſententiam & acumen ingenij declaret, repetat, & illuſtret. Ex quo manifeſtè confuſa remanebit æmuli cenſura, & illæſa Authoris opinio, quod non ab aliquo Auctore tranſtulit repetita; ſed quod aſſiduo labore ex Patribus, Doctoribus Eccleſiæ Catenam Auream illuſtrauit, in duos diuiſam tomos, tertium & quartum à fortiori inceptos, ne opus claudicet, vel truncum remaneat Deo adiuuante, citò in lucem proferendos ſpero.* Vale.

CENSVRA

CENSVRA PATRVM LECTORVM Sacræ Theologiæ.

EX ſpeciali mandato Reuerendiſſimi P. N. Fratris Ioſeph Maldonado huius Ciſmontanæ familiæ, item & Indiarum Commiſſarij Generalis nos ſubſignati teſtamur attentè legiſſe, & ſumma cum animi delectatione vidiſſe librum, cui titulus, *Catena Aurea Sanctorum Eccleſiæ Doctorum per maris abyſſum Euangelicæ hiſtoriæ nauigantium authore* R. P. Fr. FRANCISCO DE ROXAS *Toletano ſupremæ inquiſitionis in rebus fidei Theologo, & alumno,* in quo perſpicuitatem doctrinæ cum ſoliditate coniunctam, ſelectiſſimas ſanctorum Patrum ſententias, & quæſtiones, ac legitimam variarum verſionum, & expoſitionum concordiam deprehendimus. Nil eſt contra fidem, imò inſtat author opportune, & conſtanter pro Euangelij, & interpretum eius veritate dignoſcenda, & concatenanda. Vnde poterit cum authoris laude, & Eccleſiæ vtilitate hoc opus typis mandari. Ita remur, & iudicamus. In Conuentu S. P. Franciſci Matritenſi die 2. Menſis Octob. ann. 1648.

Fr. GREGORIVS GARCIA *Lector Theologiæ.*

Fr. IOANNES A CRVCE *Lector Theologiæ.*

FACVLTAS.

FRATER Ioſephus Maldonado Commiſſarius Generalis, & ſeruus huius familiæ Ciſmontanæ, Ordinis Sancti Franciſci, Facultatem facimus vt Liber, cuius titulus *Catena Aurea Sanctorum Eccleſiæ Doctorum per maris abyſſum Euangelicæ hiſtoriæ nauigantium à Patre Fratre* FRANCISCO DE ROXAS *noſtræ Seraphicæ Religionis Theologo*, in tres Tomos diuiſus necnon Supremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis Qualificatore conſcriptus, & eiuſdem Religionis Lectorum Theologiæ iudicio approbatus, typis mandetur: In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo munitas dedimus. Matriti in Conuentu Beati P. N. Franciſci, die 20. Nouembr. anno 1649.

Fr. IOSEPHVS MALDONATVS
Commiſſarius Generalis.

D. M. S. R. P. Fr. PHILIPPVS DE LA TORRE
Secretarius Ordinis.

FRATER Petrus Manero Vice-Commiſſarius Generalis, & Seruus Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ S. P. N. Franciſci hac in familia Ciſmontana, &c. Facultatem facimus, vt Liber in tres Tomos diuiſus cuius titulus, *Catena Aurea Eccleſiæ Doctorum per maris abyſſam Euangelicæ hiſtoriæ nauigantium* à P. Fr. FRANCISCO DE ROXAS noſtræ Seraphicæ Religionis Theologo, & Prouinciæ Caſtellæ alumno Viſitatori noſtræ Almæ Prouinciæ Valentinæ Commiſſario: necnon Supremæ Sanctæ Inquiſitionis Qualificatore conſcriptus, & eiuſdem Religionis Lectorum Theologiæ iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra conſcriptas, & ſigillo munitas dedimus Matriti in Conuentu S. P. Noſtri Franciſci die 8. Menſis Septembris, anno 1650.

Fr. PETRVS MANERO *Vice-Commiſſarius Generalis.*

De mandato R. P. N. Vice-Commiſſarij Generalis.

Fr. FRANCISCVS CLERRA *Secretarius Generalis.*

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infra ſubſcripti Doctores Pariſienſes fidem facimus Librum cui præfigitur pro titulo, *Catena Aurea in Euangelia totius anni*, authore R. P. FRANCISCO DE ROXAS Minoritano nihil quod aduerſetur fidei, & bonis moribus continere quod teſtimonium ſyngraphis noſtris muniuimus hac die vigeſima-quarta Maij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo primo. Lugduni.

Fr. IOANNES ROBBE', *Ordinis Prædicatorum.*

Fr. FRANCISCVS LORNET, *Ordinis Prædicatorum.*

PERMISSIO.

VISA Doctorum Approbatione, Ego infrà ſcriptus Regio nomine non impedio, quin hic Liber inſcriptus, *Catena Aurea in Euangelia, &c.* à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & CLAVDIO RIGAVD Bibliopolis Lugdunenſibus excuſus in publicam lucem prodeat, cum defenſione, tali caſu requiſita, & ſolita. Actum Lugduni 26. Maij 1651.

LORIN.

CONSENSVS.

ITA & me non diſſentiente fiat. Lugduni die 26. Maij 1651.

CHARRIER.

CATHA

CATHALOGVS

TRACTATVVM, ET DIFFICVLTATVM, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

TRACTATVS I.

ad litteram.

Difficultas I. QVARE Chriſtus vocatus eſt ad nuptias. num.1. & ſeqq. pag.4
II. Quare Virgo Maria dixit Filio ſuo vinum non habent. n.13.& ſeqq.p.5
III. Quare dixit Ieſus Matri ſuæ, quid mihi & tibi eſt mulier. n.19. & ſeqq. ibid.
IV. Quare dixit Chriſtus, nondum venit hora mea. n.27.& ſeqq. pag.6
V. Quare Virgo Maria dixit miniſtris, quodcumque dixerit vobis facite. n.31.& ſeqq. ibid.
VI. Quare dixit Ieſus, implete hydrias aqua. n.36.& ſeqq p.7
VII. Quare dixit Ieſus: Haurite nunc, & ferte Architriclino. n.42. & ſeqq. ibid.

TRACTATVS II.

ad mores.

VIII. QVare Chriſtus vocatus eſt ad nuptias. n.47.& ſeqq. pag.8
IX. Quare Virgo Maria dixit Filio ſuo vinum non habent. num.55. & ſeqq. p.9
X. Quare dixit Ieſus Matri ſuæ, quid mihi & tibi eſt mulier. n.58. & ſeqq. p.10
XI. Quare dixit Chriſtus, nondum venit hora mea. n.63.& ſeqq. ibid.
XII. Quare Virgo Maria dixit miniſtris, quodcumque dixerit vobis facite. n.68 & ſeqq.p.11
XIII. Quare dixit Ieſus, implete hydrias aqua. n.75.& ſeqq.p.12
XIV. Quare dixit Ieſus: Haurite nunc, & ferte Architriclino. n 81. & ſeqq. ibid.

TRACTATVS III.

ad litteram.

Difficultas I. QVare Architriclinus guſtauit vinum miraculoſum. n.91.& ſeqq. p.15
II. Quare dixit Architriclinus, omnis homo primum vinum bonum ponit, deinde quod deterius eſt. n.96.& ſeqq. ibid.
III. Quare dicitur, hoc fecit Ieſus ſignum in Cana Galilææ. n.99. & ſeqq. p.16
IV. Quare dicitur, quod crediderunt in eum Diſcipuli eius. n.102. & ſeqq. ibid.

TRACTATVS IV. ad mores.

V. QVare Architriclinus guſtauit vinum miraculoſum. n.106.& ſeqq. p.17
VI. Quare dixit Architriclinus, omnis homo primum vinum bonum ponit, deinde quod deterius eſt. n.112.& ſeqq. p.17
VII. Quare dicitur, hoc fecit Ieſus ſignum in Cana Galilææ. n.114 & ſeqq. p.18
VIII. Quare dicitur, quod crediderunt in eum Diſcipuli eius. n.115. & ſeqq. ibid.

TRACTATVS V. ad litteram.

Difficultas I. QVare turbæ ſequebantur Chriſtum. n.120.& ſeqq. pag.20
II. Quare leproſus non fuit curatus in monte. n.126.& ſeqq.ibid.
III. Quare leproſus dixit Domine, ſi vis potes me mundare. n.129. & ſeqq. p.21
IV. Quare Chriſtus leproſum tetigit. n.135.& ſeqq. ibid.
V. Quare dicitur volo mundare. n.140.& ſeqq. ibid.
VI. Quare Chriſtus leproſum iuſſit, quod nemini diceret ſanitatem. n.144.& ſeqq. p.22

TRACTATVS VI. ad mores.

VII. QVare turbæ ſequebantur Chriſtum. n.151.& ſeqq. pag.23
VIII. Quare leproſus non fuit curatus in monte. n.155.& ſeqq. ibid.
IX. Quare leproſus dixit Domine, ſi vis potes me mandare. n.159. & ſeqq. p.24
X. Quare Chriſtus leproſum tetigit. n.164.& ſeqq. p.25
XI. Quare dicitur volo mundare. n.168.& ſeqq. ibid.
XII. Quare Chriſtus leproſum iuſſit, quod nemini diceret ſanitatem, n.171.& ſeqq. ibid.

TRACTATVS VII. ad litteram.

Difficultas I. AN Centurio iſte erat Iudæus, vel Gentilis. n.179. & ſeqq. p.28
II. Quare Centurio cum tanta inſtantia motus fuit ad orandum pro ſeruo. n.181.& ſeqq. ibid.
III. Quare dixit Ieſus, ego veniam, & curabo eum. n.187.& ſeqq. p.29
IV. Quare dixit Centurio: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. n.191.& ſeqq. ibid.
V. Quare Ieſus dixit ſequentibus ſe, non inueni tantam fidem in Iſraël. n.195.& ſeqq. ibid.
VI. Quomodo intelligatur, vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. n.199. & ſeqq. p.30
VII. Quare dicitur, & ſanatus eſt puer in illa hora. n.204.& ſeqq. ibid.

TRACTATVS VIII. ad mores.

VIII. AN Centurio iſte erat Iudæus, vel Gentilis. n.205.& ſeqq. pag.31
IX. Quare Centurio cum tanta inſtantia motus fuit ad orandum pro ſeruo. n.210.& ſeqq. ibid.
X. Quare dixit Ieſus, ego veniam, & curabo eum. n.213.& ſeqq p.32
XI. Quare dixit Centurio Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. n.217.& ſeqq. ibid.
XII. Quare Ieſus dixit ſequentibus ſe, non inueni tantam fidem in Iſraël. n.221.& ſeqq. p.33
XIII. Quomodo intelligatur, vade, & ſicut credidiſti fiat tibi. n.226. & ſeqq. p.34
XIV. Quare dicitur, & ſanatus eſt puer in illa hora. n.229.& ſeqq. p.35

TRACTATVS

TRACTATVS IX.
ad litteram.

Difficultas I. Qvare Chriſtus non recepit, niſi ſolos Diſcipulos in nauicula.n.236.& ſeqq. p.37
II. Quare dicitur, quod tempeſtas fuit magna.n.240 & ſeqq. ibid.
III. Quare dicitur, quod Ieſus dormiebat. num.247. & ſeqq. pag.38
IV. Quare dixerunt Diſcipuli, Domine ſalua nos perimus.num.254. & ſeqq. ibid.
V. Quare Chriſtus Diſcipulos vocauit modicæ fidei.n.258.& ſeqq. pag 39
VI. Quomodo ad imperium Chriſti facta eſt tranquillitas magna. n.261.& ſeqq. ibid.
VII. Quare omnes mirati ſunt dicentes, quis eſt hic, quia mare & venti obediunt ei. n.266 & ſequent. p.40

TRACTATVS X.
ad mores.

VIII. Qvare Chriſtus non recepit, niſi ſolos Diſcipulos in nauicula.n.273.& ſeqq. p.40
IX. Quare dicitur, quod tempeſtas fuit magna. n.276 & ſeqq p.41
X. Quare dicitur, quod Ieſus dormiebat. num.281. & ſeqq. pag.42
XI. Quare dixerunt Diſcipuli, Domine ſalua nos perimus.num.286. & ſeqq. p.43
XII. Quare Chriſtus Diſcipulos vocauit modicæ fidei n.288.& ſeqq. ibid.
XIII. Quomodo ad imperium Chriſti facta eſt tranquillitas magna. n.292.& ſeqq. p.44
XIV. Quare omnes mirati ſunt dicentes, quis eſt hic, quia mare & venti obediunt ei. n.296.& ſequent. p.45

TRACTATVS XI.
ad litteram.

Difficultas I. Qvare Chriſtus Parabolam zizaniorum prædicauit. n.307.& ſeqq. p.47
II. Quis eſt iſte homo, quis ager, & quid eſt ſemen. n.310. & ſeqq. pag.48
III. Quare dicitur, quod dormientibus hominibus venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania.n.314 & ſeqq. ibid.
IV. Qui ſunt ſerui, qui ad Patrem familias acceſſerunt, & quis eſt inimicus homo, qui malum fecit.n 319.& ſeqq. p.49
V. Quare dicitur, ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum. num. 324. & ſeqq. ibid.
VI. Quare Pater familias dixit, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem n.329.& ſeqq. ibid.
VII. Quare dicitur, colligite primum zizania n.333.& ſeqq. p 50

TRACTATVS XII.
ad mores.

VIII. Qvare Chriſtus Parabolam zizaniorum prædicauit. n.339 & ſeqq. p 51
IX. Quis eſt iſte homo, quis ager, & quid eſt ſemen. n.346.& ſeqq. pag.52
X. Quare dicitur, quod dormientibus hominibus venit inimicus, & ſuper ſeminauit zizania.n 350 & ſeqq. p.53
XI. Qui ſunt ſerui, qui ad Patrem familias acceſſerunt, & quis eſt inimicus homo, qui malum fecit.n.355.& ſeqq. ibid.
XII. Quare dicitur,ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum. n.361. & ſeqq. pag.54
XIII. Quare Pater familias dixit, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.n.366.& ſeqq. p 55
XIV. Quare dicitur, colligite primum zizania.n.373.& ſeqq. p 56

TRACTATVS XIII.
ad litteram.

Difficultas I. Qvare Chriſtus propoſuit parabolam de grano ſynapis. n.389.& ſeqq. p.59

II. Quid ſignificat granum ſynapis, cui Chriſtus regnum cœlorum comparat. n.394.& ſeqq. p.60

III. Quare dicitur, quod minimum eſt omnibus oleribus. n.398. & ſequent. ibid.

IV. Quæ ſunt volueres cœli, quæ requieſcunt in arbore ſynapis. n 404.& ſeqq. p.61

V. Quid ſignificatur per fermentum abſconditum.n.407.& ſequent. ibid.

VI. Quæ ſit mulier, quæ abſcondit fermentum in ſatis tribus. n.412 & ſeqq. p.62

VII. Quare dicitur, donec fermentarum eſt totum. n.418. & ſeqq. ibid.

TRACTATVS XIV.
ad mores.

VIII. Qvare Chriſtus propoſuit parabolam de grano ſynapis n.423.& ſeqq. p.59

IX. Quid ſignificat granum ſynapis, cui Chriſtus regnum cœlorum comparat. n.431.& ſeqq. p.64

X. Quare dicitur, quod minimum eſt omnibus oleribus. n.437.& ſequent. p.65

XI. Quæ ſunt volneres cœli, quæ requieſcunt in arbore ſynapis. n.441.& ſeqq. ibid.

XII. Quid ſignificatur per fermentum abſconditum. n.448. & ſeqq. pag.66

XIII. Quæ ſit mulier, quæ abſcondit fermentum in ſatis tribus. n.455.& ſeqq. p 67

XIV. Quare dicitur, donec fermentarum eſt totum. n.462. & ſeqq. pag.68

TRACTATVS XV.
ad litteram.

Difficultas I. Qvid intelligatur per regnum cœlorum, & per Patrem familias in hac parabola. n.467. & ſeqq. p.71

II. Quare dicitur, quod primo manè Pater familias exiit conducere operarios.num.472 & ſequent. pag.72

III. Quare dicitur conuentione autem facta ex denario diurno. n.477. & ſeqq. ibid.

IV. Quare otioſis in foro ſtantibus dixit Pater familias: quid hic ſtatis tota die otioſi. num.481. & ſeqq. ibid.

V. Quare dicitur; voca operarios, & redde illis mercedem. n.486. & ſeqq. p 73

VI. Quare incipit præmium laboris à nouiſſimis, & non à primis. n.492.& ſeqq. ibid.

TRACTATVS XVI.
ad mores.

VII. Qvid intelligatur per regnum cœlorum,& per Patrem familias in hac parabola. n 496. & ſeqq. p.74

VIII. Quare dicitur, quod primo manè Pater familias exiit conducere operarios. num.504 & ſequent. pag.75

IX. Quare dicitur conuentione autem facta ex denario diurno. n.510. & ſeqq. p.76

X. Quare otioſis in foro ſtantibus dixit Pater familias: quid hic ſtatis tota die otioſi. num.517. & ſeqq. p.77

XI. Quare dicitur; voca operarios, & redde illis mercedem. n.521. & ſeqq. p.78

XII. Quare incipit præmium laboris à nouiſſimis, & non à primis. n.529.& ſeqq. p.79

TRACTATVS XVII.
ad litteram.

Difficul-tas I. AN operarij iuſtè murmurabant accipiendo denarios ſingulos. n.538.& ſeqq. p.82
II. Quomodo intelligatur, nos qui portauimus pondus diei & æſtus. n.546.& ſeqq. p.83
III. Quare dicitur, amice non facio tibi iniuriam. n.551.& ſeqq. ibid.
IV. Quare dixit Pater familias, tolle quod tuum eſt & vade; volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. n.556.& ſeqq. p.84
V. Quare dicitur, an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum. n.557.& ſeqq. ibid.
VI. Quare dicitur, erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. n.562. & ſeqq. ibid.
VII. Quare dicitur, multi ſunt vocati, pauci vero electi n.565.& ſeqq. pag.85

TRACTATVS XVIII.
ad mores.

VIII. AN operarij iuſtè murmurabant accipiendo denarios ſingulos. n.569 & ſeqq. p.85
IX. Quomodo intelligatur, nos qui portauimus pondus diei & æſtus. n.578.& ſeqq. p.87
X. Quare dicitur, amice non facio tibi iniuriam. n.584.& ſeqq. p.88
XI. Quare dixit Pater familias, tolle quod tuum eſt & vade; volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. n.587.& ſeqq. ibid.
XII. Quare dicitur, an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum. n.594.& ſeqq. p.89
XIII. Quare dicitur, erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. n.597. & ſeqq. p.90
XIV. Quare dicitur, multi ſunt vocati, pauci vero electi. n.602.& ſeqq. pag.91

TRACTATVS XIX.
ad litteram.

Difficul-tas I. QVis eſt iſte ſeminator, & quomodo exiit. n.606.& ſeqq. pag.93
II. Quare verbum Dei vocatur ſemen. n.613.& ſeqq. p.94
III. Quare dicitur, quod ſemen cadens in via à volueribus comeſtum eſt. n.616.& ſeqq. ibid.
IV. Quod eſt ſemen, quod ſeminatum eſt ſuper petroſa. n.620.& ſeqq. ibid.
V. Quare dicitur, quod ſpinæ ſuffocauerunt ſemen. n.624.& ſequent. p.95
VI. Quomodò intelligatur, quod autem cecidit in terram bonam hi ſunt, qui retinent in corde bono. n.627.& ſeqq. ibid.
VII. Quare dicitur, hæc dicens, clamabat, qui habet aures audiendi, audiat. n 630.& ſeqq. ibid.
VIII. Quare dicitur, vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. n.634. & ſeqq. n.96

TRACTATVS XX.
ad mores.

IX. QVis eſt iſte ſeminator, & quomodo exiit n 640. & ſeqq. pag.97
X. Quare verbum Dei vocatur ſemen. n 644.& ſeqq. p.98
XI. Quare dicitur, quod ſemen cadens in via à volueribus comeſtum eſt n.652.& ſeqq. p.99
XII. Quod eſt ſemen, quod ſeminatum eſt ſuper petroſa. n.658.& ſeqq. pag 101
XIII. Quare dicitur, quod ſpinæ ſuffocauerunt ſemen. n.663.& ſeqq. ibid.
XIV. Quomodo intelligatur, quod autem cecidit in terram bonam hi ſunt, qui retinent in corde bono. n.667.& ſeqq. p.102
XV. Quare dicitur, hæc dicens, clamabat, qui habet aures audiendi, audiat n.672.& ſeqq. p.103
XVI. Quare dicitur, vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. n.678. & ſeqq. p.104

TRACTATVS XXI.
ad litteram.

Difficultas I. QVare Chriſtus ſecretò aſſumpſit Diſcipulos ſuos. n.683 & ſeqq. p.106

II. Quare dixit Ieſus, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis. n.690. & ſeqq. pag.107

III. Quare dicitur, quod Principes Sacerdotum flagellabunt, & illud, & condemnabunt eum morte. n.693. & ſeqq. ibid.

IV. Quare dicitur & ipſi nihil horum intellexerunt. n.697. & ſeqq. pag.108

TRACTATVS XXII.
ad mores.

V. QVare Chriſtus ſecretò aſſumpſit Diſcipulos ſuos. n.701. & ſeqq. p.108

VI. Quare dixit Ieſus, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis n.708 & ſeqq. pag.109

VII. Quare dicitur, quod Principes Sacerdotum flagellabunt, & illud, & condemnabunt eum morte n.714. & ſeqq. p.110

VIII. Quare dicitur, & ipſi nihil horum intellexerunt. n.718. & ſeqq. pag.112

TRACTATVS XXIII.
ad litteram.

Difficultas I. QVare Chriſtus fecit hoc miraculum cum cœco qui iuxta viam erat. n.725 & ſeqq. p.114

II. Quare dicitur quod cœcus audiuit turbã prætereuntem. n.729. & ſeqq. p.115

III. Quare cœcus clamabat dicens, miſerere mei fili Dauid. n.732. & ſeqq. ibid.

IV. Quare turbæ increpabant cœcum vt taceret. n.737. & ſeqq. ibid.

V. Quare cœcus increpatus multo magis clamabat fili Dauid miſerere mei. n.740 & ſeqq. p.116

VI. Quare Chriſtus interrogauit cœcũ quid vellet. n.743. & ſeqq. ibid.

VII. Quare dixit Ieſus cœco, reſpice, fides tua te ſaluum fecit. n.743. & ſeqq. ibid.

VIII. Quare cœcus ſequebatur Chriſtum laudans eum. num.751. & ſeqq. p.117

TRACTATVS XXIV.
ad mores.

IX. QVare Chriſtus fecit hoc miraculum cum cœco qui iuxta viam erat n.755 & ſeqq. p.117

X. Quare dicitur quod cœcus audiuit turbã prætereuntem. n.759. & ſeqq. p.118

XI. Quare cœcus clamabat dicens, miſerere mei fili Dauid. n.763. & ſeqq. p.119

XII. Quare cœcus Chriſtum filium Dauid vocauit. n.765. & ſeqq. pag.120

XIII. Quare turbæ increpabant cœcum vt taceret. n.768. & ſeqq. p.120

XIV. Quare cœcus increpatus multo magis clamabat fili Dauid miſerere mei. n.769. & ſeqq p.121

XV. Quare Chriſtus interrogauit cœcum quid vellet. n.772. & ſeqq. pag.122

XVI. Quare dixit Ieſus cœco, reſpice, fides tua te ſaluum fecit. n.775. & ſeqq. p.122

XVII. Quare cœcus ſequebatur Chriſtum laudans eum. num.777. & ſeqq. p.123

TRACTATVS XXV.
ad litteram.

Difficultas I. QVid ſit ieiunium. num.784. & ſeqq p.126

II. Quomodo ieiunantes triſtes apparere non poſſunt. num.790. & ſeqq. p.127

III. Quomodo Hypocritæ exterminant faciem ſuam. num.796. & ſeqq. ibid.

IV. Quare dicitur, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ne videaris n 802. & ſeqq. p.128

V. Quare dicitur, nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo neque tinea demolitur. n.807. & ſeqq. ibid.

VI. Quare dicitur, theſaurizate vobis theſauros in cœlo. num. 813. &

& ſeqq. p.129
VII. Quare dicitur, vbi eſt theſaurus tuus,ibi,& cor tuum. num.817. & ſeqq. ibid.

TRACTATVS XXVI.
ad mores.

VIII. Quid ſit ieiunium. num.821. & ſeqq. p.130
IX. Quomodo ieiunantes triſtes apparere non poſſunt. num.824. & ſeqq. p.131
X. Quomodo Hypocritæ extermi-nant faciem ſuam. num. 827. & ſeqq. ibid.
XI. Quare dicitur, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ne videaris. n.829.& ſeqq. p.132
XII. Quare dicitur,nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo neque tinea demolitur. n.833.& ſeqq. p.133
XIII. Quare dicitur, theſaurizate vobis theſauros in cœlo. num.837. & ſeqq. p.134
XIV. Quare dicitur, vbi eſt theſaurus tuus,ibi,& cor tuum.num.847. & ſeqq. p.135

TRACTATVS XXVII.
ad litteram.

Difficultas I. Quare ad exagerandam fidem Centurionis dixit Chriſtus, quod filij huius ſæculi eiciendi erant in tenebras exteriores. n.856.& ſeqq. p.138
II. Quid ſit fletus & ſtridor dentium. n.861.& ſeqq. p.139

TRACTATVS XXVIII.
ad mores.

III. Quare ad exagerandam fidem Centurionis dixit Chriſtus, quod filij huius ſæculi eiciendi erant in tenebras exteriores. n.868.& ſeqq. p.140
IV. Quid ſit fletus & ſtridor dentium. n.875.& ſeqq. p.142

TRACTATVS XXIX.
ad litteram.

Difficultas I. Quomodo dicitur, quod ab antiquis dictum eſt:Odio habebis inimicum tuum.n.893. & ſeqq. p.147
II. Quomodo intelligatur,benefacite his,qui oderunt vos. num.894. & ſeqq. ibid.
III. An licitè poſſit quis gaudere de malis inimici. num.905.& ſeqq. pag.148
IV. Quomodo intelligatur, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.n.907.& ſeqq. ibid.
V. Quare dicitur, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt.num.912. & ſeqq. p.149
VI. Quomodo intelligatur ſi enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis. n.916.& ſeqq. ibid.
VII. Quomodo homines poſſunt eſſe perfecti ſicut Pater æternus perfectus eſt. num.919.& ſeqq. pag.150

TRACTATVS XXX.
ad mores.

VIII. Quomodo dicitur, quod ab antiquis dictum eſt odio habebis inimicum tuum.n.923. & ſeqq. p.151
IX. Quomodo intelligatur,benefacite his,qui oderunt vos. num.927. & ſeqq. p.152
X. An licitè poſſit quis gaudere de malis inimici. n.932. & ſeqq. ibid.
XI. Quomodo intelligatur, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. n.935.& ſeqq. p.153
XII. Quare dicitur, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt.num.944. & ſeqq. p.155
XIII. Quomodo intelligatur, ſi enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis. n.949.& ſeqq. p.156
XIV. Quomodo homines poſſunt eſſe perfecti ſicut Pater æternus perfectus eſt. num.956.& ſeqq. pag.157

TRACTATVS XXXI. ad litteram.

Difficultas I. Qvare Chriſtus permiſit Diſcipulos nauigare, & ipſe ſolus remanſit in terra. n.967. & ſeqq. p.160
II. Quare Chriſtus exercet Diſcipulos ſuos in periculo maris. n.970.& ſeqq. ibid.
III. Quare venit Ieſus ambulans ſupra mare & volebat præterire illos n.975.& ſeqq. p.161
IV. Timuerunt & clamauerunt Diſcipuli exiſtimantes, quod phantaſma eſſet, & quomodo ſtupefacti potuerunt clamare. n.979. & ſeqq. ibid.
V. Reſponſio, Quare Chriſtus loquutus eſt dicens confidite, ego ſum nolite timere. num.972. & ſeqq. p.162
VI. Quare dicitur, quod aſcendens Ieſus in nauiculam ceſſauit ventus. n.989.& ſeqq. ibid.

TRACTATVS XXXII. ad mores.

VII. Qvare Chriſtus permiſit Diſcipulos nauigare; & ipſe ſolus remanſit in terra. n 992. & ſeqq. p.163
VIII. Quare Chriſtus exercet Diſcipulos ſuos in periculo maris. n.1002.& ſeqq. p.164
IX. Quare venit Ieſus ambulans ſupra mare & volebat præterire illos n 1006 & ſeqq. p.166
X. Timuerunt & clamauerunt Diſcipuli exiſtimantes, quod phantaſma eſſet, & quomodo ſtupefacti potuerunt clamare. n.1010. & ſeqq. ibid.
XI. Reſponſio, Quare Chriſtus loquutus eſt dicens confidite, ego ſum nolite timere. num.1018. & ſeqq. p. 168
XII. Quare dicitur, quod aſcendens Ieſus in nauiculam ceſſauit ventus. n.1026.& ſeqq. p.170

TRACTATVS XXXIII. ad litteram.

Difficultas I. Qvis fuerit ſpiritus à quo Chriſtus ductus eſt in deſertum. n.1038.& ſeqq. p.173
II. Quare Diabolus Chriſtum tentauit in deſerto. n.1044. & ſeqq. ibid.
III. An Chriſtus in his diebus aliquid comederit. num.1051.& ſeqq. pag.174
IV. Quare accedens tentator dixit, dic vt lapides iſti panes fiant. n.1057 & ſeqq. p.175
V. Quare Chriſtus reſpondit, non in ſolo pane viuit homo. n.1062. & ſeqq. ibid.
VI. Quare dicitur quod Diabolus aſſumpſit Chriſtum, & ſtatuit eum ſupra pinaculum templi. n.1068.& ſeqq. p.176
VII. Quid intentauit Diabolus dicens mitte te deorſum. num. 1072. & ſeqq. ibid.
VIII. Quomodo Diabolus oſtendit Chriſto omnia regna mundi. n.1076.& ſeqq. p.177
IX. Quomodo intelligatur hæc omnia tibi dabo, ſi cadens in terram adoraueris me. n.1081.& ſeqq. ibid.
X. Quare dicitur quod reliquit eum Diabolus, & quod acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. n.1086.& ſeqq. p.178

TRACTATVS XXXIV. ad mores.

XI. Qvis fuerit ſpiritus à quo Chriſtus ductus eſt in deſertum. n.1091.& ſeqq. p.179
XII. Quare Diabolus Chriſtum tentauit in deſerto. n.1097.& ſeqq. pag.180
XIII. An Chriſtus in his diebus aliquid comederit. num.1104.& ſeqq. pag.182
XIV. Quare accedens tentator dixit, dic vt lapides iſti panes fiant. n.1109.& ſeqq. p.183

XV. Quare

XV. Quare Chriſtus reſpondit, non in ſolo pane viuit homo. n. 1016. & ſequentib. p. 184
XVI. Quare dicitur quod Diabolus aſſumpſit Chriſtum, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi. n. 1119. & ſequentib. ibid.
XVII. Quid intentauit Diabolus dicens mitte te deorſum. num. 1123. & ſeqq. p. 185
XVIII. Quomodo Diabolus oſtendit Chriſto omnia regna mūdi. n. 1125. & ſeqq p. 186
XIX. Quomodo intelligatur hæc omnia tibi dabo, ſi cadens in terram adoraueris me. n. 1128. & ſeqq. ibid.
XX. Quare dicitur quod reliquit eum Diabolus & quod acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. n. 1134. ſeqq. p. 188

TRACTATVS XXXV.
ad litteram.

Difficultas. I. QVid Chriſtus egit de iudicio. n. 1141. & ſeqq. p. 190
II. Quare dicitur quod Chriſtus veniet cum poteſtate magna, & quod ſedebit ſuper ſedem. n. 1145. & ſeqq. p. 191
III. Quomodo congregabuntur omnes gentes ad iudicium. n. 1150. & ſeqq. ibid.
IV. Quomodo ſeparabit eos ad inuicem ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis. n. 1153. & ſeqq. p. 192
V. Quare dixit iuſtis, venite benedicti Patris mei n. 1157. & ſeqq ibid.
VI. Quare dixit Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. num. 1163. & ſequentib. p. 193
VII. Quare impiis dicetur diſcedite à me, ite in ignem æternum, quod paratum eſt Diabolo. n. 1167. & ſequentib. ibid.

TRACTATVS XXXVI.
ad mores.

VIII. QVid Chriſtus egit de iudicio. n. 1173. & ſeqq. p. 195
IX. Quare dicitur quod Chriſtus veniet cū poteſtate magna, & quod ſedebit ſuper ſedem. n. 1180. & ſequentib. p. 197
X. Quomodo congregabuntur omnes gentes ad iudicium. n. 1186. & ſequentib. p. 198
XI. Quomodo ſeparabit eos ad inuicem ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis. n. 1193. & ſeqq. p. 199
XII. Quare dixit iuſtis, venite benedicti Patris mei. n. 1197. & ſeqq. p. 200
XIII. Quare dixit eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. n. 1200. & ſeqq. p. 201
XIV. Quare impiis dicetur diſcedite à me, ite in ignem æternum, quod paratum eſt Diabolo. n. 1204 & ſequentib. p. 202

TRACTATVS XXXVII.
ad litteram.

Difficultas I. QVomodo vniuerſa ciuitas ingrediente Chriſto commota eſt. n. 1214. & ſeqq. p. 205
II. Quare interrogabant Iudæi dicentes quis eſt hic. n. 1219. & ſequentib. ibid.
III. Quare Chriſtus primo intrauit in templum. n. 1222. & ſeqq. ibid.
IV. Quare Chriſtus euertit menſas nummulariorum. num. 1225. & ſequentib. p. 206
V. Quare domus Dei facta eſt ſpelunca latronū n. 1229. & ſeqq ibid.
VI. Quare Chriſtus reſpondit ex ore infantium, & lactentium. n. 1231. & ſequentib. p. 207
VII. Quare Chriſtus relictis illis abiit foras. n. 1231. & ſequentib. ibid.

TRACTATVS XXXVIII.
ad mores.

VIII. QVomodo vniuerſa ciuitas ingrediente Chriſto commota eſt. n. 1241. & ſequentib p. 208
IX. Quare interrogabant Iudæi dicentes quis eſt hic. n. 1250. & ſequentib. p. 210
X. Quare Chriſtus primo intrauit in templum. n. 1255. & ſeqq. p. 211
XI. Quare Chriſtus euertit menſas nummulariorum. num. 1263. & ſequentib. p. 212
XII. Quare domus Dei facta eſt ſpelunca latronū. n. 1268. & ſeqq. p. 213
XIII. Quare Chriſtus reſpondit ex ore infantium, & lactentium. n. 1274. & ſequentib. p. 214
XIV. Quare Chriſtus relictis illis abiit foras. n. 1286. & ſeqq. p. 216

TRACTATVS XXXIX.
ad litteram.

Difficultas I. Qvare Phariſæi à Chriſto ſigna petiuerunt. n. 1305. & ſequentib. p.221

II. Quare vocauit Iudæos Chriſtus adulteros, & prauos.n.1309.& ſequentib. ibid.

III. Quare dedit eis ſignum Ionæ Prophetæ. n.1316.& ſequentib p.222

IV. Quare dixit Chriſtus, viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam n.1320 & ſequentib. ibid.

V. Quomodo Regina Auſtri eodemnabit Iudæos.n.1328.& ſeqq.p.223

VI. Quomodo intelligatur, cum ſpiritus immundus exierit ab homine ambulat per loca num.1333.& ſequentib. ibid.

TRACTATVS XL.
ad mores.

VII. Qvare Phariſæi à Chriſto ſigna petiuerunt.n.1341.& ſequentib. p.225

VIII. Quare vocauit Iudæos Chriſtus adulteros & prauos.n.1346. p.226

IX. Quare dedit eis ſignum Ionæ Prophetæ. n.1350.& ſequentib.p.227

X. Quare dixit Chriſtus, viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. n.1358.& ſequentib.p.228

XI. Quomodo Regina Auſtri eodemnabit Iudæos.n.1368.& ſeqq.p.230

XII. Quomodo intelligatur, cum ſpiritus immundus exierit ab homine ambulat per loca num.1376 & ſequentib. p.231

TRACTATVS XLI.
ad litteram.

Difficultas I. Qvare Chriſtus ibat in ciuitatē Tyri, & Sidonis cum gētiles eſſet.n.1394 & ſeqq p.236

II. Quare Chananæa clamabat dicendo miſerere mei fili Dauid. n.1399.& ſequentib. ibid.

III. Quare Diſcipuli dixerunt dimitte eam,quia clamat poſt nos. n 1404. & ſequentib. p. 237

IV. Quare Chriſtus dixit, mulier non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus. n.1408. & ſequentib. ibid.

V. Quare Chananæa dixit vtique Domine:nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa. n.1411.& ſequentib. ibid.

VI. Quare Chriſtus dixit, ô mulier, magna eſt fides tua. n. 1417. & ſequentib. p.238

TRACTATVS XLII.
ad mores.

VII. Qvare Chriſtus ibat in ciuitate Tyri, & Sidonis eum gentiles eſſent. n.1423.& ſeqq p.239

VIII. Quare Chananæa clamabat dicendo miſerere mei fili Dauid. n.1429 & ſequentib, p.240

IX. Quare Diſcipuli dixerunt, dimitte eam, quia clamat poſt nos. b.1436.& ſequentib. p.241

X. Quare Chriſtus dixit, mulier non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. n. 1441. & ſequentib. p.242

XI. Quare Chananæa dixit vtique Domine:nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa. n.1449.& ſequentib. p.244

XII. Quare Chriſtus dixit, ô mulier, magna eſt fides tua n.1458. & ſequentib. p.245

TRACTATVS XLIII.
ad litteram.

Difficultas I. Qvare Chriſtus aſcendit ad diem feſtiuum,& quod erat feſtum iſtud.n.1473.& ſequentib. p.250

II. Quare Hieroſolymis erat Probatica Piſcina, & ad quid.n.1477. & ſequentib. ibid.

III. Quare dicitur erat ibi homo 38. annos habens in infirmitate ſua. n.1480.& ſequentib. p.251

IV. Quare Chriſtus dixit Paralytico vis ſanus fieri. n.1485. & ſeqq. ibid.

V. Quare dixit Ieſu Paralyticus, hominem non habeo. n. 1490. & ſequentib. p.252

VI. Quare dixit Ieſus languido tolle grabatū tuū. n.1495.& ſeqq.ibid.

VII. Quare Paralytico dixerunt Sabbathum eſt non licet, &c. n.1499.& ſequentib. ibid.

VIII. Quare

VIII. Quare in templo dixit Ieſus Paralytico, &c. Ecce ſanus factus es.n.1502. & ſequentib. p.253
IX. Quare Paralyticus dixit Iudæis, quod Ieſus erat,&c.n.1507.& ſeqq. ibid.
X. Quare Iudæi perſequebantur Ieſum, quia hoc in Sabbatho curabat. n.1511. & ſequentib. p.254

TRACTATUS XLIV.
ad mores.

XI. Quare Chriſtus aſcendit ad diem feſtorum,& quod erat feſtum iſtud. n.1515.& ſeqq. p.254
XII. Quare Hieroſolymis erat Probatica Piſcina,& ad quid.n.1520.& ſeqq. p.255.
XIII. Quare dicitur erat ibi homo 38. annos habens in infirmitate ſua.n.1525. & ſequentib. p.256
XIV. Quare Chriſtus dixit Paralytico vis ſanus fieri. n.1530.& ſequentib.p.257
XV. Quare dixi Ieſus Paralyticus, hominem non habeo. num.1532. & ſeqq.p.257
XVI. Quare dixit Ieſus languido tolle grabatum tuum. n.1537.& ſequentib.p.259
XVII. Quare Paralytico dixerunt, Sabbathum eſt non licet,&c. n.1542. & ſequentibus pag. 259
XVIII. Quare in templo dixit Ieſus Paralytico, &c. Ecce ſanos factus es. n. 1548. & ſequentib. p.260
XIX. Quare Paralyticus dixit Iudæis, quod Ieſus erat,&c. n.1553. & ſeqq. p.261
XX. Quare Iudæi perſequebantur Ieſum, quia hoc in ſabbatho curabat.n.1558.& ſeqq. p.262

TRACTATUS XLV.
ad litteram.

Difficultas I. Quare Chriſtus non oſtendit transfigurationem ſuam omnibus Diſcipulis. n.1575.& ſeqq p.266
II. Quare tres tantum Diſcipulos Chriſtus aſſumpſit. n.1580.& ſeqq ibid.
III. Quare Chriſtus transfiguratus eſt ante Diſcipulos ſuos. n.1583.& ſeqq.p.267
IV. Quomodo intelligatur, quod apparuerunt illic Moyſes, & Elias. n. 1589. & ſeqq. ibid.
V. Quare Petrus dixit, faciamus hic tria tabernacula. num. 1595. & ſequentibus pag. 268
VI. Quare nubes lucida obumbrauit Diſcipulos. n.1601.& ſequentib.p.269
VII. Quare dicitur, quod Diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam. num. 1607. & ſequentib. ibid.
VIII. Quare leuantes oculos neminem viderunt, &c. n.1613.& ſeqq.p.270
IX. Quare præcepit eis, quod nemini dixerint. n.1619.& ſequentib. ibid.

TRACTATUS XLVI.
ad mores.

X. Quare Chriſtus non oſtendit transfigurationem ſuam omnibus Diſcipulis. num.1624.& ſequentib.p.271
XI. Quare tres tantum Diſcipulos Chriſtus aſſumpſit. n.1629. & ſeqq.p.272
XII. Quare Chriſtus transfiguratus eſt ante Diſcipulos ſuos. n.1633.& ſeqq.p.273
XIII. Quomodo intelligatur, quod apparuerunt illic Moyſes & Elias. n.1638.p.274
XIV. Quare Petrus dixit, faciamus hic tria tabernacula. n.1642. & ſequentib.ibid.
XV. Quare nubes lucida obumbrauit Diſcipulos. n.1649.& ſequentib.p.276
XVI. Quare dicitur, quod Diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam. num. 1658. & ſequentib. p. 277
XVII. Quare leuantes oculos neminem viderunt, &c. n.1665. & ſequentib. p.278
XVIII. Quare præcepit eis, quod nemini dixerint. n.1674. & ſequentib. p.280

TRACTATUS XLVII.
ad litteram.

Difficultas I. Quare Chriſtus Iudæis dixit, ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. n.1693.& ſeqq p.284
II. Quare Chriſtus dixit, quo ego vado, vos non poteſtis venire. num. 1700. & ſeqq. ibid.
III. Quare Iudæi dixerunt, nonquid interficiet ſeipſum. num.1703. & ſequentibus p. 285
IV. Quare Chriſtus dixit, vos de ſurſum eſtis.n.1708.& ſeqq. ibid.
V. Quare Iudæi Chriſto dixerunt, tu quis es. n.1713 & ſeqq.p.286
VI. Quare Chriſtus reſpondit, principium qui & loquor vobis. num. 1716. & ſequentib. ibid.
VII. Quomodo intelligatur, cum exaltaueritis filium hominis. num. 1722. & ſequentib. p.287

TRACTATUS XLVIII.
ad mores.

VIII. Quare Chriſtus Iudæis dixit, ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. num. 1726. & ſequentib. p.287
IX. Quare Chriſtus dixit, quo ego vado vos non poteſtis venire. num. 1734. & ſequentib. p.289
X. Quare dixerunt, nunquid interficiet ſeipſum. n.1741. p.290
XI. Quare Chriſtus dixit, vos de ſurſum eſtis. n.1749. & ſeqq.p.292
XII. Quare Iudæi Chriſto dixerunt tu quis es. n.1757.& ſeqq. p.293

XIII. Quare

XIII. Quare Chriſtus reſpondit, principium qui & loquor vobis. num.1766.& ſeqq. p. 295

XIV. Quomodo intelligatur, cum exaltaueritis filium hominis. num. 1776. & ſequentib. p.296

TRACTATVS XLIX.
ad litteram.

Difficultas I. QVare loquutus eſt Chriſtus ad turbas & Diſcipulos doctrinam contra Phariſæos. num. 1804. & ſequentibus. pag. 301

II. Quæ eſt iſta Cathedra Moyſis, & qui ſedebant ſuper eam. num. 1805. & ſeqq. ibid.

III. Quomodo intelligatur omnia quæcumque dixerint vobis facite. num. 1814. p. 302

IV. Quare dicitur. Alligant enim onera importabilia. n.1818. & ſeqq.ibid.

V. Quare omnia opera faciebant Phariſæi vt ab hominibus viderentur. n. 1822. & ſequentib. p.303

VI. Quomodo intelligatur, ne vocemini Magiſtri, quia magiſter vnus eſt. n.1828. & ſeqq. p.304

VII. Quare dixit Chriſtus væ vobis ſcribæ, & Phariſæi, quia clauditis regnum cœlorum. n.1833.& ſeqq. ibid.

TRACTATVS L.
ad mores.

VIII. QVare loquutus eſt Chriſtus ad turbas, & ad Diſcipulos doctrinam contra Phariſæos. n. 1839. & ſequentib. pag. 305

IX. Quæ eſt iſta Cathedra Moyſis, & qui ſedebant ſuper eam. n.1846.& ſequentib. p.306

X. Quomodo intelligatur omnia quæcumque dixerint vobis facite. num. 1855. & ſeqq. p. 307

XI. Quare dicitur. Alligant enim onera importabilia. n.1863.& ſeqq. p.309

XII. Quare omnia opera faciebant Phariſæi vt ab hominibus viderentur. n. 1866. & ſequentib. ibid.

XIII. Quomodo intelligatur, ne vocemini Magiſtri, quia magiſter vnus eſt. n.1876. & ſeqq. p.311

TRACTATVS LI.
ad litteram.

Difficultas I. QVare Chriſtus Diſcipulos ſuos ſecreto aſſumpſit. num. 1894 & ſeqq. pag. 315

II. Quare Chriſtus dixit. Quod Principes Sacerdotum condemnabunt eum morte. n.1900.& ſeqq. ibid.

III. Quare Chriſtus dixit, & tertia die reſurget. n.1907. & ſeqq. p.316

IV. Quare mater filiorum Zebedæi acceſſit ad Ieſum. n.1910.& ſeqq.ibid.

V. Quare hæc mulier Chriſtum antequam peteret adorauit. n.1914 & ſeqq.p.317

VI. Quare dexteram, & ſiniſtram petiuit mulier iſta. n.1917. & ſeqq.ibid.

VII. Quomodo intelligatur neſcitis quid petatis. n.1921. & ſeqq. ibid.

VIII. Quare Chriſtus dixit: Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum. n.1928. & ſeqq. p.318

IX. Quare dicitur non eſt meum dare vobis. n.1932. & ſeqq ibid.

X. Quare dicitur, quod audientes Diſcipuli indignati ſunt de duobus. num.1933.& ſeqq. p. 319

TRACTATVS LII.
ad mores.

XI. QVare Chriſtus Diſcipulos ſuos ſecreto aſſumpſit. n.1937. & ſeqq. pag. 319

XII. Quare Chriſtus dixit. Quod Principes Sacerdotum condemnabunt eum morte. n.1943.& ſeqq. p.320

XIII. Quare Chriſtus dixit, & tertia die reſurget. n.1948. & ſeqq p.321

XIV. Quare mater filiorum Zebedæi acceſſit ad Ieſum. n.1951.& ſeqq.p.322

XV. Quare hæc mulier Chriſtum antequam peteret adorauit. n.1954. & ſeqq.ibid.

XVI. Quare dexteram, & ſiniſtram petiuit mulier iſta. n.1958. & ſeqq.p.323

XVII. Quomodo intelligatur neſcitis quid petatis. n.1961.& ſeqq.ibid.

XVIII. Quare Chriſtus dixit. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum. n.1966. & ſeqq. p. 324

XIX. Quare dicitur non eſt meum dare vobis. n. 1976.& ſeqq. p.326

XX. Quare dicitur, quod audientes Diſcipuli indignati ſunt de duobus. [illegible] & ſequentib. ibid.

R. P. FRAN

R. P. FRANCISCI DE ROXAS MINORITANI, CATHENA AVREA IN EVANGELIA TOTIVS ANNI.

Tomus Secundus.

PROEMIVM Operis.

CAPVT I.

NON immeritò à Nuptiis, quæ factæ ſunt in Cana Galilex ſecundum librum Operis huius formare incepi lætanter; quia gloriam Filij Dei ſemper præcedit humilitas vnius eiuſdemque Filij hominis, quod agnoſci proprium eſt ferè io omnibus, quæ fecit, vel pertulit in terris, noſtræ ſalutis voluntatiæ intentus operationi. Natus de fæmina, virgineis lactatur vberibus, pannis inuoluitur, ab Angelis *Gloria in exelſis Deo*, canentibus collaudatur, & in præſepij anguſtia poſitus, in latitudine cœli ſtella fulgenti declaratur; ad templum tanquam peccator depoſitus, à Symeone verum lumen prædicatur & inter peccatores ad ſerui ſui ſalutem veniens voce Patris, & Spiritus ſancti, viſibili ſpecie ſuper illum apparentis, Sanctus Sanctorum manifeſtatur; Supernè contra fraudes perfert tentatoris, & mox accedentes Angeli miniſtrant ei: Sic & nunc cum hominibus carnalibus ad nuptias iouitatus venire non dedignatur, & mox aquam in vinum conuertens; Deus verus, elemeotorum Dominus, & naturæ imperator comprobatur.

Chriſtus humana diuinis à principio miſcuit.

Perfecti, & Virgines inter nuptias mortificantur.

Sicut enim gloriæ eſt miraculum hoc feciſſe, & elementum ſupra naturæ ſuæ leges ſolâ voluntate eleuaſſe; quod vtique ad diuinam eius Majeſtatem credendam ſolum poſſet ſufficere: Sic magnæ, & prædicandæ humilitatis inſigne eſt, eum, qui abſque viro conceptus eſt, & ſaluâ Matris integritate natus eſt, ad nuptias veniſſe quibus Virginitas amittitur, & inferiori gradu coniugatorum tribulatio carnis acquiritur.

In præmium igitur huius ſecundi tomi ſolum humilitatis virtus præſtolanda conatur; inferioris quippè gradus eſt quodlibet honorabile coniugium, & thorus quantumuis immaculatus; altioris autem honoris & gratiæ ſacra Virginitas, quam pia commendat humilitatis venuſtas.

CAPVT II.

Quare à Nuptÿs incipiatur?

REſpondeo, quod quemadmodum Chriſtus primum miraculum incepit à nuptiis, quæ in Cana factæ ſunt, vt eius Euangelica doctrina omni ſtatui, omnique creaturæ ſalutem animæ proferret, & hæreticos, qui nuptias negarunt, confunderet: Sic & ego, licèt minimus aſſecla, & alumnus paruulus Euangelij omnibus ſapientibus & inſipientibus ſatisfacerem, & diffuſam contra præuaricatores diuini verbi, tam factis impius, quam dictis hæreticis materiam litteralem & moralem miniſtrarem. Quis eum neſciat (teſte Ruperto Lib. 2. in Ioan. cap. 1.)

Heretici carnales nuptias negāt.

Rupert. in Ioan. lib. 2. cap. 1.

bonum quidem à Deo conſtitutum eſſe coniugiom: nam cum homini Primò Deus vxorem feciſſet, in adiutoriom, ſcilicèt propagandæ ſobolis, benedixit eis diceos; *creſcite, & multiplicamini, & repleteterrã, & ſubycite eam Geneſ. cap. 1. n. 18.* Erat enim in benedictiooe ſic data facultas, vt abſquè omni iniuria, carnis ſuperbientis, & aduerſantis ſpiritui, abſque omni pruritu libidinis, ſoli naſcerentur electi, & ad decimi Ordinis reſtaurationem prędeſtinati.

Geneſ. c. 1. n. 18.

At vbi veneno ſerpentis homo intumuit, deiectus eſt ab illa poteſtate ſuæ carnis, & qui io honore poſitus fuerat, *comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus* eſt illis; Statim enim cooiuges bonesti, qui fuerant rationales conditi ceperunt irrotionabiliter commoueri; cæpitque caro commooeret ſpiritum, vt ſois nutibus ſeruiret, cuius erat conditio talis, vt ipſa ſpiritus imperio, ſicut decebat, obtemperaret. Vode in ſemetipſos erubeſcentes ſoliis fici conſutis *pudenda contexerunt Geneſ. c. 3. n. 7.* Pugnat igitur ex tunc caro cum ſpiritu, & ita vitiata eſt natura, & benedictio data coniugibus, vt terra repleretur, & humana ſpecies conſeruaretur. Carnales Hęretici nuptias negantes omnes vxores communes eſſe beſtialiter auſi ſunt dicere. Vode maledictio à Deo molieri in pœnam peccati prolata; *multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos*, io vitium creſcere quotidie cernimus homines: nam multiplices conceptus de terra carnis tanquàm ſpinarum, & tribulorum denſitates excreſcunt ſuper numerum & tanti naſcuntur reprobi, vt ad comparationem illorum pauci ſint electi.

Geneſ. c. 3. n. 6.
Pſal. 72. n. 23.
Homo quare iumẽto comparatur.
Ad Galat. c. 5
Gen. c. 3. n. 7.
Geneſ. cit. n. 16.
Mat. | xi 33. n. 22.

Hac igitur abuſione, & prauitate Heretica terra ſcatebat, cum Chriſtus ingreſſus eſt in mudum; & ideo primum miraculum in nuptiis facere cepit, vt ſuâ pręſentiâ ſolos nuptiarum fructus ſanctificaret, & primam benedictionem Paradiſi approbaret; Cæteros verò tanquàm expulſos, & reprobos condemnaret, & contra tam immunerabiles loxuriç conceptus, ſcriptores, & Prædicatores diuinis, Myſticis & moralibus conceptibus excitaret, vt linguâ, & calamo ad priſtinum innocentiæ ſtatum omnes electos prouocaret.

Coniugia Chriſtus approbauit.

Luxuriâ ab initio ſcatet mundus.

Vndè patet reſponſio ad qoęſitom, quare incipiat tractatus iſte ſecundus à nuptiis, quę tertiâ die factę ſunt in Cana; quia Chriſtus qui hoc miraculum fecit, Deus eſt ipſe, qui duobus ſęculi temporibus ſcilicet ante legem, & ſub lege paucos de maſſa perditorum ſanctos homines elegerat, Nathanael, & Philippum, & tertio tempore videlicet ſub gratia in mediis nuptiis hominum vxores ducentium & dantium ad nuptias, Suiſque omninò voluptatibus vacantium ad nuptias ſanctę Eccleſię cęleſtes procedẽs *ipſe tanquàm ſponſus de thalamo ſuo apparuit*, vt filij ſpirituales de illo naſcerentur virginali coniugio.

Pſal. 18. n. 26.

Vnde cùm huios libri materia ſolùm ad prauos, & vitiatos Mores repellẽdos dirigatur, noo immeritò à nuptiis, quę in Cana celebratę ſunt, incipiat, vt pręſentiâ ſponſi Eccleſiæ Chriſti fructibus benedictionis eius legentes repleantur.

TRACTA

TRACTATVS PRIMVS.

Ad Literam in Cap. 2. Ioannis de Nuptiis, quæ in Cana Galileæ factæ ſunt.

TEXTVS.

1. ET die tertia Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat Mater IESV ibi. 2. Vocatus eſt autem & IESVS, & Diſcipuli eius ad Nuptias. 3. Et deficiente vino, dicit Mater IESV ad eum, vinum non habent. 4. Et dicit ei IESVS; quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. 5. Dicit Mater eius miniſtris, quodcunque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas. 7. Dicit ei IESVS, implete hydrias aquâ, & impleuerunt eas vſquè ad ſummum. 8. Et dicit eis IESVS, Haurite nunc & ferte Architriclino, & tulerunt.

EXPOSITIO LITERÆ.

ET die tertiâ. Coniunctio quæ ponitur ad Superiora remittit diligentem lectorem, videlicèt, hoc modo: *Alterâ die ſtabat Ioannes, &c. in craſtinum voluit exire Ieſus in Galilaam, & inuenit Philippum, & die tertiâ, nuptia facta ſunt in Cana Galilea.* Vnde Rupertus in cap. 2. Ioannis ait: *Diligenter animaduertere voluit nos Euangeliſta; quia non ſine cauſa, ſed certi gratiâ Myſtery, Dominus noſter duobus diebus quoſdam Diſcipulos collegit; tertiâ verò die miraculum fecit, quo gloriam ſuam manifeſtauit, vt crederent in eum Diſcipuli eius.* (Rup. in c. 2. Ioan.)

In Cana Galilea, Quia altera vicina erat in Cana Syloniorũ, teſte Hieronymo. Vnde Abulenſis q. 60. in cap. 15. Matth. ait: tota terra quæ data eſt Iudæis, erat terra Chananęorum quorum fuerunt ſeptem gentes, ſcilicet, Amorræi, Iebuſæi, Euæi, Fereſæi, Chananæi, Gergeſæi vt patet Deut. cap. 7. Et licèt, quælibet gens iſtarum ſeptem ſpecialiter vocentur Chananæi; tamen tota gens, quæ in illis oppidis habitabat, vocabantur Chananæi; quia Salomonis Regnum fuit Iudæorum, & omnes qui reſidui erant de populis Chananæorum ſeruiebant Salomoni ſub tributo, vt patet 3. Reg. cap. 9. & Paralipom. c. 8. & tamen inter Iudæos manebant in pace Chananęi, vt inter ſaracenos tempore vaſtationis Hiſpanicæ, manſeruut multi Chriſtiani. Vnde vſquè ad tempora Chriſti durabant Chananæi, & manebant, præcipuè in terra Tyri, & Sydonis, & in terra Galileæ erant etiam oppidi Chananæorum, & vicus iſte vel locus, vbi nuptiæ factæ ſunt, qui à Nazareth vbi Chriſtus cum Matre habitat diſtat decem milliaribus, vt teſtatur Arando tract. 2. cap. 4. (Hieronym. de nom. Hebr. — Abul. q. 60. in c. 15. Matth. — Deut. 7. — 3. Reg. 9. Paralip. c. 8. — Mariana tom. 1. Hiſt. Hiſp. — Arand. tract. 2. c. 4. — *Nazareth à Cana. 10. milliaria diſtat.*)

3. Rupertus in Ioan. lib. 2. affirmat eſſe communem opinionem, quod Ioannes Euangeliſta fuerit ſponſus iſtarum nuptiarum, & quod intacta ſponsâ, viſo miraculo à Chriſto facto in aqua conuerſa in vinum, ſequutus eſt Ieſum. Eam tenent Beda tom. 7. in Hom. Euang. *Dixit Ieſus Petro ſequere me* Sanct. Antoninus 3. p. tit. 1. p. t. Hiſtoriali tit. 5. Lyranus noſter, Carthuſianus, Caietanus, & multi ex recentioribus. Neque diſplicet mihi dicere quòd propter iſtam eximiam amoris oſtenſionem, quam Ioannes fecit, relinquens pulchram & amabilem ſponſam, Chriſtus præ cæteris eum amauit; quia relinquere, quod plus mouet & amatur maioris amoris ſignum eſt, & obligationis eius; cuius amore præclariora relinquuntur. (Rupertus in Ioann. lib. 2. — Beda to. 7. in Euang. — S. Antoninus 3. p. t. 1. Lyran. p. 17. t. 4. Caiet. Carthuſ. — *Auctoris ſenſ.* — *Ioannis Euang. eximia laus.*)

Nec audiendi ſunt Auctores, quos refert ſanctus Antoninus 3. p. ſummæ tit. 21. §. 3. Sponſam nuptiarum fuiſſe Mariam Magdalenam, quæ ex eo, quod fuerit tali, ſponſo priuata, voluptatibus carnalibus ſe tradiderit. Magis autem crediderim, quod Hugo Cardinalis, & Baronius referunt ſponſum harum nuptia (S. Antonin: 3. p. ſum. tit. 21. c. 3. — Cardinalis Hug. Baron anno Dñi. 31.)

nuptiarum fuiſſe Symonem Chananæum.

Quare autem Chriſtus ad nuptias venerit, forſan fuit, qoia ibi erat Mater eius antea vocata, & inuitata vt eius occaſione Chriſtus veoiret, cuius fama iam inceperat diuulgari, vt Maldonatus inſinuat, vel vt Rupertus vult; quia miraculum faciendum teſtes Diſcipulos haberet, qui Chriſtum comitabantur, vel vt Chryſoſtomos inſinuat vt rogato Chriſto, artificioſum noo videretur miraculum, ſed à caſu, & coram teſtibus, qui nihil de miraculo cogitabaot. Reliqua quæ in nuptias acciderunt, litteraliter, & moraliter infrà explicabuntur.

Chryſoſt.

TRANSLATIONES antiquæ, & recentiores.

Vulgata editio.	1.	Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat Mater IESV ibi.
Tranſlatio vetuſta.	2.	Et die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galieæ, & vocatus eſt IESVS, & Diſcipuli eius ad Nuptias.
Tertulliani lib. de Baptiſmo c. 9. f. 390.	3.	Chriſtus prima rudimenta poteſtatis ſuæ vocatus ad Nuptias aquâ auſpicatur.
Tranſlatio Syriaca.	4.	Die tertio factum eſt conuiuium in Katne ciuitate Galileæ.
Lyranus noſter in cap. 2. Ioann.	5.	Et die tertia à vocatione Nathanaelis fratris eius.
Rupertus lib. 2.	6.	Altera die ſtabat Ioannes, &c. in Craſtinum voluit exire in Galilæam, & die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana, &c.
Alcuinus, apud S. Thom. citat. in Cathena.	7.	Nuptiæ factæ ſunt in Prouincia Galileæ, in qua eſt Cana vicus.

DIFFICVLTAS I. Ad Litteram.

Quare Chriſtus Dominus vocatus eſt ad Nuptias?

QVæritur, qoare Chriſtus quantumuis inuitatus ierit ad nuptias?

5\. Chryſoſt. apud S. Thom. citat.

1 RESPONSIO ſit Chryſoſtomi in cathena ſancti Thomæ citati, qui ait; *Quoniam in Galilæa natus erat Dominus, vocant eum ad nuptias.* Quaſi dicat, acceſſit tempus ab æterno diſpoſitum, quo fama miraculorum Chriſti inceperit promulgari non ſolùm io Iudæa, ſed in Iſrael magnum oomen eius, & hac occaſione inuitatus & rogatus fuit ad nuptias, vt neceſſitatibus pauperum ſuccurreret?

6\. Beda in Cath. citat.

2\. RESPONSIO Bedæ in cathen. citati, qui ait; *Quod enim ad nuptias venire dignatus eſt iuxta litteram, fidem rectè credentium confirmat.* Quaſi dicat, venit ad nuptias Chriſtus vt Arrianorum, Martioniſtarumque, qui nuptias damnant & detrahunt, tanquàm perfidos confunderet; ſi enim thoro immaculato, & noptiis debita caſtitate celebratis culpa ineſſet, neqoaquàm Dominus ad has venire voluiſſet; nunc autem quia bona eſt caſtitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad probandam omnium electionem gradoum Chriſtus venit ad nuptias.

Arrianorum & Martioniſtarum error, circa nuptias.

7\. Ruper. lib. 2. in Ioann.

3\. RESPONSIO Ruperti *lib.* 2. *in Ioann. Sanctæ Eccleſiæ ſponſus cæleſtes nuptias inijt, procedens ipſe tanquàm ſponſus de thalamo ſuo, vt filij ſpiritualis de eo naſcerentur.* Quaſi dicat, io medio nuptiarum Chriſtus ſtetit tanquàm agnus, quem ſequuturæ erant Virgines, ſed non improbando coniugale coonubium, ſed approbando, ſed hoc ad myſticum ſenſum poſtea.

8\. Liranus ſua in gloſſa ad cap. 2. Ioan.

4\. RESPONSIO noſtri *Lirani ſua in gloſſa; Licèt enim alij plures fuerint in iſtis nuptijs; tamen Ieſus & Mater eius, & Diſcipuli expreſſius nominantur; quia non fit hic mentio de nuptijs niſi ratione miraculi ibidem perpetrati quod fuit factum per Matris interpellationem, & per ipſius Ieſu operationem, & ad Diſcipulorum confirmationem.* Quaſi dicat, cæpit Ieſus miraculum primom operari propter Matris interceſſiooem; quia ipſa eſt clauis, & porta fulgida, per qoam ſol iuſtitiæ, & fidei noſtræ ingreditur.

Virgo Maria fidei noſtræ clauis.

9\. Caietan. in Euang. in c. 2. Ioan.

5\. RESPONSIO Caietani, qui ait, *niſi Ieſus veniſſet ad nuptias, quis ſanctas nuptialia non reprehenderet?* Quaſi dicat, venit Ieſus ad nuptias ad confirmandam fidem coniugij: nam ſi non veniſſet, Hæreticos prohibentes nuptias qois argueret?

10\. Cyrill. Alex. ad Ioann. 22.

6\. RESPONSIO Cyrilli Alexandrini, qui ait: *Venit Chriſtus ad nuptias, & priſcum nuptiarum mærorem ſuâ præſentiâ depulit.* Quaſi dicat: Chriſtus, qui eſt verum gaudium mærorem Euæ abſtulit, cui dictum, eſt, *in dolore paries filios tuos*; qoia propter dolores partus, quos Eua propter peccatum metuit iam præſentiâ Chriſti in coniugatis meritum & gaudium ſempiternom conſequeotur.

Gen. cap. 3. n. 16.

11\. Chriſoſtom. citat. in Cathen. Sanct. Thomæ.

7\. RESPONSIO Chryſoſt in chatena Sanct. Thomæ, qui ait: *Vocant autem ad nuptias Dominum, non tanquàm magnificum aliquem, ſed ſimpliciter tanquàm notum; neque enim ad dignitatem reſpiciebat ſuam, ſed ad beneficium noſtrum.* Quaſi dicat, qui non dedignatus eſt formam ſerui accipere, neque dedignatus eſt ad nuptias venire ſeruorum.

12\. Rupert. lib 2. in Ioann.

8\. RESPONSIO Ruperti lib. 2. in Ioann. *Credendum nanque eſt quod pia deuotione Dominum Ieſum, matremque eius, ac Diſcipulos inuitauerint; præſertim enim famam illorum, quæ de ipſo dici iam cœperant, non ignora-*

rent:

rent : nam ex eodem vico erat Nathanael , qui die præcedenti illum agnoſcens dixit Rabbi , tu es filius Dei , tu es Rex Iſrael. Quaſi dicat, Ioannis c. 1.n.49. ſignanter dixit Euangeliſta , *& erat ibi Mater Ieſu*,& ſubdit : *vocatus eſt autem,& Ieſus* vt intelligeretur , quod iam impletis nuptiis diſcumbentium , iam ſedentibus conuiuis conſultò factum eſſe , vt vocaretur & Ieſus , tanquàm homo Sanctus , & Propheta magnus, cuius benedictio poſteritati uubentium fruſtrà non ſperaretur.

DIFFICVLTAS II.
Ad litteram.

Quare Viergo Maria ſolùm proponit defectum vini?

13. B. Bonau de vita Chriſti. 1. RESPONSIO noſtri Seraphici Doctoris Bonauenturæ,qui ait ; *Quia amanti ſatis eſt inſinuare.* Quaſi dicat,verecundia amoris eſt, ſi amans precibus ab eo aliquid petat.

2. RESPONSIO Ruperti citati ſuprà. 14. Rupert. lib. 2. in Ioann. *Beata Viergo , vt illorum qui ſe inuitauerant remuneraret deuotionem , ſciens in carne ſua quem pepererat rerum omnium conditorem , habitare Dei virtutem dicit filio ſuo , vinum non habent.* Quaſi dicat , ſciebat Beata Virgo , quod ipſa *Quare virgo Maria dicitur Mater pietatis & miſericordia.* Mater pietatis , & miſericordiæ remanſerat, ea contactu viſcerum ſuorum , vbi filius ſuus generatus erat , & quod erat impoſſibile ad defectum & neceſſitatis penuriam non miſericordia moueri.

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Cathen. citati. 15. Chryſoſt. cit. à S. Thom. *Vnde venit in mentem matris magnum quid imaginari de filio, neque enim ante miraculum fecerat.* Quaſi dicat , exteriùs non manifeſtata erant miracula Chriſti : At Mater eius , quæ (teſte Luca) *conſeruabat omnia conferens in corde ſuo* , optimè nouerat poteſtatem diuinitatis filij ſui ; ideò illi manifeſtauit Lucæ cap. 2. n. 19. defectum vini.

4. RESPONSIO Caietani. 16. Caietan. in Euang. ad c. 2. Ioann. *Hinc aparet pertinuiſſe ad B. Virginem ſponſum , cuius erat prouidere de vino , neque habebat modum prouidendi.* Quaſi dicat , perpendatur modeſtia ſimul & ſecuritas Matris Ieſu , quia non dicit , rogo te , conſule honori conſanguinei tui , ſed tantummodo defectum vini proponit , vt ordinem diuinæ diſpenſationis ſeruet, quo ſtatuit recurrere nos debere in neceſſitatibus ad ſolum Deum , & ideò Virgo Maria neceſſitatem ſolùm proponit.

5. RESPONSIO excelſior omnibus ad litteram eſt noſtri Lyrani, qui ait : 17. Lyran. noſter ſua in gloſſa. *Vinum non habent ad ſufficientiam ; ideò inuitauit filium, quem ſciebat ad hæc potentem , ſicut a principio edocta erat per Angelum,& per ſpiritum ſanctum.* Quaſi dicat ; ſciebat Virgo Maria , quod teſte Eccleſiaſte, *omnia tẽpus habent*;Ideo antè ætatẽ Eccleſiaſtes cap. 3. n. 1. perfectam & ante tempus à Patre definitum ad facienda miracula nullum ſignum petierat à filio ; ſed cum venit occaſio (ſed non hora) non petiuit , ſed manifeſtauit neceſſitatem.

6. RESPONSIO Petri Damiani Epiſt. 18. Pett. Dam. lib. 7. Epiſt. 39. *Vocatus eſt Ieſus ad nuptias , ſed tanquàm pronubus , non vt ſponſus : quaſi pranſurus , non vt nupturus ; iſtæ verò nuptiæ magno illas priuilegio ſuperant.* Quaſi dicat, alias nuptias Chriſtus cum ſponſa ſancta quotidie in menſa altaris celebrat excellentiores iſtis in Cana celebratis ; quia illîc Ieſus aquam conuertit in vinum, hîc idem Ieſus & vinum ſemetipſum fecit , & cibum ; illîc aſſiſtit vt amicus inuitatus, hîc vt ſponſus dilectus, & ſponſatus. Sed hoc myſticum eſt, non ad litteram, de quo latiùs poſteà.

DIFFICVLTAS III.
Ad litteram.

Quare dixit Ieſus Matri ſuæ , quid mihi , & tibi eſt mulier ?

QVæritur, quare tam aſperis verbis Chriſtus Dominus ad matrem ſuam loquutus eſt ?

1. RESPONSIO ſit Ruperti lib. 2. citati , qui ait : *Hoc Chriſtus dixit , quia videlicet* 19. *tunc in auribus eius hæreticorum blaſphemia per-* 1 Rupert lib. 2. citat. *ſonabant, qui dicturi erant, quod Chriſti totum initium ex Maria eſt.* Quaſi dicat in hac reſponſione vtramque naturam diuinam , & humanam in vna perſona ſuppoſitatam declarauit ; Duæ naturæ in Chriſto ſubſiſtebant. diuinam ſcilicet, *quid mihi & tibi eſt mulier.* Humanam verò cum ſubiungit, *nondum venit hora mea*:nam qui ſecundum diuinitatem ſine tempore, & ſine matre eſt ; ſecundũ humanitatem tempora , & horas ſibi impoſuit naſcendo , & moriendo, & ad facienda miracula deſtinãdo.

2. RESPONSIO Auguſtini in Cathena citati , qui ait ; 20. August. cit. in Cath. S. Thom. *Quidam derogantes Euangelio , argumentum erroris ſumunt dicentes ; quod Maria non erat Mater Ieſu , cui dixit quid mihi & tibi mulier eſt.* Quaſi dicat : hæretici ita offuſcati ſunt in prauitate , quod Ioanni *Error hæreticorum Montaniſtarum Valentinianor. & Manichæor.* Euangeliſtæ, qui hoc dixit , non credunt , dicenti ; *& erat ibi Mater Ieſu* , & addit Auguſtinus ; *ſed nunquid venit Chriſtus ad nuptias, vt doceret matres contemni ? Abſit.*

3. RESPONSIO Chriſoſtomi in Cathen. citati , 21. Chryſoſt. in Cath. citat. *quod valde venerabatur Chriſtus Matrem ſuam. Audi Lucam narrantem qualiter parentibus ſubditus erat.* Quaſi dicat, quando parentes non impediunt ea , quæ ſecundum *Obedientia Parentibus debita* Deum ſunt , debitum eſt obedire eis.

4. RESPONSIO Caietani, 22. Caietan. in Euang. *non ſunt verba obiurgantis , ſeu arguentis , aut repellentis, ſed inſtruentis , quod neutrius intererat pro tunc.* Quaſi dicat, quid meâ & tuâ intereſt defectus *Nemo in aliena ſe intromittat.* vini ſiquidem ſponſi eſt prouidere , & non pertinet ad te , quæ es mulier ? vnde Architriclinum ſponſus vocauit , tanquàm eum, ad quem ſpectabat de vino , & non mulierem aliquam ; ego autem expecto tempus faciendi miraculum.

5. RESPONSIO noſtri Sancti Antonij de Padua Serm. 2. poſt Epiphaniam , qui 23. S. Anton. de Padua Ser. 2. poſt Epiphan. ait : *In hoc petis mulier operari miraculoſe faciendum , nihil rei mihi tecum eſt , nihil , & tibi commune , cum à te faciendi miracula poteſtatem non habeam.* Quaſi dicat , ſciant à me omnes conniuæ , quod iam ab Spiritu Sancto tibi reuelatum eſt, nempè , quod in me eſt diuinitas, ad quam pertinet poteſtas operandi miracula ; &

humanitas quam à te tecepi, tanquàm vera muliere, vt ego factus homo manerem.

24. *Lyran. ſua in gloſſa.* 6. Responsio noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *cùm Chriſtus maximam reuerentiam Matri ſuæ detulerit, mirum videtur, quod ſic extraneè Matri ſuæ reſpondit.* Quaſi dicat, cùm D. Auguſtino, *Auguſt. citat.* quod facere miracula ſecundum diuinam naturam ei competebat, quam à Matre non habuit; ideò prædicto modo reſpondit.

25. *Albert. Magn. in Ioann.* 7. Responsio Alberti Magni: *Noluit Chriſtus detegere Virginitatem Matris, ne per hoc glorioſus in conſpectu hominum appareret, antequàm per miracula manifeſtaretur.* Quaſi dicat, mulierem Chriſtus Matrem ſuam vocat, *Quare dicitur Maria mulier.* vt tantùm pietatis viſcera emollita miſericordiâ circa celebrantes nuptias agnoſcerentur.

26. *Authoris ſententia.* 8. Responsio ſit; quia Chriſtus, vt ſapiens architectos planos & fortes lapides pro magno ædificio poſuit, & poſtea in propitiatorio ſubtiles & ingenioſos, ſculpturæ artem oſtendit. Sic Dominus Ieſus ad nuptias tendit, & aſſiſtit, approbans planum iter Regni cælorum, quod per coniugalem honeſtatē conſequi poteſt. Poſteà de conſilio perfectiſſimæ virginitatis tractauit, & hac de cauſa Mariam mulierem tantùm nominauit; *Coniugatorum iter planum ad Regnum cælorum.* quia ſi Matrem appellaret, Virginem quoque dicere debuerat. Quaſi pignus tantæ æſtimationis apud Mariam, vt apud Grabielem declarauit, non admittens Dei Maternitatem ſine virginitatis intemeratæ obſeruatione. Vnde Rupertus ad meum propoſitum ait: *Rupert. lib. 1. citat.* *Matris Domini virginitas cunctos homines latebat, quia videlicet diuulgari illam ratio temporis non ſinebat.* Quaſi dicat virgines Deo dicatæ ſemper tempus habent, & debent oſtentare virginitatem, quæ ardet in mente, lucet in veſte, radiat in ore, & in publica profeſſione. *Virgines deo dicatæ ſemper honeſtatem redoleant.* At virginitatis Sacramentum cum maternitatis honore in Maria reſeratum, nondum venerat hora illud diuulgandi; ideò in nuptiis deficiente vino mulierem, non virginem matrem vocat.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Chriſtus dixit, nondum venit hora mea?

QVæritur de qua hora loquitur Chriſtus, cum hæc verba protulit.

27. *Rupert. lib. 2. citat.* 1. Responsio ſit Ruperti lib. 2. qui ait: *Ex quo ad Baptiſmum veni, & in deſertum exiui, deſtitutam te eſſe præſentiâ mea, materno affectu ſuſpiraſti; nunc habes me his nuptiis, & gaudes, quod præſentiâ mea frueris: ſed adhuc tempus imminet, vt adhuc magis ac magis te derelicta non deſinam circuire per ciuitates, & Caſtella.* Quaſi dicat, tantum impendet onus cæleſtium negotiorum, vt non vacet perpendere, *Quod à Patre prædefinitum erat, hic dicitur hora Chriſti* quod maternis affectibus tuis debeam, ſed veniet hora, quando conuiuinæ quorum deuotione inuitatus ſum, non minùs quàm tu beneficio meo lætificentur.

28. *Caietan. in Euang.* 2. Responsio Caietani in Ioann. 2. *Quarinus ſit hora deficientis vini, adhuc tamen non eſt hora congrua operi meo miraculoſo, quia adhuc non defecit vinum, vt manifeſtetur miraculum.* Quaſi dicat, mater non expectauit, vt totaliter vino carerent, ſed præuenit, ne ſubſequeretur defectus, & hoc forſitan fuit, quia miniſtri notum ei fecerunt, quod propter multiplicationem conuiuarum incipiebat vinum deficere.

3. Responsio Auguſtini in Cathen. citat. qui ait: *Caueamus ab errore Priſilitarum, & Manichæorum hæreticorum dicentium: vides quia ſub fato erat Chriſtus, quia dixit, nondum venit hora mea.* 29. *Auguſt. citat. in Cathen. Sanct. Thom.* Quaſi dicat, magnum delictum eſt ponere conditorem cæli ſub neceſſitate ſyderum, quod non ſolum Chriſtus non habuit (quod appellatur fatum) ſed neque vllus hominum; *Non eſt fatum, aut fortuna.* ſed expectauit horam Chriſtus conuenientem ad miraculum, non neceſſitatis, ſed voluntatis, non conditionis, ſed poteſtatis.

4. Responsio eſt Lyrani noſtri, quam ſequitur Maldonatus, qui ait, *Nondum venit tempus faciendi miraculum, quod à me petis.* 30. *Lyranus in gloſſa. Maldonat. in Euang.* Quaſi dicat, expectauit Chriſtus, quod omnes; qui aderant, cognouiſſent vinum defeciſſe, quò clarius miraculum eſſet, quia quando petiuit Mater, nondum totaliter vinum defecerat.

DIFFICVLTAS V.

Quare Virgo Maria dixit Miniſtris, quodcumque vobis dixerit facite?

QVæritur, quomodo repulsâ audita, Maris dixit miniſtris *quodcumque vobis dixerit, facite.*

1. Responsio Caietani, qui ait, *hæc verba manifeſtè teſtantur Beatam Virginem intellexiſſe verba Ieſu de tempore, & occaſione apta ad miraculum.* 31. *Caietan. in Euang.* Quaſi dicat, Mater & Filius intelligebant ſe, & ipſi ſua ſecreta nouerant; ipſi quod tunc fieri oportebat, & poſtea quod futurum erat, agnoſcebant. *Maria Mater & Filius ſe intelligebant.* Propterea dixit virgo Maria miniſtris, *quodcumque vobis dixerit, facite.*

2. Responsio Chriſoſtomi in Cathen. Sanct. Thom. qui ait, *poſtmodum fecit quod mater dixerat, vt etiam ex hoc ſufficiens eſſet demonſtratio, quod erat ſubiectus matri, vt non contradicere videretur; neque enim tot præſentibus erubeſcere faceret.* 32. *Chriſoſtom. in Cathen. Sanct. Thom.* Quaſi dicat, Virgo Maria adduxerat ad filium ſuum miniſtros, vt à pluribus fieret petitio. Et reſponſo accepto aſpero inſpirauit eam Spiritus Sanctus de quo plena erat, quod miraculum faciendum eſſet; *Parentes honorare Chriſtus docuit.* & ideo dixit miniſtris, quodcumque dixerit vobis, facite; quia per ipſam, & cum ipſa, & in ipſa, omnia miracula facienda decreuit filius Mariæ; quia teſte Sancto Petro Damiano Serm. de Annuntiat. *S. Petr. Dam. Serm. de Annunt.* *Sicut ſine ipſo nihil factum eſt, ita ſine Maria nihil eſt refectum.*

3. Responsio eſt Beda in Cathen. S. Thom. citati Miniſtris dicit, *quodcumque dixerit vobis, facite; quia licet abnegare videbatur, tamen ipſa ſciebat, quod faceret miracu-* 33. *Beda in Cathen. S. Thomæ.*

lum

ioan nam nouerat enim Mater pium, & misericordem. Quaſi dicat, ſciebat Mater ſancta obiurgationem illam Domini, filiique ſui non iraſcentis offenſam prætendere, ſed miſerantis portare myſterium.

Virgo Maria ſecreta Dei nouerat.

34. 4. Responsio, mea qoidem ſententia, hoc præcepit Virgo Maria miniſtris, quia prophetico ſpiritu reuelatum fuit illi miraculum faciendum, ſed dilatandum, eo quod precibus & orationibus conuiuarum, & miniſtrorum volebat flecti & cōmiſereri, ſicut effectus approbauit præteritis tot tantiſque diligentiis antequàm aqua in vinum conuerteretur.

Auctoris mens.

Preces & orationes Deum vincunt.

35. 5. Responsio Ruperti lib. 2. in Ioan. qui ait, *voluntatis filij Mater conſcia; & de potentia eius non dubitans, opportuna commonitione miniſtrorum animos præparat, videlicet, ne id quod præcepturus erat, amantia reputarent, nondum veram eius experti virtutem.* Quaſi dicat, Conſanguinei, & Domeſtici Ieſu cùm Apoſtolos elegit, & nomina immutata poſuit, exierunt (teſte Euangeliſta Marco) vt tenerent eum dicentes, *quia in furorem verſus eſt.* Ideò Mater virgo ſollicita præmonet, vt non diffidentes, aut iam irridentes indigni fierent gratiâ miraculi, ſed præcepto Chriſti parentes, viam facerent manifeſtandæ gloriæ Dei.

Rupert. lib. 2. in Ioan. *Inuidioſi, amentiæ vocant ingenioſos.*

Marc. 3 n. 21. *Condiſcipuli irrident, & indignantur contra facientes mirabilia.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare dixit Ieſus implete hydrias aquâ?

QVæritur, quare hydriæ impletæ ſunt aqua.

36. 1. Responsio eſt Chryſoſtomi in Cathena Sancti Thomæ, *vt multò mirabilius eſſet miraculum, quia aliud eſt ſubſtantiam in aliquam qualitatem tranſire, aliud ex nihilo facere.* Quaſi dicat, vt facilius miraculum crederetur, fecit hydrias aquâ adimplere: nam ſi vinum ex nihilo feciſſet, phantaſma viſum fuiſſet; cùm autem omnes viderent ipſam aquam, quam ſuis oculis viderant in vinum verſam, miraculum negare non potuiſſent.

Chriſoſtom. in Cath S. Thomæ. Inuidi increduli ſunt mirabilium.

37. 2. Responsio eſt Theophilacti, qui ait; *Propterea Chriſtum hoc feciſſe, vt miniſtri ipſi, qui eodem momento aquam infuderant, & vinum hauſerant, oculati teſtes miraculi eſſent.* Quaſi dicat; ideò noluit Chriſtus ipſe aquâ hydrias implere, ſed per miniſtros iuſſit fieri, vt domeſtici, & conſanguinei, qui ſemper terribiliores ſunt nullam haberent excuſationem ad credendum.

Theophylact. in Euang.

Teſtes fidem faciunt.

38. 3. Ratio eſt Cyrilli Hieroſolymitani in 4. myſt. Cathec. qui ait; *Iuſſit aquâ implere hydrias propter diſſimilitudinem, & vt maius miraculum videretur; quia propter ſimilitudinem facilius crederetur.* Quaſi dicat, nihil ſimilius, nihil diſſimilius, aut magis contrarium vino quàm aqua. Similis aqua vino eſt, quia vterque communis potus; diſſimilis, quia contrarias prorſus habet qualitates; ideo aquâ hydriæ implentur, & non alio liquore; quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Vnde concludit Cyrillus citatus, *maius fuit miraculum, quod Chriſtus aquam in vinum verteret, quàm quod nunc vinum in ſanguinem ſuum vertat; quia vinum propinquius eſt ſanguini.*

Cyrill. Hieroſolym. in 4. myſt. Cathec.

Oppoſita contra oppoſita ſi iuxta ſe ponantur, magis eluceſcunt.

39. 4. Responsio ſit Ruperti lib. 2. in Ioann. qui ait: *Mirabilius quippè eſt quamlibet ſubſtantiam, quæ non erat condere, quam vinum ex aqua feciſſe, ſed hoc eſt venerabilius.* Quaſi dicat, cum aquam ex nihilo creauit Deus, mirabilius eſt, ſed hoc ſolius potentiæ Dei eſt; cùm verò vinum ex aqua fecit, humori ſubſtantiæ ſolum accidens adiecit; ſed hoc fecit Deus, qui factus eſt homo, vt plus natura humana veneraretur.

Rupert. lib 2. in Ioan.

40. 5. Responsio ſit Sancti Gregorij hom. 6. in Ezech. *Implere hydrias aquâ iubet Chriſtus; quia prius per ſacræ lectionis hiſtoriam corda noſtra replenda ſunt, & tunc aquam nobis in vinum vertit.* Quaſi dicat, dum corda noſtra aquâ ſapientiæ ſalutaris replentur, ſtatim mens per altiſſimam contemplationem imbuitur, & inebriata ab vbertate diuini amoris manet; ſed hoc non ad litteram, ſed ad mores pertinet, de quo latiùs poſtea.

S. Gregor. in Ezech. hom. 6.

Scriptores & Doctores litteris replentur Spiritu Sancto.

41. 6. Responsio noſtri Lyrani, qui ait; *Quia aliquid de aqua ibi prius poſita aſſumpſerunt ad purificationem vaſorum; ideo iuſſit Ieſus ſuppleri quod fuerat amotum, propter quod ſequitur, & impleuerunt.* Quaſi dicat, vt miraculum euidentius pateret, aqua fuit de nouo poſita, & per miniſtros qui ſciebant talem defectum.

Lyran. ſua in gloſſa.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dixit Ieſus: haurite nunc, & ferte Architriclino?

QVæritur, quare iuſſit Chriſtus haurire vinum, & ad ſacerdotem ferre.

42. 1. Responsio Lyrani; *Voluit Chriſtus quod ille qui prius erat inter conuiuas (qui erat ſacerdos legis) primò de vino guſtaret, vt ex commendatione illius miraculum notius fieret.* Quaſi dicat, Architriclinus, non eſt nomen proprium, ſed ſignificat illum, qui principaliter ſedebat inter conuiuas, quia Archis idem eſt, quod Princeps, & triclinium, idem eſt, quod locus, vbi ſedebant in conuiuio.

Lyran. citatas.

Architricl. Etimologia.

43. 2. Responsio Chriſoſtomi in Cathen. S. Thom. *Quia aliqui poſſent dicere, quod conuiuæ ebrij erant, & ſenſus iudicantium corruptus, vt neſcirent vtrùm aqua, vel vinum eſſet.* Quaſi dicat, hi, quibus conuiuarum miniſtratio credita erat, maximè vigiles eſſe debebant, ad quos pertinebat, vt ornatè, & ordinatè omnia diſpoſita eſſent; ideò in teſtimonium eorum, quæ fiebant, dixit Ieſus teſte Architriclino, propter vigilantem eius ſenſum, & propter eius dignitatem, quia erat ſacerdos, qui ad obſeruationem legis in nuptiis aſſiſtebat, teſte Alcuino in Cath. citato.

Chriſoſtom. in Cathen. S. Thom.

Sacerdotis dignitas modeſta, & grauis.

44. 3. Responsio S. Hilarij 3. de Trinitate qui ait. *Aqua igitur hydriis infunditur, vinum calicibus hauritur, infundentis ſcientia ſenſus non conuenit haurientis.* Quaſi dicat, iuſſit Chriſtus haurire facto miraculo; quia qui infuderunt, haurire aquam exiſtimabant. Sed cum hauriunt vinum præclarum factum ſen-

ſerunt. Vnde ſequitur, vt guſtauit Architriclinus aquam vinum factam.

45. S. Chryſoſtom. in Cath. S. Thom. æ. 4. RESPONSIO eſt Chriſoſtomi in Cathen. Sanct. Thomæ, qui ait: *Paulatim volebat Dominus cognoſci ſignorum ſuorum virtutem; & ideo neque ipſe reuelauit, quod factum eſt, neque miniſtros Architriclinus vocauit, ſed ſponſum.* Quaſi dicat, noluit Dominus ipſe prodigium promulgare: Sed iuſſit ad Architriclinum ferre vinum factum; quia ſtupenda opera, non ea proprio ore iudicanda, ſed ex alieno ſunt: nam ſi miniſtros interrogaſſet Architriclinus, vtique miraculum reuelaſſent, & nullus eis crederet (addit Chriſoſtomus) *initium erat ſignorum, & nullus adhuc talem opinionem habebat de Chriſto.* Quaſi dicat, paulatim miniſtri miraculum omnibus narrauerunt, & ita fideles habiti ſunt; idcirco ordinauit Dominus, ne miniſtri interrogarentur, ſed ſponſus.

Laus in ore proprio viloſcit.

Chriſoſt. citat.

5. RESPONSIO, meo quidem iudicio, iuſſit Chriſtus vinum ferre Architriclino, vt æqualiter, & ſine differentia omnibus conuiuis vinum pretioſum impertiretur tanquam optimus iudex; quia miniſtri ſunt infideles, & ſolent vinum optimum in aquam conuertere, ſicut Chriſtus aquam in vinum mutauit. Ideo de illo famoſiſſimo Aſſueri conuiuio dicitur Eſther cap. 1. n. 8. *& non erat qui nolentes cogeret ad bibendum*, id eſt, nullus miniſter infidelis ad menſas ſeruiebat, qui poſtquàm inebriati eſſent conuiuæ, vinum deterius cogeret ad bibendum; quia vinum omnibus præſtantiſſimum, & ſine mixtione aquæ erat propoſitum, tam à principio conuiuij quàm in fine vbi ſeruatur deterius vinum ad bibendum. 46. *Auctoris mens.*

Miniſtri infideles vinum in aquam conuertunt.

Eſther cap. 1. n. 8.

TRACTATVS SECVNDVS, AD MORES.

In Cap. II. Ioannis.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Chriſtus Dominus vocatus fuit ad nuptias?

QVÆRITVR in ſenſu morali quare Chriſtus ad nuptias vocatus eſt?

47. Chriſoſt. cit. in litter. 1. RESPONSIO fuit Chriſoſtomi in Litter. citati. *Quoniam in Galilaa notus erat Dominus.* Quaſi dicat, pro bono communi conuiuarum voluit Chriſtus aſſiſtere nuptiis, non pro ſola fama miraculi diuulganda.

48. Oleaſter in Exod. 32. n. 10. Tranſlatio Pagnini. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Dominus Moyſi exod. 32. *conſumam eos* (*id eſt*, Ægyptios) *faciamque te in gentem magnam?* Et reſpondet, *quia ducem voluit tentare, vt experiretur, an pro priuato bono, fineret commune perire.* Quaſi dicat, erant Iſraelitæ afflicti ſub poteſtate Pharaonis, & conſtituit Dominus Moyſen Ducem, ſed cum periculo vitæ eundo, Regi potentiſſimo ſe opponendo pro bono communi fratrum, & tentauit illum Deus, videns, quomodo ſuccurrebat eis, oblitus famæ vel periculi ſui. Ita Chriſtus dignatus eſt ad nuptias venire, vt neceſſitatibus communibus ſuccurreret, vt doceret nos idem facere.

Bonum commune ante videre debet

2. RESPONSIO eſt Bedæ in littera citati. *Si enim nuptiis debita caſtitate celebratis culpa ineſſet, nequaquàm Dominus ad has venire voluiſſet.* Quaſi dicat contra hæreticos nuptias negantes, O perfidi, impudici, errantes, non videtis, quomodo publicè, & alta voce Chriſtus ſe manifeſtat coram coniugatis approbans, & ſuccurrens eis. 49. Beda in litter. citat.

Interrogat Rupertus in Apocalyp. cap. 1. n. 16. Quare dixit Ioannes ſponſus harum nuptiarum, *audiui poſt me vocem magnam Apoc. 1. n. 16.* Et reſpondet, *quia vera fides Sacramenti matrimonij, non in oculto, ſed palàm omni mundo loqui debet.* Quaſi dicat; ideò Chriſtus palam in medio nuptiarum apparere dignatus eſt, vt caſtitatem coniugalem acclamaret, & impudicos hæreticos, & vitioſos homines condemnaret. 50. Rupert. in Apocalip. 1. n. 16.

Caſtitas coniugalis publicè prædicanda.

Vndè Ambroſius in Pſ. 118. ait: *magna vox iuſtitia, magna eſt caſtitatis, per quam & mortui loquuntur, nec ſolum loquuntur, ſed etiam ſicut Abel clamant.* Quaſi dicat contra impudicos homines, qui carnalibus voluptatibus non ſatiantur, non ſolùm iuſtitia Dei inter iudices viuentis loquetur, ſed ſanguis caſtiſſimi Abel mortui clamauit & vindictam à Deo poſtulauit. 51. Ambroſ. in Pſal. 118.

Contra impudicos terra clamat.

3. RESPONSIO eſt Lyrani in litttera citati, qui ait: *Non fit mentio de nuptiis niſi ratione miraculi, quod fuit factum per Matris interpellatio-* 52. Lyran. citat. in gloſſa.

S. Thom. citat.

terpellationem. Quaſi dicat, teſte Sancto Thoma, in nuptiis ſpiritualibus eſt virgo Maria conciliatrix nuptiarum; quia per eius interceſſionem coniungitur anima Chriſtu per gratiam. Vnde Rupertus lib. 2. in Ioan. citat. *Optabat Dei genetrix conuiuantibus fieri ianua caleſtis beneficij*. Quaſi dicat, nullum eſt in mundo peccatorum gaudium, quod per feneſtram interceſſionis Mariæ non ingrediatur. Hinc Richardus de Sancto Victore in Cantica; *adeò replentur vbera Maria pietate, vt alicuius miſeria notitia tacta lac fundat miſericordia, ne poſſu miſerias ſcire, & non ſubuenire.* Benè ergo *Lyranus noſter dixit, quod ad nuptias venit Maria ratione miraculi, quod fuit factum propter interpellationem Maria.*

Rupert. lib. 2. in Ioann.

Richard. de S. Victore in Cant.

Duo vbera Maria pietatis, & miſericordia plena.

53. 4. Responsio eſt Chryſoſtomi citat. in littera, qui ait. *Venit ad nuptias Criſtus, quia non ad dignitatem reſpiciebat ſuam ſed ad beneficia noſtra*. Quaſi dicat, amabile eſt Deo tanquàm proprium bonum noſtum: Interrogat Oleaſter quare Exod. 32. dixit Moyſes Domino irato contra populum peccantem; *vt quid Domine iraſcitur furor tuus, in populum tuum, quem eduxiſti?* Et reſpondat *quia audierat Moyſes Deum populum vt rem, non ſuam, neque ad ſe pertinentem reijcere, ideo conatur populum Dei facere, vt prohibeat perdere*. Quaſi dicat tu vocas popolum meum, vt perdas, ego aſſero tuum, vt parcas; quia ſi vnicuique amabile eſt proprium bonum, quomodo tu miſericors, & Deus pius in proprium populum iraſceris? Quomodo non parces? Quomodo penuriis, & miſeriis hominum non ſubuenies? ſicut de facto in nuptiis Cana feciſti?

S. Chryſoſt. citat. in littera.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 2. iuxta tranſl. Pagnini.

Amabile eſt proprium bonum vnicuique.

54. 5. Responsio Ruperti in litter. citat. *Venit Chriſtus ad nuptias; quia credendum eſt, quod pia deuotione Ieſum & Matrem inuitauerunt*. Quaſi dicat ad famam ſanctitatis Chriſti, quæ iam inceperat deuulgari minimè conueniebat deuotioni inuitantium non aſſiſtere. Vnde interrogat Oleaſter in cap. 32. Exod. *Quare vt preces ſuas Dominus admitteret, & populo parceret, dixit, & quid dicent Ægyptij?* Et reſpondet: *quia multa homines faciunt, & omittunt ne famam & gloriam, quam habent, amittant*. Quaſi dicat, vniuerſus orbis te fortem Deum, & veracem credunt, qui ſi viderent te delere populum tuum, aut te patribus promiſſa non tenere, infidum putabunt, aut impotentem arbitrabuntur. Quare etſi ipſi propter facinus immenſum puniti merentur; tu autem famam tuam prodigere non debes. Ideo deuotioni inuitantium ceſſit Chriſtus, quamuis multi & ex domeſticis, & conſanguineis irridebant de fama Chriſti, cui debuit attendere, ne minueretur, ſed potius ampliaretur. Et addit Oleaſter, *quod multa non ſolum propter amicos, ſed etiam propter inimicos ſint facienda*. Fauendum ergo erat deuotioni inuitantium, vt Mater, & diſcipuli gauderent, & ne inimici lætarentur.

Rupert. in litter. citat.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 20. iuxta tranſ. Pagnini.

Propter honorem & famam multa ſunt operanda.

Oleaſter cit.

***

DIFFICVLTAS IX.

Quare Virgo Maria dixit Filio ſuo, vinum non habent?

QVæritur, quare dixit Virgo Maria Filio ſuo, *vinum non habent*?

1. Responsio fuit S. Bonauenturæ citat. in littera: *Quia amanti ſatis eſt inſinuare*. Quaſi dicat, ſummopere deſiderabat cor Chriſti oſtendere amorem ſuum circa homines, qui per opera manifeſtatur; ideo Mater eius hoc agnoſcens inſinuauit dicens, vinum non habent. Ac ſi diceret, ſatis eſt fili tibi inſinuare defectum vini, vt amorem tuum oſtentes. Vnde Seneca ſolebat dicere Epiſt. 95. *Homo ſum humani nihil à me alienum puto* & Ambroſ. *lib. 3. offic. cap. 7. fera non excludunt feras, & homo excludit hominem*. Et Drogo de Sacram. Domin. Paſſ. *Imaginis tua Deus miſerere, ſed in quo te agnoſcam miſereri? in eo quod imaginem meam in te Video ſimilem, & tamen mecum miſeriam pateris*. Quaſi omnes dicant: Chriſtus Deus deſiderabat, vt homo agnoſci pius; ideo neceſſitatem & defectum vini agnoſcens, non ſolùm prouidit, ſed ipſe participauit dolorem, & pœnam defectus; quia vt verus homo amans nolebat hominem excludere ſed ſuccurrere; quia amanti ſatis eſt inſinuare, ideò pia Mater dixit ei, *vinum non habent*. 55.

S. Bonau. cit. in litterá.

Senec. Ep. 95.

Ambroſ. lib. off. c. 7.

Drogo de Sacram. Dom. Paſſ.

Amanti ſatis eſt inſinuare neceſſitatem.

2. Responsio fuit Ruperti in litter. citati, *vt Beata virgo remuneraret deuotionem illorum, qui ſe inuitauerant ratione amicitia*. Quaſi dicat, quæ poteſt eſſe vita vitalis, quæ in vera amicitia non inueniatur. Interrogat Philo Carpatius in Cantic. Quare dicitur Eccleſ. c. 1. n. 16. *Amicus fidelis medicamentum vita, & immortalitatis?* Et reſpondet, *quia amicitia & charitas, calitus nobis eſt data; quia immortales habet dulcedines nullo temporis puncto defecturas*. Quaſi dicat, humana vita nihil aliud eſt quàm morbus & ægritudo, cui pœnæ infinitæ, afflictiones, lachrymæ, & miſeriæ eueniunt. Ideo ſapiens, vt tot mala quibus amicitia medetur; pingeret, dixit, quod erat medicamentum vitæ; Et cum ſitis inter moleſtias humanas principalem locum obtineat, ideo Beata virgo amicis, qui eam inuitauerant, cum fauere vellet, dixit Filio ſuo, *vinum non habent*; quia teſte Auguſtino lib. de amic. cap. 5. *non eſt validier, vel efficatier vulneribus noſtris medicina, quàm habere, qui omni incommodo occurrat*. 56.

Rupert. cit. in littera.

Amicitiæ exemplum B. Virgo M.

Philo. Carpac. in Cantic. Eccleſ. c. 1. n. 16.

Amicitia medicamentum vita.

Aug. lib. de amic. c. 5.

3. Responsio eſt Lyrani in littera citati, qui ait: *Quia ſciebat virgo non eſſe vinum ad ſufficientiam*. Quaſi dicat, ſemper prudentia debet impoſterum prouidere. Interrogat Sanct. Athanaſius Serm. de Cruce: Quid ſibi vult dicere Pſaltes diuinus Pſ. 103. n. 24. cum ait: *Omnia in ſapientia feciſti*, vel vt alia tranſlatio, *in prudentia operaſti?* Et reſpondet ad mores; *quia prudentia eſt ſol virtutum: nam teſte Plutarcho, qui auri & argenti magnam vim cognoſcit, mancipiorumque agris ſe & laxis atrius ſuccinxit, ac lectos menſaſque expoſuit ſumptuoſas,* 57.

nam

Lyran. citat.

Prudentia effectus.

Athan. ſer. de Cruce. Pſ. 103. n. 24.

Plutarchus commen. de fortuna.

num *exiſtimet hæc, ſi abſit prudentia? felicita-
tem ſibi fore vitamque lætam, beatam, immobi-*
Iſai. 33. n. 6. *lem.* Et Iſaias c. 33. n. 6. *Diuitiæ ſalutis ſapien-
tia & ſcientia*, vbi Septuaginta *in theſauris ſalus*
Tranſ. ſept. *noſtra ibi prudentia, & pietas.* Quaſi dicat,
nulla perfectior ſcientia, quàm vera pruden-
tia, quæ cum pietate coniuncta eſt, quam
Prudentia qui habuerit pluſquàm theſauros mundi debet
incomparabilis theſaurus. æſtimare, & illi plus proderit, vt patet in
Beata Virgine, quæ plena ſapientiâ, & pru-
dentiâ antequàm totum vinum coſūmaretur
dixit Filio ſuo, *vinum non habent*, & profuit
conuiuis pluſquàm ſi theſauros haberent.

DIFFICVLTAS X.

Quare dixit Ieſus Matri ſuæ, quid mihi, & tibi mulier?

QVæritur, quare Chriſtus tam aſpera ver-
ba Matri ſuæ reſpondet?

58. 1. RESPONSIO Auguſtini in littera
Auguſt. in litter. cit. citati, qui ait: *Hæretici derogantes Euangelio
argumentum erroris ſumunt dicentes, quod Ma-*
Hæreticorum error circa filiationem Ieſu. *ria non erat Mater Ieſu.* Et addit Auguſtinus;
*nunquid Chriſtus ad nuptias venit, vt doceret
matres contemni? Abſit.* Interrogat Oleaſter,
59. Oleaſt. in Exod. c. 20. n. 12. quare Exod. 20. n. 12. præcepit Deus matrem
honorare? Et reſpondet, *vt videas quantò
pluris faciat Deus parentum honorem, quàm*
Parentes quomodò pluſquàm Deus honorificentur. *ſuum, vt quàſi voluerit te potius matrem honora-
re quàm ſe; quia potiùs matri præcipis, quàm
ſibi ſacrificia offerri.* Quaſi dicat, teſte Rabbi
Rabbi. Symeon. Symeon, *ſcripturam pluris facere honorem pa-
rentum quam Dei.* Prouerb. 4. dicitur. *Honora
Deum de tua ſubſtantia*; parentibus verò voluit
Prouerb. c. 3. n. 9. filios ſubuenire ex labore manuum ſuarum &
ſi non habeant teneantur in piſtrino laborare,
vt parentibus victum quærant. Et ſimiliter
1. Reg. c. 2. n. 30. Exod. 20. n. 12. 1. Reg. c. 2. dicitur, *quicumque honorificauerit
me, honorabo eum*; qui verò matrem honorifi-
cauerit dicitur, Exod. 20. n. 12. *honora ma-
trem & prolongabo dies tuos.* Conſtat autem
pluris vitam fieri quàm honorem. Ergò Au-
Auguſt. cit. in lit. guſtinus optimè dixit, quod Chriſtus non
dixit Matri ſuæ, *quid mihi, & tibi mulier?* vt
matrem contemneret, ſed occaſionem, ac
tempus expectauit, vt ampliùs eam honori-
ficaret.

60. 2. RESPONSIO eſt Caietani in littera
Caietan. in litter. citat. citati, qui ait; *non ſunt verba obiurgantis, ſed
vrgentis, aut repellentis, ſed obſecrantis.* Quaſi
dicat, non repellit Ieſus Matrem, ſed obſe-
crat vt non ſua deprecatione eum tor-
queret, vt feſtinanter operaretur miraculum;
Orationes Sanctorum Deum ligant. quia obſecrationes Genitricis ſuæ eum ita
mouent, vt neque impetrata negare, neque pu-
nire peccatores ſinat.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 10. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Do-
minus Moyſi Exod. 32. n. 10. *& tu dimitte me.*
Tranſ. Pagn. Sic legit Pagninus. Et reſpondet interrogan-
do; *Quis te ligauit Domine Deus?* Et addit *li-
gatum habent Sancti Deum, vt non puniat niſi
permiſerint ipſi.* Quaſi dicat Deus, ita oratio-
nes ſanctorum diligit, vt ſe ſolus roget, vt li-
getur. Si ergo deprecationibus ſanctorum
ita ligatur Deus, quomodo deprecationibus
Matris ſuæ dilectæ non vinceretur? Et eam *B. Virgo filium vrget orationibus ſuis.*
obſecraret vt eum ſineret, quouſque tempus
aptum ad miraculum perueniret; ideo dixit,
quid mihi & tibi. Quaſi dicat, neque mihi,
neque tibi intereſt pro nunc prouidere de-
fectum vini.

3. RESPONSIO, quia vt ſapiens Ar- 62.
chitectus planos lapides primum pro funda- *Auctoris mens.*
mento poſuit, vocando Matrem ſuam mulie-
rem, non virginem. Quaſi dicat, non erat
tempus aptum ad tam grande myſterium vir- *prudentia ſal eſt virtutum.*
ginitatis Mariæ prædicandum, quod Diſci-
pulis ſuis alia occaſione his verbis explanauit *intempeſtiui imprudentes ſunt.*
dicens; *multa habeo vobis dicere, ſed non po-
teſtis modò portare.* Vnde Irenæus; *Nihil enim* Ioan. cap.
incomptum, atque intempeſtiuum apud Deum.
Propter hoc properante Maria ad admirabile Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes
vini ſignum Dominus dixit, *quid mihi & tibi
mulier? nondum venit hora mea.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare Chriſtus dixit, nondum venit hora mea?

QVæritur, qualis erat hora Chriſti?

1. RESPONSIO Ruperti citati 63.
in littera: *Hora Chriſti erat, quando conuiuæ* Rupert. cit. in litt.
*quorum deuotione inuitatus fuit, non minùs quàm
mater eius, ſuo beneficio lætificarentur.* Quaſi di-
cat, hora Dei eſt operandi prodigia, quando
ab omni humano auxilio deſperatur.

Interrogat Sanctus Ambroſius Serm. 75. qua- 64.
re dixit Euangeliſta Ioan. c. 9. n. 1. quod, Ambroſ. Serm. 75. Ioan. 9. n. 1.
*præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuita-
te.* Nunquid cæcus à natiuitate diſtinguitur à
cæco qui nunquam videt. *Et reſpondet, vt
cognoſcas, quia quod iſte ſanatur, qui à genera-
tione cæcus eſt, non artis eſt, ſed poteſtatis.* Quaſi *Cæcus à natiuitate quis.*
dicat, donauit Deus ſanitatem, non medici-
nam exercuit; eos enim ſanauit Ieſus, quos
nemo curauit. Et illa eſt hora Dei, quam
nemo ſperauit. Hanc eandem horam Para-
lyticus expectabat, vt Ioann. 5. n. 7. *refertur.* Ioan. 5. n. 7.
Hominem (Domine mi) non habeo. Ac ſi di-
ceret, horam & tempus faciendi Dei expecto,
quia ab omni humano auxilio deſtitutum me *Deſperatis Deus ſuccurrit.*
ſentio; & tunc venit hora diuina, quia Para-
lytico dixit, *tolle grabatum tuum, & ambula.*
Hinc animo omnino ſpe deſtituto Marthæ
dixit idem Dominus Ioann. cap. 4. n. 21. *venit* Ioan. cap. 4. n. 2.
*hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem
filij Dei.* Quaſi dicat, nunc venit hora mea;
quandò tu omni deſtituta auxilio cares. Ideo
Matris petitioni hodie dixit, *nondum venit ho-
ra mea*; quia teſte Lyrano *adhuc vinum in hy-* *Hora Dei in extremis cognoſcitur.*
driis remanebat? & ſpes non erat finita. Vnde
Chryſologus Serm. 63. ait: *meritò eo tempore* Chryſolog. Ser. 63.
adeſt Deus ipſe, cui homo deerat. Quaſi dicat,
quando humana deficiunt, diuina ſuccur-
runt.

2. RESPONSIO eſt Auguſtini citati 65.
in littera: *Caueamus ab errore Manichæorum* Aug. citat. in litter.
*dicentium fatum eſſe, & fortunam; ſiquidem
Chriſtus dixit, nondum venit hora mea.* Quaſi *Fatum non eſt neque fortuna.*
dicat; grande peccatum eſt, imò & ſapit hæ-
reſim, fortunæ & ſyderibus cæli peccata,
&

& euentus peccatorum tribuere.

66. Interrogat Oleaster, quare dixit Moyſes ad Aaron Exod. 31. n. 21. *quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper eum peccatum grande.* Quale igitur eſt hoc peccatum grande? Et reſpondet; *ſunt qui conſolationes in funeſtis caſibus fortuna, & ſyderibus tribuentes, arbitrantur praſtare obſequium Deo, & hoc peſſimum genus conſolationis eſt, & peccatum grande eſt, cum ſcriptum ſit, odiſti obſeruantes vanitates ſupernacuè.* Quaſi dicat ſemper Iudæi ſuperſtitioſi erant, fato, & ſyderibus credentes, & ad puniendum eos, quaſi recordabatur huius ingentis delicti, & inducebat ſuper illos hoc grande peccatum, quod cauere docet Auguſtinus: nam hæreticum eſt dicere, quod horam fati, & fortunæ Chriſtus ad miraculum faciendum expectabat.

Oleaſt. in Exod. 31. n. 21. Tranſ. Pagni.

Pſ. 30. n. 7.

Aug. citat.

67. 3. Responsio, mea ſententia eſt, quod dilatauit Chriſtus miraculum; quia volebat precibus, & orationibus conuiuarum flecti, & commiſereri. Vnde interrogat Oleaster, in Exod. 32. n. 14. dicitur, *quod pænituit Dominum mali, quod cogitauerat facere* (id eſt, *contra populum*) Et reſpondet, *quia efficaciſſima ſunt Sanctorum preces.* Quaſi dicat, noo ſolum malum faciendum Saoctotum preces impedierunt, ſed Deum pænitere cogunt, quod facere voluiſſet. Exquo patet, quod dilatio miraculi erat quia Chriſtus precibus, & orationibus conuiuarum, quaſi faſciculis florum delectabatur, & ſuauitatem orationum odorabatur.

Auctoris mens.

Exod. 32. n. 14. Tranſ. Pagnini.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dixit Virgo Maria miniſtris, quodcumque vobis dixerit, facite?

QVæritur quare dixit Mater Ieſu miniſtris, *quodcumque dixerit vobis, facite?*

68. 1. Responsio fuit Bedæ in Cathen. citati, qui ait: *Sciebat Mater ſua obiurgationem illam Domini, filiique ſui, non iraſcentis offenſam prætendere, ſed imperantis portare myſterium.* Quaſi dicat, multum Deus ab homine diſcrepat: nam ſi diuina verba plena ſutoris videantur, ſemper tamen benignitate plena ſunt: at in homine verba adulatoria inuenies, intùs ſunt lùpina, & rapacia.

Beda in ſitt. citat.

Verba aſpera pluris æſtimanda quàm ſuauia.

69. Interrogat Drogo lib. de Sacram. Dom. Paſſionis, quid ſignificant verba Dauid Pſ. 9. n. 14. *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur?* Et reſpondet *tunc laudibus ſupernacuis laudatur homo, cùm loquitur cum benignitate, & opera eius plena ſunt dolo, & malignitate quod luce clarius oſtenditur, quia Chriſtus genu flexo, à talibus illudebatur, potius quàm ſeruiebatur, cùm aue Rex Iudæorum adulabantur, expuentes in eum, vt Matth. 29. n. 29. teſtatur.* Quaſi dicat, timeat adulatores blandè loquentes, & peruerſa cogitantes. Et audiant quid acciderit Herodi capiti adulantium Ieſu Actor. 12. n. 23. *Herodes percuſſus ab Angelo, exutus clamyde veſtem ſuam reinduit, & conſumptus à vermibus expirauit.*

Drogo de Sacram. Dom. Paſſ. Pſ. 9. n. 14.

Adulatores fugiendi ſunt.

Actor. 12. n. 23.

Vbi Drogo citatus; *veſte ne illuſus? aue Rex Iudæorum. Quid ſuperbis terra & cinis? Quid veſte nitida gloriaris? Illuſerunt tibi, qui clamyde coccinea circumdederunt.* Quaſi dicat, nonne videtis, quomodo verba mundi adulatoria, lupina, & rapacia ſunt; Verba autem Chriſti aſpera benignitate plena cuius conditio à Matre ſua bene cognita, poſtquàm audiuit, quid tibi, & mihi mulier, dixit miniſtris, *quodcumque vobis dixerit, facite.* 70.

Drogo cit.

Adulatores crudeles ipſe.

2. Responsio Chryſoſtomi citati in littera. *Poſtmodum facit miraculum, ne tot præſentibus erubeſcere faceret matrem eius.* Quaſi dicat, ne ex reſponſo aſpero matri ſuæ dato ſcandalizarentur auditores cum feſtinatione fecit miraculum; quia occaſiones publicas peccati celeriter debemus euitare. 71.

Chryſoſt. cit. in litter.

Occaſiones publicæ peccati tollenda.

. Interrogat Oleaster, quare dicitur Exod. 32. n. 15. *Vidit Moyſes populum, quod detectus eſſet?* Vel vt vulgata legit, *videns populum, quod eſſet nudatus?* Et reſpondet, *debet Prælatus quantum poteſt peccata populi occultare, famamque ſeruare, ſed cum viderit publicata publicè punire.* Quaſi dicat, timuit Sanctus Moyſes, ne inimici Dei blaſphemarent nomen Dei, dicentes, idololatras eieciſſe, vt idololatras plantaret, ideo voluit peccatum punire, vt tolleretur ſcandalum. Et hac ratione poſtquàm aſperè matri loquutus eſt, cum feſtinatione fecit miraculum, & inſpirauit eam, vt diceret miniſtris, *quodcumque dixerit vobis, facite,* ne Mater cum rubore maneret deſpecta, & conuiuæ ſcandalum ſumerent. 72.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 15. Tranſ. Pagnin.

Prælati remiſſi impii ſunt.

2. Responsio Ruperti in littera citati, *animos miniſtrorum præparat Maria, ne id quod præceptura erat amentia reputarent conſanguinei,* vt Marci cap. 3. dixerunt, *in inſaniam verſus eſt.* 73.

Rupert in litt. citat.

Interrogat Sanctus Ambroſius 1. offic. cap. 44. quare de Chriſto incarnato ſcriptum eſt, *Dominus regnauit decorem indutus eſt. Pſ. 92. n. 1.* Et reſpondet; *quia qui venerat in ſerui forma, in hominis ſpecie aſſumpſit decorem redemptionis humanæ.* Et ſi iterum quæras quando maiorem decorem Chriſtus demonſtrauit. Reſpondet Cellenſis lib. 1. *Cum gurgites miſerationum de ventre matris enormis.* Quaſi dicat, longè valentior, & formoſior eſt amor ad obtinendum quod velit; ſiue dicas benè ſiue malè, ſiue quod amans eſt prudens, ſiue quod inſanit. Vnde Chryſoſtomus in Geneſ. addit: *nihil manſuetudine valentius, neque pulchrius amore.* Quaſi dicat, teſte citato Cellenſe, *ſi aliquid eſt melius ipſo Ieſu, & pulchrius, id eſt, mihi propitiatorium;* id eſt, cum reſpicio manſuetudinem eius audientis me, & dicentis, quod inſanit, cum prodigia, & miracula operabatur. Hinc videns Auguſtinus Chriſtum, accipiens in manu ſua arundinem quaſi inſanus & amens, ait: *Tunc amor Chriſti dicere potuit, ex te me fingo, quod ex me habere non poſſum,* & propter hanc cauſam mater eius hodie præuenit miniſtros dicens, *quodcumque dixerit vobis, facite,* ne amentiæ id reputarent conſanguinei, qui plus inuident, & noti, & Domeſtici, qui nimis calumniantur.

Ambroſ. 1. offic. c. 44. Pſ. 92. n. 1.

Cellenſ. lib. 1.

Valentior amor quando amens reputatur.

Chryſoſt. in Geneſ. Cellenſ. cit.

Aug. ſup. ch.

Plus calumniantur Domeſtici fratres.

3. Responsio, hoc dixit Mater miniſtris; quia volebat Chriſtus precibus 54.

Auctoris mens.

eorum

eorum commoueri. Vnde interrogat Oleaſter, quare vt miſericordiam Moyſes conſequeretur dixit Deo Exod. 32. n. 13. *Recordare Domine Abraham Iſaac & Iacob?* Et reſpondet, *vt videant homines, quid Sancti Valeant precibus ſuis populo & ciuitatibus & conſanguineis ſuis, vt propter eos parcat Dominus populo ſuo, & poſteris ſuis.* Et hac de cauſa Mater Chriſti dixit miniſtris, *quodcumque dixerit vobis facite.* Quia precibus, & orationibus miniſtrorum volebat commiſereri conuiuarum, ſicut de facto viſum fuit.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 13.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare iuſſit Ieſus implere hydrias aqua?

QVæritur quare Ieſus iuſſit, quòd, implerentur hydriæ aqua?

75\. S. Chryſoſt. citat. in litt.

1\. Responsio fuit Chryſoſtomi citati in littera, *vt multò mirabilius eſſet miraculum.*

Oleaſter in Exod. 7. n. 22.

Interrogat Oleaſter, quare dicitur *Exod. 7. num. 22. quod vocauit Pharao maleficos, & fecerunt ſic & induratum eſt cor Pharaonis?* Et reſpondet quia iniquorum munus eſt obſeruare opera Sanctorum Chymericis, & phantaſticis reuelationibus ſuis, & hoc ingens malum eſt, & in Eccleſia Dei perniciosiſſimum. Quaſi dicat, nihil magis nocet ſanctis operibus, quàm opera ficta hypocritarum; multi enim iniqui ſtrictiùs ieiunant quàm ſancti, & prolixiùs orant, & id genus multa faciunt, non vt faciant, ſed vt obſcurent ſanctorum opera. Quia quando veritas declaratur & reuelationes fictæ puniuntur. Homines imbecilles & peccatores, reprobi etiam in ſanctos Dei blaſphemant, & nullis credunt. Et Ideo, inquit Sanct. Thomas, & Albertus Magnus, Chriſtus noluit ex nihilo facere miraculum ne putaretur, quod erat phantaſticum, ſed ex aqua iuſſit impleri hydrias, vt oculis ſuis viderent miniſtri prodigium & negare, neque murmurare, aut dubitare de prodigio facto poſſent.

Reuelationes fingentes Eccleſia Dei nimis nocent.

S. Thom. Albert. Mag.

76\. S. Gregor. in litter. citat.

2\. Responsio Gregorij in littera cit. *iuſſit impleri hydrias aqua, quia prius per ſacræ lectionis hiſtoriam corda noſtra replenda ſunt.* Quaſi dicat nihil iucundius in voluptatibus mundanis inueniri poteſt, neque eſt gaudium quod comparari poſſit cum lætitia, qua fruuntur, qui ſemper ſacris litteris, & ſcripturis replentur.

77 S. Paſchaſ. c. 18. Eccleſiaſtici cap. 15. n. 3.

Vnde interrogat Sanctus Paſchaſius cap. 18. quare ſcriptum eſt *Eccleſiaſti. 15. n. 3. aqua ſapientia potabit illum?* Et reſpondet, *quia vtiliſſima, & iucundiſſima, eſt lectio ſacra ſcriptura, quæ per aquam ſignificatur.* Quaſi dicat, aquam in vinum commutaſſe Dominum legimus, vt inſipientia, & triſtitia noſtra euacuata vinum iucunditatis in nobis exuberet. Vnde Auguſtinus tract. 9. in Ioann. per aquam inſipidam, & frigidam intelligit, *omnes ſcientias humanas, quas lectio Euangelica & ſcriptura ſacra in vinum ſuauiſſimum conuertit.* Et Bern. ſerm. 2. de nuptiis, *incutite metum, & ſpiritu timoris Domini, non tam vaſa, quam corda veſtra replete.* Quaſi dicat, arripite gladium ſcripturæ ſacræ date operam litteris ſacris, guſtate, & videte, quàm ſuauis eſt doctrina Euangelij, & quomodo propter illam omnia relinquitis, imo in faſtidium gaudia mundi mutantur: nam teſte Tertulliano; *nulla maior voluptas, quam faſtidium voluptatis,* quæ in ſacra ſcriptura inuenitur, quæ omnes aquas frigidas, & putridas voluptatum in vinum lætitiæ conuertit.

Scripturæ, & Doctores lætitia ingenti fruuntur.

Auguſt. tract. 9. in Ioann.

Bern. ſer. 2. de nuptiis.

Tertull. lib. de ſpectacul.

Voluptas maior faſtidium voluptatis.

3\. Responsio eſt Cyrilli Hieroſolymitani in littera citati, qui ait: *propter diſſimilitudinem iuſſit hydrias impleri.* Quaſi dicat, qualitates erant vini, & aquæ contrariæ, & cum peccator conuertit ſuam frigiditatem, & inſipidam vitam in aquam diuinæ gratiæ, nihil vitæ præteritæ debet amplius apparere. 78.

Cyrill. Hieroſolymitan. in litt. citat.

Interrogat Oleaſter, quare Moyſes tulit vitulum, & combuſſit igni *Exod. 32. n. 20.* Et reſpondet, *vt daret filiis Iſrael puluerizatum vitulum, vt biberent.* Et ſi quæras vt quid potauerunt vitulum? Reſpondet, *vt Iſraelitæ peccatum idololatriæ faſtidirent; ideo ſaturauit eos peccato, ac vitulo ſuo.* Quaſi dicat, nihil reliquiarum peccati apud peccatorem debet amplius apparere, ne poſtmodum ſpecie peccati allectus ad illud reuertatur, ideo potauit peccato Iſraelitas. Et addit Oleaſter. *Si ergo tempore Ieroboan vitulum, in puluerem redactum ſuſcitauerunt 1. Reg. 12 quid facerent, ſi eius reliquias integras inuenirent?* 79.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 20. Tranſl. Pagnini.

Peccatores ſaturati peccatis faſtidium generant peccatorum.

1\. Reg. 12.

Vnde interrogat Chryſologus in Luc. c. 15. Quare filius prodigus cupiebat ſaturari de ſiliquis, quas porci comedebant? Et reſpondet; *quia Diabolus non ſinit peccatores, peccatis ſuis ſatiari, vt poſt ſaturitatem faſtidio illos ſit.* Quaſi dicat, ſæpè contingit, peccatores ſaturatos peccatis ad Deum conuerti; ideo qualitatibus omnino contrariis, aquæ ſcilicet, & vini factum eſt hoc miraculum in nuptiis; quia in ſummè contrariis oſtentat Deus plus potentiam ſuam. 80.

Chryſolog. ſer. in cap. 15. Luca.

DIFFICVLTAS. XIV.

Quare dixit Ieſus haurite nunc, & ferte Architriclino?

QVæretur quare Architriclino iuſſit Chriſtus vinum afferri?

1\. Responsio fuit Lyrani in littera citati; *vt ex commendatione illius, qui caput erat, fieret miraculum notius.* Quaſi dicat, qui præeſt aliis ita candidatus perexiſtat, vt omnes ad imitationem eius candidati ſint; qui vero ſuo malo exemplo ſubditos conturbat, manifeſtè oſtentat, quod non intrauit in ouile Domini per oſtium, ſed aliunde, aſcendit ſicut fur & latro, & iſte præcipitium quæſiuit à Diabolo ſemper inſtigando, & inſpirando, vt ad culmen templi aſcendat & poſtea pulſet, dicendo, *mitte te deorſum.* De quo Gregor. lib. 7. Epiſt. 110. *qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo deſcendat.* 81.

Lyranus cit. in littera.

Prælatus candidatus ſubditos purificat.

Lucæ 4. n. 9.

Gregor. Mag. lib. 7. Ep. 110.

Vnde

82 Vnde interrogat Aelredus in allegor. Gotoſr. Tiliani, ad lib 3. Reg. Quid ſignificant illa verba *Pſaltis, noli æmulari in malignantibus, quia tanquam fœnum velociter areſcent.* Et reſpondet, *noli æmulari in malignantibus, qui cum ſint fornicatores, & adulteres, impudenter, & irreuerenter aſcendunt cubile patris ſui; & maculant ſtratum eius; thalamum Christi; quia iſti velociter areſcent; & in ignem mittentur.* Quaſi dicat; qui enim inutilem ſeruum proiici iuſſit in tenebras exteriores, quid faciet de indigno? de impudenti? de peſtilenti? ſeſe in Christi Cathedram ingerenti.

Aelredus in allega. Gotofr. Tiliani ad lib. 3. Reg. Pſ. 36. n. 1.

Impudici, illiterati dignitates conſequuntur muneribus.

83 Vnde interrogat Ambroſius lib. 10. in Lucam, quomodo tam ſolerter à Christo monitus Petrus, tam celeriter ter eum negaſſet? Et reſpondet, *quomodo enim non negaret, quem intromiſit oſtiaria, & oſtiaria Iudæorum.* Quaſi dicat, qui fœmineo fauore ingreſſus fuit in domum Sacerdotis, & Principis, quem alium exitum niſi præcipitium animæ ſperabat. Vnde Leo Magnus Epiſt. 85. *difficile eſt, vt bono peragantur exitu, quæ mala ſunt inchoata principio.* Quaſi dicat, ideo Architriclino iuſſit Christus vinum afferri ad celebrandum miraculum prouocans, vt bono principio miracula inciperent Christi, & ſic optimo exitu finirentur.

S. Ambroſ. lib. 10. in Luc.

Leo Magn. Epiſt. 85.

84 2. Responsio eſt Chryſoſtomi citat. in litter. qui ait: *Christus non vocauit ſponſum, ſed vinum iuſſit ferri Architriclino quia ſtupenda opera alieno ore publicanda ſunt, vt creſcant; & non vileſcant.* Interrogat Oleaſter, quare interfectis idololatris *Exod.* 32. *n.* 29. dixit Moyſes ad amicos *Dei, conſecraſtis manum veſtram hodie Domino?* Et reſpondet, *quia ſi iudex, aut vltor malorum es, non te acclames iuſtum & bonum. Neque putes irreligioſum, aut prophanum, ſed Deus exaltauit; & acclamauit laudem tuam.* Quaſi dicat, qui mirabilia, quæ facit, tacet, Deum multum obligat, vt ipſe extollat illum; quoniam non minùs Deum, quis colit puniendo peccatores, quàm ſidonaria, & ſacrificia manibus ſacratis offerret.

S. Chryſoſt. cit. in litter.

Laus in ore proprio vileſcit.

Oleaſt. in Exod. 32. n. 29. Tranſl. Pagn.

Malos punire idem eſt, ac ſacrificare Deo.

Vnde Phinees propter occiſionem Iſraelitæ à deo laudibus immenſis exaltatus in ſempiternum, & ſacerdotium perpetuum conſequutus eſt; quoniam ipſe mirabile factum non acclamauit & Soſanna muſſitans, & non ſe defendens, à Daniele repentè tanquàm prodigioſa, & caſtiſſima fœmina celebrata fuit, & Christus in nuptiis facto prodigio aud it conuiuas, & Diſcipulos primum miraculum acclamantes. 85

Num. c. 25.

Laudes propria tacenda ſunt.

Daniel. c. 13. n. 10.

3. Responsio, iuſſit vinum ferre Architriclino, quia miniſtri ſolent eſſe infideles, & vinum aqua miſcere. 86

Auctoris mens.

Interrogat Sanctus Cyprianus Epiſt. 2. ad Donatum, Quare de manna colligentibus dicit *Exod.* 16. *n.* 20. *qui dimiſerunt vſque ad mane, ſcatere cœpit, & computruit?* Quaſi dicat, cur permiſit Deus panem Angelorum putreſcere, & panem ſuis manibus in eremo ſequentibus ſe creſcere, & multiplicari, & vinum in nuptiis vſque ad ſummum abundare, & ſponſum pauperem ex reliquiis diteſcere?

S. Cyprianus Ep. 2. ad Donatum.

Manus hominum omnia munera minuunt, Dei augent.

Et reſpondet, *quia beneficiorum terreſtrium mos eſt in capeſcendo munere menſura, vel modus; manus vero Dei exuberant affluenter.* Quaſi dicat, tam infideles, & miſeræ ſunt miniſtrorum manus in elargiendis muneribus Dei, & Dominorum ſuorum, vt ſemper diminuta, & defraudata pertranſeant; quia non eſt, *qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, qui fideliter Reipublicæ adminiſtrationes tractet. Et ideo permiſit Deus, vt manna putreſceret, ſtatim vt deſcendebat, vt manibus miniſtrorum non vileſceret, & pauperibus pretio inæſtimabili venderetur. Quando ipſe tam affluenter, & diffusè è cælo fluebat. Et hinc apparet, quare panis in deſerto tantùm multiplicabatur; quia per manus Apoſtolorum tranſibat, qui fideliſſimè miniſtrabant. Et vinum Architriclino iuſſit Christus ferri, vt tanquam fidelis æqualiter ſuauitatem, & odorem eius conuiuij ſine differentia præſtaret, & ſuperaret, vt domus pauperis ſponſi diteſceret, vt Maldonatus, & Syluera inſinuarunt.

Manus hominum miſerabiles ſunt.

Auctoris mens.

Maldonatus Sylera. in Ioan. c. 2. in litter.

TRACTATVS TERTIVS.

Litteralis In Cap. II. Ioannis.

TEXTVS.

9. VT autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, vocauit ſponſum, & non ſciebat vnde eſſet; miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam. Vocauit ſponſus Architriclinum. 10. & dixit ei, omnis homo primùm bonum vinum ponit & cum inebriati fuerint, id quod deterius eſt; tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc. 11. Et hoc fecit initium ſignorum IESVS in Cana Galileæ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum Diſcipuli eius.

EXPOSITIO LITTERÆ.

87. Error Caluiniſtar.

PRimum delirium Hæreticorum Caluiniſtarum impugnemus ex hoc loco negantium tranſubſtantiationem panis, & vini in carnem, & ſanguinem Chriſti; quia poſtquam aquam vinum factam narrat Euangeliſta, vocat aquam vinum. Ergo metaphoricè tantum dicitur vinum conuerſum in ſanguinem Chriſti, inquiunt hæretici. Sed contrarium ad hoc patet; quia Exod. 7. n. 12. virga iam in ſerpentem conuerſa, vocatur virga, & panem in carnem Chriſti conuerſum vocamus nos panem Angelorum metaphoricè. Et Paulus 1. Cor. 11. n. 16. hoſtiam conſecratam vocat panem. Itaque aquam conuerſam in vinum vocat Euangeliſta aquam metaphoricè, ſicut hoſtia conſecrata vocatur panis; non è contra, vinum aut hoſtia conſecrata, corpus Chriſti, aut vinum metaphoricè dicuntur.

Vinum vocatur aqua metaphoricè. Exod. 7. n. 12. 1. Cor. 11. n. 16.

88. *Et non ſciebat vnde eſſet*, id eſt, quomodo, aut qua arte aut loco venturum eſſet. Huiuſmodi autem admiratio Architriclini diuinitùs facta eſt; quia teſte Chryſoſtomo, officium erat illius huc illucque diuertere, & ambulare; & ideo non attendit ad petitionem Matris ad Filium, neque ad reſponſionem, neque ad vocationem miniſtrorum neque ad impletionem aquæ in hydriis, quod omne accidit vt poſtea miraculum magis, ac magis eluceſceret, multiplicatis teſtibus.

Chryſoſt. *Teſtes multiplicati fidem adſtruunt.*

89. Vocat ſponſam Architriclinus non vociferando, vt aliqui recentiores tenent, ſed per ſigna, vel per nutum ſecretè, quia prodigium ſtupendum, quaſi prudens gubernator prædicare noluit, niſi priùs ſecretè probationem veritatis aſſumeret, vt deinde ratificaretur, & confirmaretur in dicto, miniſtros vocauit ſponſus, vt viderent, ſi verum eſſet, quod aliunde vinum optimum non attuliſſet.

Recentiorum opinio. *Auctoris ment.*

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus, omnium quæ fecit Ieſus, poſtquam publicè manifeſtatus eſt; non primum iſtorum miraculorum, quæ in Cana facta ſunt, neque in vita tota ſua, neque ſignorum ſua ſola poteſtate factorum, vt Rupertus inſinuat, ſed illorum quæ fecit, vt ſuam gloriam manifeſtaret, inquit Euangeliſta. Cætera infra patebunt.

Rupertus in Ioan. lib. 2.

TRANSLATIONES Textus antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam.

Tranſlatio Vatabli. 2. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam in vinum verſam, neſciebat autem vnde eſſet.

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Cum guſtaſſet aquas illas, quæ fuerãt vinum.

Lyranus ſua in gloſſa. 4. Vt guſtauit Architriclinus mutatam aquam in vinum.

Vulgata. n. 10. 5. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, &c.

Tranſlatio Hebraica. 6. Et cum egregiè biberint, tunc quod deterius.

Lyranus ſua in gloſſa. 7. Omnis homo primùm vinum bonum appónit ipſis conuiuantibus, quia tunc ſenſus eſt viuax.

Vulgata editio n. 10. 8. Hoc fecit initium ſignorum Iesvs in Cana Galileæ, & manifeſtauit glariam ſuam.

Tranſlatio Vatabli. 9. Et manifeſtam fecit gloriam ſuam.

Rupertus in Ioan. lib. 2. 10. Et hoc ſigno manifeſtauit Iesvs gloriam ſuam.

Lyranus ſua in gloſſa. 11. Hoc fuit primum miraculum ab ipſo factum, & manifeſtauit diuinitatis potentiam.

Tranſlatio ex Syriaca. 12. Et notam fecit Iesvs gloriam ſuam.

Vulgata editio n. 11. 13. Et crediderunt in eum Diſcipuli eius.

Lyranus ſua in gloſſa. 14. Aliqui de nouo crediderunt in eum, & illi qui prius crediderunt poſt hoc ſolidati ſunt.

Caietanus in Cap. 2. Ioann. 15. Et manifeſtauit gloriam quam intus habebat, & propter hoc Diſcipuli crediderunt in ipſo latere diuinam potentiam.

DIFFICVLTAS I.
Ad litteram.

Quare Architriclinus guſtauit vinum miraculoſum?

QVætitur, quare primus omoium Architriclinus vinum guſtauit?

91. Caietan. in Euang. 1. Responsio eſt Caiet. in Euang. Ioan. 2. qui ait, *non dicit bibit, ſed guſtauit ad ſignificandum officium Architriclini.* Quaſi dicat, durante conuiuio non poterat, qui præſes erat, bibere, ſed cibos, & vioa guſtare, vt videret, ſi eſſent bene condita. Quod officium in noſtra Hiſpania vocatur *Maeſtreſala*; quia eſt, quaſi Magiſter docens, quomodo cibi & vioa præparari debeant.

Hiſpana loquutio. Maeſtreſala.

92. Chryſoſt. citat. in Cath. S. Thom. 2. Responsio eſt Chryſoſtomi in Catheo. S. Thom. qui ait; *Primo guſtauit Architriclinus, ne aliqui poſſent dicere, quod conuiuæ ebrij erant, & ſenſus iudicantium corruptus, vt neſcirent vtrum aqua, vel vinum eſſet.* Quaſi dicat, qui præeſt in conuiuiis aliis rector & vigilans debet eſſe, vt cæteros ioſtruat, corrgat, & emendet.

Præſeſ. vigil. & attentus.

93. S. Hilar. 3. de Trinit. 3. Rasponsio eſt Hilarij 3. de Trinitate. *vt guſtauit Architriclinus, non quod aqua ſimplicitas defecit, & vini ſapor natus eſſet, quod per transfuſionem potioris obtinetur quod infirmius eſt, ſed aboletur, quod erat, & quod non erat eſſe.* Quaſi dicat, oon remanſit eadem ſubſtantia frigidæ aquæ, & per mutatiooem ſaporis in vinum conuerſa eſt; ſed vere; & realiter ſubſtantia aquæ noo fuit, & iocepit eſſe ſubſtantia vini, quæ antea non erat, & de hoc admiratus eſt Architriclinus.

Aqua ſubſtantia annihilata eſt.

94. Aug. in Catth. citat. 4. Rasponsio Auguſtini in Cathen. citati, *illa erat aqua; fecit autem de aqua vinum, cum aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas; ſic enim ſapit, quod non ſapiebat, & inebriat, quod non inebriabat.* Quaſi dicat, guſtato vino ab Architriclino, cœpit guſtare & intelligere ſcripturas de Chriſto iocarnato. Sed hoc ad mores poſtea.

Script. ſancta aperit ſenſus.

95. Beda in Catthen. S. Thom. 5. Rasponsio Bedæ in Cathen. citat. *Apparente enim Domino in carne vinoſa legalis ſenſus ſuauitas, paulatim cœperat ob carnalem Phariſæorum interpretationem à priſca ſua virtute deficere.* Quaſi dicat, vinoſa ſuauitas antiquæ legis, tempore Chriſti propter tranſgreſſiooes ſacerdotum, & Phariſæorum iam cœperat deficere. Et Chriſtus qui venerat non ſoluere, ſed adimplere legem in ardeotiſſimum charitatis amorem homines transformauit, & vino nouæ legis corda fidelium inebriauit, & Spiritus ſaocti amore repleti maoſeruot.

Prælati ſuo malo exemplo legem Dei frigefaciunt.

DIFFICVLTAS II.

Quare dixit Architriclinus, omnis homo primùm bonum vinum ponit?

QVæretur; quare dixit Architriclinus, *omnis homo primùm bonum vinum ponit?*

96. Chryſoſt. in Cath. S. Thomæ. 1. Rasponsio Chryſoſtomi in Cathena citati, qui ait: *talia enim ſpecioſiora, & vtiliora fiant. Igitur aqua vinum facta miniſtros teſtes habuit; boni verò vini facti Architriclinum, & ſponſum.* Quaſi dicat de præclaro vino miratur Architriclinus, & ſpooſus; quia præclariora ſunt miracula, quam ipſæ naturales res, quia ipſis mioiſtris dantur, oon Dominis, quia inferioris ſunt gradus, & intallectus ad cognoſcenda altiora, quæ fiunt à Deo, & miraculosè operantur; ideò Præſes clarificauit vinum optimum vocando.

Doctores altioris intellectus ſunt turbis neceſſarii.

97. Albert. Mag. in Euang. 2. Rasponsio eſt Alberti Magni. qui ait, *liberales & nobiles in conuiuiis ſemper optimum vinum apponunt. At miſeri non ſic, ſed è contra, vt ſitibundi conuiuæ ex deteriori, & peſſimo vino inebrientur, & bonum obſeruetur.* Quaſi dicat Architriclinus, quaſi reprehendens, ſponſo ait; liberales, & veri amici optimum vinum primum ponunt. Quare igitur tu è contra feciſti quia optimum vinum poſterius reſeruaſti.

Miſeri ſemper occultant meliora.

98. Caietan. in Euang. 3. Rasponsio eſt Caiet. in Euang. qui ait: *hinc apparet perfectum opus patrati miraculi.* Quaſi dicat, cum cooiuiæ inebriati ſunt, ooo poſſunt diſcernere inter booum & malum vinum, Architriclinus autem qui tan-

Inebriati non diſcernunt.

tum guſtabat cibos, & vinum clarificauit illud, dicens *omnis homo primum bonum vinum ponit, deinde, quod deterius eſt, tu autem ſeruaſti optimum vinum vſque ad finem.*

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, hoc fecit initium ſignorum in Cana Galileæ?

QVæritur, quomodo fuit primum miraculum hoc factum in Cana?

99. Lyranus ſua in gloſſa. 1. Responsio Lyrani, qui ſua in gloſſa ait: *quia iſtud fuit primum miraculum ab ipſo factum, vt in fine huius capituli dicitur.* Quaſi dicat, cœpit Ieſus hodie facere & docere, facere miraculum vini, ſcilicet, operando; docere, quia teſte Ruperto de virginitate multa prædixit Chriſtus approbans etiam matrimonium. *Operibus & verbis prædicandum. Rupert. lib. 2. in Ioan.* Quibus auditis Ioannes Euangeliſta relictis nuptiis ſequutus eſt Dominum: *tradunt namque hiſtoriæ*, inquit Rupertus, *quod de nuptiis volentem Ioannem vocauerit, & propterea, quem à carnali voluptate retraxerat potiori amoris ſui dulcedine donauit.*

100. 2. Responsio S. Hieronymi in gloſſa citati, *in initio ſignorũ, quæ mortalis mortalibus erat daturus, aquam vertit in vinum: ſicut iam immortalis Diſcipulis aperuit ſenſum.* Quaſi dicat, carnales mentes priùs ſapore ſapientiæ imbuit poſteà reſuſcitatos maiori gloria cõpleturus.

101. S. Aug. in Cath. S. Thomæ. 3. Responsio Auguſtini in Cathen. S. Thomæ citati. *Fecit primum miraculum in hydriis, qui omni anno facit in vitibus; ſed hoc aſſiduitate amiſit admirationem.* Quaſi dicat, ſeruauit Deus inuſitata quædam quæ faceret, vt tanquam dormientes homines ad ſe colendum mirabiliter excitaret, propter quod ſequitur, manifeſtauit gloriam ſuam. *Miracula quotidie facta viteſcunt quia communia. S. Ambroſ. ſer. 13.* Vnde dixit Ambroſius ſer. 13. *Dicitur hoc primum miraculũ feciſſe, vt aquam mutaret in vinum, magnum planè ſignum, & ad Dei credendũ ſufficiens maieſtatem.*

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, quod crediderunt in eum Diſcipuli eius?

QVæritur, ſi ante iam ſecuti Chriſtum fuerant Diſcipuli, quomodo dicitur, *& crediderunt in eum Diſcipuli eius?*

1. Responsio Auguſtini citati in Cathen. S. Thom. qui ait, *ſi tunc crediderunt, nondum erant Diſcipuli, cum ad nuptias vocati ſunt. Sed ille more locutionis hoc dictum eſt, quo loquimur cum dicimus Apoſtolum Paulum in Tharſe Ciliciæ natum; nec enim iam tunc erat Apoſtolus, ita cum Diſcipulos ad nuptias vocatos audimus, non Diſcipulos iam, ſed qui futuri erant Diſcipuli, intelligamus.* 102. Aug. in Caten. S. Thomæ. Modus loquendi.

2. Responsio Ruperti lib. 2. qui ait, *dictum eſt hoc loco, quia crediderunt in eum, ſed non dictum eſt, quod relictis omnibus ſequuti ſunt eum.* Quaſi dicat Dominus Ieſus antequam Ioannes miſſus eſſet in carcerem, curſum publicæ prædicationis ingreſſus non erat, ſed narrat Euangeliſta Exordia Diſcipulorum in fide, qui quamuis crediderunt hodie per miraculum, non tamen Chriſtum ſequuti erant, ſed quotidie conſolati plus erant in fide, audiendo mirabilia, & videndo prodigia Chriſti, vt Lyranus adnotauit. 103. Rupert. lib. 2. in Ioan. Exordia Diſcipulorum. Lyran. citat.

3. Responsio Ambroſij ſerm 2. de Epiphania, *ſi glorioſum eſt aquam in vinum mutare, quanto glorioſius peccata in iuſtitiam commutare, & mores potius temperare quam pocula.* Quaſi dicat teſte Chryſologo, cum aqua mutauit naturam, mox patefecit Auctorem, & creator mutatione reuelatus eſt creaturæ; quia Diſcipulos dubios fortiter ſolidauit in fide, & mirabilius eſt corda ſaxis duriora mutare, quam mare totum in vinum odoriferum conuertere. Sed ad mores de hoc poſtea. 104. Ambr. ſer. 2. de Epiphan. Chryſolog. ſer. 157. *Corda ſaxis duriora conuertere mirabile eſt.*

4. Responsio, quia Diſcipuli ante patratum miraculum laudabant Chriſtum tanquam agnum Dei, ſicut Magiſter eorum Ioannes Baptiſta docuerat. At viſo hoc miraculo non ſolum tanquam ſanctum Chriſtum venerabantur, ſed tanquam verum Deum ſignis exterioribus adorauerunt, & crediderunt, & hoc eſt perfectè credere: nam teſte Auguſtino non perfectè credunt, quod qui credunt loqui nolunt; quia ſcriptum eſt; *ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* 105. *Authoris mens.* *Fides ore prædicanda.* Auguſt. in Pſ. 115. n. 1.

TRACTATVS IV.

AD MORES.

In Caput I I. Ioannis.

DIFFICVLTAS V.

Quare Architriclinus guſtauit vinum miraculoſum?

QVæritur ad noſtram eruditionem, quare Architrielinns guſtauit vinum?

106. Caietan. cit. in littera.

1. RESPONSIO fuir Caietani citati in littera qui air; *non dixit, bibit, ſed guſtauit ad ſignificandum officium Præſidis.* Quaſi dicat, quod Paſtor nnn debet bibere, & comedere delicatè, & ſubditos amaritudinibus replere.

107. S. Leo. Pap. ſer. 10. Luca 23. n. 27.

Interrogat Sanctus Leo Papa ſer. 10. in Paſſ. quare dicitur Lucæ 23. n. 27. *filia Hieruſalem nolite flere ſuper me ſed ſuper vos ipſas flete?* Et reſpondet *quod non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam.* Qnaſi dicat, ego ſnm Paſtor bonus, & crucem & tormenta pro nuibns meis libenter patint, & contumelia eſt commiſeratio pro Paſtore, qui non inuito animo, ſed alacriter patitur; quia officium boni Præſidis eſt labores ſnbſtinere, & pocula pretinſa tantum guſtare. Propter hoc inquit Auguſtin. lib. 3. de conſ. Euangeliſtarum. *Chriſtus Dominus cum guſtaſſet, noluit bibere vinum myrrhatum, Matth. 27. n. 24. quia erat vinum myrrhatum id eſt, mixtum cum myrrha*, vt tranſlatio ſyriaca legit, *vt crucis dolorem minus ſentiret*, & vt Prælatis præberet exemplum, quod pocula pretioſa, & cibos delicatos non debent bibere, & manducare.

Prælatus pocula delicata non bibat.

Aug. lib. 3. de conſ. Euang. Matth. 27. n. 24.

108. Lyran. citat. Iſai. c. 63. n. 5.

Vnde interrogat Lyranns, quare dicitur Iſai 63. n. 5. *& indignatio mea auxiliata eſt mihi?* Et reſpondet, *quia Chriſto, vt vero Paſtori patienti, & crucem portanti, indignationes, furores, & tormenta auxiliabantur ei. Quia amor eius tam ardens erat, quod opprobriis non ſaturabatur.* Vnde Tranſlatio Tygurin. ait, *æſtus meus me fulciebat.* Ac ſi diceret, nullo alio medicamento ſanabantur vulnera Chriſti, niſi ardoris amore, quo tanquam bonus Paſtnr vtebatur, & ideo guſtabat pocula pretinſa, ſed nnn bibebat, cuins figuram Architriclinus geſſit qui guſtauit, ſed non bibit, vt Caietanus ait.

Tranſl. Tygur.

109. Chryſoſt. cit. in littera.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati; *guſtauit Architriclinus, ne aliqui poſſent dicere, quod conuiuæ erant inebriati, & ſenſus iudicantium corruptus.* Quaſi dicat, ita parati & ornati omnibns virtutibus debent eſſe conuiuæ menſæ cæleſtis qnod qui eſt aduerſo, vereatur aliquid mali dicere de ſua conſcientia.

Sacerdotes, & Religioſi à vinipotatione abſtineant.

Interrogat Oleaſter, quare antequam Moyſes ad montem aſcenderet dixit illi Deus, *eſto paratus mane Exod. 34. n. 5. vel vt alia tranſlatio legit, eſto certus.* Et reſpondet, *vt timeant qui imparati, aut conſpurcati, & turbati capite propter potationem vini ad munera, & ad miniſteria Dei audent accedere.* Quaſi dicat, mementore, qni ad altare accediris, quomodo mane & veſpere purificati debetis accedere; ſed ſemper eſtnte certi, id eſt, nunquam Deo mentiendum, neque debetis aliquid apud Deum cauſari. 110.

Oleaſt. in Exod. 34. n. 5. Pagin. Tranſlatio ab Oleaſtro citata.

3. RESPONSIO Auguſtini in littera citati, *guſtauit Architriclinus, vt guſtato liquore cognoſceret mirabilia Dei, & ſacramenta ſcripturarum, & guſtum legis antiquæ inciperet perdere, & guſtare ſaporem legis nouæ Chriſti; quia frigida, & inſipida præcepta legis iam in vinum charitatis & legis Dei incipiebant conuerti.* Vnde interrogat Oleaſter, quare præcepit Deus Exod. 34. n. 1. *Dola tibi tabulas lapideas?* Et reſpondet, *vt doceat Populi Doctores non dedignari leges & ſubſtituta renouare, quoties opus fuerit.* Quaſi dicat, guſtauit Architriclinus nouum vinum factum, quia tempus incipiebat, qno receſſura erant vetera, & noua futura nmnia. 111.

Aug. in littera citatus.

Oleaſt. in Exod. 34. n. 1. Tranſ. Pagnini.

Prælati obſeruent leges, & nouas faciant, ſi licet.

DIFFICVLTAS VI.

Quid ſignificent verba, omnis homo primùm vinum bonum ponit, &c.

QVæretur, quare dicitur *omnis homo primum vinum bonum ponit?* 112.

1. RESPONSIO Alberti Magni, vt in littera qui ait; *quia miſeri, & auari ſemper meliora ſeruant inpoſterum, liberales verò optima quæque ſtatim præſtant.* De miſero illo, & auaro Rege Achab., interrogat Ambroſius quare dicitur 3. *Reg. 21. n. 4. auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit?* Et reſpondet, *quia lugent diuites, ſi non potuerint aliena diripere.* Quaſi dicat vim mærnris auari, & miſeri tegere non poſſnnt, ſi ſuis pauper non ceſſerit facultatibus, & iſte talis panem ſnum ſemper ſeruare deſiderat, neque comedere audet, ſed quod deterius eſt panem & vinum bibit, & manducat, vt ſernet optimum, vt putreſcat, & perdatur. Vnde Cyrill. Alexand.

Albert. Mag. in littera.

3. Reg. 21. n. 4. Ambr. lib. 1. de Naboth.

Auarus mærore conficitur, & quare.

Cyrillus in Iſai. c. 63. n. 8.

ſolebat dicere : *eſt enim inſatiabilis vir diues, quia nunquam cor eius quieſcit, & neſcit, cui congregat bona inſatiabilia, quæ deſiderat.* Vnde optime Ambroſ. lib. 1. de Abel. c. 5. *Rapiendi nullus modus, vbi nulla menſura cupiendi.* Quaſi dicat, felix ille, qui liberalis eſt, & qui ſibi nihil deſiderat, ſed omnia, quæ habet omnibus impartitur.

Ambr. lib. 1. de Abel. c. 5.

113. 2. Responsio Chryſoſtomi citati in littera : *guſtauit, & laudauit vinum Architriclinus* ; quia miracula Dei excedunt naturam. Quaſi dicat, guſtate mirabilia, quæ Deus facit quotidie animabus, corporibus que veſtris & videbitis quantum gratiarum debeatis ei offerre & munera Deo præſtare. Vnde interrogat, Oleaſter quare dicitur Exod. 34. *non conſpicientur coram te vacui*, ſic legit Pagninus ? Et reſpondet, *quia æquiſſima, & iuſtiſſima lex eſt, vt non appareas vacuus ante eum, qui te replebit omnibus bonis.* Nam quid æquitatis eſt quod tu ſis repletus omnibus bonis, & appareas auarus miſer, & miſerabilis, omni ſuauitate deſtitutus, quia renuis guſtare ſpiritum dulcedinis, quo replentur homines grati in oratione, meditatione, & gratitudine debita. Si conſideratur quantum excedant bona excepta ſpiritualia ex temporalibus incrementis.

Chryſoſt. in littera citat.

Oleaſter in Exod. 34. n. 20. Tranſ. Pagn.

Ingrati ſunt miſeri indignique vt à Deo videantur.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur hoc fecit initium ſignorum in Cana Galileæ.

QVæretur quare dicitur, quod hoc fuit *initium miraculorum Chriſti ?*

114. 1. Responsio fuit Auguſtini in littera citati : *Primum miraculum fecit, aſſiduitate admirationem amiſit.* Quaſi dicat : O quot & quanta mirabilia operatur Deus quotidie nobiſcum, & non attendimus propter aſſiduitatem. Interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 34. *non cognouit Moyſes, quod reſplenduiſſet cutis faciei eius ?* (Sic legit Pagninus ?) Et reſpondet, *quia multa operatur in nobis inſciis, & nonunquam inuitis, & obicem exhibentibus.* Quaſi dicat : O ingratus homo, ſi ſcires dona Dei inuiſibilia, quæ tecum intus operatur, & inſpirationes, quas immittit quotidie, &c. tu non attendis, neque ad immenſa pericula, & inſidias diaboli, & inimicorum, de quorum laqueo liberat te, ſed implicatus mundanis cogitationibus non admirationem facis, ſicut Architriclinus vino inuento pretioſo fecit.

Auguſt. cit. in littera.

Miracula intus operatur Deus quotidie.

Exod. 34. n. 31. Tranſ. Pagn.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, quod crediderunt in Ieſum Diſcipuli eius ?

QVæretur, quare facto miraculo crediderunt in Ieſum Diſcipuli eius ?

1. Responsio fuit Auguſtini in littera citati qui ait, *non perfectè credit, qui quod corde credit, ore non confitetur.* Quaſi dicat, viſo miraculo Diſcipuli, fidem, quam de Chriſto habebant, quod agnus eſſet ſanctus & bonus, perfectè crediderunt, id eſt, quod eſſet verus Deus, qui miraculis magnificabat diuinitatem ſuam. 115.

S. Auguſt. cit. in litter.

Miracula diuinitatis indicia & humanitas inſtrumentum.

Interrogat Sanctus Chryſoſtomus, quare Chriſtus Matth. 7. n. 12. dixit Diſcipulis ſuis, *omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, hoc & facite ipſis ?* Et reſpondet, *voluntas tua ſit lex ; vis beneficia capere confer beneficium alteri* : vis miſericordiam conſequi ? *miſerere proximi. Vis laudari ? lauda alium. Vis amari ? ama.* Quaſi dicat, Diſcipuli qui erant in conuiuio, & alij conuiuæ, quia receperunt beneficium miraculi vini pretioſi, Chriſto Domino, beneficium laudis & honoris dederunt, & laudauerunt eum ; quia manifeſtauit eis gloriam ſuam, & diuinitatis opera, & quia Ieſus amore conuiuarum oſtendit eis viſcera miſericordiæ ſuæ. Diſcipuli quemadmodum ferrum magnetem ſequitur attractum vi virtutis ſuæ, ita poſt beneficium receptum crediderunt in Magiſtrum, & ſequuti ſunt eum. 116.

Chryſoſt. hom. 13. ad pop. Matth. 7. n. 12.

Lauda alterum vt lauderis.

Magnetis virtus.

2. Responsio Ambroſij in littera citati : *Crediderunt in eum, quia glorioſius eſt peccata in iuſtitiam conuertere.* Quaſi dicat, crediderunt, & timuerunt talem poteſtatem. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur de Moyſe *Exod. 34. n. 30. timuerunt appropinquare ei ?* Et reſpondet, quia mirabilia Dei non ſolum ſunt honoranda, ſed timenda. *Exi à me, ait Chriſto Petrus, quia homo peccator ſum* ; quia vidit eum ambulantem ſuper aquas. Et Diſcipuli amauerunt & timuerunt hodie, quia aquam in vinum conuerſam viderunt. 117.

Ambroſ. in litter. citat.

Oleaſt. Exod. 34. n. 30. Lucæ 5. n. 8.

Amor & timor Dei pignora optima.

TRACTA

TRACTATVS QVINTVS.

Ad Litteram in Cap. VIII. Matthæi de Leproſo à Chriſto ſanato.

TEXTVS.

1. CVM autem deſcendiſſet IESVS de monte, ſequutæ ſunt eum turbæ multæ. 2. Et ecce leproſus veniens adorabat eum, dicens, Domine ſi vis potes me mundare. 3. Et extendens IESVS manum tetigit dicens: volo mundare, & confeſtim mundata eſt lepra eius. 4. Et ait illi IESVS, vide nemini dixeris; ſed vade oſtende te ſacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

EXPOSITO LITTERÆ.

118. *Abul. in prolog. ad cap. 8. Matt.* ABulenſis in cap. 8. Matth. optimè colligit, quod poſtquam Euangeliſta Matthæus narrauit legis Chriſti promulgationem in monte prædicatam, poſtea deſcendit cum turbis, & confirmauit doctrinam Euangelij miraculis, & in ſequenti capitulo narrantur alia miracula, quæ Chriſtus fecit ad oſtenſionem diuinitatis ſuę. *Lucæ 5. idem c. 6.* Neque obſtat, quod Lucas 5. ponit hoc miraculum leproſi factum, & ſermonem in monte narrat cap. 6. nam poteſt reſponderi ad hoc, quod Matthęus narrauit ordinem naturalem in narratione iſta, & poſuit ea, quę prius facta ſunt. Cæteri verò Euangeliſtæ narrant miracula Chriſti ordine artificiali, eo modo quo ad doctrinam Euangelicæ narrationis profit. *Aug. lib. de Conſenſu Euangeliſt.* Vnde Auguſtin. lib. de Conſenſu Euangeliſtar. ait: *huius leproſi mundati Lucas meminit, non ſanè, ordine hoc, ſed vt ſolent præmiſſa recordari poſterius facta præoccupari, ſicut diuinitùs ſuggerebantur, vt ante cognita, poſtea recordando ſcriberentur.*

119. Vnde ſequitur, quod cum prędicaſſet Ieſus in monte, & inde videret, quod multiplicabantur gentes, & per iter veniebat ingens altera multitudo, deſcendit de monte, & turbę, quęe iam audierant dulcedine doctrinæ allectę, ſequutæ ſunt eum, & obuiauerunt turbis copioſis venientibus inter quas veniebat leproſus iſte, qui agitatus vulneribus vel ſeparatus ab omnibus, (quia de leproſo per *Leuit. 14.* legem fugere debebant) acceſſit ad Ieſum, & dixit compendinsè, & ſine ſtrepitu artificioſo verborum: *Domine, ſi vis, potes me mundare,* & Chriſtus audita fidei reſolutione *Chryſoſt. in hom.* dixit, imperando *volo, mundare.* Vnde Chryſoſtom. in hom. *non dixit, ſi rogaueris Deum, vel ſi oraueris; ſed ſi volueris. Et mundata eſt lepra, id eſt, in totum remanſit ſanus. Et adorauit eum.* Primò cum timore, non audens accedere ad Chriſtum, ſed genibus flexis, vel humiliationibus; cum verò ſanatus fuit (meo iudicio) procidit, & oſculatus eſt pedes Ieſu, lachrymas fundendo. De cæteris in quæſtionibus diſputabimus. *Abul. q. 1. in c. 8. Matth. Auctoris mens.*

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte ſequutæ ſunt eum turbæ multæ.

Tranſlatio Vatabli. 2. Cùm deſcendiſſet autem ipſe de monte, & ecce leproſus, cum acceſiſſet; ait: ſi velis.

Tranſlatio Syriaca. 3. Cùm autem deſcendiſſet de monte circumdederunt eum turbæ multæ, & ecce leproſus vnus adorauit eum, & ait Domine mi ſi volueris, potes me mundare.

Abulenſ. quæſt. 2. 4. Deſcendente Ieſu de monte ſequebātur eum multi.

Caietanus in Euang. 5. Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte; turbæ iterum ſequutæ ſunt Chriſtum prædicantem iterum.

Chryſoſtomus. 6. Cùm recitaſſet Apoſtolis concionem, iterum ſequutæ ſunt turbæ.

Tertull. lib. contra Marcionem. 7. Tetigit eum IESVS, & mundata eſt lepra.

Tranſl. ex Syriaca. 8. Et extendens manum ſuam Ieſchua admonuit ei, & ait, volo ego mundus eſto, & in ipſa illa hora mundata eſt lepra eius.

Tranſl. Vatabli. 9. Protinus mundata fuit illius lepra

Lyranus ſua in Gloſſa. 10. Et impoſuit IESVS manum; & ait, mundare.

Origenes in Gloſſa. 11. Domine tu qui digne adoraris, ſi vis, potes me mundare.

Tranſl. Vatabli. 12. Vide, ne cui dixeris, ſed abi oſtende te ipſum Saberdoti.

Tranſl ex Syriaca. 13. Vide, ne vlli dixeris, ſed abi oſtende te ipſum Sacerdotibus.

Damian. lib. 3. de fide. 14. Vade & tace; nec tamen tacere potuit.

Lyranus ſua in Gloſſa. 15. Vade & nemini dicas, antequam ea quæ ſunt in lege Leuit. 14. compleueris.

DIFFICVLTAS I.

Quare turbæ ſequebantur Chriſtum?

QVæretur, quare totus mundus ſequebatur Chriſtum?

120 Abul. q. 2. in c. 8. Matt. — 1. RESPONSIO Sit Abulenſis q. 2. in Matth, qui ait; *Sequebantur multi Chriſtum ex curioſitate rerum nouarum; omnes enim homines ſunt curioſi, & deſiderant valde ſcire, & videre res nouas.* Quaſi dicat: Erant enim quæ Chriſtus dicebat ſtupenda, & à ſæculis non viſa, neque audita; ideo totus mundus ibat poſt eum. *Curioſitas gentes mouet*

121 Hieronym. in Cath. S. Thom. — 2. RESPONSIO Hieronymi in Cath. S. Thom. citati, qui ait: *Poſt prædicationem, atque Doctrinam offertur occaſio vt per virtutum miracula protinus apud audientes ſermo firmetur.* Quaſi dicat, verba ſermonum Chriſti ſolidabantur per miracula, & ideò turbæ abibant ſtupefactæ poſt illum.

122 Chryſoſt. in Cath. citat. — 3 RESPONSIO Chryſoſt. in Catena Citati, qui ait; *Quia enim quaſi poteſtatem habens, docebat, vt non æſtimaretur, oſtentatio hic Doctrinæ modus; operibus hoc idem facit quaſi poteſtatem habens curare, & ideo ſequuntur eum turbæ.* Quaſi dicat non docebat, vt Magiſter, & legis peritus legem, & Doctrinam alienam prædicando, ſed cum magna poteſtate propriam præfigebat, & hoc mirabile erat, & ideo ſequebantur eum. *Res nouas admiramur.*

4 RESPONSIO Alberti Magni, *cum deſcendiſſet Dominus humilia dicens, tunc vilis turba ſequitur eum; quoniam tunc intelligit eum.* Quaſi dicat, gloriam ſuam quærit, qui verbis cultis, & laconicis Doctrinam Chriſti declarat, ſed turbæ intelligere deſiderant fidem verbis ſimplicibus declaratam. 123 Albert Mag. in Euang. *Obſcurant fidem prædicatores laconici.*

5 RESPONSIO Abulenſis q. 33. in Matth. *Sequebantur turbæ Chriſtum; quia admirabantur, quia Chriſtus nunquam didicerat litteras, & mirabilia docebat. Vnde Ioann. 7. n. 15. dicitur, mirabantur dicentes, vnde hic hæc omnia.* Quaſi dicat, ſequela ex admiratione procedebat, & admiratio ex inaudita Doctrina. Vnde Ioann. 7. n. 46. dicitur, *Nunquam ſic locutus eſt homo.* 124 Abulenſ. q. 33. in Matth. Ioan. 7. n. 15. Ioan. 7. n. 46.

6. RESPONSIO Aymon. in Cathen. citat, qui ait; *Per montem in quo Dominus, ſedet, cælum intelligitur de quo ſcriptum eſt, cælum mihi ſedes eſt. Sed tunc ſoli Diſcipuli accedunt. At verò poſtquam de monte ſuæ diuinitatis deſcendit, & humanitatis noſtræ fragilitatem aſſumpſit, magna turba nationum ſequuta eſt eum.* Quaſi dicat, non omnibus datum eſt prædicare ſubtiliſſima, vnicuique data eſt gratia ſecundum voluntatem Dei. Sed hoc ad Mores poſtea. 125 Aymon. in Cath. citat. Iſa. 66. n. 1. *Prædicator debet ſe auditoris conformare.*

DIFFICVLTAS II.

Quare leproſus non fuit curatus in Monte?

QVæretur, quare in planitie, & non in monte curatus fuit leproſus?

1. RESPONSIO Origenis in Cath. *Deorſum, curat, ſed in monte animas curauit, corda ſanauit, quibus completis, ſicut de cæleſtibus montibus ad ſaluandos carnales deſcendens venit, venit ad eum leproſus, & adorabat eum; antequam peteret adorare capit, cultum oſtendens.* Quaſi dicat, ad miſerabiles infirmos ſanandos ſecundò deſcendit Chriſtus, primò ad omnes curandos, quòd prædicando in monte fecit, poſtea aſcendit. 126 Orig. in Cat. citat. *Adoratio ſignum petitionis.*

2. RESPONSIO Abulenſis; *Fuit autem curatus leproſus in deſcenſu montis; quia Numeror. 5. prohibitum erat leproſis intra vrbes habitare, neque in concurſu, & multitudine hominum ſtare; & ita expectauit occaſionem, vt IESVS iter ageret ſeparatus à concurſu Gentium, & tunc acceſſit adorauit & petiuit ſanitatem.* Quaſi dicat, non aſcendit leproſus in montem, quia timebat, ne puniretur tanquàm legis tranſgreſſor, & quia omnes fugerent ab eo. 126 Abul. q. 2. in Matth. Num. 5.

3. RESPONSIO, meo iudicio fuit, quia pauper & debilis, & infirmus, plenus lepra ſtabat, & ideo vires naturales non habebat, vt poſſet aſcendere in montem, propter quòd expectauit ad planitiem montis, & ideo dicitur in textu, *deſcendente IESV de monte, ecce leproſus,* Quaſi denotans celeritatem, *Auctoris mens.*

tem, & ſtudium, quo premebatur leproſus, deſiderans, quòd deſcenderet Chriſtus & via deſcendit, cum ecce leproſus adorabat eom id eſt, genu flectebat, & ſignis homiliratis dabat Deo grsrias, eo quòd iam videbat Chriſtum deſcendentem de moote, quòd ſummè deſiderabat.

DIFFICVLTAS III.

Quare leproſus dixit, Domine, ſi vis, potes me mundare.

QVæretur, quare tam breuiter dixit leproſus, ſi vis, potes me mundare?

129 Lyrani ſua in Gloſſa. *Deuotio ſignum ſanctitatis.*

1. Reſponſio fuit Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait: *Hic confitetur potentiam Chriſti; inquo apparet fides, & deuotio leproſi.* Quaſi dicat ex fide cum operibus deuotione factis, ſequuta eſt ſaoitas leproſi.

130 Chryſoſt. hom. 21. in Gloſſa.

2. Raſponſio Chryſoſtomi Hom. 21. operis imperfecti, *non de voluntate Chriſti dubitat, ſed de indicio voluntatis; Chriſtus enim cum ſit bonus noxia tamen vult præſtare, etiam ſi rogetur.* Quaſi dicat, non omnibus expedit corporalis integritas, & cum leproſus ignoraret, vt cùm expediret ei curatio illa ignorans iudicia miſericordiæ Chriſti, Dixit, *ſi vis, potes me mundare.*

131 Origen. in Cath.

3. Raſponſio Origenis in Cath. D. Thom. *Domine per te facta ſunt omnia; Si ergo vis, potes me mundare.* Quaſi dicat, voluntas tua opus eſt, & opera tua voluntati obediunt.

132 Abul. q. 2. *Humilitas. Chriſtum obligat. Auctorie menſ.*

4 Reſponſio Abulenſis q. 4. in Matth.; *Si vis Dixit ad Majorem humilitatem quia fidem confeſſus eſt, & ſanitatem non auſus eſt petere.* Quaſi dicat ſuam oſtendit infirmitatem, & pro reuereotia non eſt auſus talem mercedem poſtulare ſe iodignum exiſtimaos.

133

5. Reſponſio (Meo iudicio) fuit, quia conſiderauit leproſus quomodo Ghriſtum magis obligaret, & conformauit ſe in omnibus, & per omnia diuinæ ſuæ voluotati: & ita oon dixit, ſi rogaueris Deum pro me, neque vt Centurio, *dic verbo*, oeque vt Martha, *ſi fuiſſes hic*; neque aliquo ſigno exteriori, aut nutu indigere inſinuat, ſed ſolo interiori actui Chriſti ſe commendat fide inaudita dicens, *Si vis*, ſofficit pro ratione ſaoitatis volontas tua.

Voluntas in actu interiori termi natur.

134. Chryſoſt. in Matth. *Orationes medicina ſunt animarum.*

6. Raſponſio Chriſtiani in Matt. *Ita leproſus ſpirituali medico, ſpiritualem offerebat mercedem, nempè orationem, ſicut corporalibus medicis pecunia efferuntur.* Quaſi dicat; nihil dignios offerimus Deo, quam fideles orationes quia per illas ſanitatem animæ conſequimur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Chriſtus leproſum tetigit?

135 Lyran. ſua in Gloſſa.

QVæritur, ſi fuit neceſſarium ad ſanandom leproſum tangere?

1. Reſponſio Lyrani ſua in Gloſſa: *licet Chriſtus poſſet curare ſolo verbo; tamen appoſuit manum; quia humanitas Chriſti erat, quaſi organum, ſeu inſtrumentum ipſius Diuinitatis.* Quaſi dicat, ſicut artifex mediante inſtrumento operatur ſic virtus diuina in Chriſto per applicationem hamanitatis aliqua faciebat; vt cooiunctam dioinitati declararet.

Humanitas Chriſti inſtrumentum Diuinitatis.

136 Abul. q. 21. *Turget inuidia cum apparitores, & fructus litteratorum* Damaſ lib. 5. de fid. Orthod. c. 27.

2. Raſponſio Abulenſis q. 21. *Chriſtus tetigit leproſum propter prauitatem Iudæorum; quia noniter Chriſtus incipiebat facere miracula, & ſi non tangeret quos ſanabat Chriſtus, Iudæi putarent, quod arte magica ſanabat.* Quaſi dicat, apparet calumniatorum inuidorum peruerſitas cum incipiuot lucida, & mirabilia ingenioſis, & litterariis apparere. Sed ad mores poſtea.

137 *Caro Chriſti actionibus ditatur.*

3. Raſponſio Damaſceni lib. 5. de fide Orthodox c. 17. *Caro Domini diuinis actionibus ditata eſt propter puriſſimam ad verbum vnionem.* Quaſi dicat, non ſecundum propriam actionem manus Chriſti leproſum curauit; ſed propter voicum ſibi verbum diuina operabatur.

138 Tertul. lib 3. aduerſ. Marcionem. *Marcioniſtæ Hæretici carnem Chriſti phantaſma eſſe putarunt.*

4. Raſponſio Tertulliani lib. 3. contra Marcionem, qui ait: *An credam ei de interiori ſubſtantia quid ſit de exteriori fruſtratus? Quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax reperitur in aperto?* Quaſi dicat manus, quæ tetigit leproſum vera caro eſt; aliàs neque diuinitas eius verax eſt. *Et addit, ſi mendacium, deprehenditur Chriſti caro. Sequetur vt & omnia, quæ per carnem Chriſti geſta ſunt, mendacio geſta ſint, congreſſus, contactus, commixtus, ipſa quoque virtutes &c.* Quaſi dicat ſanitas leproſi fuit verax, & omoes ſimiliter ſanitates, quas operatus eſt, ergo & caro Chriſti vera caro eſt. Ex quo apparet, quòd tetigit Chriſtus leproſum, vt veram carnem, & humanitatem appareret habere.

139 Chryſoſt. ſuper Matth. *Chriſtus legem non fregit, ſed perfecit.*

5. Reſponſio Chryſoſtomi ſuper Matth. *quamuis autem literam legis ſoluerit, propoſitum autem eius non ſoluit.* Quaſi dicat; ideo iuſſit lex non tangere lepram; quia non poterat facere, vt lepra non ſordidaret tangentem; ergo vetuit tangere lepram, non vt leproſi non ſanarentur ſed vt tangentes non coinquinarentur. Iſte autem (ideſt, Chriſtus) tangens leproſum non eſt coinquinatus, ſed ſanauit leproſum, ideo dicitur, *Quod non venit ſoluere legem, ſed adimplere*, Vel perficere, ideſt, perfectionem vltimam dare. Matth. cap. 5

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, volo mundare?

140 Interlinealis Gloſſ. ad c. 8. Matth. *Introgatio & reſponſio cohærent.*

QVæretur, quare tam abſolutè & celeriter Chriſtus dixit leproſo, *Volo mundare?*

1. Reſponſio Sit interlinealis in Gloſſa quæ ait, *Nihil eſt medium inter præceptum, & opus.* Quaſi dicat, interrogatio, & Reſponſio caſu cohærent. Tu credis, quòd in poteſtate mea, & volontate omnia ſunt poſita volo igitur vt operibus videas, quòd fide credis. *Mundare?*

141 Iſidor. Pelaſ. Epiſt. 315.

2. Raſponſio Iſidori Peluſiotæ lib. 8. Epiſt. 335. *Leproſus, vt vellet, apertè ſupplicauerat;*

plicauerat,perfectamque ipſi potentiam non obſcure attribuerat, ideo intentionem eius ſua ſententia confirmauit, dicens volo mundare. Quaſi dicat, fiat tibi ſicut credidiſti, & petiuiſti.

141. Abul.q.14. in Matth.

3. RESPONSIO Abulenſ. q.14. *fecit hoc ad oſtendendum quod ipſe faciebat hoc miraculum: nam ſi nihil dixiſſet & ſanaſſet eum, poterat dubitare leproſus, ſi tacite Deum deprecatus eſt, vel ſi aliundè venit ſanitas illi, & per conſequens dubitaret, de diuinitate Chriſti.* Quaſi dicat, teſte Chryſoſtomo, ſi tacitè veneratus eſſet eum, quis ſcire poterat, cuius virtute ſanatus eſſet. Ergo voluntas mundandi facta eſt propter leproſum; verbum autem propter expectantes, & propter hoc tetigit eum,vt magis appareret quod ipſe faciebat, & ideo dicitur, & ſtatim ſanus à lepra factus eſt.

Iuuidi ſi ſunt ſemper Incredoli.

142. Hieronym. in Cathen. cit.

4. RESPONSIO Hieronymi in Cath. citat. *non autem vt plerique Latinorum putant, iunctim legendum eſt volo mundare, ſed ſeparatim vt prius dicatur volo; deinde imperans dicat, mundare.* Quaſi dicat, nulla interpoſita temporis neque natura, neque mora inter verba & opera interfuerunt, ſed ſimul, & ſemel ſanitas oblata, & data eſt.

Verba multum inter homines diſtant ab operibus.

143. *Auctoris mens.*

5. RESPONSIO meo iudicio fuit abſoluta voluntas Chriſti & ſine cōditione non reſpondendo, ſi tu vis mundari, ego volo te mundare, ſicut Paralytico dixit, vis ſanus fieri, vt leproſus, non palmam & victoriam amoris ferret, non dubitando de poteſtate Chriſti, & Chriſtus de retributione dubitaret, & ſic celeritet, & abſolutè non interrogat dicendo, ſi vis ſanari, ſana: ſed volo ſanare. Et Origines hoc ſentire videtur, qui ait: *quia non dubitauit credere, non tardauit ſanatio; quia non diſtulit confeſſionem, non differtur ſanatio.* Et Chryſoſtom. in Homil. *ceſſit mandanti natura, cum dicentis velocitate.* Quaſi dicat, confeſtim mundata eſt lepra eius. Sed hoc quod dicit confeſtim, multum eſt tardius velocitate, quæ ſecundum opus facta eſt.

Matt. cap. Origen. in Cath. *vis amoris neſcit tarda molimina.*

Chryſoſt. in hom.

DIFFICVLTAS VI.

Quare Chriſtus iuſſit leproſum, vt nemini diceret ſanitatem?

QVærent quare ſecretum miraculi commendauit Chriſtus leproſo?

144. Chryſoſt. in cath.

1. RESPONSIO Chryſoſtom. *aliqui dicunt hoc dixiſſe, ne æmuli malignarentur contra eius purgationem quod inſipienter dicitur* (inquit Chriſoſtom.) *non enim ita mundauit, vt dubitabilis eſſet talis mundatio, ſed præcepit tacere, vt laudes humanas fugaret.* Sed meo iudicio, vtrumque forſan fugit Chriſtus, laudes, & honores laudantium, & contumelias inimicorum calumniantium nam ſolebant dicere in *Belzebub eiicit Dæmonia*: Et iterum *Dæmonium habes*, & inexhauſtam Chriſti patientiam fatigabant; ſiquidem ſolebat dicere *ô generatio praua quouſque patiar vos.*

Auctoris mens. Æmuli neque Chriſto pariunt

Luc. 11. n. 15. Matt. 11. n. 18. Marc. 9. n. 18.

145. Abul. q. 17. in Matth. Leuit. 13.

2. RESPONSIO Abulenſis q. 17 in Matth. *ne putaret leproſus, quod à lege liberatus erat, qua Leuitic. 13. præcipiebat, quod leproſi ſanati oſtenderent ſe ſacerdotibus, & offerrent munus.* Quaſi dicat, ad beneficium curationis leproſi addidit Chriſtus conſilium optimum dicendo, antequam ſacerdotibus dicas, & offeras munus, nemini dicas, quia ſuperuenient innumerabiles calumniæ, & opprobria, & maleficia ſuper te.

Beneficia Dei completa ex omni parte.

146. Hierony. in Cath. citat.

2. RESPONSIO Hieronymi in Cathen. citat. *tacere iuſſit, & miſit ad ſacerdotes. Primum propter humilitatem vt ſacerdotibus debitam reuerentiam redderet. Deinde vt credentes ſaluatori, ſaluarentur, ſi verò non crederent inexcuſabiles fierent.* Quaſi dicat, ſilentium leproſo commendat propter vtriuſque vtilitatem, ne ſacerdotes Chriſtum blaſphemarent, tanquàm tranſgreſſorem legis & leproſum moleſtarent, quia ſequebantur eum.

Sacerdotibus digna reuerentia exhibenda.

147. *Auctoris mens.*

3. RESPONSIO, iuſſit tacere, antequam munera ſacerdotibus ferret, quaſi dicendo, prius porta munus, & obſtrues linguas eorum, & facilius beneficiati credunt miraculo, quam contempti, & opprobriati. Vnde teſte Origene, offer munus tuum, *vt omnes qui videbunt te, miraculo credant.* Sed de hoc ad mores poſtea.

Munera voloenum obſtruunt.

148. S. Chryſoſt. in Matth.

4. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *ideo iubet offerri munera, vt ſi poſtmodum eum expellere vellent, diceret eis, munera quaſi à mundo accepiſtis, & quomodò me quaſi leproſum expellitis.* Quaſi dicat magis munus ſacerdotibus oblatum te defendet, quam ratio & operatio diuinæ voluntatis, nam munera cupidos ſacerdotes excæcant.

Muneribus cedit ratio & veritas.

149. S. Ambroſ. lib. 5. in Luc.

5. RESPONSIO Ambroſij lib. 5. in Lucam, *cur præcepit tacere, niſi vt doceret nos, non vulganda noſtra beneficia, ſed premenda.* Quaſi dicat, beneficia quæ fecimus, neque pecuniis, neque verbis, neque æſtimatione ſoluendæ expectare debemus; quia ſi merces humana, diuina amittitur. Vnde dicebat Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 9. *quantum ad humana gloria auerſionem pertinebat vetuit Chriſtus miraculum diuulgare.*

non ſunt beneficia Prædicanda.

Tertull. lib. 4. contr. Marc.

150. Caſſian. lib. 1. cap. 11.

6. RESPONSIO Caſſiani lib. 1. c. 11. *Tacere iubetur ne inſipientibus diuulgatio diuinorum per neophitos aut aliquo modo in virtute nouitios fiat.* Quaſi dicat, alia Dei myſteria nullatenus ignorantes ſcripturam, & ſacram Theologiam, debent prædicare, quia inſipientibus & imperitis ignorantias, & errores quamplurimos infundunt. Sed de hoc latius ad mores poſtea.

Imperitis non licet prædicare myſteria diuina.

TRACTATVS SEXTVS, AD MORES.

In Cap. VII. Matthæi.

DIFFICVLTAS I.

Quare turbæ ſequebantur Chriſtum?

QVæretur, quare turbæ ſequebantur Chriſtum?

151 Hieronym. in litt. Citat.
1. RESPONSIO fuit Hieronymi in litter. citat. *Quia poſt prædicationem offertur occaſio, vt per virtutum miracula apud audientes ſermo confirmetur* Quaſi dicat falſis Prophetis, & hypocritis reuelationes fingentibus, non credendum eſt, niſi miraculis veris, & approbatis, confirment ſuam Doctrinam. Interrogat Oleaſter, quare manus Moyſis, *Quæ leproſa apparuit, in ſinum repoſita, apparuit Candida ſicut nix* Exod. 4. n. 6. Et reſpondet. *Vt ſecurum redderet Dominus Moyſem de populi credulitate, & obedientia, de quo tantum diffidebat.* Quaſi dicat ſignum tam prodigioſum quale fuit manum leproſam mundam videre, neceſſarium fuit, vt prudens Moyſes crederet; ſi enim non haberet Moyſes ſuæ miſſionis ſignum, & Iudæi ab illo expeterent, ad Deum qui miſerat redire cogebatur. Vnde non facilè credere hypocritis debemus, niſi ſignis & prodigiis probentur, quæ dicuntur; Propter quòd Chriſtus turbis ſequentibus eum, ſignis confirmauit ſuam Doctrinam.

Oleaſter. in Exod. 4. n. 6. & 7. tranſl. Paghini.

Reuelationes niſi prodigiis approbentur non creduntur.

125 Chryſoſt. in litt. cit.
2. RESPONSIO Chryſoſtomi in litter. citati; *Turbæ ſequebantur Chriſtum, quia docebat quaſi poteſtatem, habens, non oſtentationem ſuam quærens, ſed miſerorum ſalutem tribuens.* Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 4. n. 4. quare virga Moyſis proiecta in terram verſa eſt in ſerpentem? Et reſpondet *quoniam iudex poteſtatem habens, cupiens terrena omnia velut ſerpens deuorat. Sed ſi iuſtitiam amplectitur mitis & ſuauis eſt erga pauperes, & eorum vtilitates reſpicit, non ſuas.* Quaſi dicat, totus mundus abiit poſt Chriſtum, quia non vanitatem, ſed vtilitatem, miſerorum aſpiciebat.

Oleaſt. in Exod. 4. n. 4.

Iudex auarus & cupidus ſerpens deuorans.

143 Abul. citat. Anſelm. in Epiſt. Pauli. ad Philip. c. 1. n. 15.
3. RESPONSIO Eſt Abulenſ. citat. in litter. qui ait? *Sequebantur Chriſtum, quia admirabantur, quod mirabilia doceret; qui nunquam litteras didicerat.* Quaſi dicat, *Iudæi contendebant auertere ſequentes Chriſtum, affirmantes quod erat ignarus legis quia nunquam ſic locutus fuerat homo.* Interrogat Anſelmus, quare dixit Apoſtolus ad Philip. c. 1. n. 15. *Quidam ex contentione Chriſtum annuntiant, non ſincerè?* Et reſpondet, *Quia maior inuidia creſcebat Apoſtolo, quando ex latere eius multi videbantur doctre.* Quaſi dicat terribilis & execrabilis eſt inuidia fratrum, qui ex latere ſurgunt contra ingenioſum & litteratum; quia ex contentione ſemper, opera, ſermones, & ſtudia, ſcripta, & mirabilia, quæ vident, & audiunt, non ceſſant vituperare & execrare, vt famam proximi & fratris denigrent.

Fratres inuidioſi famam lacerant litterati.

Vnde Ambroſius *Ex contentione (ideſt ex priuato odio inde genito, quod aliquando mecum contenderunt, & computati ſunt.* Quaſi dicat exiſtimant hoc modo formam fratris ſui delere, dicentes quod mirabilia, quæ docet, & ſcribit inuſitata ſunt, & quod nunquam homo talia docuit. Vnde Anſelmus, & iſti metecnatij ſunt, quia inuident gloriæ fratris ſui propter inuidiam, & contentionem, quia inuident gloriæ illius, & contendunt illam ſibi vſurpare cupientes fieri famoſi, & honorabiles apud homines. Quaſi dicat, cum Iudæis admirantur de Chriſto, & de ſectatoribus eius, qui turbas ſeducere conantur dicentes quòd nunquam litteras didicit, & quod nunquam talia homo locutus ſit. 154 S. Ambroſi ſup. citatt.

Anſelmus cit.

Inuidus aſtutia famam auertit.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare leproſus non fuit curatus in Monte?

QVæretur, quare in planitie, & non in monte leproſus fuit curatus?

1. RESPONSIO fuit Origenis citati in litteris? *Deorſum currit leproſus, ſed in monte animas prius Chriſtus quæſiuit, & curauit.* Quaſi dicat, fruſtrà leproſus Chriſtum in monte quærit ſi compedibus peccatorum eſt ligatus. Vnde Tertullianus lib. aduerſus Valentinianos c. 1. ait: *Nil veritas erubeſcit, niſi tantummodo abſcondi.* Quaſi dicat, qui corde vult à lepra mundari peccatorum non torpeſcit, non erubeſcit, non negligit ad montem poſt Chriſtum adire. Quia teſte Ambroſio, *Neſcit tarda molimina ſpiritus ſancti gratia.* 155 Origen. cit. in litter.

Tertull. lib. aduerſus Valentinianos

Peccator compedibus ligatus.

Vnde

156. Ambroſ. cit. Matt. 26. n. 72. Vnde interrogat Ambroſius lib. 10. in Lucam, quare Petrus Lepra perfidiæ plenus reſpondit ancillæ interroganti de Chriſto, *non noui illum, Matth. 26. n. 72.* Et reſpondit, *quia temerarium erat, vt diceret, quod nouerat, quem verbis negauerat.* Quaſi dicat, quomodo poterat Chriſtum noſſe, qui à facie Chriſti celeriter fugit: vnde concludit, *quid prodeſt verba inuoluere, & paſſim Chriſtum denegare?* Ambroſ. cit. Quaſi dicat. Quid prodeſt peccatori dicere, quod ſequatur Chriſtum, ſi qualibet die, & occaſione lepra peccatorum ſcatet, & in montem ad Chriſtum aſcendere nequit.

157. Abul. citat. in litt. 2. Responsio Abulenſis citat. in littera, *non aſcendit leproſus in montem, quia Numer. 5. n. 2. prohibitum erat leproſis in concurſu hominum ſtare.* Interrogat Oleaſter, quare præcipiebat Deus emittere de caſtris omnem leproſum? Et reſpondet, *vt hominibus conſtet, quam abominabiles ſint Deo immunditia peccatorum, quas homo ſecretè committit; ſi quidem leproſos, qui intus ſcatent lepra, eiicere præcepit à conuerſatione humana.* Oleaſt. in Numer. c. 5. n. 2. *Immunditia carnis. Deo abominabiles.* Quaſi dicat alio modo audiant hoc communitatum Rectores & Prælati, vt morboſum omnem, qui alios inficere poteſt, à communitate eiicere conentur, ne alios inficiat.

158. *Auctoris meus.* 3. Responsio fuit meo iudicio, quod expectauit leproſus ad planitiem; quia debilis erat, & infirmus, & non poterat aſcendere. Sed ſolum expectabat; adorabat, & clamabat ad Dominũ. Vnde interrogat idem Oleaſter, quare præcipiebat lex leproſis Num. 5. n. 7. *confitebuntur ſe ſuper peccato ſuo?* Et reſpondet; *quia ſemper profuit multum homini confiteri Deo peccata ſua, ob cuius negligentiam multi periere.* Oleaſt. in Num. 5. n. 7. Tranſl. Pagn. Quaſi dicat, audi Eccleſiaſticum, *non confundaris confiteri peccata tua c. 4. n. 31. & cap. 17. n. 26. & 27. ante mortem confitere*, hoc eſt, viuus & ſanus, non expectes horam vltimam; quia ſi conſuetudo non confitendi te inuaſerit, leproſus intus, & foris manebis; ita vt neque oculos ad cœlum leuare, neque ad Chriſtum aſcendere, & clamare poſſis, nec greſſum in via Dei ambulare, vt contigit leproſo iſto, qui propter infirmitatem, ad montem non potuit aſcendere vbi Chriſtus prædicabat, neque tu verba Dei nominare, neque audire poteris, ſi putreſcis in miſeriis.

Peccata confiteri multo toties Eccleſiaſt. c. 17. n. 26. & 27.

Effectus impœnitentis.

DIFFICVLTAS IX.

Quare leproſus dixit Chriſto, Domine, ſi vis potes me mundare?

QVæritur quare leproſus dixit Chriſto, *ſi vis, potes me mundare.*

159. Lyran. in litt. cit. 1. Responsio Lyrani, qui ait: *ex fide cum deuotione bene operata ſequuta eſt ſanitas.* Quaſi dicat, quid prodeſt multis Chriſtianis cum fide & magna deuotione orare, ſi operibus charitatis carent, & intus lepra inimicorum vindictę pleni ſunt?

Deuotio vera eſt dilectio inimicorum. Interrogat Oleaſter, quare Num. 5. præcipiebat Deus leproſis dicens, *reſtituet delictum ſuum in partem eius, & quintam partem addes ſuper illam*, ſic legit Pagninus. Et reſpondet, *quia ſunt multi, qui poſtquam oblatam pecuniam reſtituerint*, ſe immunes à peccatorum lepra putantur, non curantes iniuriam, qua proximum affecerunt. Quaſi dicat, rectus eſt Dominus, & iuſtitiam diligit, & primò vult intus corda inimicitiis mundari, & ablata reſtituere. Et poſtea deuotè & profusè orare; aliàs nihil prodeſt lepræ, quæ in cute remanet intus. Oleaſt. in Numer. 5. n. 7. Tranſl. Pagn. *Lepra in cute adiutus proximi.*

160. Chryſoſt. in litter. citat. 2. Responsio Chryſoſtomi in littera citati, *leproſus non de voluntate Chriſti dubitabat, ſed de iudicio voluntatis.* Quaſi dicat, inſcius ſum, ſi ſalus mihi proderit ad vitam æternam. Et ideo tu, qui cuncta ſcis, & vales, ſi vis, fac, quod mihi licet. Quaſi dicat, multi ſanitatem, & dignitates à Deo petunt; quę nimis eis nocent; quia in ſanitate ſcelera committunt, & in dignitate poſiti pręcipitantur, illuduntur, & irridentur. *Sanitate, & dignitatibus multi pereunt.* Propter quod dicit Ambroſ. lib. 3. de Virginibus: *Paulus & Barnabas putauerunt ſe grauari, cum cernerent ſe adorari.* Quaſi dicat, torquebantur deitate ficta ſcientes citò irridendos, &c. Vnde Tertullianus ait: *non enim Deum imperatorem dicam vel quia mentiri neſcio, vel quia illum deridere non audeo.* Quaſi dicat, teſte Bernardo, *indigne, illiterate, & idiota quid gemis & clamas pro dignitate conſequenda, non attendis quod poſitus in ea eris ſicut ſymia in tecto, ſeu palam poſita quæ irriſioni & ludo puerorum obiicitur; nunquid latere fumus lucerna extincta ſuper candelabrum poteſt; neque fatere. Nequaquam deſinet indignus in dignitate poſitus.* Ambroſ. lib. 3. de Virginib. Tertull. in Apolog. c. 33. Ber. lib. 2. de Conſid. ad Eug. Quaſi dicat, extincta lucerna omnibus faſtidium generat, quia non lucet, & Prælatus indignus omnibus abominabilis eſt, quia torquet olfactum, & lucere non valet. *Fumus Lucerna extincta Prælatus inſipiens.* Benè ergo leproſus iudicio voluntatis Chriſti, ſe abiiciebat dicens, ſi vis, potes me mundare, id eſt, fac quod mihi plus conueniat,

161. Abul. in litt. citat. 3. Responsio eſt Abulenſis citati in littera *ad maiorem humilitatem, dixit, ſi vis, quia fidem confeſſus eſt & non eſt auſus ſanitatem poſtulare.* Quaſi dicat, audiuit leproſus à multis, quod Chriſtus prædicauerat, *diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Matthæi c. 11. n. 29. Et ſimiliter, quod Chriſtus eſſet filius Dei, & ad infima deſcendiſſet de omni altitudine & dixit intra ſe, quis ſum ego, vt poſſim coram Deo verba loqui, neque voluntatem in eum demonſtrare. Et ita quaſi tremens, dixit, *ſi vis, potes me reſpicere, & mundare.* *Humilitas confundit ſe.*

162. Chryſoſt. in hom. Vnde Chryſoſtomus, *nihil enim excelſum ac Philoſophi animũ æque ad bona opera obeunda excitat, ac ſi intelligat humilitate ſe Deo ſimilem fieri.* Quaſi dicat, cum quis viam humilitatis inuenit, non dubitet ſe poſſe Deo aſſimilari. Vnde Rupertus interrogat, quare Moyſi profundiſſima humilitate dicenti, *quis ſum ego vt, vadam? Reſpondit Deus Exod. 3. Ego ero in ore tuo verba proferens, & in manu tua ſigna faciens?* Et reſpondet, quia ad profundam Moyſis humilitatem ſimilitudo diuinitatis correſpondet. Rupert. in Exod. cap. 3. n. 15.

163. S. Ambroſ. in Pſ. 118. Propter quod ait Ambroſ. in Pſ. 118. *aſpiciamus Chriſtum qui exinaniuit ſe, cum eſſet in*

forma

forma Dei, & cum diues eſſet, pauper factus eſt. Quaſi dicat: noli tu contemnere plebem, quia nobilis es, noli pauperem faſtidire, quia diues es. Quia hac conſideratione leproſus fidem ſuam cum deuotione ſolidauit, & tantum cor Chriſti vulnerauit, vt quaſi eſſent æquales leproſus & Chriſtus, conformauit ſe voluntati leproſi dicens, *mundare*, ſicut tu volueris mundare; quia virtus humilitatis poteſtatem transfert & dominium ſuum in humili & manſueto corde.

Humilibus ſuam Deus voluntatem tradit.

DIFFICVLTAS. X.

Quare tetigit Dominus leproſum?

QVæretur, ad quid Dominus leproſum tetigit?

164. Abul. in litt. citat.

1. Responsio fuit Abulenſis in littera citati, *tetigit leproſum, ne malitioſi Iudæi phantaſma, & chimeram ſanitatem putarent.* Quaſi dicat, inimicorum aſtutia omni ex parte præcidenda, & confundenda eſt. Interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 7. *& fecerunt Ægyptij ſic incantationibus ſuis?* Et reſpondet, *quia poſſunt mali incantationibus augere mala, neque tamen auferre, aut illis mederi.* Quaſi dicat, malitia humana in hoc vincitur à ſanctis viris, quod nullis inuentionibus, aut ſortilegiis poſſunt bona facere, ſed mala augere; ſancti verò viri ſemper mederi conantur, vt viſum eſt in tactu Chriſti ad leproſum.

Oleaſt. in Exod. 7. n. 11. Tranſl. Pagn.

Incantatores augent mala.

165. Lyranus ſua in gloſſa.

2. Responsio Lyrani in littera citati: *tetigit leproſum vt oſtenderet, quod humanitas Chriſti erat quaſi organum ſuæ Diuinitatis.* Quaſi dicat ad mores ipſe Lyranus, *quod talis manus diuina miſericordiæ protenditur, eius crimina relaxanda, ſcilicet peccatoris confitentis ſua peccata, & ad Dei miſericordiam recurrentis.*

Qui confitentur peccata manu Dei mundantur.

166. Damaſcen. in litt. cit.

3. Responsio Damaſceni in littera qui ait: *tetigit leproſum quia caro Chriſti diuinis actionibus ditata eſt.* Quaſi dicat: tetigit Chriſtus leproſum, vt oſtenderet, quod omnia munda mundis; quia aliorum aliis non adhærent inquinamenta, neque extranea immunditia immaculatos coinquinat, teſte Origene in littera citato.

Munda mundis ſunt omnia.

167. Origen. in gloſ. Tert. in litt.

4. Responsio Tertulliani in littera citati, *quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repertus in aperto.* Quaſi dicat; ſi caro Chriſti non eſſet vera & realis, quomodo occulta diuinitas eius crederetur: ſed tetigit leproſum per veram humanitatem, vt omnes nos doceret nullum ſpernere pro aliqua corporis maculatione. Et addit gloſſa, *vt indicet ſe non ſubiectum eſſe legi, ſed Dominum, qui non timet contagium*, vt diſcas tu vermis, & non homo opprobrium & abiectio plebis infirmos curare, & miſeris benefacere.

Infirmos debemus curare & leproſos.

* * *

DIFFICVLTAS XI.

Quare dixit Ieſus leproſo, volo mundare?

QVæritur, quare tam feſtinus Chriſtus reſpondit *volo mundare*?

168. Interlin. in gloſſa.

1. Responsio fuit Interlinealis in gloſſa, qui ait, *vt non eſſet medium inter præceptum & opus.* Quaſi dicat, confiteor profiteris me, ſi voluero, poſſe magnificè credis, magnifice etiam mundaris non dubitaſti credere, non tardè ſanare, atque vt magnam tibi gratiam oſtendam, ad te manum porrigo, medicus ſum cæleſtis, corpora cum animabus ſanare poſſum. Hoc vſque Origenes in gloſſa.

Medicina efficax peccati confeſſio.

Orig. in gloſſa.

169. Abul. in litt. citat.

2. Responsio Abulenſis citati in littera, *ſi tacentem curaret leproſum, quis ſcire poterat, cuius virtute ſanatus eſſet leproſus.* Quaſi diceret, talis eſt inimicorum aſtutia, quod cogitationes condemnant, & ſi Chriſtus non loqueretur, ei non tribuerent ſanitatem. Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 1. quare Pharao crudelis Rex contra Iſraelitas dixit, ſecundum tranſlationem Pagnini; *aſſer ſapientes ſimus in eum?* (id eſt, populum Dei) Et reſpondet, *quia aſtuti malitiam ſuam vocant maximam ſapientiam, vt eos nunc mundus ſapientiores arbitretur, qui aſtutiores, & malitioſiores fuerint.* Quaſi dicat, impius, aſtrutus, ſapiens vocatur, quia chimerice, & mendacites ſemper loquitur, & contra cogitationes innocentium machinatur; ideo Chriſtus reſpondit, dicens, *volo mundare.*

Oleaſt in Exod. c. 1. n. 10.

Aſtuti, mendaces, vocantur ſapientes.

170. *Auctoris ſent.*

3. Responsio dixit Chriſtus, *volo mundare*, vt palmam, & triumphum amoris leproſus non reportaret; ideo Dominus retributionem ſine conditione donauit, dicens volo mundare. Quaſi dicat, feſtina mundari, quia requiem cordi meo præſtabis; quia debitum tuæ voluntatis cor meum torquebat. Propter hoc, meo iudicio, Chriſtus in cruce pendens flammas amoris latronis confitentis eum ſoluit, dicens, *amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Luca 23. n. 43.* Quaſi dicat, noli augere cruciatus meos flammis vehementibus tui amoris, putans, quod ſoluere ſtatim non poſſum: *nam vt iuriſperiti teſtantur ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio*, imo in Chriſto redditio voluntatis debitum multiplicauit. Et teſte Theodoreto, *ardentiorem dilectionem efficit, & leproſus rationem ſui amoris ad Chriſtum multiplicare debuit*, quia ſecundum Auguſtinum, *dilectionem tantò magis debemus, augere quantò amplius impenderimus.*

Amor. non ſolutus torquet cor.

Luca c. 23. n. 43.

Theodoret. citat.

Auguſt. Epiſt. 29.

DIFFICVLTAS XII.

Quare præcepit Chriſtus leproſo, vt taceret miraculum?

QVæretur quare Chriſtus iuſſit, vt nemini diceret ſanitatem?

1. Responsio fuit Chryſoſtomi

Chryſoſt. cit. in littera.

citati in littera, *vt laudes humanas fugaret.* Quaſi dicat, ingens Dei offenſa eſt laborare, & ieiunare ſolùm propter humanas laudes.

Oleaſt. in Leuit. 4. n. 15. Tranſ. Pagn.

Interrogat Oleaſter, quare dicitur Leuit. 4. *anima cum peccauerit per errorem peribit?* Et reſpondet, *quia nullas debet aduerſus pium Patrem ſtudioſè peccare.* Quaſi dicat, nullum ſacrificij genus inſtitutum legimus pro peccato inanis gloriæ; quia non ex fragilitate ſed malitia recogitata committitur; ideo ad expiandum illud nullum ſacramentum, aut ſacrificium legimus inſtitutum.

Laudes vanas quærentes abominabiles Deo.

172. 2. RESPONSIO eſt D. Hieronymi in litter. citati. *Iuſſit tacere donec ſacerdotibus diceret, propter humilitatem, & reuerentiam debitam ſacerdotibus.* Quaſi dicat, tace miraculum, ne ſacerdotes ſcandalizentur, & dicant, quod frangit legem.

S. Hieron. in litt. cit.

Interrogat Oleaſter, quare Leuit. 4. præcipiebat Deus, *pellem iuuenci, & totam carnem eius ſuper cineres ſacrificiorum comburi.* Et reſpondet *totus iuuencus comburetur; quia quod diuiditur diuulgatur, & detegitur; quia in omni re ſcandalum fugiendum eſt. Et ita Chriſtus, quamuis miraculoſa erat ſanitas leproſi, ſacerdotibus noluit ſcandalum dare, & iuſſit leproſum tacere:* Et addit & non caret myſterio, quod carnes victimæ pro peccato ſuper cineres comburi iuberentur, vt hac ratione humilitatem nobis commendaret, quæ per cineres demonſtratur, quia omnis noſtra actio humilitate perficitur, & Deo gratiſſima per eam expiatio, & ſacrificium offertur.

Oleaſt. in Leuit. 4. n. 11. Tranſ. Pagn.

Scandalum ſemper fugiendum.

Humilitatis præconium.

173. 3. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati. *Munera leproſus offert, vt poſſit Iudæis, ſi illum eiicerent dicere, munera à me accepiſtis, & quomodo me quaſi leproſum expellitis.* Quaſi dicat munera quæ malis modis acquiruntur, & dantur, præda ſunt, laqueis venantium, ex quo fruſtrati pereunt tam illi, qui recipiunt, quàm qui illa obtulerunt. Vnde Saluianus lib. 4. de prouidentia: *aliquorum præfectura nihil aliud eſt quam præda. Quid indignius, aut iniquius eſſe poteſt?* Quaſi dicat, iuſto Dei iudicio, qui muneribus dignitates conſequuntur citò prædis conſequentibus prædantur ipſi, & in manus ſupremi iudicis incidunt, & omnia perdunt, diuitias, honorem, dignitates, & vitam. Quibus idem accidit, quod Simoni Mago, cui Apoſtoli dixerunt munera illis offerenti, *in felle amaritudinis video te eſſe Actor. 8. n. 29.* Quaſi dicat, qui munera pro dignitatibus aſſequendis offerunt, quia cor eorum non eſt rectum cum Deo, multoties fruſtrati felle deſperationis, amaritudinibus replentur; & cum tempus & munera perdiderunt manibus ſuis laqueo ſuſpendere ſe deſiderant, quia ſine honore, ſine dignitate obtenta, & ſine muneribus oblatis, & perditis inueniuntur, & multoties pro beneficiis acceptis querelas recipiunt; ideo leproſus munera offerre iubetur ſacerdotibus, vt conquereretur, ſi tanquam leproſum eum expellerent.

Chryſoſt. in litt. cit.

Salu. lib. 4. de Prouidentia.

Malè acquiſita citò perdita.

Actor. 8. n. 29.

Munera dato & fruſtrato loquens ſunt.

4. RESPONSIO Caietani citati. Ta- 174.
cere iubetur, *ne inſipientibus diuulgatio diuinorum fieret per neophytos, aut nouitios legis.* Interrogat Oleaſter, quare Leuitic. 4. dicitur. *Si ſacerdos vnctus peccauerit aſperges de ſanguine ſeptem vicibus coram Domino.* Et reſpondet, *quia ideo vngebatur, vt peccatum ad eum non auderet accedere timens vnctionem.* Quaſi dicat, Reges etiam vngebantur oleo ſicut ſacerdotes, vt populus reuerentiam ſimilem vtrique exhiberet, & inſipiens populus non auderet accedere ad illos pro ingenti reuerentia, ideo leproſus ſilere iubetur, ne officio ſacerdotis vtatur.

Caietan. cit. Oleaſt. in Leuit. 4.

Reuerentia ingens ſacerdotibus debita.

TRAC

TRACTATVS SEPTIMVS.

Ad Litteram in Cap. VIII. Matth.

DE SERVO CENTVRIONIS SANATO.

TEXTVS.

5. CVM autem introiiſſet Capharnaum acceſſit ad eum Centurio ro-
gans eum. 6. & dicens, Domine, puer meus iacet in domo mea Pa-
ralyticus, & malè torquetur. 7. Et ait illi IESVS, ego veniam.
& curabo eum. 8. Et reſpondens Centurio ait: Domine non ſum
dignus, vt intres ſub tectum meum; ſed tantùm dic verbo, &
ſanabitur puer meus. 9. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus ha-
bens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alij veni & venit, & ſeruo
meo fac hoc, & facit. 10. Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe
dixit: Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Iſrael. 11. Dico autem vo-
bis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham,
Iſaac, & Iacob in Regno cælorum. 12. Filij autem regni eiicientur in tenebras
exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 13. Et dixit Ieſus centurioni:
vade, & ſicut credidiſti fiat tibi, & ſanatus eſt puer in illa hora.

EXPOSITO LITTERÆ.

175. *Abul. in Prolog. ad c. 8 Matt. Maldonat. in Euang.*

ISta hiſtoria centurionis non habetur niſi hic, & Lucæ 7. quamuis aliqui, quos citat, Abulenſis, & Maldonatus, dicant, quod eadem eſt cum illa, quam Ioannes narrat, ſed totaliter eſt diuerſa, & ex contextu conſtat, quod Chriſtus miraculum leproſi fecit in itinere, antequam ingrederetur Capharnaum.

166. *Ioan. 4.* *Centurio rogauit Ieſum per amicos. Abulenſ. citat.*

Acceſſit ad eum rogans. Abulenſ. putat & optime, quod per amicos, & non per ſe centurio iſtam rogationem fecerit. Rogans dicitur, quia humiliationibus, & ſumma reuerentia rogabant legati Ieſum, vt ſanaret puerum centurionis; ideo laudauit Chriſtus fidem ſummopere iſtius centurionis; quia ſummis precibus rogabat Ieſum.

177. *Paralyticus continuò dolet.*

Domine puer meus iacet, &c. Puer vocatur ſeruus, vt patet multis in locis ſcripturæ, quæ citat. Abulenſ. *male torquetur*, id eſt, multum cruciatur; quia habet membra diſſoluta. Vnde graues, & continui dolores naſcuntur, & hac de cauſa. Quaſi diceret, non poteſt Paralyticus ad te humiliter peruenire.

178 *Hæreticorum error.*

Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Quaſi dicat, non ſum dignus, vt vadas ad domum meam, noli vexari ſed dic verbaliter, & hoc ſufficit: *nam & ego homo ſum.* Delirat Caluinus, & hæretici ſequentes Arrium ex hoc loco Chriſtum tantum hominem intelligentes, de quo in quæſtionibus latius.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Cum autem introiiſſet Capharnaum, acceſit ad eum centurio rogans eum, & dixit, Domine, puer meus iacet.

Tranſlatio Vatabli. 2. Porrò cum ingreſſus fuiſſet Ieſus Capharnaum, adiit eum centurio, obſectans eum, & dicens, famulus meus decumbit domi Paralyticus.

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Quum autem ingreſſus fuiſſet Ieſchua Capharnaum, acceſſit ad eum centurio quidam, & rogauit eum inquiens, Domine mi, puer meus iacet domi, & Paralyticus eſt.

Caietanus in Euang. 4 Puer meus grauiter torquetur.

Interlinealis in gloſſa	5. Acceſſit ad Ieſum alienigena per nuntios.
n. 8. Tranſlatio Vatabli.	6. Domine non ſum idoneus, vt tectum meum ſubeas.
Tranſlatio ex Syriaca.	7. Vt ingrediaris ſub tugurium meum.
n. 9. Tranſlatio Vatabli.	8. Nam & ego ſum ſubditus poteſtati alterius habens ſub me ipſo milites.
Tranſl. ex Syriaca.	9. Nam & ego habeo ſub manu mea milites & dico ſeruo meo, hoc age, & agit.
Lyranus ſua in Gloſſa.	10. Ego habeo milites, qui mihi debeant obedire.
n. 13. Tranſ. ex Syriaca.	11. Abi, vt credidiſti fiat tibi, & ſanitati reſtitutus eſt puer in ipſa illa hora.
Tranſl. Vatabli.	12. Et ſanatus eſt famulus in illa hora.
Lyranus ſua in Gloſſa.	13. Fiat tibi in ſanatione ſerui tui perfectè.
Interlinealis.	14. Sicut credidiſti, ſanitas ſerui ſequuta eſt.
Caietanus in Euang.	15. Et ſanatus eſt puer eius ex illa hora.

DIFFICVLTAS I.

An Centurio iſte erat Iudæus, vel Gentilis?

QVæretur, vtrum apud Iudæos eſſent Centuriones?

179. 1. Responsio Abulenſis q. 26. qui ait, quod inter Iudæos etiam erant Centuriones, vt patet Exod. 18. & Deuter. cap. 1. Vbi dicitur, quod à *principio populus fuit diuiſus in deſerto per Decanos, Quinquagenarios Centuriones, & Tribunos*, & 1. *Reg.* 18. dicitur, quod Dauid conſiderato populo conſtituit ſuper eum Tribunos, & Centuriones, & *Paralipom. cap.* 27. & 28. dicitur, quòd Ioſaphat, & Reges ſequentes habebant Centuriones. Ex quo patet quod poterant eſſe apud Iudæos aliqui Centuriones.

Abul. q. 26. in Matth. Exod. 18. Deut. c. 1. 1. Reg. 18. Paralip. 27. & 28.

Centuriones erant in Iudæa.

180. 2. Responsio, & vera, eſt communis, quàm Lyranus ſequitur, quod iſte Centurio erat Gentilis, quia Romani Dominabantur in Iudæa, & habebant in ciuitatibus milites & Centuriones, quos nos in noſtra Hiſpania vocamus *Maeſſes de campos, ò ſargentos maiores*. Et patet, quod erat Gentilis, quia Chriſtus dixit, non inueni tantam fidem in Iſraël. Ergo non erat de filiis Iſraël; quia exaggeratio, & comparatio maior eſt inter illos, qui minorem habent obligationem, vt condemnet illos, qui maiorem habent. Et etiam patet hoc, quia Iudæi dixerunt; *diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificauit nobis, Lucæ* 7. Vnde Chryſoſtomus in Caten. citat. ait, *poſt Iudæorum curationem venit Ieſus ad gentes*. Ergo Centurio gentilis erat.

Lyranus ſua in Gloſſa.

Hiſpana locutio Maeſſes de Campo, ò ſargentos maiores.

Lucæ cap. 7. Chryſoſt. in Cathen. cit.

3. Responsio Auguſtini in Cath. citati, qui ait: *iam enim Iudæa gens habebat militem Romani imperij*, Et Chryſoſtom. ſuper Matth. addit: *Centurio iſte, primus fructus ex gentibus, ad cuius fidei comparationem omnium Iudæorum fides infidelitas eſt inuenta*. Quaſi dicat, oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, Et fides iſtius Centurionis magis reſplendeſcit cum Iudæorum perfidia comparata. 181.

Auguſt. in Cathen. cit. Chryſoſt. ſuper Matth.

DIFFICVLTAS II.

Quare Centurio cum tanta inſtantia motus fuit ad orandum pro ſeruo ſuo?

QVæritur, quare tam anxiè pro ſeruo orabat Centurio? 182.

1. Responsio Abulenſis q. 29. *Mouebatur Centurio, quia diligebat valde ſeruum, & ideo dolebat, quod periret, quem amabat*. Quaſi dicat ea, quæ nobis magno pretio habemus nimis dolemus, ſi patiuntur. Ob hoc aliqui dicunt, quod vocabatur iſte ſeruus filius, vt patet Ioan. 4. Sed iſte erat filius alterius Reguli. Dicitur autem hic, quod Centurio, dolebat multum de ſeruo ſuo; quia boni ſerui ſunt chari Dominis ſuis, & filiis præponuntur in dilectione, vt Ambroſius teſtatur.

Abul. q. 29. in Matth.

Ioan. 4. *Serui boni plus diliguntur quam filij.*

2. Responsio fuit aliquorum Auctorum, quos refutat Chryſoſtomus, qui dicebant, quod anxiè orabat Centurio pro iſto ſeruo quia erat magni pretij, & magnum damnum patiebatur, ſi moreretur, & ideo dicitur *Luca. 7. quod ſeruus erat male habens quia erat illi pretioſus*. Sed contra hoc dicit Chryſoſtom. *Vide bonitatem Centurionis, quod pro ſalute ſerui ſic feſtinabat, quaſi non damnum pecuniæ, ſed ſalutis in morte illius faceret; dicit enim* quod diligebat eum, & ideo dolebat, quod ille torqueretur. 183.

Chryſoſt. in Matth.

Lucæ. 7.

Chryſoſt. citat. *Serui qui augent nimis pecunias pretioſi.*

3 Responsio Sancti Ambroſij ſuper Lucam, *anxiè orabat Centurio; quia moriebatur ſeruus, quem diligebat; moriturus enim erat, ſi non fuiſſet ſanatus à Chriſto*. Quaſi diceret periculum erat grande; & ideo dolor, & anxietas Centurionis creſcebat, & propoſuit per nuntios Chriſto iſtum Odorem, vt magis eum flecteret, & moueretur ad ſanandum puerum. 184.

Ambroſ. in Luc.

4 Responsio Rabbani in Cathen. S. Thomæ citati *omnia iſta cum dolore cognominauit, & iacentem, & paralyticum, & malè detentum; ideo fuit, vt anima ſua anguſtias demonſtraret, & Dominum commoueret*. Quaſi dicat amorem cordis ſui circa ſeruum infirmum demonſtrauit, vt potentes doceret de infirmi- 185.

Raban. citat. in Cathen. S. Thom. *Seruis compatiuntur Domini.*

infirmitatibus ſeruorum ſuorum compati, & mederi.

186. 5 Responsio Remigij in litter. citati. *Recte ergo Centurio pro puero ſuo rogat; quia primitiæ gentium pro ſalute totius gentilitatis ſupplicauerunt.* Quaſi dicat, nimis honorandi ſunt amici Dei, qui vexillum fidei reportauarunt, quos cæteri ſequuti ſunt.

S. Remig. in Cathen. cit.

DIFFICVLTAS III.

Quare dixit Ieſus, ego veniam, & curabo eum?

187. QVæretur, quare Chriſtus promiſit ire ad Domum Centurionis, cum ipſe hoc non petebat?

1. Responsio Chryſoſtomi in homiliario; *quia voluit Chriſtus oſtendere, quod Deus facit voluntatem orantium, & plus dat illis, quàm petunt, ſicut dicitur Pſ. 144. n. 19. voluntatem timentium ſe faciet.* Quaſi dicat, nunquam fecit Chriſtus, quod hic fecit vbique enim ſequitur voluntatem ſupplicantium.

Chryſoſt. in Cathen. cit. — Pſ. 144. n. 19. — *Orationis vis.*

188. 2 Responsio fuit Abulenſ. q. 31. *Dixit hoc Chriſtus ex vera humilitate, quia Iudæis erat valde abominabile intrare in domos gentilium, aut conſeruari cum eis, vt patet Actor. 10. cum Petrus iuſſus eſt ire ad Cornelium.* Quaſi dicat, quilibet humilis debet cognoſcere vitia propria, & non reſpicere aliena. Vnde dicit Chryſoſtomus, *quoniam pro ſeruo petebat promiſit ire, vt nos humilitatem doceret, & non contemnere ire ad domos pauperum.*

Abul. q. 31. Actor. 10. — *Humilis ſe vilem putat, & cæteros fortes.*

189. 3 Responsio Caietani in Euang. *niſi enim ille dixiſſet, ego veniam, & curabo eum, nunquam reſponderet Centurio Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Quaſi dicat, humilitatem Chriſti exaltauit ſua profunda fide Centurio. Et ideo motiuum tantæ fidei Chriſtus quærebat.

Chryſoſt. in hom. — Caietan. in Euang. — *Humilitas fidem exaltat.*

190. 4. Responsio Origenis in Gloſſ. citati *ad fidem Reguli venire noluit, ne diuitias honorare videretur. Hic ſeruilem conditionem, ne ſpernere videatur, mox ire conceſſit.*

Origen. in Gloſſ. citat.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dixit Centurio, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum?

QVæretur, quare tantum recuſauit Centurio intrare Chriſtum in domum ſuam?

191. 1. Responſio noſtri Lyrani, dixit, *quod non erat dignus, quia erat Gentilis, & habebat in domo ſua idola, & indignum iudicabat Chriſtum tali ſocietate commiſceri; quia tam erat imbutus fide, & gratia Dei.* Quaſi dicat, qui dixit, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer, plenus erat fide indicibili, & confuſus Centurio de idololatria ſua præterita dixit, non ſum dignus, vt idola falſa videas, vt ego non confundar in æternum.

Lyranus ſua in Gloſſa. — *Vera fides humiles facit homines.*

192. 2. Responſio, quàm refert Abulenſ. q. 32. dixit, Domine non ſum dignus, *quia domus non erat bene diſpoſita, ita vt honeſtè poſſit Ieſus intrare in eam.* Quaſi dicat, etiam ſi diues & dux erat Centurio, ſed de Chriſto tam altè concepit, & diuinitatem eius conſiderauit, quod palatia Regalia non erant digna, vt caperent eum.

Abul. q. 32. in Matth. — *Cæli & terra Chriſtum capere non poſſunt.*

193. 3. Responsio Auguſtini in Gloſſa ordinaria citati, qui ait: *dicendo ſe indignum præſtitiſſe dignum, non in cuius parietes, ſed in cuius cor Chriſtus intraret; Neque enim hoc diceret cum tanta fide, & humilitate, niſi illum, quem timebat intrare in domum ſuam corde geſtaret.* Quaſi dicat, non erat magna felicitas, ſi Ieſus intraret in parietes eius, & non eſſet in anima eius.

Auguſt. in Gloſſa. — *In eum Chriſtus intrat quod indignum ſe reputat illum.*

194. 4 Responſio Rabbani in Cathen. Sanct. Thomæ citati. *propter conſcientiam enim vitæ gentilis grauari ſe magis dignatione putauit, quàm iuuari, cuius etſi fide præditus, nondum erat ſacramentis imbutus.* Quaſi dicat, erat quaſi Cathecumenus Centurio, & fidem perfectam, & approbatam à Chriſto nondum habebat, quamuis diuinitatem, & myſteria fidei diligebat, & erroribus idololatriæ præteritis ſentiebat ſe grauari, & ideo dicebat *non ſum dignus.*

Rabbanus in Cath. citat. — *Centurio erat quaſi Cathecumenus.*

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus dixit ſequentibus ſe, non inueni tantam fidem in Iſraël?

QVæretur, quare admiratus Chriſtus dixit, *non inueni tantam fidem in Iſraël?*

195. 1 Responsio Abulenſis q. 35. *hoc intelligit quantum ad fidem in operationem miraculi, hoc eſt, in toto Iſraël non inueni tantam fidem in aliquo, ad cuius petitionem feci miraculum.* Quaſi dicat, Chriſtus ſanauit puerum Centurionis petentis & dicentis, quod ſolo verbo, aut cogitatione voluntatis ſalutem puer conſequêretur, itaque nullus ex beneficiatis à Chriſto inuentus eſt habens tantam fidem; & ideo dixit admiratus *non inueni tantã fidem.*

Abul. q. 35. in Matth. — *Fides Centurionis ſingularis.*

196. 2. Responsio meo iudicio fit, *quia qualitas & fides tam acri ſelata & purificata in Iſrael non eſt inuenta, quia cæteri habuerunt fidem propter experientiam alicuius rei miraculoſa. At verò Centurio abſque experientia, & ſine viſione miraculi in ſe, neque in alio, tanta fide imbutus eſt, quod plus credidit de Chriſto, quam ſi multa miracula vidiſſet, aut tetigiſſet aut expertus eſſet,* & hoc neque Chriſtus in Iſrael inuenerat *neque poſtea inuenit*, & de hoc fuit tam grandis Chriſti admiratio. Quam ſententiam approbauit dicens, quod multi venturi eſſent ab Oriente, & Occidente, ideſt, gentiles ſequendo fidem iſtius Centurionis, & confuſionem eſſent portaturi filiis Iſrael.

Auctoris menſ. — *Fides gradus maiores & minores habet.*

197. S. Auguſt. in Gen. contra Manich.

3. Responsio Auguſtini in Gen. contra Manich. *Quis autem in illo fecerat illam fidem, niſi ipſe qui admirabatur: nam ſi alius eam feciſſet, vt quid miraretur qui præſcius erat.* Quaſi dicat, quod Chriſtus miratur nobis mirandum eſſe ſignificat; quia in conſpectu eius omnia ſunt aperta, ſcito, & præciſa. Sed exemplum admirationis nobis dat, honorificans talem Centurionis fidem.

Admiratio de rebus inauditis procedit.

198. Lyran. ſua in Gloſſa.

4. Responsio Lyrani, *in Chriſto ponitur duplex ſcientia, vna diuina, quæ eſt æterna, & ſecundum hanc non poteſt eſſe admiratio, quia nihil cognoſcitur ab eo de nouo; alia humana, vel creata; & hæc eſt duplex, vna viſionis in verbo, quia anima Chriſti ab inſtanti ſuæ conceptionis cognouit omnia in verbo, quæ cognouit verbum notitiâ viſionis: alia eſt ſcientia Chriſti, quæ cognoſcit res in proprio genere; & hæc eſt duplex, vna habitualis, & in iſta non eſt aliqua nouitas, quia ab inſtanti ſuæ conceptionis fuit anima Chriſti perfectè repleta habitibus omnium ſcientiarum: alia experimentalis, ſicut aliquis, habens ſcientiam per doctrinam; poſtea experitur per intuitionem in effectu, & iſto modo in anima Chriſti erat aliquid de nouo cognitum ex inſpectione illius hoc modo incogniti, & potuit hoc modo in ipſo admiratio de nouo cauſari.* Quaſi dicat, experimentando actum fidei in Centurione tam admirabilem, propter quod dixit ſequentibus; amen dico vobis; ideſt, fideliter aſſeuero, quod talem fidem non inueni.

Scientia Chriſti quotuplex eſt.

Admiratio quomodo fuit in anima Chriſti.

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo intelligatur, vade, & ſicut petiſti, fiat tibi?

QVæretur quare dicitur vade, & ſicut credidiſti fiat tibi?

199. Rabbanus in Cathen. cit.

1. Responsio Rabbani in Cathen. citati. Quaſi dicat, *ſecundum menſuram fidei metietur tibi & iſta gratia*; poteſt autem meritum Domini etiam famulis ſuffragari, non ſolum merito fidei ſed etiam ſtudio diſciplinæ, vnde ſequitur, & ſanatus eſt puer in illa hora.

200. 2. Responsio Abulenſis q. 39. hoc *dicit Chriſtus ad oſtenſionem ſuæ poteſtatis: nam dixerat Centurio, quod Chriſtus abſens poterat puerum ſanare; Chriſtus autem dixit, ſicut credidiſti fiat.* Quaſi dicat, ſi tu credidiſti hoc fiat tibi, & ita fuit magna cautela ad probandam virtutem potentiæ ſuæ; quia per miraculum confirmat rem præteritam, quia abſens credidit Centurio, & poteſtatem Chriſti, & inuenit confirmatam, ſicut ipſe cogitauit, & credidit.

Cautela miſtica erat operari non miraculi.

3 Responsio Chryſoſtomi in Cathen. citati, *vbi velocitatem admirare; Neque enim ſolam curare ſed inopinatè, & in momento temporis hoc facere virtutem Chriſti oſtendebat.* Quaſi dicat, fides Centurionis plus conſequuta eſt, *quam putauit quia abſens Chriſtus, & celeriter puerum ſanum inuenit.* 201.

Chryſoſt. in Cathen. cit.

4. Responsio Auguſtini de Verb. Dom. *ſicut enim Dominus domum Centurionis non intrauit, ſed abſens corpore præſens maieſtate puerum ſanauit.* Sic in ſolo *Iudaico populo corpore fuit; apud alias gentes, neque de virgine natus, neque paſſus eſt, neque humana pertulit, neque diuina miracula fecit.* Quaſi dicat, iam adimpletum eſt, *populus, quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi*, ideſt, Iudæa gens cognouit, & crucifixit Chriſtum; orbis vero terrarum audiuit, & credidit. 202

S. Auguſt. de verb. Dom.

Iudæa Corpus Chriſti cognouit. Gentilitas auditu credidit.

cap. 17. n. 45

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, & ſanatus eſt puer in illa hora?

QVæretur quomodo puer ſanatus eſt in illa hora?

1 Responsio fuit ex tranſlatione Vatabli, *qui ait, & ſanitati reſtitutus puer in ipſa illa hora* Quaſi dicat cum Interlineali in Gloſſa *probatur fides Domini, dum ſanitas ſermo ſequitur*; hoc eſt, ex ipſa hora, qua Centurio credidit potentiam Chriſti abſentis, ſanatus eſt puer. 203.

Tranſl. Vatabl

Interlinealis in Gloſſ.

2. Responsio Abolenſis q. 40. *ad oſtendendum, quod miraculum factum erat à Chriſto, & non ab alio, quia legati qui hoc audierunt auſcultabantur attentè horam, in qua dixit Ieſus fiat, ſicut petiſti, & poſtea nuntiauerunt Centurioni, & ipſe in illa ipſa hora ſanitatem pueri expertus eſt.* Et hoc eſt, quod dixit Lucas 7. quod ſanatus eſt puer ipſa hora, hoc eſt, ſubito, & inopinato modo ſanatus eſt, ita vt ſecundum narrationem amicorum Centurionis; cognouit, quod non aliunde ſanitas prouenire potuit niſi a Chriſto. 204

Abul q. 40.

Lucæ c. 7.

Miracula Chriſti infallibilia, & ſine dubio certa.

TRACTATVS OCTAVVS. AD MORES.

De ſeruo Centurionis à Chriſto Sanato.

DIFFICVLTAS VIII.

Vtrum Centurio eſſet Iudæus, vel Gentilis?

205. Abul. cit. in lit. Pſ. 73. n. 23.

1. RESPONSIO fuit aliqoorum, quos refert Abulenſis *quod inter Iudæos erant centuriones, vt in littera patet ex multis ſacra ſcriptura locis.* Quaſi dicat, *ſuperbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper, ſed ſubito deſcendit,* quia populus Iudæorum propter ſuperbiam & ambitionem eleuabatur, & cum centuriones, & Reges haberet, nunquam erat contentus, & omnes ſpernebat, vſquequo in profundum miſeriæ lapſus eſt, & factus opprobrium hominum, & abiectio plebis ſine duce, ſine Rege ſine centurione, & ſine honore.

Ambitioſi ſolent ad ima deſcendere.

207. Oleaſter in Num. c. 16. n. 9. Tranſ. Pagn.

Vnde interrogat Oleaſter, quare *Numer. 16. n. 9. dixit Moyſes Dathan, & Abyron, nunquid parum vobis eſt, quod ſeparare fecit Deus Iſrael vos.* Sic legit Pagnin. Et reſpondet, *quia ambitioſi pro nihilo reputare ſolent, quæ habent, & cuncta quæ ſunt alterum ſibi maiora, & meliora videntur, licet non ſint.* Quaſi dicat, ſummam prudentiam callet Moyſes, quia extollit dignitatem impiorum ingratorum, ne ambirent maiorem, quàm Dominus alteri dederat, ſed ſua ſorte eſſent contenti, ne ſortè puniti adeò remanerent propter ingratitudinem, ſicut Iudæi remanſerunt, ſine centurionibus, & Rege, & ſine honore.

Prudentia ſuperioris ingratos mulcet verbis & exemplis.

208. Lyran. ſua in gloſſa.

2. RESPONSIO Lyrani in litters citati, *quod centurio erat gentilis, & Romanus, quia monarchia Romanorum Iudæis etiam Dominabatur. Sed iſte centurio erat vir bonus, & deuotus, & in medio Iudæorum viuebat, quaſi lilium inter ſpinas.* Cant. 2. n. 2. & propter illum forſan Chriſtus ibat Capharnaum, vt ab ingratis Iudæis ſepararet illum, qui citò propter ingratitudinem puniendi erant.

Cant. cap. 2. n. 2.

209. Oleaſt. in Num. c. 16. n. 21. Tranſ. Pagn.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Sanctus Moyſes dixit Iſraelitis Numer. 16. n. 21. *Separate vos de medio cōgregationis iſtius, & conſumam eos in momento?* Et reſpondet, *quia Dathan, & Abyron cum ſequacibus volebat Deus punire, & videtur, quod iuſti tenent ligatum Deum, ita vt eis præſentibus ſæuire nolit in malos.* Quaſi dicat, recordamini Angelorum, qui venerunt ad Sodomam ſubuertendam, quomodo dixerunt Sancto Loth. *non poſſumus quidquam facere, donec ingrediaris illuc.* Et centurionem quæſiuit hodie Chriſtus propter ſuam fidem, vt ex Iudæis infidelibus ſeparet ſuper quos tanta mala peruenerunt; neque tamen hoc impij cognoſcere, vel aduertere volunt; quia ſcilicet propter paucos iuſtos non punit Deus tot innumerabiles impios.

Gen. cap. 19. n. 31.

Propter iuſtos Deus non punit innumerabiles peccatores.

DIFFICVLTAS. IX.

Quare Centurio tanta anxietate pro ſalute ſerui mouebatur?

QVæretur, quare tam anxiè ſalutem ſerui ſui centurio cupiebat. 210

1. RESPONSIO Abulenſis in litera citati, *quia diligebat multum eum, & ideo tantum dolebat de eius infirmitate.* Interrogat Sanctus Hieronymus, quare, antequam Chriſtus pateretur, *factus eſt ſudor eius, velut gutta ſanguinis decurrentis in terram* Lucæ. 22. n. 24. Et reſpondet, *ſudat ſanguinem non timere patiendi ſed miſerendi* Quaſi dicat, ita doloribus hominum in eum cito ſæuientium premebatur, quia eos ita diligebat, vt anxietatibus, & mortalibus pœnis circomdatus, è venis ſuis ſanguineas guttas emiſerit. Quia vt inquit Saluianus; *Amor in propria animoſus in amici pericula tuta timet.* Quaſi diceret, Chriſtus pœnas, atque ſupplicia hoſtium ſuorum ita miſerebatur, vt propria ſibi exiſtimaret, Ideo centurio anxiabatur pro ſalute ſerui ſui; quia multum eum diligebat.

Abul. citati litter. Hieronym. in verba Lucæ 22. n. 24.

Amor plus torquetur pœnis rei amatæ quam propriis

Saluianus.

2. RESPONSIO Auctorum, quos citat. Abulenſis citat. in litter. *torquebatur centurio de infirmitate ſerui ſui; quia erat magni pretij, & multum perdidiſſet, ſi moreretur.* Vnde Ambroſ. lib. de Naboth., *lugent diuites, ſi non potuerint aliena diripere.* Interrogat Auguſtinus in Pſ. 67. n. 31. quare dixit Dauid *increpa feras arundinis in vaccis populorum.* Et reſpondit cum tranſlationibus Hebraicis, *increpa feras calami in vaccis, &c.* id eſt, non permittas diu viuere vſurarios, telonarios, qui calamo velut aratro ſulcos impietatis proſcindentes, atque aliorum bonis meſſes 211

Auctores ab Abulenſi citati Ambroſ. lib. de Naboth. c. 4.

Aug. in Pſ. 67. n. 31.

Tranſ Hebr. *ſcribæ & miniſtri Regum feræ rapaces.*

ſibi agentes ſub humana ſpecie, non ſecùs ac immanes belluæ pauperum ſubſtantias depopulantur.

212. Pſ. idem.

Niſi velimus dicere, increpa feras calami in Vaccis populorum. Quaſi dicat, increpa ſcribas, & miniſtros deteſtabiles omnes, qui calamo conſequuntur indecibiles diuitias non permittas (ô Domine Deus æterne) quod diu viuant; quia ſemper ſunt rapaces feræ, qui populos, & pupillos, viduas, & innocentes quaſi lupi rapaces ſemper deuorant, & laboribus, & ſudoribus miſerorum ſaginantur, de quibus poteſt dici, quod ſunt in vaſis populorum ſcribæ & miniſtri, qui calamo viuntur, quaſi leones vel tygres in caudis clauduntur & ſine labore omnia ſibi acquirunt fallaciis, & rapinis quibus aratrum eſt calamus, ager charta, ſemen atramentum, pluuia tempus, quo illi pecuniis fruuntur occultis incrementis, & modis inexplicabilibus, quibus in ictu oculi diuitiis abundant illi, qui tantum calamo, & litibus Regnum adminiſtrant, & puer iſte forſitan ſecretarius & calamo vtebatur, propter quod Centurio anxie mortem eius ferebat.

Gubernatores & ſenatores lupi rapaces.

Miniſtri & ſenatores in momento ditantur.

DIFFICVLTAS X.

Quid ſignificet moraliter, quod reſpondit Chriſtus, ego veniam, & curabo eum?

213. Chryſoſt. in litt. citat. Pſ. 143 n. 19. Hiſpana locutio. *No ſaldre de rroguſto.* Philo lib. 6. de migra.

1 RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in littera citati. Quaſi diceret *voluntatem timentium ſe faciet.* Pſ. 143. n. 19. Quaſi dicat noſtro Hiſpano ſermone, *no hare mas de lo que mis amigos quiſieren.* Vnde Philo lib. de migratione *Abraham* ait *liquet eſſe apud Deum potentiam, quæ ad opem nobis ferendam excubet.* Quaſi dicat, amici Dei omnipotentiæ ſuæ ſunt participes, quia ad benefaciendum eis promiſit indefeſſam præſtare. Vnde interrogat Oleaſter in *Numer.* 16. *n.* 22. *quare Moyſes vt Deum & iram eius mitigaret, dixit illi, Deus ſpirituum omnis carnis.* Sic legit Pagnin. Et reſpondet; *quia quemadmodum artifices difficile eſt artificia ſua deſtruere; ita ad memoriam reducit Domino fuiſſe artificem omnis ſpiritus, inter quos erant amici ſui ſecreti, quorum voluntates amor vniebat, & debebat propter illos retinere iram ſuam, & malos non punire.* Quaſi diceret, attende Domine, quod voluntatem timentium te promiſiſti facere, & peccatoribus pro quibus iuſti deprecantur parcere. Vnde Seneca, *de Benefic. cap.* 26. *ſolebat dicere, Deus æquali tenore bona ſua ſuper gentes populoſque diſtribuit, vnam ſortitus potentiam prodeſſe.* Quaſi dicat, æqualiter omnipotentiam Dei homines conſequuntur; quia ſanctos & iuſtos diligit ineffabiliter, & propter illos malos, & improbos ſuſtinet, & ſuſtentat quia voluntatem timentium ſe facit, ideo dixit centurioni fideli amico, *ego veniam, faciam quidquid tu volueris, vt tranſlationes inſinuant.*

Oleaſt. in Num. 16. n. 22. Tranſ. Pagn.

Amor voluntates ligat.

Senec. de Benef. c. 26.

Sancti pluris æſtimandi

214. Ab. cit. in litt.

2. RESPONSIO Abulenſis citat. in litter. *quoniam pro ſeruo petebat, promiſit ire, quia vere humilis erat corde.* Quaſi diceret, cum Chriſtus iret ad oſtendendam diuinitatem humilitatem adquiſiuit, promittens non dedignari ire, vbi Iudæi abominabantur, quod ad amuſſim ſequutus Paulus dicebat, *nihil per inanem gloriam operantes, ſed in humilitate vt Deo grati ſitis, & iram Dei irati flectis videbitis.* Vnde Oleaſter interrogat, quare Moyſes, & Aaron, vt iram contra Datham, & Abyron flecterent, *proiecerunt ſe ſuper facies ſuas Numer.* 16. *n.* 22. Et reſpondet, *quia ſancti, cum plus adeo ſe vident æſtimari, & illis fauere, tunc plus humiliantur, & mala ſibi illata cum patientia, & humilitate portant* Quaſi dicat, cum Dathan, & cæteri impij volebant Moyſen, & Aron lapidare, ipſi ſe coram Dominò eiiciunt, vt illa humilitate Deum vincant, & eius furorem mitigent, & illis pateat. A quibus Prælati diſcant quales eſſe debeant erga turbatos & malos ſubditos humiliando ſe, & Deum pro illis orando. Vnde Samuel dixit 1. Reg. 12. n. 23. *abſit vt pro vobis orare ceſſem, licet me iudicem reiiciatis.* Et Chriſtus hodie promiſit ire ad Domum Gentilis, licet Iudæi de tali humilitate & promiſſione blaſphemarent.

Ad Philipp. c. 2. n. 3.

Oleaſt. num. c. 16. n. 22. Tranſ. Pag.

Prælati humilitate ſubditos reducunt.

1. Reg. c. 12. n. 23.

Humilitas Chriſti inimicos vincebat.

3. RESPONSIO Origenis in littera citati, *ad filium Regis ire contempſit, & ad ſeruum promittit, ne vilem conditionem, & ſeruilem ſpernere videretur. Vnde dicebat* Tertullianus *Chriſtus quamuis ſe ex Deo Patre Deum eſſe meminiſſet, nunquam ſe Deo Patri, aut comparauit, aut contulit contentus vt formam ſerui ſuſciperet.* Quaſi dicat, non erat Chriſtus cupidus inanis gloriæ, neque quæ ſua erant, ſed aliorum quærebat. Et quamuis æqualis erat Patri ſecundum diuinitatem ſemper obediens, & humilis ſe oſtendebat, & miſeros & pauperes quærebat, vt hac humilitate homines ad ſe attraheret, quia (teſte Bernardo) *per diuinitatem erat admirabilis, per humilitatem amabilis.* 215.

Origen. cit. in litt. Tertul. ſup. citat.

Humilitas Chriſti amabilis.

Ber. citat.

Vnde interrogat Oleaſter, quare præcepit Deus Moyſi, & Aaroni Numer. 16. n. 21. *Tollite ex circuitu habitatuli Chorè,* ſic Pagninus. Et reſpondet. *quia nocet valde cum ſuperbis habitare, & communicare, quoniam ſæpe ſe cum iis pœna inuoluet.* Quaſi dicat, tam nociua ſuperbia peſtis eſt, quod humilis fugere debet à conſortio, & communicatione eorum, ne iram Dei cum illis illam attingat. Vnde hodie Chriſtus promiſit ire in domum centurionis Gentilis, vt conſortia Iudæorum ſuperborum fugeret, qui non dignabantur ire in domum gentilis. 216.

Oleaſt. in Num. 16. n. 21. Tranſ. Pagn.

Superbi à conuerſatione fugiendi.

DIFFICVLTAS XI.

Quare in ſenſu morali dixit Centurio, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum?

QVæretur, quare ſe tam indignum iudicauit centurio.

1. RESPONSIO fuit Lytani in littera 217.
citati

Lyran. in litt. citat. Oleaſt. in Gen. 31. n. 30.

citati, qui ait, *quia forſitan in domo ſua habebat idola, & confuſus, & verecundus timuit, vt tamen Deus idola ibi inueniret.* Interrogat Oleaſter, *quare Rachel furata eſt idola patris ſui Geneſ. 31. n. 30.* Et reſpondet *cum* Catharino *nullo modo quia idololatra eſſet, ſed potius argenti, & auri deſiderio, ex quo idola erant conflata.* Quaſi dicat, idola potuerunt eſſe in dumo Iacob, non ad cultum, ſed ad ornatum domos. Dicunt tamen Hebræi Rachelem tribus de cauſis idola ſubripuiſſe de domo patris ſui. Prima ob ablatam mariti mercedem à Patre. Secunda, ne Pater illorum conſuleret Deos, per quod iter abiiſſent. Tertia vt Patrem ab idololatria reuocaret. Et ad mores addit Oleaſter, *quod Patres filiam coniugatam domi non habeant; quia propter maritum ſuum filia conuertuntur in fures, & latrones, vt viris ſuis placeant.* Ex quo patet quod centurio, ſi habebat idola domi, non erant ad cultum, vel erant ſeruorum ſuorum, ex quo confuſus timuit, quod Chriſtus ad illum adiret, & ita dixit, *Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.*

Hebræorum traditio *Rachel non fuit idololatra.*

Mulieres debent eſſe prudentes.

218. 2. Responsio eſt Abulenſis in littera citati, *quia domus non erat rectè ornata, ita vt Dominus poſſet in eam intrare.* Quaſi dicat, ô ſi ſacerdotes, & Chriſtiani ad ornatum, & decentiam, qua in templis Dei debent fulgere attenderent, quomodo ipſi etiam in dignitate conſtituti altaria mundarent, & in cæremoniis ad cultum Dei pertinẽtibus miniſtrarent. Interrogat Oleaſter, quare dicitur Leuit. 1. n. 11. *quod filij Aaron ſacerdotis excoriauerunt holocauſtum.* Et reſpondet, vt diſcerent ſacerdotes, *qui ægrè ferunt Deo munia explere, & templa mundare; quia ſeſe ad hac indignos arbitrarentur, ſi cogitarent, quæ olim ſacerdotibus fieri mandabantur; maiorum enim ſacerdotum munus erat victimas excoriare, & nutrire.* Quaſi dicat, nunc noſtri ſacerdotes hæc in Eccleſia facere dedignantur. Attendant igitur, qui Eccleſiam Dei gubernant, quod nihil incompoſitum, aut inordinatum vult Dominus in ſacrificio, vbi corpus ſuum Deo offertur, & quod exteriorem, & interiorem munditiam in templo ſuo diligit Dominus. De interiori audiant Athanaſium q. 59. *illi ſunt in templo veri adoratores qui circa congregationes Eccleſiæ per opera bona ſpiritu illuminati in veritate adorant Deum.* Et D. Cyprianus *lib. de adoratione quando ſacerdotes ad altare veniunt, & munus offerunt, veniant cum Dei timore cum ſimplicitate cordis.*

Abul. in litt. citat. *Sacerdotes de cultu altaris curare debent.*

Oleaſt. in Leuit. 1. n. 11. Tranſ. Pagn.

Athanaſ. q. 59.

Cyprian. lib. de adoratione.

219. De illis verò, qui neque mundi, neque de munditia altaris curant, inquit Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Geneſ. *ſimiles ſunt tales Caino, de quo dicitur; quod deteriora, & immunda Deo Maximo offerre non erubeſcebat;* quia teſte Ioanne Ep. 1. c. 3. n. 12. *opera eius ex maligno erant.* Vel vt alij legunt *opera eius erant incompoſita, & inornata;* propter quod non aduertit ad munera eius, vt ſeptuaginta vertunt. *Ad Abel autem, quia cum omni modeſtia ornatu, & compoſito ordine offerebat, reſpexit Dominus cum beneplacito,* vt Chaldæi vertunt, vel vt Symmachus, *delectatus eſt Dominus,* vel vt Aquila, *conſolationẽ accepit,* vel vt Theodor. *inflamauit Dominus ſuper Abel. id eſt, exarſit ſe Dominus amore Abelis; quia intus & foris ſacrificia munda, & ornata offerebat, & indignum ſe ad offerendum ſacrificium reputabat,* ſicut & centurio ad Chriſtum recipiendum, & ideo dicebat, quod domus ſua non erat ornata, & ideo indignus erat. Vnde Origenes: *verus adorator, & cultor Dei dici non poteſt, qui ſignis exterioribus, & animo ſimplici, & puro Chriſtum non recipit.*

Cyrill. Alex. lib. 2. in Geneſ.

Ioan. Ep. 1. c. 3. n. 12. Tranſ. alia. Tranſ. ſeptuaginta.

Tranſ. Chaldæi.

Aquila Symach.

Theodor.

Origen. in Ioann.

220. 3. Responsio Auguſtini in littera citati; *non in eius parietes, ſed in eius cor indignum putauit.* Quaſi dicat, homines ad terreſtria proſpiciunt, & dedignantur potentes intrare in domos pauperum, Dominus autem intuetur cor. Vnde Sanctus Thomas in Ioannem, *non cæremoniis carnalibus adoratur Deus, ſed in ſpiritu & veritate, non ſignis ſolum.* Vnde interrogat Oleaſter. Quare Leuit. cap. 1. n. 3. præcipiebatur *cõiunget manũ ſuam ſuper caput holocauſti.* Et reſpondet; *quia voluit Dominus Deus de te ipſo ſacrificium facere potius quàm de animalibus; ideo voluit te coniungi victimæ tuæ in oblatione.* Quaſi dicat, ſunt qui bona ſua offerunt Deo; templa ædificant, monaſteria conſtruunt, Deum cum magna reuerentia venerantur ſignis exterioribus, ſe ipſos verò peccatis ſuis & Diabolo, dant facultates ſuas Deo, ſeipſus vero Dæmoni; quia idola pulchritudinis, & impudicas fœminas adorant. Neque verò corde profitentur eas relinquere. Ideo ne hoc fieri contingeret te ſibi ſimul cum hoſtia tua offerri; quia Dominus intuetur cor, & palatia Regum veretur intrare ſi munda non ſint, & domos pauperum feſtinus, & alacer ingreditur.

S. Aug. in lit. citat.

S. Thom. in Ioan.

Oleaſt. in Leuit. cap. 1. n. 3.

Templa ædificare bonum eſt ſed cum puro, & ſancto corde.

Difficile cor à mulieribus abſtrahitur.

DIFFICVLTAS XII.

Quomodo intelligatur, non inueni tantam fidem in Iſrael?

QVæretur, quomodo Chriſtus non inuenit tantam fidem in Iſrael, ſicut in Centurione.

221. 1. Responsio fuit Abulenſis in littera citati, qui ait, *hoc intelligitur quantum ad fidem circa miraculum, id eſt, nemo cum tam ingenti fide petiuit miraculum.* Quaſi dicat, fides centurionis nobilitata eſt vſque ad ſummum.

Abulenſ. in litt. *Fides nobilitat credentes.*

222. Interrogat Sanctus Cyrillus Hieroſolymitanus, quare Marthæ de reſurrectione Lazari dubitanti, & dicenti, quod quatriduanus erat, & fœtebat, reſpondit, *ſi credideris, videbis gloriam Dei Ioann. 11. n. 34.* Et reſpondet, *quia tantum potuit ſororum fides, vt mortuus à porta inferi reuocaretur.* Quaſi dicat, tanta vis eſt poſita in firma fide, quod mortuum & fœtidum glorificauit, & nobilitauit. Vbi Sanctus Zeno ſerm. 5. de inuentione ad fontem; *ſcitote vos nobilitari fide, quoniam qui crediderit, tantum beatitudinis habebit.* Ergo ſi fides centurionis tanta fuit, eius beatitudo, & nobilitas quanta, & qualis erit.

S. Cyrillus Hieroſo. cha. 3.

Ioan. 11. n. 34. *Fides mortuos viuificat*

S. Zeno ſerm. 5. de inuent. ad fontem.

223. Vnde interrogat Theodoretus, quomodo præceptum Regis Aſſyriorum adimpleuit Eunuchus cum Daniele *cap. 1. n. 3. dicitur quod*

Theodoret. in Dan. c. 1. n. 3.

quod iuſſit Rex, vt introduceret ſibi de filiis Iſrael, & de ſemine regio? Nunquid Daniel, & pueri ſocij eius erant de ſemine regio? Et ſi reſpondeas, quod erant de tribu Iuda *quare* ſcriptura tacuit de ſemine regio? Et *reſpondet de tribu Iuda, ſimpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit, vt fidem illorum exaltaret.* Quaſi dicat Iudas confeſſio Domini interpretatur, vt patet Geneſ. 29. n. 35. & qui fidem Dei firmiter confitentur, pluſquam, qui ex regali proſapia deſcendunt, nobilitantur.

Fides Reges facit. — Gen. 29. n. 35.

224. 2. Responsio, quia cæteri habuerunt experientiam eſt alicuius miraculi. At Centurio gentilis, & abſens à Chriſto ea auditu ingentem fidem concepit, & credidit mirabiliter Deo. Interrogat Hugo in Matth. 3. n. 10. quare dixit Dominus, *omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur?* Et reſpondet, *quia hic ſigillantur, Prædicatores, qui dicta Sanctorum prædicant, & non imitantur eorum exempla.* Quaſi dicat planta, quæ radicem habet præclaram, rigatam, & optima ſolis & aeris temperie gubernatam, & non proficit, neque fructus optimos producit, duplici pœna mulctetur, & quod excidatur, & in ignem mittatur, quod Theologi pœnam damni, & ſenſus vocant; quia viſione Dei carebit, & igne cremabitur, eò quòd bono exemplo aliorum non creuit, & in fide non multum multiplicauit.

Auctoris ſent. — Hugo in Matth. 3. n. 10. — *Prædicatores mali dupliciter puniendi.* — *Pœna damni & ſenſus quid.*

225. Hinc patet reſponſio ad quæſitum Pauli ad Hebr. *quare ſemen Abrahæ apprehendit verbum Domini, & non Angelos?* Quia *Angeli peccauerunt videntes bonum exemplum aliorum Angelorum in amore Dei ſtantium: at homo peccauit, quia neminem in ſua natura reſpexit, qui permaneret in gratia Dei.* Ideo ſumma bonitas inclinauit, ſe vt ſubueniret homini. Quaſi dicat, Angeli corruerunt viſo bono exemplo: Homo vero non ſic, cum humana natura prolapſa eſſet, inquit Iobius Monach. lib. 9. de verbo incarnato, *non hanc ſolum ex infinita ſui amoris vi aſſumpſit, ſed alia infinita dona largitur.* Quaſi dicat, ſicut ingenti ſupplicio digni ſunt, qui inter bonos, & iuſtos mali ſunt. Ita corona & gloria immenſa digni efficiuntur, qui ſine exemplo bono fidem aſſequuti ſunt, vt Centurio Gentilis, qui non viſis miraculis, ſed auditis firmiter credidit, propter quod dixit Chriſtus *non inueni tantam fidem in Iſrael.*

Ad Hebr. cap. 2. n. 16. — *Angelorum peccatum quare maius.* — Iobius Monach. lib. 9. de verbo incarnato.

DIFFICVLTAS XIII.

Quomodo intelligatur ad mores, vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi?

QVæretur ad noſtram eruditionem, quid ſignificet fiat tibi ſicut credidiſti?

226. 1. Responsio fuit Rabbani in litera citati, qui ait, *ad menſuram tuæ fides ſalus eueniat puero ægroto.* Quaſi dicat, attende ad promiſſa, & pactum; quod dono, quia hoc tibi ad æqualitatem ſeruabo.

Rabban. cit. in litter.

Interrogat Oleaſter, quare dixit Dominus, Abrahæ, *ambula coram me integer, & perfectus, ſic legit Pagninus?* Et reſpondet, *vt cogitemus viam totius perfectionis, ſcilicet, eſſe Deum ſemper præſentem.* Quaſi dicat, ſi Rex aſtaret operibus tuis, aut verbis auderes ne facere, aut loqui aliquid turpe, aut inhoneſtum? Minime, imo neque muſſitare. Hoc ipſum de Deo cogita, qui non ſolum factis, & verbis, ſed in intimis cogitationibus tuis circa fidem adeſt; ideo Dauid dicebat *fiat cor meum immaculatum vt non confundar,* cum me cogitantem turpia, vel in fide muſſitantem cognoueris. Vnde ſapiens dicebat, Eccl. 14. n. 22. *Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit in conſpectionem Dei.* Quaſi dicat, ad menſuram cuiuſcumque actus noſtri, & humanæ cogitationis aſſiſtit diuina ſapientia, & vnicuique fiat ei, ſicut verè credit operatur, & ſperat.

Oleaſt. in Gen. 17. n. 1. Tranſl. Pagn. — *Præſentia Dei ad perfectionem neceſſaria.* — Pſ. 118. n. 80. — *Cogitationes in fide munda.* — Eccleſ. 14. n. 22.

2. Responsio fuit Abulenſis citat. in litter. *hoc dixit Chriſtus ad oſtendendam cautelam Centurionis,* id eſt, ſi me abſente *credidiſti, quod ſanarem puerum, ſic inuenies.* Quaſi dicat, in laboribus, & afflictionibus, qui poſitus fuerit ſperet in Domino firmiter, & in fide non hæſitando habebit ad menſuram ſuæ fidei & ſpei, remedium, etiam contra ſpem humanam. Vnde interrogat ſanctus Paſchas. lib. 3. in lament. Thren. 3. n. 10. quare Hieremias dixit, *memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea,* hæc recolens *in corde meo, ideo ſperabo?* Et reſpondet, quia ſponſa Chriſti cum multis laboribus ſit afflicta, & fletibus; conualet contra ſpem, & ad ſpem redit memoria illius ſempiternæ vitæ. Propterea, inquit, ſperabo. Quaſi dicat, vbi anima deuota ab ſponſo Chriſto examinatur, eſt in laboribus, & fletibus afflicta, quia tunc fides & ſpes verè probatur, non in proſperis; quia tunc laudare Deum parum eſt, vt inquit Bernardus, *tunc confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Pſ. 48. n. 19. Ideo Centurioni dixit Chriſtus, fiat tibi ad menſuram tuæ ſpei cum vexationibus torquebaris.

227. Abul. in litt. citat. — *Spes amicos Dei purificat.* — S. Paſchaſ. lib. 3. in lament. Thr. 3. n. 10. — Ierem. ibi. — Ber. ibi. ſ. 48. n. 19. — *Proſperitas Deum laudat.*

3. Responsio Chryſoſtomi in litera citati, qui ait, *non ſolum puerum curauit, ſed inopinate, & in momento temporis oſtendit potentiam ſuam.* Quaſi dicat, volens Chriſtus allicere ad ſe Centurionem, ſurrexit ei inopinatè, & quando amici in laboribus, & infirmitatibus eum dereliquerant. Vnde interrogat noſter S. Antonius de Padua. *ſerm. in Dom. 3. Poſt Pentecoſt. quare Iacob. ad parentem ſuum Iſaac* cum veniſſet de Meſopotamia miſit legationem dicens *mitto nunc legationem, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo?* Et reſpondet, *quia locuples Iacob veniebat, legationem mittit vt gratiam inueniat.* Quaſi dicat, veniebat Iacob proſperus, quia boues, aſinos, & oues, & ancillas afferebat; ideo mittit legationem, quia in proſperis alacriter recipiendus erat: at in aduerſis ſolus Chriſtus celeriter, & inopinatè ſuccurrit Centurioni nimis vexato, vt alliciat cor eius ad ſe, quia in rebus aduerſis veri amici cognoſcuntur, & obligant nimis.

228. Chryſoſt. in litter. cit. — S. Antonius de Padua ſer. in Dom. 3. poſt Pent. — Gen. 32. n. 3. — *In proſperis inueniuntur multi, in aduerſis pauci.*

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, & ſanatus eſt puer in illa hora?

QVæretur, quare hora, & momentum ſanitatis aſſignatur?

229. Interlinealis in litter. cit. 1. RESPONSIO fuit Interlinealis, *vt intelligatur quod ſanitas ſequuta eſt ad fidem Centurionis*. Quaſi dicat, cœlum & terra tranſibunt; promiſſa vero Dei, & verba eius non deficient.

Oleaſt. in Gen. 17. n. 4. Tranſ. Pagn. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Deus Abrahæ *Geneſ. 27. n. 4. Dabo pactum meum inter me & te*, ſic legit Pagninus, Et reſpondet, interrogando, *ad quid quæſo Domine cum ſeruo paciſceris & tot ac tanta illi bona permittis? Nonne ipſe etiam ſi nihil promiſeris iure creationis tibi cuncta, ac ſe ipſum debet*. Et reſpondet Oleaſter:

Deus fidelis in ſoluendo. *Oſtendit locus iſte, quam male debita noſtra ſoluamus, & quam bene ipſe nobiſcum facias, qui vt illi obſequia debita præſtemus maioris momenti bona nobis promittis, & ſine tarditate præſtas, neque ſolum temporalia; ſed æterna.*

Labor noſter momentaneus. Quaſi dicat opera noſtra vix ſunt vnius horæ, & præmium illorum eſt, quod neque oculus vidit, neque auris audiuit. Propter quod tam celeriter ſanatus eſt puer in illa hora, vel momento, vt videamus quàm attentè, & ſine retardatione ſua promiſſa Deus ſoluit.

230. Abul. litt. cit. 2. RESPONSIO Abulenſ. in litter. citati, *dicitur in illa hora ad probandum, quod à Christo, & non ab alio miraculum factum eſt*. Quaſi dicat, ſunt inimici tam calumniatores, quod neque miracula Chriſti, neque opus vllum ingenioſum, ſanctum, & mirabile perpendunt, neque æſtimant.

Inimici viperæ ſimiles. S. Hilar. can. 10. in Matt. Luc. 3. n. 7. Interrogat D. Hilarius can. 10. in Matth. quare Chriſtus vocauit Iudæos *genimina viperarum Luc. 3. n. 7.* Et reſpondet *quia venenatas habent linguas*. Quaſi dicat, eſt genus hominum, qui ſolum propriarum habent venena linguarum, quibus nil placet, nobiles contemnunt, ſapientea vilipendunt virtuoſis non credunt, nulli proſunt, & omnibus nocent. Quia per hoc quod bonis inuident, eos perſequuntur.

Greg. hom. Vnde Gregorius hom. 20. in Euang. *Patrum ſuorum carnalium vias ſequentes, quaſi venenati filij de venenatis parentibus nati ſunt*.

Chryſoſt. in Matth. Et Chryſoſtom. in Matth. *Proles viperæ parricida eſt in vindictam quodammodo parentis genitoris, quem mater coeundo necat*.

Filij viperæ in vindictam occidunt matrem in ventre. Quaſi dicat, talis erat Iudæa quæ patres Prophetas occidit, & ideo Chriſtus filius Synagogæ in vindictam Prophetarum, & ſui ipſius per Titum, & Veſpaſianum Synagogam occidit.

Synagoga à Chriſto occiſa in vindictam Prophetarum. Quia eius filij erant aſtuti, ingrati, venenoſi, qui miracula Chriſti abhorrebant, & inuidebant tam peſtifera inuidia imbuti; quod eadem hora, & momento, dixit Centurioni fiat tibi ſicut petiſti; ne aliunde dicerent inimici, quod factum erat: ſanatus eſt puer in illa hora.

231. Chryſolog. ſer. de Præcurſ. Vnde acutè aliter Chryſologus *ait pignora viperæ ſanguine concepta mox ad matris armantur interitum*. Quaſi dicat ſponſus Synagogæ Chriſtus erat; *quia qui habet ſponſam ſponſus eſt* teſte Euangeliſta Ioanne.

Ioan. cap. 3. n. 29. Matth. 27. n. 23. Et hic ſponſus ore cruentæ ſponſæ occiſus eſt, cum clamanit, *crucifige, crucifige*, ſed Apoſtoli, & filij Synagogæ in vindictam ſponſi Chriſti Patris ſui contra Synagogam Deicidam non ceſſauit clamare per filios fideles ſuos, vt ignè crementur filij Iudæorum Synagogæ, & hoc teſtantur, & prædicant, & executioni mandatur;

Iudæi protenus igne cremantur ſi Bapiſmum receperunt. quia Synagoga non fuit mater, ſed nouerca Chriſti, & Apoſtolorum vſque hodie non credens miraculis Chriſti, ſicut neque Patres eorum, miraculo ſerui ſanati Centurionis crediderunt facto, ad eorum ſatisfactionem in ipſa hora, & momento, quo dixit, fiat tibi, ſicut credidiſti.

Religioſi detractores viperæ venenoſæ. Eſa. c. 1. n. 2. Vt hinc diſcant ſubditi ſuis venenoſis linguis Prælatos, & Patres ſpirituales non occidere, quia detractionibus, & murmurationibus etiam matrem ſuam Religionem interimunt, & vindictam Prælatorum quærentes; matrem piam, quæ eos nutriuit dilacerant, De quibus ſcriptura eſt, *filios enutriui & exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me vel vt alia tranſlatio inhonorauerunt me.*

TRAC

TRACTATVS NONVS.

Ad Litteram in Cap. VIII. Matthæi.

De ſedata à Chriſto in mari tempeſtate.

TEXTVS.

23. ET aſcendente IESV in nauiculam ſequuti ſunt eum Diſcipuli eius. 24. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus; ipſe verò dormiebat. 25. Et acceſſerunt ad eum Diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes, Domine, ſalua nos, perimus. 26. Et dicit eis IESVS: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. 27. Porrò homines mirati ſunt dicentes, Qualis eſt hic! quia venti & mare obediunt ei.

EXPOSITIO LITTERÆ.

QVare Chriſtus ſolis cum Diſcipolis aſcẽ-
232. *Opinio Maldonati non placet.* derit in nauiculam? Non fuit vt reprehenſionem de modica fide ſoli ipſi audirent; quia nautæ, & cæteri homines, qui admirati ſunt de tranquillitate maris, etiam teſtes fuerunt reprehenſionis Diſcipulorum. Sed aſcen- *Auctoris mens.* dit cum illis; quia iter agendo, & nauigando ſemper cum Diſcipulis ſociabatur Ieſus, quos elegit, vt eum ſequerentur, *& prædicarent fidem, & miracula teſtificarentur.*

233. *Abul. in Prolog. ad c. 8. Matt.* Abulenſis in Prolog. huius expoſitionis dicit, *quod nauicula erat valde parua, & forſitan piſcatorum*; quia illud mare Galileæ non erat niſi quoddam ſtagnum, & non continuum cum mari mediterraneo, & ita non erat capax nauium magnarum; propter quod *Lucas* 8. *& Matth.* in littera nauiculam vocauerunt illam.

234. *Tempeſtas eſt in crepatis ventorum Marc. 4. Pſ. 10. Hyperbolicè Euangeliſtæ loquuntur multoties.* Et ecce motus magnus factus eſt, id eſt, commotiò fluctuum cauſata ex magnitudine, & impetu ventorum, & vocatur apud Marcum 4. procella, vt Dauid ait Pſ. 10. *ſpiritus procellarum* &c. Ita vt nauicula operiretur fluctibus; hîc enim Hyperbolicè dictum eſt, quia nauis non operiebatur, alias mergerentur omnes. Niſi dicamus plus ad litteram, quod tempeſtates ſubleuant fluctus maris ſuper altitudinem nauium, & ſtatim ad profundum diſcendunt; quia per procellam elationes maris aſcendunt vſque ad cœlum, & deſcendunt vſque ad profundum.

235. *Abul. in prolog. citat.* Ipſe vero dormiebat, non fictitiè & artificialiter, vt malè aliqui interpretantur, ſed vt verus homo dormiebat ſuper ceruical in puppi nauis. Et acceſſerunt Diſcipuli, & ſuſcitauerunt non quia eſſent remoti, vt Abulenſis inſinuat, ſed quia tacentes expectabant, vt ſuſcitaretur Chriſtus. Sed conturbati tempeſtate, excitauerunt eum, dicentes, ſalua nos, id eſt, libera nos de hoc periculo. Vnde Marci 4. dicitur, Magiſter, nonne ad te pertinet, quia perimus, ſi non ſaluas nos? *Marc. 4.* Quid timidi eſtis modicæ fidei? increpatio eſt de iniuſto timore, propter paucitatem fidei. *Chriſtus vt verus homo dormiebat.* Cætera per difficultates patebunt.

TRANSLATIONES veteres, & Recentiores.

Vulgata editio 1. Aſcendente IESV in nauiculam ſequuti ſunt eum Diſcipuli eius.

Tranſlatio ex Syriaco. 2. Et cum Ieſchua conſcendiſſet nauem conſcenderunt cum eo Diſcipuli eius.

Tranſlatio Vatabli. 3. Et aſcendente eo in nauiculam, ſequuti ſunt eum Diſcipuli.

Tranſ. ex Syriac. 4. Et ecce commotio magna facta eſt in mari, vſque adeò, vt nauis operiretur.

Tertul. aduerſus Gentes. 5. Nauicula operiebatur fluctibus, & compeſcuit procellas: & freta ingrediens oſtendit ſe eſſe verbum Dei.

Abulenſ. in Prolog. ad 8. 6. Et ecce procella in lacu Ieneſare facta ita vt

cap Matth.	vt nauicula mergeretur.
Lyranus ſua in gloſſa.	7. Et ecce motus factus diuina virtute, vt virtus Chriſti manifeſtaretur.
S. Petrus Chryſologus ſerm. 20.	8. Mare huius ſæculi tranfretaturus aſcendit Chriſtus.
n. 24. Ipſe vero dormiebat Tranſ. ex Syriac.	9. Ipſe veto Ieſchua dormiebat.
Caietanus in Euang. n. 25. & acceſſerunt &c.	10. Dormiebat coram aliis in teſtimonium veræ naturæ.
Tranſl. ex Syriac. n. 26. Quid timidi eſtis modica fidei.	11. Et acceſſerunt Diſcipuli eius, qui excitauerunt eum, & dixerunt ei, Domine noſter libera nos.
Tranſl. ex Syriac.	12. Quid timidi eſtis modica fide præditi.
Lyranus ſua in gloſſa. n. 26. Tunc ſurgens Ieſus imperauit ventis.	13. Non debetis timere, cum ſim præſens vobiſcum.
Tranſ. ex Syriac.	14. Tunc ſurrexit, & cohibuit ventum ac mare.
Caietanus in Euang.	15. Tunc à ſeſſione ſurgens, ſeu cubitu increpauit ventos.
Lyranus ſua in gloſſa.	16. Surrexit imperando ſicut Dominus.
Interlinealis, in gloſ. n. 72. Porrò homines mirati ſunt.	17. Magna poteſtas, quia de magna tempeſtate fit magna tranquillitas.
Tranſl. ex Syriac.	18. Homines verò mirati ſunt dicentes, quis eſt iſte.
Lyranus ſua in gloſſa.	19. Attoniti ſunt omnes ex effectu virtututem diuinitatis cognoſcentes & confitentes.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus non recepit, niſi ſolos Diſcipulos in nauicula?

QVæretur, quare aliquos ex turbis, qui erant in littore non recepit Chriſtus in nauicula.

1. Responsio Origenis in Cath. Sanct. Thom. qui ait, *non imbecilles, ſed firmi, & ſtabiles in fide ſequuti ſunt eum.* Quaſi dicat, non aſcenderunt cum Chriſto in nauiculam niſi perfecti tantum eius greſſus ſequentes. 236. *Origen. cit. in Cathen. S. Thom.*

2. Responsio Chryſoſtomi in Cathen. citat. *qui ait: accepit Diſcipulos ſuos in naui, vt ad vtrumque eos erigeret, & ad hoc quod in periculis non ſtupeſcerent, & ad hoc quod in honoribus moderata de ſe aeſtimarent.* Quaſi dicat, vt non ſuperbirent quia aliis dimiſſis eos retinuerat. Ideo vbi tentationum & timorum arreptio erat, athletas orbis terrarum, quos excitaturus erat hos ſolos aſſumit. 237. *Chriſoſt. ibi.*

3. Responsio Abulenſ. *q. 76. quia Chriſtus nouerat, quod Diſcipuli ſui in hoc periculo futuri erant infirmi, & ipſe propter hoc eos increpaturus erat, vocans eos modicæ fidei, noluit autem quod turbæ viderent defectum Diſcipulorum.* Quaſi dicat, cum Chryſoſtomo in homil, Diſcipuli non habebant decentem opinionem, de Chriſto ſcilicet, quod non excitatus, ſiue dormiens poſſet mare increpare, propter quod nec præſentibus turbis hoc ſignum fecit, vt non accuſarentur Diſcipuli modicæ fidei. 238. *Abul. q. 76. in Matth.* *Chryſoſt. in hom.* *Sacerdotes ſecretò corrigendi.*

4. Responsio, meo iudicio, fauorem prius beneuolum voluit Chriſtus Diſcipulis impartiri coram omni turba ducens illos ſecum in mari, quia cæteris patibus maxime ad domeſticos, & amicos aſcenſiones, & promotiones contribuendæ ſunt. Quaſi Chriſtus diceret, volo amici mei, vt vos ſingulariter aſcendatis in nauiculam; quia vos eſtis, qui permanſuri eſtis mecum in tentationibus, & dignum eſt, vt honoribus & demonſtrationibus cæteris præcedatis. 239. *Auctoris ſententia.* *Amici cæteris paribus præferendi.*

DIFFICVLTAS II.

Quare tempeſtas iſta fuit tam magna?

QVæretur, quare permiſit Deus tam validam tempeſtatem?

1. Responsio fuit Abulenſis q. 75. *Fuit tempeſtas maxima quia volebat miraculum ingens facere, & ex differentia miraculorum maiorem eſſe omnibus Prophetis, qui aliqua miracula fecerant.* Quaſi dicat, quantò tempeſtas erat maior, tantò maius eſſet miraculum, ſaltem ex parte rei, vel ex iudicio hominum. Vnde Origenes ait, *facta eſt tempeſtas valida, vt magnum opus oſtenderetur.* 240. Abul. q. 75. in Matth. *Grande miraculum à cauſa ingenti procedit origen. ibi.*

2. Responsio D. Paſchaſij lib. 5. in Matth. *fortaſſe Dæmones ex permiſſu Dei concitauerunt magnam tempeſtatem aduerſus Chriſtum, & mouerunt fluctus, ne tranſmiſſo freto ad eos veniret iudex.* Quaſi dicat, viderunt Dæmones, quod nauis tendebat in regionem Gerazenorum, vbi Dominus Dæmones è corporibus hominum eiecit, & tempeſtatem concitauerunt validam, vt impedirent talem progreſſum. 241. S. Paſchaſ. lib. 5. in Matth. *Dæmones obices ad virtutem concitant.*

3. Responsio, meo iudicio, fuit ingens tempeſtas, quia ſicut extrema gaudij luctus occupat. Ita extremæ triſtitiæ, & af- 242. *Auctoris mens.*

Proue. 14. n. 13. Maior lætitia tempeſtate tranſacta.

ſlictionis gaudium producunt, & augent, cum tempeſtas ſedatur quia quantò quis eſt in maiori anguſtia, tantò eſt maius gaudium de liberatione ab illa. Vnde ait Origenes. *facta eſt tempeſtas magna; quia quantò magis fluctus nauiculam irruebant, tantò magis timor Diſcipulos conturbabat, vt plus deſiderarent ſe liberari per miracula ſaluatoris.*

243. S. Ambroſ. ſer. 26. in Dom. 5. poſt Pent. *Vna mala pecus inficit omne pecus.*

4. Responsio Ambroſij ſerm. 26. *in Dom. 5. poſt. Pentecoſt. Quamuis fides Petri fundaret nauiculam, tamen perfidia Iuda conturbabat eam.* Quaſi dicat, vna mala pecus perturbat præuaricationibus ſuis omne pecus & quamuis Apoſtoli, & Petrus ſancti, & boni eſſent, propter iniquitatem Iudę tam grandis procella venit, vt omnes timerent mergi in profundum. Sed hoc ad mores poſteà.

244. Chryſoſt. in Cat. cit. *Per labores Chriſtum agnoſcimus.* Eſai. 27. n. 17.

5. Responsio Chryſoſt. in Cath. citati, *quia Apoſtoli viderant alios beneficia accepiſſe; non autem ſimiliter aliquis æſtimat, quæ in alienis corporibus fiunt, & quæ in ſe ipſo, & ita oportuit per familiarem ſenſum hos potiri beneficus Chriſti, & ideo voluit hanc fieri tempeſtatem, & per liberationem manifeſtiorem accipiant beneficij ſenſum.* Quaſi dicat, ingrati multoties inuident bona, quæ in alijs vident, & in querelas prorumpunt contra fortunā ſuam, & quia *vexatio dat intellectum*, Iſai 23. n. 19. ideo tempeſtas magna irruit ſuper Diſcipulos, vt liberati ſenſum, & intellectum aperirent, & gratiſſimi remanerent.

245. Lyranus ſua in gloſſa. *Amicitia mira operatur.*

6. Responsio noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *hoc eſt factum virtute diuina, vt manifeſtaretur virtus Chriſti Diſcipulis ſuis.* Quaſi dicat, pro ſuis amicis Deus cœlum & mare conturbat, vt eum cognoſcant, & laudent.

246. Chriſolog. ſer. 20. *Perſecutionibus Eccleſia exaltatur.*

7. Responsio Chryſologi ſerm. 20, *Chriſtus Eccleſiæ ſuæ nauim, mare huius ſeculi transfretaturus aſcendit, gentium flabra Iudæorum turbines: perſecutorum procellæ; vulgi nubes, Dæmonum, nebulæ ſic venerunt, vt totus mundus fieret vna tempeſtas.* Quaſi dicat, vniuerſus orbis aſcendente Chriſto in huius mundi nauiculam contra eius fidem motus eſt, & cæpit vndas perſecutionum, & laborum conuocare.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur quod Ieſus dormiebat?

QVæretur, quomodo Chriſtus dormire dicatur.

247. Lyranus ſua in gloſſa. *Charitas in ſoluendis tribulatis oſtenditur.*

1. Responsio Lyrani ſua in Gloſſæ. Dormiebat duplici de cauſa, *primò vt charitas humanæ naturæ in eo oſtenderetur. Secundo vt Diſcipuli in periculo poſiti, ad ipſum recurrerent.* Quaſi dicat, Chriſtus naturam humanam oſtendit, charitatem exercendo, & Diſcipulis in tribulationibus conſtitutis fruendo.

248. Gloſſa. *Fides S. Gregor. Thaumaturg.*

2. Responsio Gloſſæ. *Dormit in nobis Dominus, id eſt, fides Domini, cum negligentius agimus, & ideo tempeſtas: ſi verò fides reſurgit, imperat ventis, & fluctibus.* Quaſi dicat, vera fides montes mouet, vt in Sancto Gregorio Thaumaturgo patet; ſi vero orationes noſtræ non exaudiuntur, eſt quia fides claudicat, & dormit.

249. Caietan. *In tribulationibus ad Deum clamamus.*

3. Responsio Caietani in Euang. *ſi enim Chriſto ſpectante tempeſtas facta eſſet, aut non timuiſſent Diſcipuli; aut putarent, quod ipſo inuito fieret.* Quaſi dicat, dormiente Ieſu ſæuiunt fluctus, vt terreantur Diſcipuli, & confugiant ad eum ſuſcitandum, & auxilium petendum.

250. Origen. in Cath. cit. *Verus homo Chriſtus dormiens monſtratur.*

4. Responsio Origenis in Chat. citati. *Eſt autem res mirabilis & ſtupenda, is qui nunquam dormit, neque dormitat, dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore, ſed vigilabat deitate.* Quaſi dicat, demonſtrabat, quia verum humanum portabat corpus, & ſicut verus Deus vigilabat.

251. S. Bonauent. in Lucam.

5. Responsio Sancti Bonauenturæ, *dormiebat, vt per eius vigiliam obtinerent remedium, qui in eius dormitione incurrerant in periculum.* Quaſi dicat, ſi Deus nos miſericorditer non obſeruaret in manus inimicorum, quotidie, & in quocumque momento incideremus.

252. Abul. q. 79. *In tribulationibus ad Deum clamare.* Cirillus in Abul. citatus.

6. Responsio eſt Abulenſis q. 79. *Dormiebat, vt Diſcipuli magis agnoſcerent miraculum: nam ſi vigilante Chriſto tempeſtas accidiſſet, & non inualuiſſet procella, non eſſet tam ingens miraculum ſedare illam, ſed dormiebat Ieſus, & tempeſtas creſcebat, & ſuſcitauerunt illum, & miraculum maius fuit.* Quaſi dicat, teſte Cyrillo, agnoſcentes Diſcipulos periculum, ad intollerabilem metum vrgebat, tanquam aliam ſpem non habentes ſalutis niſi in Domino, & ideo eum ſuſcitauerunt.

253. Ambroſ. in Luc. *Iuſtus pericula non timet.*

7. Responsio Ambroſij ſuper Lucam. qui ait, *ſi Chriſtus pernoctabat in oratione, quomodo hic in tempeſtate dormit* Et reſpondet: *Exprimitur ſecuritas poteſtatis, quoniam omnibus timentibus ſolus intrepidus quieſcebat.* Quaſi dicat, dormiebat ad oſtendendam poteſtatem, & ſecuritatem mentis, quia inter marina pericula non timebat Chriſtus dormire.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Diſcipuli dixerunt, Domine, ſalua nos perimus?

QVæretur quare tam panidi Diſcipuli Chriſto dixerunt, *ſalua nos, primus?*

254. Abul. q. 82. *Timor ingens vitium eſt.* Orig. & Abul. q. 82.

1. Responsio eſt Abulenſis q. 82. *habebant enim immoderatum timorem, & timiditas vitium eſt leue; Apoſtoli autem timuerunt plus debito; quia Chriſto præſente non debuiſſent mortem timere.* Quaſi dicat viſis in Chriſto tantis miraculis, Apoſtoli non debebant tam ingentem metum habere. Ideo Origenes increpat illos, dicens, *ô Diſcipuli ſaluatorem vobiſcum habetis, & periculum timetis, vita vobiſcum eſt, & de morte ſollicati eſtis?* Quaſi dicat, ſi potentem me ſuper terram cognouiſtis, quare ſuper mare non creditis, quod potens ſim.

255. Caietan. Euang.

2. Responsio eſt Caietani, qui ait: *hoc monſtrat Diſcipulos* non adhuc perfectam

habuiſſe

habuiſſe fidem; *Si enim credidiſſent verum Deum non ſuſcitaſſent à ſomno, nec putaſſent plus poſſe vigilantem quam dormientem.* Quaſi dicat: timor tam grandis fuit, & exceſſiuus, quod nautæ, & Diſcipuli excitauerunt Chriſtum, quia timebant ne eo dormiente tempeſtate perirent, & excitauerunt eum dicentes, *Salua nos*, & ad Deum ora pro te, & pro nobis. Vnde dicit Abulenſis q. 86. *putabant Diſcipuli, quod dormiens Chriſtus non poterat eos adiuuare; ideo nec poſſet adiuuare ſeipſum.*

Fides in tribulationibus periclitatur.

Abul. q. 86. in Matth.

256. Hieronym. in Matth.

3. RESPONSIO eſt ſancti Hieronymi in Catheo. S.Thom. citati, qui ait, *huius ſigni typum in Iona legimus; quoniam cæteris periclitantibus ipſe ſecurus eſt, & dormit, & ſuſcitatur.* Quaſi dicat, quod Ionas fuit figura Chriſti, qui dormiebat, & ſuſcitatus eſt, & ad baratrum paſſionis eiectus, & tertia die euiuit illæſus, ſicut Chriſtus tranſacta paſſione reſurrexit. Et propter hoc tempeſtates fidelium quieſcunt, & ſedantur.

Chriſtus exiuit illæſus de baratro Paſſionis.

257. S. Baſil. Seleuc. tract. 22.

4. RESPONSIO Baſilij ſeleuc tract. 22. *O timorem naturæ magiſtrum, quo docentur, vbi ſalutis ſit anchora! O mare metu Diſcipulos exanimatos præceptor reconciliat.* Quaſi dicat: ô nunquam laudatus, ſicut meretur, metus qui homines in periculis conſtitutos circumcingit, & eſt cauſa, vt ea toto corde ad Deum clament, & conuertantur, & à Deo auxilientur. O timor, quaſi dicat, quantos beatos facis, & cupientes in mandatis Dei firmiter ambulantes.

Timor Dei beatos facit.

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus Diſcipulos modicæ fidei vocauit?

QVæretur, quare Diſcipuli fuerunt modicæ fidei?

258. Lyran. ſua in Gloſſa.

1. RESPONSIO Lyrani noſtri; *quia ſi perfectam fidem haberent cognoſcerent eum tantam virtutem habentem in dormiendo, quantam in vigilando,* Quaſi dicat, ſomnus & vigilia ſunt paſſiones ſenſitiuæ partis, ſecundum quam non competebat facere miracula, ſed magis virtute diuina, quæ per ſomnum in nullo impediebatur.

Somnus eſt pars ſenſitiua hominis.

259. Gloſſa ordin.

2. RESPONSIO eſt Gloſſæ, quæ ait, *ſi noſtis potentem in terra, cur non creditis etiam in mari, qui parum credit, arguitur, qui nihil contemnitur.* Quaſi dicat, teſte Interlineali, paruuli, & infirmi, quid modicæ fidei eſtis?

In fide paruuli arguuntur.

Interlin. in Gloſſa.

260. Abul. q. 87.

3. RESPONSIO Abulenſis, qui ait q. 87. *quod intentio Chriſti fuit ſola, vt Diſcipuli deficientes in fide roborarentur, & quilibet Euangeliſtarum diuerſimodè talem defectum pronunciauit.* Nam Matth. *cap. 8. dicit, quid timidi eſtis modicæ fidei?* Marcus dicit, *quid timidi eſtis, nec dum habetis fidem?* Lucas vero, *vbi eſt fides veſtra?* Quaſi dicat Abulenſis, forſitan nullum verbum iſtorum pronuntiauit Ieſus. Sed ſenſum Euangeliſtæ explicauerunt. Ego autem dicerem, quod forſitan omnes tres reſponſiones dedit, quia Diſcipuli erant infirmi imbecilles, & nimis timidi, & vnuſquiſque rogabat eum, vt procellam ſedaret, & forſitan nautæ nauiculæ, & omnibus diuerſis verbis reſpondebat, licet ſenſus vnus eſſet, id eſt, arguendo illos de fide paruula.

Matth. c. 8.

Rustici, & infirmi in fide multis modis arguendi ſunt.

Abul. citat.

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo ad imperium Chriſti facta eſt tranquillitas magna in mari?

QVæretur, quomodo tanta tranquilitas ſubito ſuperuenit in mari?

1. RESPONSIO ſit Abulenſis, q. 89. qui ait; *licet naturaliter poſſet tempeſtas ceſſare; tamen ad imperium Chriſti ſubitò ceſſauit, quia fluctus maris ſteterunt, & ita ſerenum mare remanſit, ac ſi nulla vnquam fuiſſet, commotio, & hoc non fit, niſi miraculosè.* Quaſi dicat, quando naturaliter tempeſtas ceſſat, fluctus paulatim quieſcunt; in præſenti verò non fuit ſic, ſed in momento mare ſicut lac apparuit ſerenum. Vnde Chryſoſtomus in homil. ait: *omnis enim ſoluta eſt tempeſtas, quia nulla ſemita turbationis remanſit.* Quaſi dicat, miraculum euidens fuit, quia quando naturaliter fluctuatio terminatur vſque ad multum temporis aquæ concutiuntur, ſed hic ſimul omnia ſoluebantur. 261.

Abul. q. 89.

Tempeſta tes paulatim quieſcunt.

Chryſoſt. homil.

Chriſtus ſubito ſi vult corda ſedat.

2. RESPONSIO eſt Alberti Magni, qui ait; *prius imperauit ventis, ſecundo loco mari; quia cauſa commotionis maris erant venti.* Quaſi dicat malum, quando velimus euitare à radice debemus incipere, & euellere. Sed hoc ad mores poſtea. 262.

Albert. Magnus hic.

3. RESPONSIO Hieronymi in Catheu. citat. *ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturæ ſentiant creatorem, quibus enim imperatur ſentiunt imperantem.* Quaſi dicat. Non imperauit Dæmonibus, qui motores fecit tempeſtatum, aut infirmitatum, vt Maldonatus inſinuat; neque imperauit mari tanquam ſit quid ſenſibile, vt hæretici putant; ſed imperauit maieſtate conditoria, qua inſenſibilia ei obediunt ſicut & ſenſibilia. 263.

Hieronym. in cath. cit.

Dæmones non conturbant mare ſine Dei voluntate.

4 RESPONSIO Origenis in Cath. citati; *Decet enim magnum magna facere; & ideo quia prius magnificè conturbauit profundum maris; nunc iterum tranquillitatem magnam fieri iuſſit, vt Diſcipuli nimis conturbati magnificè lætarentur.* Quaſi dicat, tam in tribulationibus, quæ hominibus repentè ſubueniunt, quàm in tranquillitate, & auxiliis diuinis cognoſcitur, quod Dominus ſit Deus magnus ſuper omnes Deos. 264.

Origen. in Cath. cit.

Dominus mortificat. & viuificat ſuos.

5. RESPONSIO Euſebij Emiſſeni citati in Gloſſa ordinaria. *Ecce Chriſti Diſcipuli, non armis, ſed clamore, & orationibus, maris huius procellas deponunt. Sic ſe defendunt, hæc arma ſuſcipiunt, hoc auxilio ſe tuentur.* Quaſi dicat omnis tranquillitas tam animæ, quàm corporis, tam maris quàm cordis noſtri, clamoribus ad Deum eueniet, & orationibus conſequetur. De hoc ad mores poſtea. 265.

Euſebij Emiſſen. cit. in Gloſſa.

Orationibus omnia quieſcunt aduerſa.

DIFFICVLTAS VII.

Quare omnes mirati ſunt, dicentes, quis eſt hic quia mare, & venti obediunt ei?

QVæretur, qui erant, qui mirabantur de tranquillitate?

266. Orig in Cathen. citat. 1. RESPONSIO Origen. in Cath. citat. qui ait, *qui homines mirati ſunt? Non putes hic Apoſtolos ſignificatos; nuſquam enim inuenimus præter honorem cognominari Domini Diſcipulos.* Quaſi dicat, homines, quorum erat nauicula, mirabantur, quia Diſcipuli Domini, iam multa maiora miracula viderant, & non mirabantur; imo quod nimis honorati ſunt ſemper amici Dei.

267. Gloſſ. ordin. 2. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ, *qualis eſt hic homo? ſomnus enim, & quæ apparebant hominem demonſtrabant; ſed mare, & tranquillitas Deum oſtendebant.* Quaſi dicat, dormire, & excitari hominis erat, ſed obedire ei mare & venti Deum demonſtrabant euidenter.

268. Lyran. ſua in Gloſſa. 3. RESPONSIO Lyrani, *admirati ſunt ex effectu virtutem Diuinitatis cognoſcentes, atque etiam confitentes.* Quaſi dicat, propter viſibiles effectus Diuinitatis homines nautæ Chriſtum confeſſi ſunt verum Deum.

269. Origen. in Cathen. *Obedientia in creaturis Deo maior quàm in hominibus.* 4. RESPONSIO Origenis in Cath. citati: *non autem interrogantes dicunt, qualis eſt iſte? Sed aſſerentes; quia iſte talis eſt, cui venti & mare obediunt.* Quaſi dicat qualis eſt iſte, quam fortis, quam magnus, & omnipotens, qui iubet omni creaturæ, quæ non ſupergreditur iuſſionem eius, ſicut homines peccatores?

5. RESPONSIO ſit Abulenſis q. 90. 270. Abul. q. 19. *Admiratio de rebus inſolitis maxima eſt.* *hoc dicunt Diſcipuli per modum admirationis, non tanquam ignorantes Chriſti poteſtatem; ſed quia interdum admiratur homo de quibuſdam, quæ futura ſcit, quando videt ea accidere, ſi magna ſunt, & inſolita.* Quaſi dicat, Chriſtus audiens fidem Centurionis miratus eſt, vt Matth. 8. patet. Matth. 8. Et tamen ipſe ſciebat, quantam fidem Centurio habiturus erat. Et in puris hominibus ſcimus, quod humiles exaltat Deus, & ſuperbis reſiſtit, & quando audimus ſimplicem & abiectum, ſupremum & vilem ſuper omnes litteratos Doctos & nobiles poſitum ſuper capita eorum, admirantur omnes dicentes, quis talia cogitaret? Ambroſ. in Lucam. Vnde Ambroſius ſuper Lucam ait, *placata tempeſtate ad imperium Chriſti Diſcipuli obſtupefacti miraculo dicebant quis putas eſt hic?* Quaſi dicat, non Diſcipuli ignorantes eum hoc dicebant; nouerant enim Chriſtum Dei filium eſſe; admirantur tamen de abundantia poteſtatis, & Diuinitatis gloria.

6. RESPONSIO S. Baſilij Seleuc. 271. S. Baſilij Seleuc. orat. 22. orat. 22. *Mirabantur Diſcipuli, quia mare, & venti obediebant Chriſto; quia quibus rebus conterriti fuerant, docti euaſerunt.* *Tribulationes ſolent lucra animabus præſtare.* Quaſi dicat fecit Dominus mare ſcholam fidei, & Diſcipuli ex illa procella, & trepidatione lucrum animabus ſuis præſtiterunt.

7. RESPONSIO, iudicio meo, vnus 272. *Auctoris menſ.* ad alterum admirabatur de ſemetipſis dicentes, qualis eſt hic, qui noſtræ perfidiæ tam ſuper abundanter ſatisfacit, ventis & mari præcipiendo vt quieſcant, & ei obediunt; *Patientia Chriſti in pios magis eluceſcit.* nos vero duriores ſaxis, & plus perfidi, & rebelles quàm mare, adhuc in fide hæſitamus, vt magis appareat Magiſtri bonitas, & incredulitas noſtra. Sed de hoc latius poſtea ad mores.

TRACTATVS DECIMVS.

Ad Mores.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Chriſtus aliquos ex littore non recepit ſecum in nauicula?

QVæretur, quare non ex plebe aliquos, ſed ſolos tantum diſcipulos Chriſtus in nauicula recepit?

1. RESPONSIO fuit Origen. in litter. 273. Origenes in litter. citat. *Prælati indigni procella peribunt.* citati, qui ait, *quia infirmi, & imbecilles non ſequuntur veſtigia Chriſti, ſed perfecti ſolum.* Quaſi dicat, attendant, qui Chriſti veſtigia, & perfectionis gradum ſunt ſequuti, propter quod in nauiculam Eccleſiæ ingreſſi ſunt, & conſequuti ſupremos dignitatis gradus, & honores, quod ſi veſtigia Chriſti non ſequantur, maiori pœna punientur.

Interrogat Oleaſte., quare dicitur Numer. 274. Oleaſt. in c. 18. Numer. n. 9. 18. n. 9. *Tu, & filij tui, & domus patris tui portabitis iniquitatem ſanctuarij?* Et reſpondet, *quia ſunt (proh dolor,) hodie multi Sacerdotes & Prælati,*

Tranſ. Pag.

Prælati, qui pro nihilo reputant, quæ ſunt ſuæ functionis ignorare, qui vix etiam in tota vita ſua Domino miniſtrant: Comedentes imo, quod deterius eſt, luxuriantes in bonis quæ pro ſolo miniſterio, & dignitate officij, ſibi à Deo tradita ſunt. Quaſi dicat, attentis auribus audiant, qui profitentur ſequi veſtigia Chriſti, & in naiculam dignitatis intrauerunt, quod ſint omnium errorum in miniſterio ſuo commiſſorum pœnas daturi. Et ſi hi qui malè miniſtrant, ſeu in miniſterio errant, vapulant. Quid illis fiet qui labores, & ſudores miniſtrantium ſine vllo labore comedunt. Æquum enim eſt, vt qui bonis ſanctuarij, & dignitatis bonore fruüntur iniquæ adminiſtrationis ſuæ Domino dent pœnas. Etſi in nauiculam Chriſti aſcenderunt, adimpleatur, in eis teſte Bernardo, *quod venit in altitudinem maris, & tempeſtas demergat eum.*

Superiores remiſſi impij, & epulones.

Perfecti debent ad nauiculam aſcendere.

Ber. ad Eug. lib. de conſider.

275. 2. Responsio Abulenſis citati in littera. *Solos Chriſtus Diſcipulos iubet aſcendere in nauiculam, quos ſciebat defecturos in fide, & reprehendēdos eſſe, & hoc leniter & ſecretò voluit fieri.* Vnde Sapientiæ c. 12. n. 1. dicitur, *O quam bonus, & ſuauis eſt Dominus, ſpiritus tuus in omnibus, Ideoque eos qui exerrant partibus corrigis, & de quibus peccant admones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine.* Quaſi dicat, per partes, vel paulatim ſubmones, id eſt, cum omni prudentia & ſilentio, ſi expedit; præſertim, ſi defectus ſint. Diſcipulorum, & Sacerdotum. Vnde Seneca lib. de Clementia, *morbis medemur, nec iraſcimur; quia mali medici eſt deſperare infirmum.* Quaſi dicat, cum peccator reprehenditur publicè, & asperè, non emendatur, ſed exaſperatur. Ideo inquit Chryſoſtomus hom. 5. de pœnit. *non Propheta, Nathan Dauid increpauit ſtatim vt adulterium commiſit; quia erat miniſter Dei Sanctus, & vnctus oleo, & vidit illum in peccati originem obcæcatum, & obdurati ſunt aures eorum, qui publicè reprehenduntur, præcipuè ſi Domeſtici Dei ſint.* Sicut erant Apoſtoli, cum quibus ſolis aſcendit in nauiculam, quia rehendendi erant de modica fide in tribulatione poſiti.

Abulenſ. in litter. citat.

Sap. 12. n. 1.

Reprehenſiones in ſecreto, & paulatim.

Seneca lib. de Clement. c. 6.

Chryſoſt. hom. 5. de pœnit.

Reprehenſio ſit cum grano ſalis.

DIFFICVLTAS IX.

Quare tempeſtas magna orta eſt in mari?

Qværetur, quare tam grandis procella orta eſt in mari?

276. 1. Responsio fuit D. Paſchaſij; *quia forſitan Dæmones ex permiſſu Dei excitarunt procellam, vt impedirent Chriſtum, ne tranſiret in regionem Geraſenorum, vbi expellere è corporibus eos ſolebat.* Quaſi dicat, proprium eſt Dæmoniorum procellas ſuſcitare inter fratres abſconditè, & bifrontes eos loquentes. Vnde dicebat *Tertullianus lib. aduerſus Valentin. cap. 1. abſcondit ſeſe ſerpens quantum poteſt, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torquet.* Quaſi dicat, totum ſtudium Dæmonis eſt torquere amicos Dei abſconditè, & rixas excitando ſub ſpecie columbina, & ſimplicitate virtutis. Vnde Bernard. lib. 4. de conſideratione dicebat, *hanc velim generalem conſtituas regulam, vt omnem qui palam veretur dicere, quod in aure locutus eſt, ſuſpectum habeas.* Quaſi dicat, ſuſurratas delationes, & clandeſtinas detractiones non recipias aduerſus aliquem, quia multi non præpediunt defectus ſuos, & fratrum ſuorum quæque minutiſſima denuntiant, & blandimento verborum ſuperioribus dicunt, ſpecie quidem Columbæ, ſed in corde procellas, & tempeſtates dæmonum palliatas occultant, de quibus ſcriptum eſt, *cuſtodi me Domine à labiis operantium iniquitatem; quia molliti ſunt ſermones eius ſicut nouacula acuta.* Noſtro Hiſpano idiomate, dicuntur iſti, *hombres de dos caras*, qui non habent verba mala, neque opus bonum: quia in apertò blandè loquuntur, & in occulto Diabolicas ſuſcitant procellas. Vnde Tertullianus de ſimilibus dicebat; *habent enim artificium, quo prius ſuadeant, poſtea venena prodeant.*

S. Paſchaſ. cit. in litter.

Filij Dæmoniorum rixas excitant.

Tertull. lib. aduerſus Valentin.

Ber. lib. 4. de conſiderat. ad Eugen.

Suſurratores dæmonibus ſimiles.

Pſ. 83. n. 2.

Hiſpana locutio.

Tertul. citat.

277. 2. Responsio fuit Ambroſ. in littera citati, qui ait, *quia propter perfidiam Iudæ tempeſtas orta eſt.* Quaſi dicat, vnius delicto cunctorum merita quatiuntur. Et addit. *Etſi illic Diſcipulorum merita nauigabant, tamen adhuc perfidia proditoris agitabat.* Quaſi dicat, qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur peccatis alienis. Vnde cauere debemus ſocietatem malorum ne per contagium eius fluctuemus, & pereamus.

Ambr. in lib. citat.

Societas malorum nimis fugienda.

228. Vnde interrogat Chryſoſtomus ſerm. 1. de Proditore, quare ingratus, impiuſque Diſcipulus pro ſigno traditionis ſui Magiſtri, dedit oſculum, *quemcumque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum*, Matth. 26. n. 48. Et reſpondet, *quia hoc pactum in tuo (ô Iuda) magnanimo poſuiſti, vt cum quo faceres pacem ipſe raperetur ad crudeliſſimam paſſionem.* Quaſi dicat per oſculum denotatur conſortium, ac ſodalitium, inter oſculatum, & oſculantem, & per conſortium, & contagium impij traditoris & Baratrum paſſionis Chriſti ſecuturum atque hoc euidens præſagium mali fuit, vt ſciamus, quod per malos & deprauatos mores vnius, etiam Chriſto Ieſu tribulationes, & conturbationes euenerunt. Non ergo miretur quis, ſi procella orta in nauicula fuit propter Iudæ concomitantiam.

Chryſoſt. ſer. 1. de Proditor.

Matth. 26. n. 48.

Ouis vna ſcabie plena inficit cādidatos agnos.

229. 3. Responsio Chryſoſtomi in littera citati, *procellam permiſit Deus, vt per liberationem manifeſtiorem accipiant (Diſcipuli) beneficij ſenſum.* Quaſi dicat, ô ineffabilis patientia, & benignitas Dei! ſunt, qui inter vocatos ſuos aliquando beneficiis peiores fiunt, tot querelas eorum patitur audire, ſemper aliqui ſuper abundantiam quærentes, & pro dignitatibus, & cibis delicatis anhelantes; illi qui in ſæculo, neque nobilitate, neque diuitiis replebantur, ſed forſitan ex vili maſſa aſſumpti ſunt in religionem & nunquam cibis delicatis, & dignitatibus ſatiantur.

Chryſoſt. in litt. citatus.

Religioſi qui viliores plus ambitioſi & conquerentes.

230. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer. 18. n. 20. *Ego pars tua, & hereditas tua?* Et reſpondet. *O magna dignatio Domini (ſi tamen eam tu ſacerdos agnoſcat) quod velit Dominus eſſe pars tua, & hereditas tua, & tu non es contentus? Quid non habebis, ſi Deum habes*

Oleaſt. in Numer. 18. n. 20.

Tranſl. Pagn.

Pſ. 15. n. 5. Pſ. 72. n. 26. Chryſoſt. citat.

habet. Quaſi dicat, Dauid Rex erat, & dicebat, *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* Et in alio loco, *pars mea Deus in æternum:* & tu qui vermis, & opprobrium Reipublicæ natus es, quia ſacerdos & religatus es, totus te non capit orbis, neque conuertus, ſed in querelas continuas prorumpis contra fortunam aduerſam & ſolet Deus his procellas, & tempeſtates, & immiſſiones per malos Angelos ſuſcitare, vt per liberationem maniſeſtiorem accipiant beneficij ſenſum, vt Apoſtolis hodie, teſte Chryſoſtomo contigit.

Cyprianus in Oleaſt. citat.

Orationes ſubditorum afflictorum ad Deum perueniunt.

Vnde dicebat Cyprianus, *quod te ſolo ſit Deus tuus contentus, neque velit aliam præter te hæreditatem habere; tu vero eo non contentus anhelas ad terrenas diuitias, & hæreditates, dignitates & honores.* Quaſi dicat, iſtis ambitioſis: ô infelices nunquam dignitatibus ſatiati. Attendite quæſo ad petram, de qua exciſi eſtis, & conſiderate aliorum patientiam, qui litteris, & virtutibus ſunt imbuti, & Dei permiſſu procellis, & tempeſtatibus impiorum non ceſſant conturbari. Quia nulla maior conturbatio & procella iuſtis prouenire poteſt, quam videre impios, ſceleratos, ignatos, & viles poſitos ſuper capita meritorum, quibus nulla alia conſolatio ſic eſt niſi ad Deum proclamare, & dicere, domine ſalua nos, perimus.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod Ieſus dormiebat?

QVæretur, quare Chriſtus dormire dicitur in tribulationibus ſuorum?

281. Lyran. cit. in litt.

Hilarius, can. 10. *fides in arduis cognoſcitur.*

1. Responsio fuit Lyrani in littera citati; *quia ſi perfectam fidem haberent, cognoſcerent tantam habere virtutem dormiendo, ſicut vigilando.* Vnde Hilarius can. 10. *Conſtanter enim Dei ingerenda cognitio eſt, & profundum doctrinæ Euangelicæ ſecretum lumine prædicationis reuelandum.* Quaſi dicat, non muſſitando fides tenenda eſt, quia in ſciſſura mentis non eſt Deus, teſte Ruperto, id eſt, in hæſitatione, quod dormiens, & vigilans idem in Deo eſt.

282. Rupertus in Apocalip. c. 1. n. 10.

Vnde interrogat Rupertus, quare dicitur in Apocalipſi *cap. 1. n. 10. audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ dicentis.* Et reſpondet, *quia vera fides non amat angulos, non in occulto, ſed omni mundo loqui deſiderat.* Quaſi dicat, non expectat procellas, & miracula ſedatæ tempeſtatis, vt credat diuinitatem Chriſti, ſed in omni loco, occaſione, & tempore, dormiens, & vigilans, miracula faciens, & non operans prodigia, eodem modo credit Chriſto.

In annalib. Fratrum Minorum. *Fides ſecurior ſenſibus.*

Vnde de D. Ludouico Rege Francorum dicitur, quod feſtinanter vocatus, vt puerum Ieſum in ſacra hoſtia apparentem videret. Reſpondit: *mea fides non eget miraculis. Idem credo de Deo in hoſtia ſacramentato ac viſo oculis, imo potius credo, quam ſi videro, quia ſenſus & potentia viſiua falli poteſt; fides verò fallere nequaquam poteſt.* Ideo dixit Lyra *quod dormiebat Chriſtus in nauicula, vt probaret perfectam fidem Diſcipulorum.*

283. Caietan. in Euang.

Timor Dei non amittatur.

Theodoret q. 13. in lib. 1. Reg.

Timor Dei vtiliſſimus.

2. Responsio Caietani in littera citati, qui ait, *dormit Chriſtus quia ipſo vigilante, timorem Diſcipuli amitterent.* Quaſi dicat, irritatur Deus contra illos, qui timorem ſanctum amittunt. Vnde interrogat Theodoretus q. 13. in lib. 1. Reg. quare Deus permiſit, vt arca teſtamenti caperetur ab hoſtibus. Et reſpondet, *quia duplicem produxit vtilitatem: nam Hebræos quidem docuit, vt legitimè viuentes,* confiderent in prouidentia: *legem autem tranſgredientes, qui Deum non timebant in arcæ præſentia non confiderent.*

Nazianz.

Vnde dicebat Nazianzenus, *noſtrum timorem eſſe tributum, ſeu vectigal, quod ſoluimus diuinæ omnipotentiæ.*

Malach. c. 1. n. 14.

S. Gregor. 5. mor. c. 21.

Et per Malachiam ait cap. 1. *ſi ego Dominus, vbi eſt timor.* Vbi Gregor. 5. moral. cap. 21. *humana mens quo altius eleuata, quo ſibi æterna conſiderat, eo de factis temporalibus grauius tremefacta formidat.*

Apoc. 15. n. 4.

Tertul. lib. de cultu fœmin.

Prouerb. c. 14. n. 27.

Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 8.

Caſſian. lib. 4. de inſtit. c. 39.

Clemens Alex. 2. ſtromat. c. 4. eiuſd. lib.

Greg. hom. 34.

Quaſi dicat, cum Ioanne in Apocalipſi c. 15. n. 4. *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum?* Vnde Tertullian. lib. de cultu fæmin. ait, *timor fundamentum ſalutis eſt, & Salomon in Prouerbiis 14. n. 27. timor Domini fons vitæ, & Concilium Trident. ſeſſ. 6. c. 8.* vbi dicitur, *quod per metum gehennæ homines confugiunt ad pœnitentiam.* Et Caſſianus lib. 4. *de inſtitutione cap. 39. Principium noſtræ ſalutis, eiuſque cuſtodia timor Domini,* & Clemens Alexandrinus, 2. *ſtromatum, multoties quos non expugnat ratio eos manſuefacit timor.* Et cap. 4. eiuſdem libri, *appellat timorem pædagogum legis, qui ſcilicet eam manuducit, & intromittit in animam, vt ad cæteras virtutes eam diſponat.* Et Gregorius hom. 34. in Euang. *praua mens per timorem auertitur ab aſſuetis vitiis:* vt ergo timorem Diſcipuli haberent Dominus dormire cœpit, *quia ſi vigilans, & præſens eſſet, eo carerent.*

284. Theodor. q. 31. 1. Reg. c. 14. n. 1.

Spes ſola in Deo collocanda.

3. Responsio, Dormiebat Ieſus, inquit Cyrillus citatus in littera, *vt ſpem vnicam in tribulationibus quærerent, quæ erat Chriſtus.* Vnde interrogat Theodoretus q. 31. in lib. 1. Reg. quare adoleſcens Princeps Ionathas dixit armigero ſuo, *veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum, ſi forte faciat Dominus pro nobis?* Et reſpondet, *quia hæc verba ſunt animæ quæ in Deo confidit. Cum autem ſic confidiſſet, non fuit ſpe fruſtratus.* Quaſi dicat, maximè opitulatur Deus his, qui confidunt in diuina prouidentia; quia in qualibet tribulatione auxilium certiſſimè præſtolabitur eis.

Hieronym. lib. 4. in Ezech. c. 14.

Maledictus qui in homine confidit.

Prouerb. 27. n. 1.

Vnde Hieronymus lib. 4. in Ezechielem cap. 14. *quod ſi in aliquo confidentia eſt, in ſolo Domino confidamus, maledictus enim omnis homo, qui ſpem habet in homine, quamuis ſanctus ſit, quamuis Propheta.* Quaſi dicat, grande crimen eſt, non in Dei clementia ſed in ſuo decore confidere: Quia quanto quis ſublimior fuerit, debet timere, ne corruat. Vnde Prouerb. 27. n. 1. dicitur, *ne glorieris in craſtinum; neſcis enim quod ſuperuentura pariat dies.*

285. Lyranus Pſ. 4. n. 9.

Rab. David. *Qui in Domino confidit ſecurus dormiet.*

Vnde interrogat noſter Lyranus, quare dixit Dauid Pſ. 4. n. 9. *in pace in id ipſum dormiam, & requieſcam.* Et reſpondet quia fatigatus filij ſui Abſalon perſecutionibus in ſola Dei omnipotentia ſperabat. Et Rabbi Dauid exponit ſic Pſalmi ſententiam. *Tu Domine ſolus potes facere, vt etiam in medio malorum, & procellarum ſim ſecurus, & nemo mihi aliquam*

moleſtiam inferet; ſed tranquillo animo cubem, & dormiam. Quaſi dicat, qui verè ſperant in Domino, non conturbantur, ſicut Apoſtoli

Poëte adagium.

viſa tempeſtate, quia ſi Llcuit Poëtæ dicere de Ione.

Vultu quo cœlum, tempeſtateſque ſerenat.

Quantò præſtantius Apoſtoli ſi ſpem fortem, &firmam haberent, noo timerent tempeſtatem etiam Chriſto dormiente. Sed erat ſpes

S. Ber. in Cœna Domini. Alexand. Clem. 2. ſtrom.

timida, & ideo inanis. Vnde Bernardus ſerm. 5. in Cœna Domini, *ſine meritis aliquid ſperare, non ſpes, ſed præſumptio dici debet.* Vbi Clemens Alexandr. 2. ſtrom. dixit: Eſt autem, *ſpes bene ſperanis expectatio bonorum.* Quaſi dicat, qui male viuit, non bene ſperat, quia ſolus qui bene operatur, bene ſperat. Apoſtoli au-

Qui male viuit non bene ſperat.

tem, qui de Chriſto dor.niente noo ſperarunt, non bene ſperarunt, & ideo reprehenſionem acceperunt, & meruerunt illam.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Diſcipuli dixerunt, Domine ſalua nos, perimus?

QVæretur, quare Diſcipuli conturbati dixerunt, *Domine, ſalua nos, perimus?*

286\. Abul. cit. in littera.

1\. Responsio Abulenſis, *quia habebant immoderatum timorem, & timiditas vitium eſt.* Quaſi dicat, timere procellas, & tempeſtates pluſquam ipſum Deum, vitium grande eſt. Ande Gregor. lib. 6. moral. cap. 7. *ancboram noſtri cordis appellat timorem Dei.* Quaſi dicat

Timor rerum temporalium damnabilis eſt. Greg. lib. 6. mor. c. 7. Hieronym. Epiſt. 122. ad Fabiolam. Naz. orat. 12.

io hoc illi maxime adhæremus, & in portu ſalotis requieſcimus, ne miſerum peccati naufragium patiamur. Et Hieronym. Epiſt. 122. ad Fabiolam, *timorem Dei appellat cuſtodem omnium virtutũ*, & Gregor. Nazianz. orat. 12. ait, *neqnidquam proinde metuendum quam, ne quid magis, quam Deum metuas.* Quaſi dicat, vitioſus eſt omnis timor, & deſperanda eſt de illius ſalute, qui aliud magis timet quam Deũ, vt Chry-

Chryſoſt. hom. 5. in Epiſt. ad Rom.

ſoſtomus hom. 5. in Epiſt. ad Rom. ait. *quod ſi ob nullam aliã cauſam certè ob hanc vnam gehenna digni ſumus, quod ſcilicet, plus gehennam, quam Deum timeamus.* Quaſi dicat, non me-

Fides in aduerſis turbatur.

rebantur Diſcipuli tranquillitatem, quam deſiderabant; quia timebant plus mergi; & perire, quam fidem in Chriſto dormiente non habere.

287\. D. Thom. 2. 2. q. 2 art. 4. ad 2.

Vnde D. Thom. 2. 2. art. 4. ad 2. ait: *primus actus timoris filialis timere ſeparationem à Deo; filius enim timet ſeparari à patre ſecundum quem actum, neque in Angelis, neque in Bea-*

Timor in Angelis, neque in Beatis reperitur. Beda tom 5. in c. 2. Lucæ. Ber ſerm. de triplici cohærent. Iacob. Epiſt. 2. n. 19. Chryſoſt. hom. 5. ad populum.

tis timor filialis reperitur. Et ita dixit Beda tom. 5. cap. 2. in Luc. *iuſtus quanto ardentius Deum ſuum diligit, tanto ſolertius offendere cauet.* Et Bernar. ſerm. de triplici cohærent. *timorem appellat vincula, & clauos quibus Deo adheremus.* Quaſi dicat, ſi timor Dei Diſcipulos figeret, & fidem in eius Diuinitate haberent, timorem vitioſum de tempeſtate non monſtrarent; *quia Dæmones etiam credunt, & contremiſcunt, teſte Iacobo Epiſt. 2. n. 19.* vbi Chriſoſtom. hom. 5. ad Populum ait: *nos puerilem timorem habemus, dum quæcumque terrena ſunt timemus, etiam ſi mors ſit, quæ timetur.* Quaſi dicat, timor vitioſus in pueris reperitur, quia pomis, & cruſtulis blandis repente amittitur, ſed beatus vir ſolus eſt, qui ſolum Deum timet non tempeſtates, porcel-

Tertul. lib. de pænit. c. 2. S. Ber. citat.

las, aut mortem; quia teſte Tertulliano, *metus vitioſus nullam portat emendationem*, & Bernard. ſupra citatus. *Hic vero timor Dei ſolus dicitur initium ſapientiæ, non pudor aut dolor, quia neuter illorum ſic initiat ad ſapientiam; neuter tantam habet efficaciam.* Et addit: *vali-*

Pudor. & dolor minores ſunt timore.

dior eſt enim, & vehementior ſpiritus timoris ad reſiſtendum peccato quam pudor, & dolor; quia pudor de multitudine, & dolor de qualicumque huius mundi conſolatione capit ſolatium; timor vero Dei non inuenit vnde conſoletur niſi cum Deo. Quaſi dicat, timor, qui ſedata tempeſtate conſolatur, vitioſus eſt, & pudor citò amittitur; ſolus verò timor Dei eſt perfectus, & deſiderabilis; quia ſicut canis latratus edi-

Canis latratus latrones fugat.

tus latrones fugat, & cohibet, ne aſcendant & domum diripiant, ſic timor internus excitat clamorem, ne leo, qui circuit, aſcendat, & ſpiritualem domum virtutibus ornatam deprædetur. Quaſi dicat, Hieronymus,

Hieronym. Epiſt. 122. ad Fabiolam.

cuius eſt exemplum Epiſt. 122. ad Fabiolam: Qui vere timent Deum in corde clamant, non vocibus, & clamoribus, ſicut Apoſtoli qui dixerunt, *ſalua nos, perimus*, non credentes

Cyprian. lib. de ſingularit. de Clericorum.

ſaluari poſſe etiam Chriſto Dormiente. Vnde concludit Cyprianus lib. de ſingularit. Clericorum. *Magnum ſapientiæ conſilium inuentum eſt, vt timoris auxilio liberemur, magna compendia prouidentiæ vt aliquando fiat virtus, & victoria per timorem.* Quaſi dicat, magna remedia contulit Deus ad ſalutem, vt habeat timidus laudem, ſi Deum ſolum timet; reprehenſionem verò, ſi vitio timoris tempeſtatum ſolùm clamet dicendo, *Domine, ſalua nos, perimus.*

DIFFICVLTAS XII.

Quare Chriſtus Apoſtolos modicæ fidei vocauit?

QVæretur, quare reprehendit Chriſtus Diſcipulos de modica fide?

288\. Gloſſ. cit. in litt.

1\. Responsio Gloſſæ in littera cit. quæ ait, *qui parum credit, arguitur, qui nihil contemnitur.* Vnde interrogat Sanctus Am-

S. Ambroſ. in Pſ. 118. Ioan. 7. n. 37. *Fides firma corda inebriat.*

broſius in Pſ. 118. quare Chriſtus fidem ſuam prædicans voce magna clamabat Ioan. 7. n. 37. *ſi quis ſitit veniat ad me?* Et reſpondet, *voce magna clamabat, quia fidem homines vocabat, ad illum venerabilem potum, quo vitæ æternæ fructus infunditur.* Quaſi dicat, qui firma, & vera fide credit, quaſi crapulatus à vino amoris Dei tormenta, & martyria huius mundi lætanter ſuſcipit; qui vero parum credit ad leuiſſimas tentationes ſoccumbit.

289\. Oleaſt. in Gen. 32. n. 52. Tranſl. Pagn. *Fides vera figura ſphærica.*

Interrogat Oleaſter, quare de Iacob dixit ſacra Pagina Geneſ. 32. *non permiſit eum (id eſt, Laban) malefacere mihi.* Et reſpondet, *quia qui fidem magnam in Deo habet gerit in ſe figuram ſphæricam: nam quæcumque enim veritas ſedem propriam habet, & ſic mutationes quas fecit Laban in voluntatem fidei Iacob. ceſſerunt.*

Quaſi dicat; hoc enim intereſt inter eum, qui parum credit, & qui multum, quia hic oon hæſitat io fide & bene operatur. Quocumque ſe vertit, Dominus ſupponit manum ſuam; paruuli autem; & fluctuantes quia modicæ fidei ſunt, non ceſſant tempeſtatibus, & pro-
Geneſ. cap. 50. n. 20. cellis agitari. Vnde Sanctus & fidelis Ioſeph dixit fratribus ſuis, *vos cogitaſtis mihi malum*, *Geneſ. cap. 50. n. 20. Sed Deus, cui credidi, vertit illud in bonum.* Quaſi dicat, malum quod
Deus ſuis non permittit mala inferri. impij iuſtis & magnæ fidei inferunt, cernunt ſibi in bonum cedere. Et bonum quod infideles eligunt ſibi in reprehenſiooem vertit Deus, vt patet hodie, quia Diſcipulis incredulis modicæ fidei eſſe dixit Dominus.

290. Abul. citat. in littera. 2. Responsio eſt Abulenſis citati in littera, *quod diuerſis reprehenſionibus ab Euangeliſtis increpantur Diſcipuli, & nautæ, quia adhuc perſiſtebant in dubitatione ſua incredulitatis.*
Aug. lib. 3. de lib. Arbitr. c. 8. tom. 1. Vnde Auguſtin. lib. 3. de libero arbitrio cap. 8. tom. 1. *illa eſt peccati pœna iuſtiſſima, vt amittat vnuſquiſque quo bene vti noluit, cum ſine vlla poſſet difficultate, ſi vellet.* Quaſi dicat, qui ſciens rectè non facit, amittat ſcire quid rectum ſit, & qoia rectè facere cum poſſet, ooluit, amittat poſſe, cum velit: nam ſunt vera
Ex multitudine peccatorum infidelitas naſcitur. omni peccanti animæ duo iſta pœnalia ignorantia, & difficultas; ex ignorantia dehoneſtat error, ex difficultate cruciatus affligit,
Auguſt. cit. vt in Diſcipolis patet, quia ſicut paruuli io fide non crediderunt poſſe Chriſtum dormientem, quod vigilans poterat; Et ex iſta difficultate cruciantur aodicotes Ieſum vocantem illos modicæ fidei.

291. Lyra. citat. in littera. 3. Responsio Lyræ itr littera citati, qoi ait, *quia perfectam fidem non habebant in præcipitium erroris perſiſtebant.* Quaſi
2. ad Tit. 3. n. 12. dicat cum D. Paulo 2. ad Titum. c. 3. o. 12. *mali autem proficiunt errantes, & in errorem mittentes*; nam vt Eccleſiaſticus ait. c. 3. n. 29.
Eccleſiaſt. 3. n. 29. *Peccator adiecit ad peccatum*, vel vt tranſlatio
Greg. lib. 25. mor. c. 12. Græca; *peccator apponet peccata ſuper peccata.* Vode Gregor. lib. 25. Moral. cap. 12. vnom idemque peccatum eſt, & pœna præcedentis, & cauſa culpæ ſubſequentis; quia tranſacta dum exaggerat, damnat, & adhuc ſequentia quæ damnari debeant ſeminat. Quaſi dicat, ſicut qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metunt. Sic qui ad peccatum ſeminatum peccatis, ſulcis, & delectationibus adiecit, citò ſpinas, & tribulos, erroreſque in
S. Iſidor. lib. 2. de ſummo bono. c. 19. fide producet. Vnde Iſidorus lib. 2. de ſummo bono cap. 19. ait: *pœna peccati peccatum admittitur, quando pro meritò cuiuſque peccati Deo deſerente in aliud peccatum deterius itur, de quo ampliùs, qui admiſerit, ſordidetur.*

Quaſi dicat, caueamus à reiteratis peccatis, quia oon ceſſabunt vſquequò, io baratrum, & præcipitiom infidelitatis proueniant, vt in Apoſtolis patet, qui modica fide conturbati perſiſtebant in reiterata dubitatiooe.

***

DIFFICVLTAS XIII.

Quomodo facta eſt tranquillitas magna in mari?

QVæretur quomodo tranquillitas fuit facta, & mare quietum?

1. Responsio Abulenſis, qui ait, 292.
quod ſubitò ad imperium Chriſti tranquillitas euenit. Quaſi dicat, iurgia, & tempeſtates iracundiæ, quiſquis eſt timoratus, & amicus Abul. citat. in litt.
Dei, citò io tranquillitatem conuertit; quia cogitat, quod vindicta, & alterum lædere in *Qui alterum lædit prius ſibi nocet.*
propriam perniciem tranſit. Vnde interrogat Oleaſter. Quare Laban inuenta Rachele, & Iacob contra quos iratus, & furioſus iter agebat, dixit Geneſ. 31. n. 43. *filiæ, & filij mei ſunt?* Et reſpondet, *quia ſæpè aliqui putantes in alios ſæuire, in ſe ipſos ſæuiunt.* Oleaſt. in Geneſ. 31. Tranſl. Pagn.
Quaſi dicat: ô quam optima conſideratio eſt eum, qui ſæuire io aliquem vult, vt tranquillitatem ſuæ animæ reportet, conſiderare ne quidquam ſibi malefaciat. Vode Auguſtious ſerm. 16. de verb. Aug. ſer. 16. de verb. Domini.
Domini dicit *neminem poſſe in inimicum ſæuire, qui ſibi maius malum non inferat, quam illi: nam non poteſt fieri, vt qui alterum odit, non prius ſibi noceat; illum enim lædere conatur extrinſecus, ſe vaſtat intrinſecus.* Quaſi dicat, tollere poteſt quis pecuniam, & honorem alteri; ſed noo tollet fidem, neque tranquillitatem conſcientiæ: nam ſibi ipſi inimicus eſt, qui alteri nocet. *Inimicis parcendum propter propriã vtilitatem.*
Cogitabat ergo Laban ſibi illaturum omne malum, quod Iacob intuliſſet, & quod parcendo illi, procellæ, & tempeſtates animæ ſuæ Deo præſeote io corde ſuo, in ſerenitatem & tranquillitatem conuertebantur.

2. Responsio Alberti Magni in littera citati, qui ait: Primò *ventis imperauit, deinde mari, quia commotio à radice & peccatum eſt eradicandum.* 293. Alberti Magni in litter. citat.
Quaſi dicat cum Lactantio lib. 5. inſtit. c. 19. in Religione Chriſtiana *pro ſacrificio exigitur bona mens, purum pectus, innocens vita. Hic communi, & leui peccato locus eſt nullus.* Lact. lib. 5. inſt. c. 19.
Quaſi dicat, ille verè à radice expellit peccatum, qui neque leue, & minimum committere vult; quia ſcriptum eſt, Sap. 6. n. 19. *Dilectio, cuſtodia legum illius eſt.* *Venialia peccata euitanda.* Sap. 6. n. 19.

Vnde interrogat Saluianus lib. de prouid. & guber. *quare à Zacharia Propheta dicitur cap. 3. n. 9. ſuper vnum lapidem ſeptem oculi ſunt?* Et reſpondet, *quia perfecti viri, & Apoſtolorum ſectatores, lapides & fundamenta Eccleſiæ ſunt, ſuper quos ſeptem Angeli, id eſt, innumeri ſtant vigilanter vitam eorum aduertentes.* 294. Saluian. lib. de prou. & guber. Zach. c. 3. n. 9.
Quia Saluator, (inquit Saluiaous) *volens cultores ſuos ſinceriſſimæ ſanctitatis facere iuſſis, ab iis cautiſſimè etiam minima vitare.* *Sacerdotis vitam Angeli attenti proſpiciunt.*
Quaſi dicat, quemadmodum pura eſt pupilla oculi, tam pura ſit hominis Chriſtiani vita. & ſicut ſalua intuitus incolumitate pulueris labem in ſe oculus oon recipit; ſic vita noſtra labem in ſe penitus impudicitiæ non habeat, ſed radicitus expellat; quia ſcriptum eſt Prouerb. 7. o. 2. *fili ſerua mandata, & legem meam,* Prou. 7. n. 2.

vt

S. Ambr. lib. 5. exam. c. 4. S. Baſ. in reg. 4.

Pro leuiſſimis peccatis pænitentiam agere debemus.

vt pupillam oculi. Et Ambroſ. lib. 6. exam. c. 4. *innocentia, & integritas leui ſorde aſpera violatur.* Et Sanct. Baſilius in regul. 4. *ſi quis pro leuiſſimis peccatis fratres acriter nimis vrgeat, ac dicat, de his pœnitentiam agere debere, numquid inclemens habendus eſt, & euerſor charitatis? Abſit.* Quaſi dicat; qui Deo ſeruire deſideтat à fundamentis, & radice debet expellere peccata, & euitare venialia, quaſi fundamentum mortalium, quia commotio à ventis incipit & pauliſper procella vſque ad cœlos reſurgit; ideo Chriſtus primò imperauit ventis, deinde mari, *& tranquillitas magna ſubuenit.*

Origen. in lit. citatus.

295. 3. Responsio Origenis in littera citati, *licet enim magnum magna facere, & quia Chriſtus tempeſtatem, & tribulationem magnam excitauerat, licuit vt tranquillitatem magnam faceret.* Quaſi dicat, in tribulationibus, & laboribus Deum exclamare debemus, vt orationibus impetremus immenſa gaudia ad menſuram preſſurarum, & lachymarum, quibus affligebamur. Vnde interrogat Oleaſter. Quare Iacob. dixit Angelo, cum illo per totam noctem luctanti Geneſ. 32. n. 26. *non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Et reſpõdet, *quia non eſt Deus dimittẽdus neque ab oratione ceſſandum, niſi obtinueris abunde, & alacriter, quæ poſtulas.* Vnde ſponſa in canticis dicebat Cant. 3. n. 4. *tenui eum, neque dimittam, donec inducam eum in domum genitricis meæ.* Et Sunamitis illa, quæ lachrimoſa coram Eliſeo, lamentabatur non dimiſit Eliſeum, donec ad reſuſcitandum filium ſuum compulit, & lætificata Sunamitis fuit ad menſuram & ſuper abundantem, qua triſtitiam paſſa fuerat. Ideo Chriſtus grandem admirationem lætitiæ Diſcipulis tribuit ſedata tempeſtate, quia commotio, & tempeſtas magna fuit.

Oleaſt. in Gen. 32. n. 26.

Oratio prolixa vſquequo petita impetret.

Cant. 3. n. 4.

4. Reg. c. 4. n. 30.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare admirati nautæ dixerunt, quis eſt hic, quia mare, & venti obediunt ei?

QVæretur, quare nautæ talem exaggerationem dixerunt admirati?

Orig. in litt. citat.

296. 1. Responsio Origenis, in litiera citati qui ait, *non fuerunt iſti Diſcipuli, quia non inuenimus propter honorem Deum Diſcipulos ſuos nominare.* Vnde interrogat Theodoretus orat. 3. in Daniel. *quare ſtatuam Nabuchodonoſoris Daniel. & ſocij eius in captiuitate poſiti adorare renuerunt.* Dan. 3. n. 18. Et reſpondet. *Quia videbant pueri omnes imperata facientes, qui & metu, & voluptate ſeruire conſueuerunt; ſoli autem beatiſſimi illi adoleſcentes patria nobilitate incorrupta, in ipſa etiam ſeruitute, retenta renuerunt adorare.* Quaſi dicat nobilitatem ſuam nimis æſtimantes non renuerũt Deo deſeruire, quia ſciebãt quod ſuos Deus nimis honorat amicos, & ipſos nobilitate præditos illum ante æquum erat. Vnde Thobias in tribulationibus poſitus dicebat. *Thob. 8. n. 5. filij ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut gentes qui ignorant Deum.* Quaſi dicat, ſi Deus nos tanta nobilitate, & honore ditauit, quod filij Patriarcharum ſumus, quomodo eum offendere poſſumus. Vnde S. Thom. lib. de erudit. Princip. cap. 3. tom. 17. *vtilitas habitus nobilitatis eſt refrænatiò à malis, & imitatio in bonis.* Vnde D. Hieronymus ait, *hoc in nobilitate maximè eſt appetendum, quod nobiles quadam neceſſitate aſtringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent.* Quaſi dicat, Principes ſemper à nobilibus ſeruiuntur, & ipſis reddere honorem conantur, vt ad ſe reſpiciẽtes infamiæ, aut vilitatis vmbrã aufugiant. Ideo Chriſtus ſemper nimis honorabat Diſcipulos ſuos. Vnde D. Hilarius can. 2. in Matth. ait: *dignitas originis in operum conſiſtit exemplis, & proſapiæ gloria imitatione retinetur.* Quaſi dicat, Diſcipulorum origo, eſſe à Chriſto incepit. Quo ergo honore digni non eſſent imitatores tanti Magiſtri? Vnde Clemens Alexandrin. 5. ſtrom. *ipſa inquit nobilitas oſtenditur in eo, quod quæ ſunt pulcherrima, honeſtiſſimaque eligat, & exerceat.* Et D. Hieronym. Epiſt. 8. Rhetorum diſciplina eſt ab auis, & atauis, *& omni retro nobilitate ornare quem laudant, vt ramorum ſterilitatem radix fecunda compenſet, & quod in fructu non teneas mireris in trunco.* Quaſi dicat, nobilitas Diſcipulorum Chriſti à radice inſpicienda eſt; quia ipſe eos elegit, & ſegregauit & honorificauit, ſicut verè ſuos, & ab omni creatura vult vt honorificentur, propter quod nautæ nauiculæ, non Diſcipuli fuerunt, qui dixerunt, quis eſt hic, quia mare & venti obediunt ei?

Theodoret. orat. 3. in Daniel.

Dan. 3. n. 18.

Nobiles pluris Deus virtuoſos æſtimat.

Thob. 8. n. 5.

Nobiles plus Deo ſeruire debent.

S. Thom. lib. de Reg. Princ. c. 3. tom. 17.

D. Hieron. cit.

Nobiles neque vmbram infamiæ ſequi debent.

Hilar. can. 2. in Matth.

Clem. Alex. 5. ſtrom.

D. Hier. Ep. 8.

Nobilitas à radice incipit.

2. Responsio Lyræ. in littera citati, *ex affectu admirantur diuinitatem cognoſcentes, & confitentes.* Quaſi dicat intellectu, & voluntate fidem diuinitatis operati ſunt. Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit. 13. *dicitur* de leproſo, *neque claudere faciet eam; ſi operuerit lepra omnem cutem plaga.* Quaſi dicat lex, quod talis non eſt incurabilis. *Et addit, mirum valde eſt, hominem iudicare mundum ſi totum corpus eius ſcabie eſſet infectum, non tamen ſi alternatis partibus alteram ſanam, & alteram morboſam haberet, vt oſtendat nobis eum deterius curari & periculoſiori morbo laborare; quia bona opera mixta malis, quàm qui omnis macula.* Quaſi dicat, qui mixta habet in bonis fidit, & mala non curat propter bona. Vnde Ierem. 7. ait: *nolite confidere in verbis mendacibus dicentes, templum Domini, templum Domini.* Putabant enim Iudæi omnia tuta, ſi boues mactarent, ſuffitum apponerent Kalendas & alias ſolemnitates ſeruarent, manuſque ad cœlum extenderent. Sed quoniam manus cruentas habebant innocentum cruore, audierunt omnia hæc odiſſe animam Dei. Sic inter Chriſtianos ſunt multi criminoſi, & vitiis onuſti, qui ſecurè degunt, poſtquam omni die ſacrum audierint, fidem fortiter tenuerint: ſed iſti intellectu Chriſtum confitentur, non verò voluntate; quia nullum genus ambitionis, neque luxuriæ, & lucri relinquũt quod non Diabolicis, & artificioſis modis intendere conantur quos procella tenebrarum in æternum expectat; quamuis in hoc ſæculo omni tranquillitate, & fælicitate 297.

Lyra in cit. lit. littera.

Fides ſine operibus vacua.

Oleaſter in Leu. 13 n. 18 Tranſ. Pagn.

Ierem. c. 7. n. 4.

Ambitioſi nõ quieſcunt vſque ad mortem.

Luxurioſi ti-mens mor-tem, ſed non corriguntur. tate fruantur ; quia Chriſtus procellas maris ſedauit,& mare, & venti ei obediunt. Iſti vero ambitioſi, etiam ſi de mirabilibus Dei admirentur, oon tamen qoieſcunt, neque creatori ſuo obedire volunt.

298. *Auctoris mens.* 3. Responsio, de ſemetipſis admirati ſunt; quia duriores ſunt ſaxis veotis & mari, quæ omnia Deo obtemperant, ipſi vero inſpirationibus innumeris reſiſtunt, & *Reſiſtere In-ſpirationibus Dei graue peccatum.* quod peius eſt coram hominibus laudantur de criminoſis operationibus, & nunquam cautelosè peccant, ſed de peccatis gloriantur, cum ſcandala tam fortiter fugienda ſint. Vn- Oleaſt.in Leuit.c 13.n. 51. de interrogat Oleaſter, quare Leuit. 13. n. 51. præcipiebat lex dicens, *leproſus lauabis veſtimenta ſua, & mundus erit?* Si mundus eſt Domine Deus, quid enim præcipis lauare veſtimenta? Et reſpondet, *quod eſt quoddam genus culpa grauiſſimum quando quis malus apparere deſiderat*; ideo pius Pater *Deus corpus lauare non ſolum præcipit, ſed veſtem; quoniam ſat eſt illi qui malus apparere deſiderat, ſi toto corde, & viribus animæ ſuæ tergere talem famam procuret.* Quaſi dicat primo loco peccator leproſus de ſemetipſo mirari poteſt, ſi ad infidelissimum ſtatum malitiæ peruenerit, quod inſpirationibus ſpiritus ſancti, non ſolum oon correſpódeat, ſed de non factis glorietur, & vanitaté deſideret. Vode nautę nauiculæ admirati ſuot de omnipotétia Dei, cui omnia obediũt. *Tranſ.Pag.* *De non factis neque viſis impij gloriantur.*

TRACTATVS VNDECIMVS.

Ad Litteram in Cap. XIII. Matthæi.

DE PARABOLA ZIZANIORVM.

TEXTVS.

24. SImile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. 25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit Zizania in medio tritici, & abiit. 26. Cum autem creuiſſet herba & fructus feciſſet, tunc apparuerunt & Zizania. 27. Accedentes autem ſerui Patris familias dixerunt ei : Domine ; nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet Zizania? 28. Et ait illis: inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, vis imùs, & colligimus ea 29. Et ait: non, ne fortè colligentes Zizania eradicetis ſimul eum eis & triticum. 30. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem & in tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite primum Zizania & alligate ea in faſciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum.

EXPOSITO LITTERÆ.

299. Sanctorum P. Axioma. COmmune ſanctorum Patrum axioma eſt, quòd Eccleſia præſentis temporis regnum cœlorum dicitur, quia in illo regno beatitudinis, vbi pax ſumma eſt, ſcandala inueniri noo poſſunt neqoe Zizania. Vnde dicit Abo- Abul.io prolog.ad cap. 13.Matth. lenſis, aſſimilata eſt Eccleſia præſens *homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo, id eſt, purum triticum, non habens Zizania, neque aliquod ſemen malum admixtum.*

300. Maldonat.in Euang. Cum autem dormirent homines (Maldonatos refert antiquos Patres & illi non diſplicet opinio) qui homines iſtos dormientes dicunt ad litteram eſſe Epiſcopos, & Prælatos, *ob quorum negligentiam inimicus, id eſt, Diabolus, ſuperſeminauit, & quotidie ſeminat hæreſes, & errores quam plurimos.* Vode Abulenſis Abulenſ.cit. in expoſitione litteræ ait, *quod inimicus iſte quia inimicus erat. Superſeminauit, id eſt, nocere, non ceſſat, errores inter doctrinam Euangelicam ſeminando, & his temporibus meo iudicio per nouas, & peregrinas opiniones Zizania introducendo.* *Zizania ſunt opiniones nouæ.*

Dixerunt ergo ei, id eſt, Domino; nonne 301. bonum ſemen ſeminaſti io agro tuo? Hoc ad- *Auctoris mens.* miratione dieunt; quia ipſe qui ſeminauerat, bene ſciebat, quod triticum purum ſeminatum erat; Et ait illis; inimicus homo hoc fecit, id eſt, inimicus meos Diobolos homines *Homines mali Diaboli inſtrumentum.* aſſumpſit, qoaſi inſtrumeotum, ut deſtrueret zizania quod bene ſeminatum erat. Vis imus, & colligimus ea, ideſt, teſte Abulenſe, eamus, *& ſolum triticum relinquam.* Maldooa-

tus

rus ſeruos iſtos, qui hoc dixerunt aliquos bonos miniſtros & ardentes in zelo fidei, intelligit, qui Dominum rogant, vt malos Catholicos bono quodam, & pro Religionis ſtudio de medio Eccleſiæ tollantur.

302. *Hæretici fortiter puniendi.* Aliqui (& mihi placet eorum opinio) putant, quod iſti hæretici, qui ſunt inſtrumenta Diaboli puniendi, & euellendi ſunt de terra Eccleſiæ Dei; quia ſi fures, & homicidæ puniuntur, vt non inficiant oues Reipublicæ, quanto magis hæretici, qui perniciosiores ſunt, latronibus, & homicidis, quia latro aurum, aut argentum furatur, & homicida occidit corpus; hæretici vero animas, & vitam æternam. Sic Chryſoſtomus, Hieronymus, & Auguſtinus. *Chryſoſt. Hieronym. Auguſtinus*

303. Et ait, ne fortè triticum eradicetis. Quaſi dicat, quando periculum eſt in eradicatione, quod boni, & Catholici euellantur, & ſeparentur à fide, relinquendi ſunt; ſi verò periculum eſt in commixtione radicum, eradicentur zizania, ne fortè pereat triticum propter malam concomitantiam.

304. *Hæretici plus nocent quàm fures & homicidæ.* Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis, dicam meſſoribus, colligite primum zizania, hoc eſt, ſinite, viuant vſque ad tempus mortis, quando hæretici, & qui zizania ſeminauerunt in ignem æternum ad comburendos mittentur. Sed propter hoc iuſta hæreticorum punitio non prohibetur; quia vt ſupra dixi, plus nocent Eccleſiæ Dei, quam fures, & homicidæ Reipublicæ.

305. *Paſtores vigiles ſint.* Triticum autem congregate in horreum meum, ideſt, poſtquam fuerint Catholici ſeparati ab hæreticis, congregate in horreum meum, ideſt, ſumma vigilantia, & defenſione cuſtodite Catholicos in Eccleſia Dei, & poſt iſtam vitam in horrea cæleſtis habitationis. Et hic finitur Parabola zizaniorum. Reliqua per difficultates patebunt infrà.

TRANSLATIONES antiquæ, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Simile eſt Regnum cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

Tranſlatio Vatabli. 2. Aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo. Dormientibus autem hominibus venit inimicus illius & ſuperſeminauit zizania, inter triticum, abiitque.

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Simile eſt regnum cœlorum viro ſeminanti ſemen bonum in agro ſuo & cum dormirent homines, venit hoſtis eius, & ſeminauit zizania, inter triticum, & abiit.

Caietanus in Euang. 4. Et inſciis hominibus ſata eſt zizania cum aduenarum ſuperſeminator veniſſet, & frumentariæ ſegetis nocturnus interpolator.

Tertullian. lib. de Anima. 5. Poſt dormitionem Chriſti & Apoſtolorum mortem, Diabolus inter Chriſtianos hæreſes ſeminauit.

Lyranus ſua in Gloſſa. 6. Sinite creſcant vtraque ſimul vſque ad meſſem, & dicam meſſoribus colligite zizania ad comburendum; tritica autem illa colligite in horrea mea.

Tranſlatio ex Syriac. 7. Sinite pariter creſcere vtraque vſque ad meſſem, & tempore meſſis dicam meſſoribus &c.

Tertul. lib. de reſurrectione. 8. Alligate ea in faſciculos ad cremandum igni.

Caietanus in Euang. 9. Non comburit prius zizania, quia prior eſt retributio bonorum, quam punitio malorum.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus parabolam zizaniorum prædicauit?

QVæritur, ad quid Chriſtus iſtam parabolam prædicauit?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Cathen. Sanct. Thomæ, qui ait, *præcedenti parabola loquutus fuerat Dominus de his, qui verbum Dei ſuſcipiunt: hîc autem de his, qui ſuſcipiunt corruptum ſermonem. Etenim hoc eſt, Diabolica machinationis.* Quaſi dicat, poſtquam Chriſtus veritatem fidei prædicauerat, ſtatim aduertit, quod Diabolus intentat errores per zizaniam introducere. 306. Chryſoſt. in Cath. Sanct. Thom. *Zizania eſt error in fide introductus.* Hieron. in Cath. citat.

2. RESPONSIO eſt D. Hieronymi in Cathen. citati, qui ait, *propoſuit Chriſtus diuerſas parabolas, quaſi diues Paterfamilias inuitatos diuerſis reficiens cibis, vt vnuſquiſque ſecundum naturam ſui ſtomachi varia alimenta ſuſciperet.* Quaſi dicat multifariam multiſque modis loquutus eſt Dominus; nouiſſimè verò per filium ſuum propoſuit veritatem fidei multis parabolis vt vnoſquiſque ſecundum capacitatem ſuam intelligat. 307. *Euangelium eſt menſa diuerſorum ciborum.*

3. RESPONSIO eſt Abulenſis q. 49. in Matth. qui ait, *quod Chriſtus parabolam Zizaniorum prædicauit, quia erat tempus plantandi fidem.* 308. Abul. q. 49 in Matth.

fidem per ſe, & per Apoſtolos ſuos. Sed tranſacto iſto tempore venturum erat illud, in quo Diabolus
Diabolus machinator inuidus. *Zizania ſuperſeminaturus erat per varios errores.* Quaſi dicat, Diabolus videns fidem Chriſti bene firmatam, & receptam in cordibus Diſcipulorum, & multorum fidelium, & quod erat tam firmiter radicata, cogitauit zizania ſuperſeminare hęreticos foras introducendo, & dubitando tam de Chriſti diuinitate, quàm de eius aſſumpta humanitate.

309. *Auctoris menſ.* 4. RESPONSIO, meo iudicio, zizaniorum parabola prædicitur cum fides radicari incipit, quia Diabolus paganos, & infideles bono animo fidem & veritatem audientes conturbare feſtinat, dubitationes, & difficultates quaſi obices repræſentando, & etiam
Zizania inter Cathecumenos ſeminantur. Cathecumenos, & rudiores, qui cathechizantur faſcinare non deſinit, vt granum purum, & verum fidei zizaniis repleatur, & non creſcat.

DIFFICVLTAS II.

Quis eſt iſte homo, quis ager, & quod eſt ſemen?

QVæretur, quis eſt homo, ager, & cætera parabolæ?

310. *D. Hieronym. in prolog. Abul in Matth. 13.* 1. RESPONSIO D. Hieronymi, qui ait, *Regnum cælorum eſt Eccleſia ſimilis homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo; quia Chriſtus homo iſte ſeminator eſt; ager autem eſt mundus; quia doctrina Chriſti toti mundo propoſita eſt, vt dicitur Matth. 28. docete omnes gentes.*

311. *Remigius in Cathen. S. Thom.* 2. RESPONSIO Rhemigij in Cathen. Sanct. Thom. citati, qui ait, Regnum cælorum *appellat ipſum filium Dei, quòd regnum ſimile dicitur eſſe homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.* Quaſi dicat, verbum æter-
Verbū æternum regnum eſt cælorum. num, quod eſt filius Dei verus, aſſimilatur homini, quia habitu inuentus eſt vt homo, vt ſemen ſuum, id eſt, Euangelium ſeminaret in cordibus hominum, qui congregati Eccleſiam faciunt.

312. *Lyranus ſua in Gloſſa.* 3. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa; qui ait, *homo ipſe Chriſtus eſt; ager autem Eccleſia, labore & ſanguine Chriſti exculta; Bonum ſemen eſt ſana Doctrina, & fides Catholica.*

313. *Interlinealis ibi.* 4. RESPONSIO Interlinealis in Gloſſa, quæ ait, *bonum non ſeminat, niſi bonus, qui ſemen bonæ voluntatis ad bona opera ſtudet pro-*
Intētio bona bona ſeminat & colligit. *ducere.* Quaſi dicat ad mores, ex bona intentione, & voluntate fructus vberes colliguntur. Sed hoc ad noſtram eruditionem poſtea.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, quod dormientibus hominibus venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania?

QVæretur, qui ſint iſti, qui dormiunt, quis inimicus, & quare ſuperſeminauit.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catheo. S. Thom. citati, qui ait, *modum inſidiarum Diaboli oſtendit, dicens, cum dormirent homines, venit inimicus eius.* Quaſi dicat, quod error poſt veritatem exiit, quod & rerum exitus teſtatur; quia poſt Prophetam fuerunt Pſeudoprophetæ; & poſt Apoſtolos Pſeudoapoſtoli; & poſt Chriſtum Antichriſtus. Et addit Chryſoſtomus *Hinc apparet Diaboli malignitas; tunc enim ſeminauit, quando vniuerſa erant completa, vt magis noceret agricolæ ſtudio.* 314. *Chryſoſt. in Cathen. S. Thom.* *Errores ſunt ſicut tinea, quæ in optima veſte ſurgit.*

2. RESPONSIO Auguſtini lib. de quæſt. Euang. *Dicit autem cum dormirent homines; quia cum negligenter agerent Præpoſiti Eccleſiæ, aut dormitionem mortis acciperent Apoſtoli, Diabolus ſuperſeminauit eos, quos malos filios Dominus interpretatur.* Quaſi dicat, & propter eius ignorantiam Eccleſia pullularunt errores. 315. *Auguſt. in quæſt. Euāg.* *Propter ignorantiam, & negligētiam Paſtorum errores introducuntur.*

3. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa, *Diabolus adhuc tempore Apoſtolorum aliquas hereſes ſuperſeminauit*, vt patet in Epiſt. Pauli. Et 1. Can. Ioann. cap. 2. n. 18. *nunc antichriſti multi facti ſunt.* Sequitur, *ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.* Quaſi dicat cum Interlineali, *cum inertia & incuria Rectores torperent, Diabolus, qui non dormit, ſuperſeminauit.* 316. *Lyranus ſua in Gloſſa. 1. Can. Ioan. c. 2. n. 18.*

4. RESPONSIO eſt Abulenſis q. 49. in cap. 13. Matth. qui ait, *inimicus homo (id eſt, Diabolus) venit, cum homines dormirent id eſt, cum non aduerterent homines, quia errores introducuntur à principio, nemine aduertente; quia ſi aduerterent homines, nunquam errori locus eſſet.* Quaſi dicat, error eſt in intellectu. Et ſi acutè aduertimus hæreſes introductæ ſunt propter fallacem intellectus propoſitionem; quia voluntati proponit ſub ſpecie veritatis, & boni, quod re vera, vel eſt voluptas carnis, vel ſuperbia ſpiritus, & ambitionis. Vnde Chryſoſtomus citatus ab Abulenſi, *à principio heretici occultant ſe ipſos; cum autem multam acceperint libertatem palam verbis venenum infundunt.* 317. *Abul. q. 49. in cap. 13. Matth.* *Ab initio hereſis expellenda.* *Heretici voluptatibus conturbātur.* *Chryſoſt. cit. apud Abul.*

5. RESPONSIO meo iudicio, parabolicè loquutus eſt Chriſtus, vt fideles conſolidati in fide conſiſterent, quod ſemper debebant eſſe ſobrij, & vigiles, quia aduerſarius tanquam leo rugiens quærit quem deuoret: quod alia parabola declarauit, dicens, quod ſemen, quod cecidit in terram, & non fuit coopertum, venerunt volucres cæli, & comederunt illud, hoc eſt, Dæmones, qui in aere morantur deſcendunt, & zizania ſuper ſeminant diuerſos errores introducentes. 318. *Auctoris ſent.* *1. Petr. 18.* *Dæmones volucres cæli dicuntur.*

* * *

DIFFI

DIFFICVLTAS IV.

Qui ſunt ſerui, qui ad Patrem familias acceſſerunt, & quis eſt inimicus homo, qui malum fecit?

QVæretur qui ſunt ſerui, qui dixerunt Domino, *nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro*. Et quis eſt inimicus homo, qui fecit malum?

319. Lyra. ſua in gloſſa.

1. Responsio Lyrani ſua in gloſſa, qui ait: *ſerui iſti ſunt Patres antiqui; qui fuerunt in primitiua Eccleſia, qui admirati perfidiam hæreſis inſurgentem, ad Deum acceſſerunt per inquiſitiones, inquirentes, vnde talis perfidia oriretur, quibus fuit diuinitus reuelatum, quod erat ex Diaboli opere Deo permittente, & hoc vt ſtabilitas fidelium probetur.* Quaſi dicat, inimicus homo, qui conturbat iuſtos, Diabolus fuit & eſt, & erit, hoc permittente Deo, vt fideles plus æſtimentur.

Oratio contra hæreticos efficax.

320. Aug. de concord. Euang.

2. Responsio Auguſtini de Concord. Euang. *verum autem ſunt ſerui ipſi, quos poſtea meſſores appellat; an quia in expoſitione Parabolæ meſſores dicit Angelos. Neque quiſquam facile auſus fuerit neſciſſe quis Zizania ſuperſeminauerit.* Quaſi dicat, magis oportet intelligi homines ipſos fideles ſeruorum nomine hoc loco ſignificatos. Neque mirum ſi bonum ſemen ipſi dicuntur; ex diuerſis enim ſignificationibus, vna res diuerſas ſimilitudines recipit, ſicut Chriſtus de ſe ait, quod ſit ianua, & quod ſit Paſtor.

Angeli non ſunt meſſores.

321. Rhemig. in Cath. citat.

3. Responsio Rhemigij in Cath. citati, qui ait: *accedunt autem ad Deum ſine corpore, ſed corde, & mentis deſiderio, quo docente intelligunt Diaboli calliditate hoc eſſe factum. Vnde ſequitur, inimicus homo hoc fecit.* Quaſi dicat, ſancti in oratione admirati de perſecutionibus Eccleſiæ, & de hæreticorum Zizania, quærunt à Deo, quis tam ingentia ſcandala ſeminat? Et in reuelationibus reſpondet Deus, quod Diabolus hoc fecit, vt electi, ſicut aurum in igne tribulationum probentur.

Sancti in oratione Deum interrogant.

322. S. Hieron. in Cath. citat. Pſ. 9. n. 20.

4. Responsio Hieronymi in Cathen. citati, qui ait: *Diabolus propterea inimicus homo apellatur, quia Deus eſſe deſiit, & in Pſ. 9. ſcriptum eſt de eo, exurge Domine non confortetur homo.* Quaſi dicat, non permittit Deus, quod Diabolus præualeat aduerſus ſanctos. Sed neceſſe eſt, quod ipſi Doctores, & Prælati non dormiant, ne fortè propter ſuam negligentiam præualeat homo inimicus Zizania ſeminando.

Paſtores vigiles ſemper.

323. Chryſoſt. in Cath. S. Thomæ.

5. Responsio Chryſoſtomi in Cathen. citati qui ait, *inimicus vocatur Diabolus propter iacturam, quam infert hominibus; vexatio enim Diaboli aduerſus nos eſt; principium autem vexationis factum eſt, non ab inimicitia, quæ eſt ad nos, ſed quæ eſt ad Deum.* Quaſi dicat, odium Diaboli aduerſus homines principaliter propter Deum eſt; Et vt vindictam de eo ſumat, homines vexat.

Diabolus Deum principaliter odit & propter eum homines.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, ne fortè colligentes Zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum?

QVæretur, quare non permiſit Pater familias Zizania eradicare?

1. Responsio Chryſoſtomi in Cathen. S. Thomæ citati, *intuenda eſt ſeruorum diligentia, & dilectio; etenim feſtinant Zizania colligere, quod modo monſtrat eorum de ſemine ſollicitudinem.* Quaſi dicat; ad hoc enim miniſtri Dei malos puniendo reſpiciunt, non vt aliquis puniatur, ſed vt ſeminata non pereant. 324. Chriſoſt. in Cath. citat.

Punitio Hæreticorum iuſta.

2. Responsio D. Hieronymi cit. in Cath. Sanct. Thomæ, qui ait: *Datur enim locus pœnitentiæ; & monemus, ne cito amputemus fratrem, quia fieri poteſt, vt ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate cras reſipiſcat, & defendere incipiat veritatem. Vnde ſequitur, ne forte eradicetis ſimul & triticum.* 325. Hierony. cit. in Cath.

3. Responsio Auguſtini de quæſt. Euangel. *in hoc enim miniſtros fidei patientiſſimos, & tranquilliſſimos reddit, hoc enim dicitur, quia boni, dum adhuc infirmi ſunt, opus habent in quibuſdam malorum commixtione; ſiue vt per eos exerceantur; ſiue vt eorum comparatione magna illis exhortatio fiat, & inuitentur ad melius.* Quaſi dicat, quod multi prius zizania ſiunt, & poſtea triticum, qui niſi patienter cum malis tolerarentur, ad laudabilem mutationem non peruenirent. 326. Auguſt. de quæſt. Euãg.

Hæretici quando & quomodo puniendi ſunt.

5. Responsio noſtri Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait, *ex quo patet, quod Dominus hæreticos non vult permittere viuere abſolutè, ſed in caſu tantum, ſcilicet, quando non poſſunt ſeparari à fidelibus, niſi periculo fidelium, & hoc contingit duplici de cauſa, vna quando, non benè cognoſcuntur, neque benè diſtinguuntur à fidelibus: alia, quando habent tantos defenſores, quod ſi contra eos procedatur, maius periculum in Eccleſia probabiliter timetur, vel ſchiſmatis; vel interfectionis fidelium à fautoribus hæreticorum; Tunc enim permittendi ſunt propter maius periculum euitandum. Vbi autem non occurrunt iſta pericula ſunt ſeparandi ab Eccleſia, & iuſtitiæ ſæculari relinquendi, vt exterminentur per mortem; ne per eos totum corpus Eccleſiæ corrumpatur.* Ex quo doctiſſime ad quæſitum reſpondetur, quia nil doctius dici poteſt. 327. Lyran. ſua in Gloſſa.

Inquiſitoris Hiſpaniæ iuſtiſſimè hæreticos puniunt vſque ad conſummationem.

328.

DIFFICVLTAS VI.

Quare Paterfamilias dixit, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem?

QVæretur, quomodo relinquendi ſunt hæretici, ſi ſeparandi ſunt?

1. Responsio eſt Gloſſæ quæ ait:

Gloſſ. ordin. 1. Cor. 15. hoc videtur contrarium illi Apoſtolico 1. Cor. c. 5. *auferte malum ex vobis*, ſed ſicut inter lolium, *& triticum, quandiu herba eſt, parum diſtat. Ita monet Dominus, ne de ambiguo iudicemus, quod Dominus in die iudicij non ſuſpicioſe, ſed manifeſtè damnabit.* Quaſi dicat, quod rectè probatum eſt, ſtatim puniatur, ne creſcat malum, & ignis perfidię augeatur; cum verò dubium eſt, & occultum in cordibus Dominus iudicabit in die iudicij.

In corde multi ſunt dubitantes in fide; vt mali vero puniantur.

229. Raban. in Cath. citat. 2. Responsio Rabani in Cath. citati, qui ait; *quando ſubiungit, ſine vtraque creſcere vſque ad meſſem, commendaunt longanimitatem.* Quaſi dicat, magna patientia vti debent, qui gubernationis officio funguntur, & expectare tempus ad punitionem aptum, ne forte ſcandala oriantur.

Prudentia gubernanti neceſſaria nimis.

230. Remig. cit. in Cath. 3. Responsio Rhemigij in Cath. citati; *meſſis autem appellatur tempus metendi, per meſſem verò deſignatur dies iudicij, in quo ſeparandi ſunt boni à malis.* Quaſi dicat, boni aliquando lætabuntur, ſicut poſt meſſem agricolæ lætantur portantes manipulos ſuos ſeparatos ab ſpinis, & a zaniis impiorum qui eos ſuo malo contagio pungebant.

Agricolæ lætantur poſt meſſem.

231. Lyran. ſua in gloſſ. 4. Responsio Lyrani ſua in gloſſa. *ſinite vtraque creſcere vſque ad mundi cōſummationem, quod duobus modis intelligitur. Vno modò, quia in aliquibus caſibus ſunt permittendi, quando maiora mala timentur*, vt dixi ſupra. *Alio modo, quia quantumcumque Eccleſia hæreticos perſequatur; nunquam tamen ab eis perfectè mundabitur vſque ad finem mundi.* Quaſi dicat, quod ita hæretici creſcunt, quòd etiam ſi maxima cura habeatur ſemper creſcent, vt noſtro Hiſpano ſermone dicitur, *la mala yerba ſiempre crece.*

Hiſpan. locutio.

332. Caietan. in Euang. 5. Responsio Caietani in Euang. qui ait; *diuerſa ratio eſt exterpandi quaſdam ſpecies malorum: nam maleficos, & hæreticos exterpare debemus; quia ſcriptum eſt, maleficos non patieris viuere ſuper terram.* Quaſi dicat, homicidæ & luxurioſi, licet zizaniorum genus ſint, tamen non ſunt ex præcepto diuino eradicandi ſicut malefici.

Malefici interficiendi ſunt.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum?

Quæritur, quare primum zizania colliguntur, poſtea triticum?

1. Responsio Chryſoſtomi in Cathena Sanct. Thom. citati, *propter quid dicit, colligite primum Zizania? vt non timeant boni, quaſi ſimul cum zizaniis tollatur frumentum.* Quaſi dicat, ex illa hora iudicij omne malum, & omnis timor à corde iuſtorum tolletur, & incipiet à timore ſeparando impios, quod iuſtis erit primum, & magnum gaudium. 833. Chryſoſt. in Cath. S. Thomæ.

Iuſti à ſocietate malorum liberati lætabuntur nimis.

2. Responsio Hieronymi in Cath. citati, qui ait; *quod autem dicit zizaniorum faſciculos igni tradi, & triticum congregari in horrea, manifeſtum eſt hæreticos quoſdam, & hypocritas gehenæ ignibus concremandos; ſanctos verò, qui appellantur triticum horreis, id eſt, cæleſtibus manſionibus recipi.* Quaſi dicat, punitio malis, & præmium bonis infallibiliter eueniet. 334. Hironym. in Cath. cit.

Opera cuiuſque ſoluenda.

3. Responsio Interlinealis in gloſſa, quæ ait, *non vnum faſcem, quia pro modo peruerſitatis ſua vnuſquiſque punietur.* Quaſi dicat, non omnes impij æquali pœna ſentius punientur, ſed homicidæ cum homicidis, luxurioſi cum luxurioſis &c. 335. Interlineal. in gloſſ.

Impii in inferno quomodo ſtabunt.

4. Responsio Auguſtini de quæſt. Euang. *quæri etiam poteſt cur non vnum faſcem, aut vnum aceruum Zizaniorum fieri dixit, niſi forte propter varietatem hæreticorum, non ſolum à tritico, ſed etiam à ſe ipſis diſcrepantiū.* Quaſi dicat, diſſidia vniuſcuiuſque hæreticos, in quibus ſigillatim ſua communione diſiuncti ſunt nomine faſciculorum deſignauit, vt etiam tunc in ipſa ſint alligati ad comburendum, cum à Catholica communione ſunt ſegregati, vt combuſtio illarum ſit in fine ſæculi. Quaſi dicat, hæretici ita ſunt diſcordes interſe, & obſtrantes, in ſectis ſuis, vt corda eorum incipiant hinc comburi ira, furore, & diſcordia, & inde iudicij colligentur ad æternam combuſtionem. 336. Aug. de quæſt. Euang.

Hæretici inter ſe diſcordes intus in corde cremantur.

5. Responsio Caietani in Euang. *non dicit, comburite prius zizania*. deinde, congregate triticum; *prior enim eſt retributio bonorum, quam punitio malorum, dicente prius Rege; venite benedicti Patris mei, quam ite maledicti in ignem æternum.* Quaſi dicat; colligite, dixit Paterfamilias, non comburite; quia à retributione bonorum incipiendū eſt, vt plus mali torqueantur viſione boni amiſſi. 337. Caiet. in Euang.

Impii inuidia bonorum torquentur.

6. Responsio Lyrani noſtri ſua in gloſſa, qui ait; *quia miniſterio Angelorum ſeparabuntur mali de medio iuſtorum & mittentur in gehennam, ideo dicitur, colligitē primum Zizania.* Quaſi dicat, terribile ſpectaculum erit videre Angelos fortitudine, & opprobriis ſeparare malos à conſortio iuſtorum, & iuſtos videre vnire ſe, vt qui vnitatem amauerunt, in cæleſtibus manſionibus, in æternum maneant, vt interlinealis ait. 338. Lyran. in ſua gloſſ.

Angeli ſeparabunt malos à iuſtis.

TRAC

TRACTATVS DVODECIMVS. AD MORES.

In Cap. XIII. Matth. De Parabola Zizaniorum.

DIFFICVLTAS. VIII.

Quare Chriſtus propoſuit parabolam Zizaniorum?

QVæretur, in qua occaſione Chriſtus iſtam Parabolam prædicauit?

339. Chriſoſt. in litter. citat. 1. Responsio Chryſoſtomi in littera citati, qui ait, *quod Chriſtus verba ſancti Euangelij propoſuerat; & quia multi verbum corruptum receperunt*; ideo *parabolam Zizaniorum propoſuit*; quaſi; dicat. O quanti receperunt candidati verbum Dei, & timorati ſtatum perfectioois ingreſſi ſunt; poſtea verò verbo dininuo corruptuo prauis moribus perierunt; quia Diabolus ſuperſeminauit mala in cordibus eorum

340. Oleaſt. in Num. 25. n. 2. Tranſ. Pagn. Interrogat. Oleaſter, quare dicitur Numer. 25. n. 2. *comedit populus & adorauit Deos eorum*? Et reſpondet, quia filij Iſrael, non *contenti manna de cælo deſcendente, cum eis à Moabitis cibaria oblata eſſent, & ſeminaſſent zizania idolorum, comederunt, & adorauerunt Deos eorum*. Vnde Bernardus in Pſ. *qui habitat. Duæ ſunt*, *Societas fæminarum idola adorare facit.* *inquit, viæ*, quibus *homines facile perduntur*, via *concupiſcentiæ, & via propria indigentia, ſeu neceſſitatis*. Quaſi dicat, ſapiens conſulit non ire *Ber. in Pſ. qui habitat Pſ.* poſt concupiſceotias, & Pſalmiſta petebat inſtantiſſimè à ſuis neceſſitatibus, liberari. Neque enim Iſraelitis neceſſaria deerant; quoniam ſingulis diebus panem de cœlo miſſum manducabant. Sed quia deliciari voluerunt, *Religioſi ſingulares in cibo & potu zizania ſunt.* in peccatum graue prolapſi ſunt, & multi in Religiooe zizania ſuperſeminant inter ſubditos & fratres; quia ciborum delicias quæruot, & non ſuot contenti, cibis quibus à Deo in communitate nutriuntur; & iſti ſunt miſeri, & infelices; quia verbum Dei, quod ante ingreſſum Religioois receperuot, in ſuperioribus conſtituti, corruptum, & plenum zizaniorum conuerterunt.

341. Hieronym. in litt. citat. 2. Responsio Hieronymi in litter. citati. *Propoſuit Chriſtus, iſtam parabolam, quaſi diues Pater familias inuitatos diuerſis cibis reficiens, vt vnuſquiſque quæ ſunt placita, ſibi eligat.* Quaſi dicat: O miſera huius temporis, *verbum Dei zizaniis plenum prædicatur.* coodirio, qua verbum Dei ita prædicatur, & auditur, quod zizania, & contentio, æmulatio & detractio ita ſuperſemioata ſunt, quod triticum verbi diuini ſuffocatum & perditum maneat.

Vode ioterrogat D. Ambroſius, quare 342. Sanctus Paulus ad Philip. c. 1. n. 15. dixit: S. Ambroſ. Cod. Ep. ad Philip. 1. v. 15. *quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant*; Et reſpondet; *quia alij ex bona voluntate hoc agebant ad gloriam ſolius Dei: Alij ex charitate incitati Apoſtoli detuitione Dei; quidam vero inuidentes Apoſtolo, contentione hoc agebant; alij vero aſtutia.* Quaſi dicat, quidam optimo *Inuidioſi prædicatores mulſi. Prædicatores detractores fugiendi.* animo prædicant, & audiuntur; alij vero contentionis cauſa comparando, & æmulando vnum aduerſus aliom; alij ſemper inuidentes murmotando; alij vero (& ſunt plerique) ex aſtutia expectaotes verbum, quod procedit de ore prædicantis, vt aſtutia ſua interpretentur, & diuerſo maligno ſenſu retorqueatur, & zizania tandem totus ager impleatur, ita vt neque vllum granum tritici oriatur

Vnde Ignatius Martyr ait: alij aſtutiâ ſimu- 343. latioois Chriſtum aonuntiabant, vt poſſent S. Ignat. Martyr. in ſeditiones excitare Apoſtolo. Quaſi dicat, Epiſt. ad multi verbum Dei ſola æmulationis cauſa Philip. proponunt, vt nemini cedant in annuntiando, *Authoris* & prædicando. Quod quidem, mea ſen- *mens.* tentia, non eſt niſi zizanis ſuperſemioare. Chryſoſt. Vnde dicebat Chriſoſtomus, *iuſſus ſum præ-* ſup. citat. *dicare, etiamque rationem daturus, defenſionemque obiturus pro iſto opere.* Quaſi dicat: O quanti ratiooem reddituri ſunt de modo ſeminaodi verbum Dei, & de candidata intentione, & de zizaniis, quæ propter eorũ verba creuerunt *Prædicator* ioter auditores, ſcandalumque plus, & ma- *vt pater fa-* gis creſcens, quam triticum verbi Domini, *milias debet* quod ſuffocatum manet, cum deberent cibos *eſſe.* ſpirituales dioerſimodè offerre auditoribus, vt diues Paterfamilias qui hoſpites ad ſuam menſam inuitat.

3. Responsio eſt Abulenſ. in lit- 344. tera citati, qui ait, *quod prædixerat Chriſtus* Abul. citat. *tempus Zizaniorum futurum, quando Diabo-* in litt. *lus inter fratres diſcordias contra fidem ſuſcitaturus erat.* Quaſi dicat, attendite vobis, & vni- *Fides pura* uerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit *ſine zizaniis.* vos regere ſuam Eccleſiam, quod antequam creſcat, zizania euellantur, & quia illa ſuper

ſeminat, puniantur, ne forte tota meſſis pereat.

345. Oleaſt. in Num. cap. 25. n. 4. Tranſ. Pagn.

Vnde interrogat Oleaſter, quare præcepit Deus Principes populi ſuſpendere: *Accipe omnes Principes populi, & ſuſpendere faciem eos Domino.* Sic legit Pagninus cap. 25. n. 4. Numer? Et reſpondet, *vt intelligas attente, quantum ſit malum malo, & zizania ſeminanti non punire; quoniam propter talem negligentiam fuerunt gubernatores ſuſpenſi.* Quaſi dicat, gratiſſimum eſt Deo ſacrificium, cum puniuntur, qui zizania inter fratres ſeminant. *Vnde Barrabam Iudæi ingrati elegerunt, qui ſeditioſus erat, vt magis Chriſtum opprobriarent.* Vnde vt tradit Oleaſter, ſtudebant Gentiles, cum Dominus aliqua communi plaga caſtigaret orbem; maleficos, & zizania ſeminantes diis ſuis ingulatos, aut combuſtos offerre, tanquam ſi Reipublicæ ſcotiam à communitate eiicerent, illos placatos habituros.

Seditioſi grauiter puniuntur. Matth. cap. 21. n. 24. Oleaſter vbi ſupra. *Iudæi ſeditioſum elegerũt vt Chriſtum plus opprobriarent.*

DIFFICVLTAS IX.

Quis eſt ager iſte, & quod eſt ſemen?

QVæretur, quis eſt ager Dei, & ſemen quod ſeminatur?

346. 1. Responsio fuit D. Hieronymi cit. in litter. qui ait, *quod ager eſt orbis vniuerſus, & ſemen doctrina, & verbum Dei.* Quaſi dicat, quod quando prædicarent omni creaturæ Apoſtoli, debebant ſine ſpina verbi otioſi, neque tribuli malitioſæ & aſperæ reſponſionis, vt triticum ſalutis æternæ creſceret.

D. Hieronym. in litter. citat. *Verba aſpera vitanda ſemper.*

347. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Moyſes à Domino mitteretur ad liberandos Iſraelitas, Deo dixit Exod. 6. n. 12. *Ecce filij Iſrael non audiunt me, & quomodo audiet Pharao? Præſertim cum incircumciſus ſim labiis?* Et reſpondet; *quia licet eos incauſauerit, quod eum non audiunt, culpam tamen huius rei in caput ſuum renoit dicens ſe ex defectu ſuo non audiri, quod videlicet incircumciſis labiis ſit.* Quaſi dicat, quod vt legationes & ſermones Deo, & hominibus placeant, neque verbum vnum aliis nociuum proferendum ſit. Vnde Chryſoſtomus hom. 5. in cap. 2. Actor. Apoſt. ait illis, *qui plenos muſto Apoſtolos iudicabant: non audis Petrum dicentem* Actor 2. n. 15. *non ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Et addit Chryſoſtomus *vides, quam placida ſit excuſatio, non dixit non enim ſicut vos ſubſannatis, neque ſicut vos videtis ſed ſicut ſuſpicamini, oſtendere volens illos non dedita opera feciſſe.* Quaſi dicat magis illos ignorantiæ velamento honeſtat, quam malitiæ crimine notat.

Oleaſt. in Exod. 6. n. 12. *Culpa nulli ſed ſibi imponenda.* Chryſoſt. hom. 5. in c. 2. Act. Apoſt. Idem Sanct. *Verba honeſta dicenda.*

348. Vnde interrogat D. Hieronymus in Matth. cap. 5. n. 21. quare Chriſtus præcipit dicens, *ſi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus; hoc nõ eſt in mea poteſtate ſi frater habet aliquid aduerſum me* ego contra eum nihil habeo, & quare non vis ſuſcipere munus meum? Reſpondet *tibi Dominus*, ait Hieronymus: *male ſerue intelligo animum tuum, nihil habes contra fratrem tuum:* amas illum? *Quare ergo ſaluari eum non vis? Si amas illum, vade, roga illum, ne ille contra te habeat, vt ſaluari poſſit, mitte te ad pedes eius, & tolle.* Quaſi dicat, *zizania & tribulos animæ eius, vt verbum ſalutis creſcat in agro Dominico*, quia non ſolum verba maledicere, ſed euitare debemus aliena. Vnde Ioſeph Gen. 45. n. 5. cum fratres eum regnantem viderent, dixit eis, *ne timeatis, quod prodidiſtis me, non vos, ſed Deus huc me miſit.* Non opprobrians eos. Neque ad memoriam venditionem tradens, ne zizania inter fratres oriretur, dicentes, ego benedicebam vos (vt Ruben) alter oegaodo; Sed occaſiones & rixas omnino auferendo. Vnde Petrus Act. 2. n. 15. ait. *Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditum* (loquens de Ieſu.) Vbi Chryſoſtom. homil. 6. citata *non dixit, quem vos interemiſtis, ſed confuſè traditum appellat, deſiderans, quod verbo ſuo, nemo offenderetur, & zizania diſcordiarum inter fratres oriretur*, & verbum Dei quaſi triticum candidum, & rubicundum abſque ſpinis verborum, & zizaniis malitiæ oriretur & creſceret in cordibus eorum.

Hieronym. in Matth. cap. 5. n. 21. *Verbis ſuauiſſimis alterius iram, & rancorem placare debemus.* Gen. 45. n. 5. *Verbis mitiſſimis impij obligantur.* Act. 2. n. 15. *Offenſionis verba omnino vitanda.*

2. Responsio Interlineal. citatæ in litter. quæ ait: *bonum non ſeminat niſi bonus, qui ſemen bonæ voluntatis conatur producere.* Quaſi dicat, ſemen, quod centuplum creſcit eſt, quando, non qui ſuam voluntatem conatur facere, ſed proximi in Deum. Vnde interrogat Ambroſius lib. 3. offic. cap. vltim. Quare dixit Chriſtus *Ioann. 15. n. 24. vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis?* Et reſpondet, quia dedit illis, (ideſt, Apoſtolis) formam amicitiæ, quam ſequi debemus, quæ conſiſtit in hoc, quod amici voluntatem faciamus. Quaſi dicat, *ſi vultis innumerabiles fructus amicitiæ colligere, non veſtram, ſed alterum voluntatem facite.* Et Anſelmus Epiſt. 6. ad Monachos ait: *ad inuicem pacem & concordiam habete. Quam dilectionem ſic nutrire, & conſeruare poteritis, ſi vnuſquiſque, non vt alius ſuam, ſed vt in ſe alterius voluntatem faciat, ſtuduerit.* Quaſi dicat cum Epicteto, *vbi ego & meum eſt, eo inclinare neceſſe eſt animal.* Quaſi dicat, cum agrum Dominicum voluntatibus, & propriis rebus plenum videritis pro certo zizaniis, & ſpinis deprauatis pullulare certum eſt, & triticum bonæ voluntatis, & diuinæ operationis vacuum, & ſuffocatum perſtabit. Vnde dicebat Hugo in allegor. Golfr. *Tria ſunt, quæ pacem cohabitantium perturbant*, id eſt, *quando quis mouetur ad iram pro ſe ipſo, pro amico, & pro commodo.* Quaſi dicat, qui non habet propriam voluntatem, neque pro ſe, neque pro amico, neque pro huiuſmodi commoditate pacem animæ ſuæ perturbabit quia omnibus cedit, & Deo tantùm ſeruire conatur, & tanquam à zizaniis, vepribus, vel tribolis non ceſſat agrum ſuæ conſcientiæ expurgare, vt triticum verbi diuini quotidie creſcat.

349. Interlineal. in Gloſſ. cit. in littera. S. Ambr. lib. 3. offic. c. vlt. Ioan. 15. n. 24. *Voluntas propria ſpinas producit.* Anſelm ep. 6. ad Monachos. *Qui caret propria voluntate perfectus eſt.* Hugo in allegor. Golfr. *Ira amici, & commoditas propria pacẽ conturbans.*

* * *

DIFFI

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod dormientibus hominibus venit inimicus homo?

QVæretur, quare venit inimicus homo venit dormieutibus hominibua, & ſuperleminauit aizania?

350. Chryſoſt. in litt. citat.

1. Rasponsio fuit Chryſoſtomi in littera citati, *quòd modus inſidiarum Diaboli oſtenditur, quia error poſt veritatem exitit, & exitus acta probant.* Quaſi dicat, vix purum granum tritici verbi diuini ſeminauit Chriſtus: cum zizania luxuriarum hæretici ſuperſemioauerunt, Diabolo inſtigante. Vnde Hierooymus in cap. 1. Ioëlis ait: *difficile eſſet inuenire hæreticum caſtum.* Quaſi dicat, quod volnptates carnales, & viueodi licentia hæreſum cauſæ ſunt, & errorum origo. Vnde Epiphanius hæreſi 25. ait, quòd Nicolaus *ordinatus iam Diaconus, cum ab vxore, quam pulchram habebat ſeſe continuiſſet; poſtea tamen à concupiſcentia ſuperatus ad eam iterum, velut canis ad vomitum rediit. Cumque hac de cauſa ab Apoſtolis reprehenderetur turpem hæreſim excogitauit, neceſſarium aſſerens ad ſalutem libidini operam dare, aſſerens neceſſarium, quod ſibi voluptuoſum erat.* Vnde Tertulliaous ait lib. de pudicitia cap. 5. *Suggeſtum & pompam aſpicio Mœchia. Hinc ducatum idololatria antecedentis, illinc comitatum homicidij inſequentis.* Quaſi dicat, idololatria poſt ſe omnes luxurioſos hæreticos transfert; quia ioimicus homo, vt veritatem verbi diuini obſcuret, & granum purum ſeminatum ziaaniis repleat, nullus inſidiarum modus facilior, quàm libido, vt videre eſt in Lutheranis, Caluiniſtis, & ſequacibus huius noſtri ſæculi. Vnde ſemper contra inimicum dormire non oportet, ſed vomere iugis laboris, & exercitij ſcindenda eſt terra noſtra, ne zizaoia oriantur, & triticum fidei ſuffocetur: nam teſte Ouidio lib. 5. de triſtibus.

Luxuria omnes hæretici repleti.

Hieronym. in c. 1. Ioëlis.

Epiphan. hær. 25. Nicolaitarum error.

Tertull. lib. de pudic. c. 5.

Libido contagioſa peſtis

Ouid. lib. 5. de Triſtib.

Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

351. Auguſt. in litter. citat.

2. Responsso eſt Auguſtini citati in littera, qui ait, *quia cum negligenter agerent Præpoſiti Eccleſiæ, Diabolus ſuperſeminauit malos filios.* Quaſi dicat, auaritia, & muoera oblata propter dignitates aſſequeodas dormire facit Præpoſitos, & innumerabilia ſcandala, quaſi dormientes tacent, & Diabolus zizaniorum filios introducit in dignitatibus.

Auaritia eſt cauſa zizaniorum in Eccleſia Dei

352. Oleaſt. in Num. 26. n. 62. Tranſ. Pagn.

Vnde interrogat Oleaſter, quare filiis Aaron, Nadab, & Abiu cùm cæteris *non data eſt hæreditas inter filios Iſrael*, vt Pagn. legit, vel vt noſtra vnlgata, *non ſunt recenſiti inter filios Iſrael?* Et reſpondet, *cum textu quia mortui ſunt, cum obtuliſſent ignem alienum coram Domino Numer. 16. n. 61.* Quaſi dicat, ſacerdotes, & mioiſtri, quos auaritia taxauit, qui inhiant temporalibus lucris, prædia & ſæculares ambiunt honores, quomodo inter filios Dei enumerabuntur? Quomodo qui munera, & innumerabilia dona auri, & argenti Potentatibus offerunt, vt promoueantur ad dignitates ſubitanea morte noo peribunt? Quomodo dum telas aranearum texere inhiant, & ordiri non ceſſant, citò ab omnipoteoti Deo non ſuccidentur? Quomodo morte æterna non dormient, qui cum vigiles eſſe debeant ſuper gregem ſuum dormientes, ioimico Diabolo zizania, & ſcandala, ſuperſeminare ſinunt & non contradicuot. Vaca ergo Deo, ô Sacerdos, & miniſter, ne timeas iudigentiam nonne ampliſſimam Dei hæreditatem habes? Quid aliam, & aliam vis habere, ſi nunquam dignitatibus, & Prælaturis appetitum ſatias.

Num. 16. n. 62.

Prælati ambitioſi inter filios Dei non numerabuntur.

Ambitioſi nunquam ſatiantur.

353. *Auſtoris ſent.*

3. Responsio ſit; quod inimicus homo (id eſt, Diabolus) triticum, ideſt, verbum Dei non coopertum, ipſe ſicut auis rapax deſcendit, & comedit. Quaſi dicat, quod opera virtutis non ſolidata ſed vanitate operata, cito euaneſcuot, & perduntur. Vude Ambroſ. lib. 1. offic. c. 30. *Perfecta autem eſt liberalitas, vbi ſilentio quis tegit opus ſuum, & neceſſitati ſingulorum occultè ſubuenit.* Quaſi dicat, ſi non vis perdere opus & laborem tege quidqoid boni feceris. Hinc *Theogenes dicebat; ſi bene agis bene tibi ſit, quid præconia quæris.*

Dæmon auis rapax cur dicitur.

Ambr. lib. 1. offic. c. 30.

Theogenes

354. Ambr. lib. 3. de virginib. Lucæ 4. n. 42.

Vnde quærit Sanctus Ambroſius lib. 3. de virginibus quare Lucæ 4. n. 42. *de Chriſto Domino dicitur; facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum, & turbæ requirebant eum. Nunquid abſcondebat ſe Chriſtus, vt fauores præſle & labore æſtimarentur?* vel ſicut potentes miniſtri audientias *& petitiones miſerorum*, fugiebat, *& faſtidium illorum oſtentabat?* Abſit. Nam Lucas Euangeliſta cap. 19. n. 10. ait; *quod amore pauperum deſcendit de cœlo, vt quæreret, & ſaluum faceret quod perierat.* Ad hoc reſpondet Ambroſius loco citato; *non enim ſanandorum copiam ſed iactantiam declinabat.* Quaſi diceret, obſcura quæque & ſeparata loca Chriſtus quærebat, vt nos doceret noſtra opera virtutis tacendo ſolidare; quia zizania vanitatis in ipſo opere bono, & in actione virtutis ſeminat inimicus homo vt triticum ſuffocet, & non creſcat.

Principes faſtidiuntur de querũque

Lucæ cap. 19. n. 10.

Ambr. citat.

In actione virtutis vana gloria introducitur

DIFFICVLTAS XI.

Qui ſunt ſerui, & quis eſt inimicus homo?

QVæretur, qui ſont ſerui, qui acceſſerunt ad Patremfamilias conquerentes?

355. Lyranus ſup. in Gloſſa.

1. Responsio fuit Lyrani citati in littera. *Patres inquit, ſunt antiqui, qui orationibus ſuis conqueruntur ante tribunal Dei de zizaniis hæreticorum in orbem triticum ſuffocantium.* Quaſi dicat, etiam ſanctiſſimi viri nimis afflicti ad orationem debent recurrere, quia nunquam ſine conſolatione expediuntur.

Sancti P.P. hæreticorum gladius.

Oleaſter.

356. Num. 27. n. 12.

Vnde ioterrogat Oleaſter, quare Dominus dixit Moyſi *Numer. 27. n. 12. aſcende in montem iſtum, & vide terram?* Et reſpoodet, *quia*

Tranſ. Pag. *etſi terram promiſſionis ingreſſurus non erat Moyſes, tamen non potuit pietas illa ineffabilis ſeruum ſuum orantem ſine conſolatione permittere mori.* Quaſi dicat, ſi non eſt poſſeſſurus Moyſes terram, videat, & conſoletur, quia orauit coram me. Et addit: *expende ſancti viri mentem, & quomodo in omnibus Deo ſe conformat, non lachrymatur, non ſuſpirat, neque querelas dat Deo, eo quod Iordanem non tranſiturus erat, non exponit vita laborem, non miniſterium quadraginta annorum. Sed tantum pro populo, & bono communi orat, vt inter idololatras non miſceatur.* Quaſi dicat, quid facitis, qui viz ad horam ſeruitis Deo, & ipſum *iniuſtum vocatis, ſi non omnia quæ orantes petitis, & deſideratis conferat? Et forſitan ſi optata daret, & impetrata conſequerentur, in præcipitium caderetis.* Primum ergo petite *& quærite Regnum Dei*, & pro hæreticorum extirpatione orate, tanquam zizania nociua, *& hæc omnia adiicientur vobis*, & ab oratione ſine conſolatione non recedetis vt Sancti Patres comprobant.

Ab oratione nullus ſine conſolatione recedit.

Oratio pro extirpatione hæreticorum nimis accepta Deo. Matthæi. 6. n. 33.

357. 2. Responsio eſt Auguſtini in litter. citati, qui ait homines, *qui ad Patrem familias conquerentes accedunt non ſunt Angeli, qui non ignorant quos zizania superſeminant ſed ſunt boni Zelatores homines, qui de perditione legis, & eius obſeruatione lachrymantur ante tribunal Dei.* Quaſi dicat vſquequo Domine gloriabuntur impij in iniquitatibus ſuis vſquequo potentes in malitia ſua laudabuntur? & zelotes, & iuſti confundentur? Quibus reſpondet Sanctus Chryſoſtomus hom. 6. in cap. 2. Matth. *Conſolamini, & ſcitote, quod non ita peccantes auerſatur Deus, quam eos, qui poſt peccata ſeueri ſunt.* Quaſi dicat: *Væ illis, qui ante peccata, de eiſdem perpetrandis cogitant, & loquuntur, & poſtquam ſicut adipe iniquitate repleti ſunt, laudantur in deſiderijs animæ ſuæ conſecutis.*

Aug. citat. in littera. *Zelantes diuinam legem amabiles ante Deum.*

Chryſoſt. hom. 6. in c. 2. Matth. *Peccantes, & de peccato glorianter Deum prouocant.*

358. Vnde interrogat Sanctus Hieronymus, *quando peccatum & malitia Diſcipuli proditoris, & traditoris plus dolorem ſui Magiſtri auxit, & penetrauit?* Et reſpondet *cum omnes audita traditione futura à Chriſto, dixerunt, nunquid ego ſum Domine?* Matth. 26. n. 26. Et rationem Sanctus Doctor dedit, *quia cæteris contriſtatis, & retrahentibus manus & interdicentibus cibis ori ſuo, temeritate & impudentia qua proditurus erat, manum cum Magiſtro mittebat in paroxidem.* Quaſi dicat, ô mira Dei patientia, quæ impios peccatores impudenter viuentes, inter iuſtos, & zelo Dei timoratos, ita permittit viuere; quod iuſti, & ſancti non audeant loqui, & ipſi alacriter rident, cum recti viri fatigabiliter lachrymantur videndo agrum Dominicum zizaniis innumerabilibus pullulare, & triticum tantæ Doctrinæ ſpinis ſuffocari.

D. Hieronym. in c. 26. Matth.

Impij rident de quo iuſti lachrymantur.

359. 3. Responsio D. Hieronymi in littera citati, *Diabolus homo inimicus appellatur, quia deſiit eſſe Deus & factus eſt homo inimicus omnium. Et Dauid deprecabatur, quod talis homo non præualeret.* Quaſi dicat, inuidia Diaboli circa hominem talis eſt; vt plus illa quam igne ſulfureo inferni torqueatur. Vnde Ambroſ. lib. 2. offic. c. 30. ait: *inter improbum & inuidum hoc intereſt.* Quod improbus ſuo delectatur bono *inuidus torquetur alieno.* Quaſi dicat, ille diligit mala; hic bona odit, vt prope tolerabilior ſit, qui ſibi vult bene, quam male omnibus. Vnde Gregorius lib. 5. moral. loquens de inimico iſto homine, & de principali zizania, quam ſuperſeminat in vniuerſum mundum ait: *quamuis per omne vitium, quod perpetratur humano cordi, antiqui hoſtis virus infigitur; in hac tamen* (id eſt inuidia) *tota ſua viſcera ſerpens concutit, & imprimenda malitia peſtem mouet.* Quaſi dicat, inimicus homo volens participes fieri omnes homines ſui tormenti, infatigabiliter conatur ſua zizania inuidiæ inter Domeſticos Dei ſuperſeminare, vt triticum Euangelicæ fidei extinguatur, & non creſcat.

S. Hieronymus in littera citat. *Diabolus Deus deſiit eſſe inuidia torquetur Diabolus.* S. Ambroſ lib. 2. offic. c. 30.

Inuidus bono torquetur. Gregor. lib. 5. moral.

Inuidia peſtis contagioſa.

Vnde dicebat Chryſoſtomus hom. 44. ad 360.
Popul. *Inuidi peiores ſunt feris, Dæmonibus autem pares.* Quaſi dicat, eiſdem cruciatibus cremantur Diabolus, & inuidus. *Et addit, inuidi beneficiis allecti benemerites maleficiis perſecuti ſunt.* Quaſi dicat noſtro Hiſpano idiomate: *el inuidioſo conlas beneficios de quien inuidia, ſe abraſſamas.* Et proſequitur Chriſoſtomus. *Dæmones, licet contra nos bellum exerceant, impacatum conſortibus tamen non inſidiantur. Vnde Iudæis Chriſtus concluſit, cum eum in Belzebut eiicere Dæmonia calumniarentur; inuidi vero, neque naturæ communionem reueriti ſunt, neque ſibi pepercerunt.* Quaſi dicat, inimicus homo Dæmon; contra Dæmones non armatur quia ſunt eiuſdem naturæ; Et ſic Chriſtus probauit, quod ipſe non poterat contradicere, & eiicere Dæmones à corporibus hominum; at vero inuidus zizaniis omnem agrum vniuerſi orbis vult conturbare, & omnibus nocere, & ſibi ipſi, quia cum videt, quod nihil proſſunt zizania contra granum purum ſanctæ Doctrinæ, ipſe ſuis dentibus laceratur. Ideo Dæmon cum contra Deum non poteſt præualere, contra eius imaginem zizania ſuperſeminat ſemper in Eccleſia.

Chryſoſt. hom. 44. ad pop. *Inuidi peiores feris.* *Hiſpana locutio.*

Chryſoſt. citat.

Lucæ cap. 11. n. 33.

Inuidus ſibi plus nocet.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, ſinite, ne forte eradicetis, & triticum?

QVæretur, quare Paterfamilias dixit: ne fortè colligentes zizania eradicetis & triticum?

1. Responsio fuit Chryſoſtomi ci- 361.
tati in littera, qui ait: *intuenda eſt ſeruorum diligentia & dilectio, etenim feſtinant zizania colligere, ne ſemen perdatur.* Quaſi dicat, diligit Dominus ſeruos in ſuo ſeruitio feruentes, & diligentes.

Chryſoſt. citat in litter.

Diligentia pretioſa eſt apud Deum.

Vnde interrogat Caietanus, quare dicitur Actor. 2. n. 2. *factus eſt de cælo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis?* Et reſpondet, *quia re vera ventus erat, qui ſonum faciebat. Etſi iterum* interroges, cur ventus aſſumitur à ſpiritu ſancto in miniſterium dum deſcendit ſuper Apoſtolos? Reſpondet quia teſte Geminiano lib. 1. de exemplis cap. 73. *ventus inter omnia ſenſibilia velociſſimus eſt, nulloque obſtaculo poteſt retineri.* Quaſi dicat, venit ſpiritus ſanctus in igne, & in ſpiritu vehementi, vt ſuos

Caietan. in act. 2. n. 2.

Sonus à vento formatur.

Geminian. lib. 1. de exemp. c. 73.

ſuos ardentes redderet in charitate omnium geotium, & in vento veloce; faceret ad zizania colligenda, quæ inimicus homo ſuperſeminaturus erat citò poſt promulgationem Euangelij. Et Beda ait: *hoc quod exterius expreſſit, hoc interius geſſit.* Vnde vt infra diximus ex Ambroſio; quia neſcit *Spiritus ſancti gratia tarda molimina ſeruorum ſuorum.*

Beda in Acta Apoſt. Ambr. ſup. citat.

362. Vnde idem ſanctus in Luc 10. n. 4. interrogat, cur Christus Dominus dixit Diſcipulis ſuis, *neminem per viam ſalutaueritis*, vrbanitatem politicam, & Christianam prohibet Dominus: non ſalutationem itinerantibus poteſt prohiberi vt ſcandalizentur prætereuntibus? Et reſpondet; *Pulchra eſt ſalutatio, ſed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinorum, quæ per moram ſæpe trahit offenſam.* Quaſi dicat, tantum diligit Deus ſeruos ſuos diligentes, vt per exaggerationem, neque ſalutationem vult, vt iterantibus non retribuant ſi ad diligentiam de zizaniis auferendis obſtaculum minimum trahant, quia quàm citius, & ſine mora ocius ſpinas, quæ triticum impediunt debemus eradicare. Hinc Bernardus ſerm. 2. de Sancto Andrea; non ceſſat laudare Apoſtolos qui nihil diiudicantes; aut hæſitantes non ſolliciti, vnde viuerent, quomodo rudes homines prædicarent, diligentiſſime Christum ſequuti ſunt relictis retibus; quæ illis zizania poſſent eſſe, & impedimenta ad ſuffocandum triticum verbi diuini ſeminatum & radicatum in cordibus ſuis.

Idem ſup. in Luc. 10. c. 4. *Non ſalutatio, ſed retardatio prohibetur.* *Diligentia mater eſt miſeriorum.* S. Bern. ſerm. 2. *Verbum diuinum fortiter radicatur in cordibus.*

363. 2. Responsio D. Hieronymi citati in litter. *Datur enim locus pænitentiæ, & monemur, ne citò amputemus fratrem, quia qui hodie prauus eſt, cras bonus erit.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 28. n. 9. præcepit Deus ſummo ſacerdoti Aaron dicẽs, *accipe duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael?* Et reſpondet, *audiant hoc Prælati, & ſacerdotes quali animo, & honore ferre oues ſuas debeant, cum nomina filiorum Iſrael, qui crimẽ idololatriæ in deſerto commiſerunt, in pretioſis lapidibus ſculpta, & ſuper humeros ſuos iubet portare.* Quaſi dicat; audiant, quid Paſtor ille Euangelicus perditæ ex grege fecerit oui, ſuper humeros ſuos (inquit) impoſuit, gaudens, & vicinos conuocauit ad honorandam ouem perditam Lucæ 15.

Hieronym. cit. in litter. Oleaſt. in Exod. 28. n. 9. Tranſ. Pagn. *Ingens peccator in pretioſum lapidem tranſmutatur.*

364. Hinc interrogat Ambroſius in cap. 15. Lucæ n. 22. *Quare filium prodigum, & perditum, iam pœnitentem redeuntem pater eius dedit illi ſtolam, & annulum in manu eius?* Et reſpondet, annulum, qui in digito *inſeritur eſſe ſignaculum, quo cordis interiora ſignentur imo & coronentur.* Quaſi dicat, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicit, imo coronatur, & honoratur; quia multi, qui hodie ſunt impij, cras ſanctiſſimi eſſe poſſunt. Ideo dicit Hieronymus, quòd zizania noluit Paterfamilias eradicare, ne fratrem peccatorem amputaremus; ſed daretur locus pœnitentiæ.

Ambroſ. in Luc 15. n 22. *Annulus corona cordis.* Pſal. 50. Hieronym. citat.

365. 3. Responsio Sancti Auguſtini, qui in litteta citat. ait, *vt miniſtros fidei patientiſſimos reddat, quia boni cum infirmi ſunt, opus habent malorum commixtione, vt per illos exerceantur &c.* Quaſi dicat, patientia victoriam de omnibus reportare certa eſt. Vnde interrogat Sanctus Bernardus lib. de gradib. humilitatis, quæ eſt illa virtus, quam Christus habuit, & tantopere Apoſtolus deſiderabat, cum dicebat 1. Cor. 12. n. 9. *libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti?* Et reſpondet: *humilitatem Chriſtus Dominus ſic peculiariter vindicauit ſibi, vt virtus eius dici poſſit, & tanta abundauit patientia, vt gloriari faciat Apoſtolum in infirmitatibus, & laboribus.* Quaſi dicat humilitas per patientiam victoriam omnium laborum reportat. Et Chryſoſtom. hom. 35. ait: *Deus ſibi tales vires conceſſit, vt non concertatione manuum ſed patientia vincat.* Quaſi dicat, non exiens in prælium viciſti, non colluctando coronatus es, quia patientia tua multo fortior; & potentior aduerſario eſt. Et Bernard. Epiſt. 87. *Si non pateris humiliari, neque ad humilitatem prouehi, & cum humilis infra omnes ſis, neceſſario patientiſſimus eris.* Quaſi dicat quòd te plus omnibus humilias, plus te vilipendunt omnes, & tunc patientia reportat victoriam; quia vt Sanctus Zenon ait *patientia impaſſibiles facit;* & ideo inter zizania exercentur, quia boni malis *ſociantur; vt per illos exerceantur, vt Auguſtinus ait.*

S. Auguſt. in litter. citat. *Mali ſanctis miſcentur, & quare.* Bern. lib. de Grad. humilitat. 1. Cor. 12. n. 9. *Patientia victoria eſt laborum.* Chryſoſt. hom. 35. S. Ber. ep. 87. S. Zenon cit. Auguſt. in litter.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Paterfamilias dixit ſinite vtraque creſcere?

QVæritur, quare tanto periculo tritici zizania creſcere permittitur?

366. 1. Responsio fuit Gloſſæ in littera citatæ, quæ ait: *monet Dominus ne, de ambiguo iudicemus.* Quaſi dicat in proprijs ſemper debere ſacerdotes indigniſſimè iudicari; de alienis verè non temere iudicare. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 29. præcipiebat Deus ſacerdoti, dicens, *tolle iuuencum vnum filium bouis, & offer pro te?* Et reſpondet, *quia à ſacrificio pro ſacerdotis peccato incipit præparatio ſacerdotis; quoniam ad miniſtrandum prima ſacerdotis conſideratio debet eſſe cogitare ſe peccatorem, & indigere ſpatioſo; & rigoroſo examine ſuæ conſcientiæ;* ideo quaſi *iuuencus ferox ſit contra ſe; & quaſi filius bouis ſit in ſpatioſo, & manſueto iudicio contra reliquos.* Quaſi dicat iudicando ſint homines imitatores Dei, qui punitiones & flagitia impiorum detinet, & quaſi de ambiguo iudicat; quia nullus eſt tam malus, in quo aliquid boni non reperiatur.

Gloſſ. ordin. in litt. citat. Oleaſt. in Exod 29. n. 1. Tranſ. Pagn. *Examen conſcientiæ quomodò.*

367. Vnde interrogat Sanctus Chryſoſtomus hom. 3. de Lazaro tom. 3. quare dixit Abraham, diuiti auaro, *fili recordare quod recepiſti bona in vita tua. Lucæ 16. n. 25.* Quid igitur? *Et reſpondet. Hinc diſcimus, quod etiam ſi qui ſint ſcelerati ad extremam improbitatis lineam deuecti, tamen frequenter vnum aliquod beneficium ſunt operati.* Quaſi dicat, ideo dixit Abraham, recordare, quod recepiſti, & non dixit cepiſti quaſi iure illi competerent aliqua bona quæ recepit; & illi iure deberentur, & non celeriter, ſed leniter iudicabatur?

Chryſoſt. hom. 3. de Lazaro tom. 3. Lucæ cap. 16. n. 25. *Mali aliquid bonum morale operantur. Iudicium non accelerasum.*

368. Hinc D. Ambroſ. lib. 2. de Abel. & Cain, cap. 10. Interrogat; cur Caino dixit Deus mortem deſideranti *nequaquam, ſed omnis, qui*

Ambroſ. lib. 2. de Abel, & Cain. c. 10.

 occiderit

Cain c. 10. Gen. c. 4. n. 14.

occideris Cain ſeptuplum punietur Geneſ. 4. n. 14. Et reſpondet, *quia diuina ſententia prouidentia huiuſmodi eſt, vt magnanimitatem, & patientiam doceret iudices, ne quis praproperè raperetur ſtudio vindictæ, & ipſe deliberationis immaturitate iudicaret in noxiam, aut pœnam acerbaret irati.* Quaſi dicat, timeant Chriſtiani, & præcipuè potentes, & Prælati zelo vindictæ de ambiguo iudicare de proximorum defectibus.

Temerarium iudicium fugiendum.

369\. Chryſoſt. hom. 42. in Gen. 18. n. 2. *Iudicium maturum ipſe Deus obſeruat.* Chryſoſt. cit.

S. Chryſoſtomus hom. 42. in Geneſ. interrogat, quare Gen. 18. n. 2. dicitur, *deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita?* O bone Deus ad quid vis deſcendere & videre, quid tu ipſe ab æterno, & in tempore iam vidiſti, quod ita ſit. Nunquid indiges teſtibus, & probatione ad ſententiam proferendam contra nefandos Sodomitas. Et reſpondet *Praclarus Doctor: docere nos vult Deus, quod opus ſit magna diligentia & non auditu ſolo peccatores condemnandi ſunt. Neque iudicium temerarium pracedat niſi probatio pracedat.* Et Ambroſius *explicans illa verba deſcendam, & videbo,* vt ſciam &c. addit Geneſ. 18. n. 21. *etiam, tu deſcende, cum cura deſcende indaginis ſtudio, nequid ſit, quod fallat, aut lateat abſentem, vt oculis facinus deprehendas.* Quaſi dicat: O temerarij, & impij homines, qui temerario iudicio de ambiguo iudicatis, & vix defectum libidinis proximi audiſtis, quando pro certo creditis, neque ſi nobilitas labefactatur ex ore alicuius blaſphemi, ſtatim ſine dubio fidem ad labem & infamiam datis. Quia vt Rupertus ait: *Hac eſt amaritudo rixantium vt ſemper è vicino rapiat, quod noxium eſt ad augendum contemptum.* Ideo zizania Pater familias prohibet euellere, ne forte ex ambiguo triticum eradicetur.

Ambroſ. in Gen. citat. Gen. 18. n. 21.

Rupert. in Exod. citat.

370\. Rabban. cit. in litter. *Longanimitas in ſuperioribus neceſſaria.* Oleaſt. in Exod. 29. n. 22. Tranſl. Pagn. Hebræi Doctores Deut. 32. n. 15.

2\. Responsio Rabbani citati in littera, qui ait: *ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, in quo oſtendit longanimitatem & patientiam in gubernatoribus, & ſuperioribus ad infirmitates & miſerias ſubditorum perferendas.* Vnde interrogat Oleaſter. Quare præcepit Deus Exod. 29. n. 22. dicens, *tollet ab ariete adipem & caudam.* Et reſpondet, *quod Hebræi annotant Dominum pro ſacrificio ſuo noluiſſe animal infirmum, aut quod teſticulis priuatus eſſet, & ſic requirebat renes, qui concupiſcentia prima ſunt officina, & volebat hepar, quod roborat libidinem & adipes, qui effrenem faciunt concupiſcentiam, iuxta illud Deut. 32. n. 15. impinguatus eſt Iſrael, & recalcitrauit.* Quæ omnia Dominus vult in ſuo ſacrificio, non quod illum renes delectent; ſed quod hæc ſint mortificanda, & conſideranda in ſe, vt poſſint compati larga longanimitate de infirmitatibus miſerorum, qui non tanto igne Spiritus Sancti inflammantur vt Deo omnia in ſacrificium offerant, & hac longanimitate ſpiritus debent eſſe præditi ſuperiores; ideo prohibuit zizania euelli vt ſuam prudentiam oſtentaret.

371\. Caiet. in litt. citat. *Malefici necandi ſunt.*

3\. Responsio Caietani in littera citat. qui ait, *diuerſa eſt ratio extirpandi quaſdam ſpecies malorum: nam maleficos extirpare debemus.* Quaſi dicat, quis horrenda talia audit, & ſpecies maleficorum non accuſat coram ſacris inquiſitoribus, cum ſcriptū ſit, *maleficos non patieris viuere ſuper terram?* Quaſi dicat, ingens periculum inſtat his, qui cum maleficis conuerſantur; quia propter libidinem aſſequendam cum Dæmonibus loquuntur. Vnde Cyrillus Alexandrinus, in cap. 5. Ioann. ait. *noluit enim Dominus populum ſuum alienigenis gentibus commiſceri, ne eorum vitiis adhærens contaminaretur.*

Fœmina ſuperſtitionibus vtuntur. Exod. 12. c.

Vnde interrogat Abulenſ. quare Deut. 28. n. 68. præcepit Deus populo ſuo dicens, *reducet te Dominus claſſibus in Aegyptum per viam, de qua dixi tibi, vt eam amplius non videres.* Et reſpondet, *quia voluit Deus omne conſortium abolere cum Ægyptiis præſertim cum fœminis, quæ vſque hodie,* & mendaces & fictæ Ægyptiæ maleficiis, & ſuperſtitionibus vtuntur, & impudicos viros & fœminas variis inuentionibus & mendaciis, Dæmoniorum inuocationibus fallant, & omnes ſunt ſpecies maleficiorum, & debent puniri, & inquiſitoribus denuntiari, & nos ab illis ſeparari, ne fortè cum illis puniamur à Deo, *quia vt in Gen. 9. n. 12.* dicitur Angeli dixerunt Loth. cum flagellum Dei veniebat ſuper illam Regionem, *omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac; delebimus enim locum iſtum.* Et Numer. 17. n. 26. dixit Moyſes, *ſeparamini de medio congregationis huius, vt eos repente diſperdam.* Quaſi dicat, ſpecies quędam ſunt peccatorum, quæ ſtatim eradicandæ ſunt & ab impiis conſortiis ſeparandæ; quia periculum eſt in mora per contagium maleficorum, & de his non loquitur Chriſtus cum dicit, ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, ſed de aliis vt ſupra diximus

372\. Abul. in Deut. 28. n. 67.

Ægyptiæ fictæ quæ in Hiſpania verſantur, maleficiis vtuntur.

Gen. 9. n. 12.

Num. 17. n. 26.

Malefici, & hæretici, zizania eradicanda.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos?

QVæretur, quare primum zizania colliguntur, & alligantur?

1\. Responsio Chryſoſtomi in littera citati, *vt iuſti timorem amittant de conſortio malorum.* Quaſi dicat, dies, & hora venit quando paruuli, & qui timent potentiam ſuperiorum poteſtatum alacriter dimittant. Vnde Bernardus de triplici cohærent vinculorum ait, *eſt qui clauis configitur Domino maieſtatis, quem timor Dei ligat, qui non expaueſcit ad vultum hominis.* Quaſi, dicat, in illa die, quando iuſti videbunt faſciculos malorum ligate, iam non timebunt vultum ſuperborum, imò illi timebunt iuſtos præ confuſione proſpicere. Vnde Leo Papa ſer. 7. de Epiphania dicebat, *hæc ſola cauſa ſanctis eſt tremendi & timendi, ne in ipſis operibus pietatis elati opere gratia, & vexilli diuini deſerantur.* Quaſi dicat, iuſti commixti inter zizania peccatorum apparituri ſunt in die iudicij, & tunc timore & triſtitia tremefacti nimis affligentur, ne fortè inter ſuperbos poſiti ſint; quia ex eorum conſortio elationem, & ſuperbiam in

373\. Chryſoſt. in litter. cit.

Ber. ſer. de triplici cohærent. vincul.

Paruuli & humiles timent videre ſuperbos potentes.

S. Leo ſer. 7. de Epiphan.

Iuſti inter impios nimis ſtupefacti,

ſuis

ſuis bonis operibus inueniat Dominus. Sed ideo lætabuntur ineffabiliter, cum videbunt Angelos faſciculos malorum alligare.

374. Vnde Auguſtinus in Pſ.149. hunc timorem iuſtorum, *ferrea vincula appellat, & cum expulſus fuerit à cordibus eorum aurea vincula vocat. Vincula ſunt, quandiu timent*, inquit Auguſtinus, *amant, & aurea erunt.* Quaſi dicat amor in illa hora expellit timorem malorum, quia iuſti conſiderant ſe, *ſicut aceruum tritici vallatum liliis*, & ſeparatum à paleis impiorũ. & ad propoſitum dixit Chryſoſtomus hom.1. de verb. Iſai. *vidi Dominum &c. præceptorum diuinorum impletio gaudium gignere ſolet in animo virtutem exercentis.* Quaſi dicat, tunc gaudium noſtrum impletum erit, quando depoſito metu, & tremore lætitia geſtiemus, & diſſoluemur. Quod mirabiliter eueniet, quando videbunt iuſti Angelos faſciculos impiorum alligare ad comburendum, & illos relinquere ſeparatos à ſocietate eorum.

August. in Pſ.149.
Cant. cap.7. n.1.
S. Chryſoſt. hom. 1. de verb. Iſai vidi Dominum.
Gaudium ineffabile malos non videre.

375. 2. Responsio eſt Interlinealis in litter. citat. *quæ ait, non vnum faſcem, quia pro modo diuerſitatis ſuæ vnuſquiſque punietur.* Quaſi dicat, nemo fallatur, nemo dubitet, quod qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus, & omnes ad menſuram reddituri ſunt de factis ſtrictam rationem.

Interlin. in litter. citat.

376. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod.30. præcipiebat Deus dicens: *facies concham æneam, quam pones inter tabernaculum & altare?* Et reſpondet, *adumbrat locus iſte examen, quod quiſque facere tenetur.* Et addit, *ſpecula mandabat Deus poni iuxta fontem aquæ, vt conſideres, quod ſpecula tua mandata ſunt Dei.* Hinc Dauid dicebat, *tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis, vt aduertas bene non ſat eſſe, vt ad vnum, vel ad alterum reſpiciens te præceptum componat; opus eſt enim omnia proſpicere, & conformiter ad cuncta adaptare; quia vnuſquiſque iudicabitur, & punietur, pro diuerſitate culparum ſuarum.* Hinc de retributione iuſtorum dicebat Cyprianus in exhort. ad martyr. c. 10. *In ipſo magis bello ſpem iuſtorum conſiſtere.* Quaſi dicat, ſperant iuſti coronam iuſtitiæ ſibi repoſitam ex inſpectione, & punitione malorum. Et Ambroſ. ſerm.19. *iuſtus ſemper ſperat, & in aduerſis poſitus, & frequentibus afflictus ærumnis deſperare nouit* (& addit ad propoſitum) *ſed quo grauiora tolerauit magis ſperat, & ſperandi ſumit profectum.* Quaſi dicat, ſi pro modo diuerſitatis vnuſquiſque puniendus eſt, iuſtus quo plus videt zizaniorum manipulos alligare magis ſperat in miſericordia Dei, & meritorum ſuorum menſura, quia tunc reddet iudex vnicuique ſecundum opera ſua.

Oleaſt. in Exod. 30. n. 18.
Tranſ.Pagn.
Pſ. 118. n. 6.
Specula ante templum ponebantur.
Cyprian. in exhort. ad martyr.
Ambr. ſer.19
Spes iuſtorum creſcit, quò plus punitio ad malos extenditur.

377. 5. Responsio Auguſt. in litter. citati. *non dicit vnum faſcem, aut vnum aceruum Zizaniorum propter ſeparationem, & varietatem hæreticorum, non ſolum à tritico, ſed à ſemetipſis.* Quaſi dicat veritas noſtræ fidei conſtat ex vnitate fidelium; falſitas vero hæreticorum ex ipſiſmet ſectis, & opinionibus; quia vxor contra maritum, & filij contra Patrem diſſecantur cordibus ſuis, & vnus aduerſus alterum ſtridet dentibus, & multoties occiduntur.

Auguſt. in litter. citat.
Hæretici Pater & filius prœliantur vnus contra alium.

378. Vnde interrogat Oleaſter, quare præcepit Deus Abrahæ exire de terra ſua *Gen.* 12. *n.* 1. Et reſpondet; *quia conſanguinei ſi infideles ſunt, relinquendi ſunt; quia pro conſanguineis infidelibus derelinquendis magnus Abraham futurus pollicetur.* Quaſi dicat, difficilis eſt progreſſus ab infidelibus Parentibus, Vnde Oſeæ. 2. dicitur. *Ecce ego ſeducam eam, & ire faciam in deſertum.* Quaſi dicat, ipſe Deus ſolus poteſt ſeducere filios fideles ab infidelibus Parentibus.

Oleaſt. in Gen.c.12.n.1.
Oſeæ 2. 14. Tranſ.Pagn.

379. Sed interrogat Abulenſis q.1. ad lib.Gen. cur Abraham quod egrediatur de terra ſua iubetur, quia erat plena idololatris, cum terra ad quam iturus erat Patriarcha idololatria pullulabat? Et reſpondet *Thare Pater Abrahæ in Aram ad idololatriam declinauerat cum Achor filio ſuo. Et ideo Deus apparuit Abrahæ dicens; quod egrederetur de terra ſua.* Quaſi dicat, etſi ad terram plenam idololatria Abraham progredi iubetur; tamen in propria patria nutritus erat cum Thare patre ſuo, & valde difficillimum eſt parentum idololatriam, & mores & fidem non ſequi, vel innumerabilibus rixis, & obiurgationibus, & periculis vitæ ſubiacere. Hinc Sanctus Thomas dicebat, *à propinquis & Domeſticis diuino cultui & amori contrariis facilius homo impeditur, & retrahitur à bono, trahiturque ad malum, quam ab ignotis & extraneis.* Quaſi dicat, homo pacificus, & fidelis plus patitur inter infideles, & conſanguineos, quam inter extraneos qui nil excurſionis, neque opprobriorum fideli animo dicunt. Ideo dicitur Geneſ. 25. n. 6. *quod Abraham ſeparauit iam moribundus Iſaac à filiis concubinarum*; quia teſte Abulenſe, Abraham Deo reuelante cognouit; *quod cultus Dei ſolis ſucceſſoribus ſuis per Iſaac manſurus erat, ideo diuiſit eos ab Iſaac, ne poſteritas illorum poſteritatem Iſaac à Dei latria diſturbaret.* Quaſi dicat, ſocietas infidelium ita nociua eſt, atque peſtifera, vt ipſos fratres non ſinat habitare pacificè in vnum: Ideo in ipſo inferno non in vnum faſciculum congregantur zizania, id eſt, hæretici, ſed in diuerſos; quia hæretici, ſuperbi, & elati iam diuiſi, & ſeparati in ſectis ſuis ſunt; quod neque in inferno ſimul poſſint ſtare; fideles verò hic & in æternum vniuntur, & viuent, quia fiet Paſtor vnus, & ouile vnum.

Abul. q. 1. in cap.12. Gen.
Inter parentes infideles difficile habitatur.
S. Thom. ſup.cit.
Inter Domeſticos plus patimur quam inter extraneos.
Gen.25.n.6.
Abul.cit.ſup.
Prudentia Parentum rixas filiorum vitat.
Superbi iuſtè ſe diuiſi ſemper.
Ioan.cap.10. n. 16.

380. 4 Responsio Caietan. in litt. citat. *non dicit, comburite prius zizania, ſed ſeparate, quia prior eſt retributio bonorum, quàm punitio malorum.* Quaſi dicat, præmium laborum; iuſti prius adhuc in hac vita in ſerena conſcientia conſequuntur; impij vero hic, & in æternum torquentur.

Caietan. in litt. citat.

381. Vnde interrogat Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto; Quare Dauid dixit, *pax multa diligentibus legem tuam.* Pſ. 118. Et reſpondet quia bona pax eſt vnicuique neceſſaria; ita vt nemo diſputationum rixis, neque paſſionum corporalium tempeſtate quatiatur, ſed in ſimplicitate fidei, mentis quietus circa Dei cultum perſeueret affectus. Quaſi dicat, animus ægritudine, ac perturbationibus reliquis omnibus vacuus perfectè, atque abſolutè beatus efficit. Et re vera ita eſt, quia pacificus, & quietus, licet corpore in terra hac habitet, & viuat; in cœlo tamen conuerſatur, & fruitur Deo. Vnde dicebat Ambroſ. lib. 1,

S. Ambroſ. lib.1.de Spiritu Sancto.
Pſ.118. n. 167.
Impij ſecum pacem non habent.
Pacificus hic eſt beatus.

Ambroſ.lib. I. de Spiritu Sancto. Pſ.1.n.2.

lib.1. de Spiritu Sancto: *ecce habemus, hîc habemus inchoatam beatitudinem, quia Patris & filij vna eſt pax, ſed hæc gratia & pax fructus eſt Spiritus Sancti.* Quaſi dicat, arbor bona; id eſt, *iuſtus plantatus ſecus decurſus aquarum gratia Dei.* Hîc incipit fructus pacis carpere, & fruitur cæleſtibus ſtipendiis. Quia tunc implebitur gaudium iuſtorum, cum pace, quam ſemper conſequuti ſunt in hoc mundo, videbunt carere impios, dum colligantur in faſciculos ad comburendum. Vnde dicebat

Vindicta Sanctorum videre impios carere pace.

Tertullianus lib. 3. contra Marcion. gratiam & pacem non ſolum eius eſſe, à quo prædicabantur, ſed eius, qui fuerit offenſus. Quaſi dicat, pace ſempiterna frui non ſolum conſiſtit in poſſeſſione tranquillitatis propriæ, ſed inſpiciendo inimicos Dei perpetua pace, & quiete carere, quia ſcriptum eſt, *lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam*, quam Deus ſumit pro defenſione ſuorum, qui in horreis gloriæ cæleſtis ab Angelis in perpetuum collocabuntur.

Tertul.lib.3. contra Marcion.

Pſ. 57.n.11.

TRACTATVS DECIMVS TERTIVS.

Ad Litteram in Cap. XIII. Matthæi.

De Grano Synapis, & Fermento in farina abſcondito.

TEXTVS.

31. SIMILE eſt Regnum cælorum Grano Synapis, quod accipiens
homo ſeminauit in agro ſuo. 32. Quod minimum quidem eſt
omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, &
habitent in ramis eius. 33. Aliam parabolam loquutus eſt eis, ſimile eſt Regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.
34. Hæc omnia loquutus eſt IESVS in parabolis ad turbas, & ſine parabolis oon loquebatur eis.
35. vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem, aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutiooe mundi.

EXPOSITIO LITTERÆ.

382. Abul quæſt. 54. in cap. 13. Matth. *Turba non ſunt capaces omnium parabolarum.*

INterrogat Abulenſis q. 54. in cap. 13. Matth. quare Chriſtus loquutus eſt in parabolis, vt Matthæus teſtatur, & in præſenti & antecedentibus patet? Et reſpondet, quod parabolam zizaniorum contra relatum noluit turbis explicationem dicere ſed ſolis Diſcipulis, vt infrà declaranit; prabolas autem ſynapis & fermenti ad turbas dixit; propter quod facta interpoſitione, incipit proponere parabolam de grano ſynapis dicens.

338. Simile eſt Regnum cælorum grano ſynapis, id eſt, Eccleſia quę in principio paruula fuit, & quotidie creſcit, donec totum orbem compleat. Quia ſcriptum eſt, *& dominabitur à mare vſque ad mare, & vſque ad terminos orbis terrarum.* Pſ. 71. n. 8. Vnde optimè colligit Auguſtinus, deliria hæreticorum Donatiſtarum in vno angulo Aſſiæ incepta & citò quaſi obſcura & peſtifera oblita. Et idem eſt de omnibus ſectis hæreticorum, quę nunquam permanent in eodem ſtatu, vt videre eſt in Arrianorum hęreſi, & Lutheranorum, & Calniniſtarum, membratim diſſipata, & nunquam propagata in vna & vera fide.

Pſ.71.n.8.

Hæreſis nulla per manſit diu.

Grano Synapis, quia teſte Hieronymo, & Abulenſ. citat. *fides Regnum Dei dicitur, quæ ſeminata in cordibus fidelium, ſicut granum ſynapis ita creſcit, quod arbor maxima facta eſt: ita vt volucres cæli, id eſt, Principes, & imperatores, vel Doctores inclyti, & Philoſophi magni, qui ſuis fabuloſis ſcientiis ſuperbiebant, & conturbati, & inquieti erant in doctrina, in ea fide requieuerint.* Quod cum minimum ſit, fit arbor, ita vt volucres habitent in ea. Neque mirum, quod dicat textus, minimum ſit, cum hortulani dicant, quod alia ſemina ſunt minutiſſima pluſquam granum ſynapis; quia eſt locutio Curialis, cum hominem, qui paruæ ſtaturę ſit, dicimus Hiſpano idiomate, *es pequenniſſimo, etiamſi aliquis ſit minor illo.* 384.

384. Hieronym. cit. ab Abul. *Fides arbor fortis vbi Philoſophi requieſcunt.*

Minutiſſima ſunt alia ſemina pluſquam grano ſynapis.

Vnde optime adnotanit Maldonatus, quod ridiculoſe hæretici & multi Auctores non credunt granum ſynapis arborem poſſe fieri, quia vt doctus Hiſpanus Maldonatus aſſeuerat in Hiſpania loco lignorum ſynapis magnos furnos ad coquendum panem vidiſſe. Et addit, 385.

Maldonat. in Euang.

Arbor eſt in Hiſpania granum ſynapis. Auctoris mens.

dit, quod aues cœli amant vehementer granã ſynapis. Et meo videri eſt, quia calida nimis ſunt, & comedeutes illa purgant ſtomachum ſuum. Ideo nunquam nidificare videmus aues in ramis ſynapis, ſed requieſcere, id eſt, ſedere, & canere alacriter.

386. *Abul. q. 53.*

Aliam parabolam propoſuit Chriſtus. Quaſi dicat, inquit Abulenſis q. 53. ad idem, ad quod precedens, quod patet ex ſimilitudine effectus: nam dicebatur ſuprà de grano ſynapis, quod cum eſſet paruum creſcebat in magnam arborem. Hic autem dicitur de fermento, quod cum ſit paucum poſitum in magnam Maſſam, totam fermentat, & vtrumque ſignificat Eccleſiam, fidem, vel doctrinam Euangelicam quæ cum eſſet à principio parua, iam per orbem vniuerſum dilatata eſt.

Fermentum eſt fides Doctores, & Euangelium.

387. *Hebræorum mos.* *Vna fanega de harina*

Abſcondit in farina ſatis tribus; in diuerſis diuerſa legi: *nam Hebræi Seah ſatum vocant*, & eſt genus quoddam menſuræ rerum liquidarum. Itali vocant modium. Hiſpani *fanegam farinæ*. Sed litteraliter meo iudicio ſatis tribus dixit, vt propoſitionem neceſſariam, & menſuram fermenti ad totam maſſam diſponendam declararet; quia ſi materia maſſæ maxima eſt, plus fermenti requirit, quam ſi fuerit parua, & dixit, quod mulier abſcondit; non quia viri non aliquando maſſam fermentent, præcipue in Curia Regum ad vendendos panes, vbi viginti, & triginta homines maſſam fermentant, & panes coquunt. Sed quia plerumque in oppidis paruis mulieres fermentant, & panes coquunt.

Mulieres fermẽtabant maſſam.

388. *Abul. q. 51. in Matth. 13.*

Et ſine parabolis non loquebatur eis. Ac ſi diceret, inquit Abulenſis q. 51. in quolibet ſermone ſemper aliquid parabolę loquebatur, quia auditorium delectabatur, audiendo alta myſteria tam altè declarata. Vel non loquebatur ſine parabolis, quia non erant omnes digni, vt omnia intelligerent, & ſic parabolicè loquebatur. Cætera, in quæſtionibus patebunt

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio 1. Simile eſt Regnum cælorum grano ſynapis &c. quod accipiens homo.

Tranſl. ex Syriac. 2. Quod acceptum homo ſeminauit in agro ſuo, & hoc quidem minimum eſt omnium ſeminum, cum autem excreuerit, maximum eſt omnium olerum, & fit arbor, ita vt veniat volatile cæli nidificatum in ramis eius.

Tranſl. Vatabli. 3. Cæterùm vbi excreuerit, maximum eſt inter olera, & in arborem excreſcit adeo, vt veniant volucres cæli, & nidulentur in ramis eius.

Caietanus in Euang. 4. Simile eſt Regnum cælorum grano ſynapis, quod minimum eſt omnium ſeminum.

Interlinealis in gloſſa 5. Simile eſt Regnum cælorum arbori, quæ quantò plus teritur, tantò plus redolet.

n. 33. Vulgata editio. 6. Simile eſt Regnum cælorũ fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

Tranſ. ex Syriac. 7. Fermento illi, quòd acceptum mulier abdidit in tribus ſatis farinæ vſque dum totum fermentetur.

Tranſ. Vatabli. 8. Simile eſt Regnum cælorũ fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentaretur.

Caietanus in Euang. 9. Et fermentatum eſt quia durat abſconſio fermenti, donec appareat totum fermentatum.

Lyranus ſua in gloſſa. 10. Donec fermentatum eſt totum propter calorem intrinſecum.

Maldonato in Euang. 11 Abſcondit, miſcuitquè, & confudit vt non appareret.

Tranſ. Hebræa. 12. Abſcondit in Seah id eſt, in farinæ ſata tria.

Abulenſ. q. 53. 13. Abſcondit in tribus menſuris farinæ.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus propoſuit parabolam de grano Synapis?

QVæritur, in qua occaſioue, parabolam iſtam Chriſtus propoſuit, & quare?

1. RESPONSIO eſt Chryſoſtomi in Gloſſ. & in Cathena, & in Abulenſi, & fere in omuibus recentioribus citari; qui ait; quia Dominus dixerat, *quod de ſemine tres partes peremit*

& Cath. S Thom. & à Gloſſ. ordin.

pereunt, & vna ſaluatur, & in ipſa qua ſaluatur multa efficitur iactura propter zizania, qua ſeminatur ideo propoſuit aliam parabolam de grano Synapis. Quaſi dicat, ne timerent paruuli, & timidi audientes, quod tam arcta erat via ſalutis, quod vix aliquis ſaluabatur. Ideo aliam de grano ſynapis parabolam propoſuit, in qua arbore facta innumerabiles volucres cœli requieſcunt. Sic cum parua fide, ſed recta, innumerabiles ſaluantur.

Fides perfecta & parua ſicut granum Synapis.

390. Lyran. ſua in Gloſſa.

2. Responsio eſt noſtri Lyrani ſua in Gloſſ. qui ait: *dixit Dominus parabolam iſtam, vt prædiceret ſtatum Eccleſiæ per reſurrectionem hæreſum, quia contra tantas hæreſes ſuſcitaturus erat Dominus Sanctos Doctores litteratos, qui rationibus, & ſacra ſcriptura auctoritatibus illas confunderent.* Quaſi dicat, quia myſteria & ſacramenta fidei paruulis reuelata fuerunt: ideo dicitur, quod Eccleſia aſſimilatur grano paruo ſynapis.

Doctores & Apoſtoli fuerunt grana Synapis.

391. Gloſſ. ordin. Matth. 21. n. 43.

3. Responsio Gloſſæ, quæ ait, *aſſimilata fuit Eccleſia grano Synapis; quia prædicatio Euangelij, de qua ibi loquitur Chriſtus minoribus, & humilibus profuit, & ſuperbis Iudæis nocuit, ſicut per Matth. cap. 21. auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum.* Quaſi dicat parabolam Synapis propoſuit Deus vt humilibus, & pauperibus credentibus in eum, conſolationem tribueret, & ne terrerentur ſuperborum Iudæorum minis, & terroribus; & quod humiles ſcripturas ignorabant; quia tempus citò venturum erat, quando ſcripturæ, & prophetiæ auferendæ erant à Iudæis, & ad fideles transferendæ.

Humiles ſemper Deus conſolatur.

392. Auguſt. de quæſt. Euāg.

4. Responsio Auguſtini de quæſtionibus Euangel. *propoſuit Chriſtus parabolam Synapis; quia grana iſta habent virtutem expellendi venena. Et quicunque fidem & Euangelium prædicaturi erant venenatis, & mortiferis liberandi erant.*

Venena fidelibus non nocent.

393. Abul. q. 49. Oleæ. 12. n. 10.

5. Responsio eſt Abuleoſ. q. 49. qui ait: *iſta aſſimilatio Chriſti eſt parabolica; quia per Oſeam 12. ſcriptum erat ego viſionem multiplicaui, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum.* Quaſi dicat, Prophetæ dederunt multas aſſimilationes de me, per quas me traderent hominibus cognoſcendum. Ideo ego in Parabolis loquor, vt per illas cognoſcatis, quod ego ipſe ſum, qui adſum, qui per ora Prophetarum olim loquebar.

Chriſtus aperuit os ſuum, qui ora Prophetarū aperuit.

DIFFICVLTAS II.

Quid ſignificat granum Synapis, cui Chriſtus Regnum cælorum comparat?

394. S. Hilar. in Cathen. cit.

1. Responsio Sancti Hilarij in Cathen. Sanct. Thomæ citati, qui ait; *Grano Synapis ſe ipſum Dominus comparauit acri ſemini, & omnium ſeminum minimo, cuius virtus preſſuris accenditur.* Quaſi dicat, Chriſtus Dominus fuit granum Synapis qui tormentis crucis, ita corda hominum accendit, vt pro eo innumerabiles martyres vitam gladio obtulerint.

Chriſtus eſt Granum Synapis.

2. Responsio Gregorij lib. 19. Moral. qui ait, *ipſe Chriſtus eſt granum Synapis in horto ſepulturæ plantatus, arbor verò magna cum ſurrexit; granum per humilitatem cordis, arbor per potentiam maieſtatis.* Quaſi dicat, Chriſtus fuit granum mortuum, quod in terra ſeminatum multum fructum protulit. 395.

S. Greg. lib. 19. moral.

Humilitas Chriſti granum Synapis.

3. Responsio eſt Interlinealis, quæ ait, *granum Synapis quantò plus teritur, tantò plus redolet.* Quaſi dicat, Eccleſia, quæ per granum Synapis intelligitur perſecutionibus creuit, & eius fragrantia per vniuerſum orbem diffuſa eſt; ita vt in odorem vnguentorum ſuorum currant vſque hodie innumerabiles greges fidelium. 396.

Interlineal. in Gloſſ.

Eccleſia in perſecutionib. creuit.

4. Responsio meo videri. Granum Synapis eſt iuſtus, qui minor fuerit ſua humilitate, & æſtimatione, quia quò quis humilior eſt eò plus ſuper ſydera à Chriſto exaltatur, & fit arbor maxima vbi requieſcunt peccatores, volucres ſuperbæ, quia ad eius imitationem, & propter eius doctrinam quærunt regionem Religionis, & inueniunt, vt patet in B. Franciſco Patriarcha Minorum, qui per anthonomaſiam in Eccleſia Dei pro humilibus ſupponit, ſicut pro crudelibus Nero, quia verè granum Synapis minimum fuit; facta eſt eius Religio arbor ita magna, quòd volucres cœli, ideſt, Principes, Reges, & potentiſſimi Doctores ſuper eam relicto ſæculo requieſcunt. 397.

Auctoris menſ.

B. Franciſcus granum Synapis Eccleſiæ Dei.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, quod minimum eſt omnibus oleribus?

QVæretur, quod ſit granum, quod minimum eſt omnibus oleribus?

1. Responsio noſtri Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait, *granum Synapis minimum eſt in quantitate, tamen eſt magnum in virtute, quia creſcit ad modum arboris.* Quaſi dicat, tanta eſt virtus abſcondita in radice Synapis, quòd calor eius cito conuertit in arborem id quod minimum eſt in ſemine. 398.

Lyranus ſua in Gloſſa.

Virtus ſynapis abſcondita eſt in radice.

2. Responsio eſt Interlinealis in Gloſſa; *minimum eſt granum Synapis, quia eſt prædicatio Euangelij, & primo humillima fuit omnium diſciplinarum propter ſcandalum crucis.* Quaſi dicat: ita prædicatio crucifixi Iudæis, & Gentilibus ſcandalum cauſabat, quòd non ſolum minima erat omnium ſcientiarum, ſed opprobrium hominum magnatum; ſed ita creuit & permanet, quòd maior ſit dogmatibus Philoſophorum quæ cito creſcunt, & corruunt nihil vitalis promittentia, vt Gloſſa inſinuauit. 399.

Interlinealis in Gloſſa.

Prædicatio Euangelica minima fuit.

Gloſſa ordinaria citat.

3. Responsio Alberti Magni citati à Caietano, qui ait: *ſemen minimum omnium ſeminum, non quantitate, ſed proportione quia ſemen papaueris, & ſemen Rutha minora ſunt Synapis grano.* Quaſi dicat, ſecundum proportionem quantitatis minora ſunt, non ad producendum: nam referendo ſemen vtrumque ad ea, quæ producuntur, inuenitur minus ſemen 400.

Albert. Mag. cit. à Caiet.

Semen Ruthæ minimum eſt.

ſemen Synapis, quia inuenitur arbor ex paruo ſemine excedens proportionabiliter Ruthæ fruticem.

401. Caietan. in Euang. 4. RESPONSIO Caietani in Euang. *Granum Synapis Euangelium eſt annuntians minima; ſcilicet, Ieſum Crucifixum, nihil minus nihil abiectius hoc dogmate eſt. Sed idem maxima virtutis in vegetatione Eccleſiæ, velut arbor inter olera apparet*; ita quod aues cœli homines cœleſtis deſiderij, cœleſtis mentis, in iis quæ Eccleſiæ ſunt, habitent.

Arbor Euangelij maior omnibus.

402. Chryſoſt. in hom. 5. RESPONSIO Chryſoſtomi, qui ait; *minimum ſemen Euangelij quia Diſcipuli erant imbecilliores; ſed tamen, quia magna erat virtus in eis ſparſa eſt eorum prædicatio vbique terrarum. Ideo ſequitur, cum creuerit maius eſt omnibus oleribus, ideſt, dogmatibus.* Quaſi dicat, virtus Dei ita in Diſcipulos imbecilles, & humiles inflauit, quod vniuerſum orbem flamma ſuæ prædicationis accendit, vt adimpleretur, quod Chriſtus dixerat, *ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur ex parua ſcintilla.*

Apoſtoli ſcintilla parua.

Lucæ 12. n. 41.

403. Hieronym. in cath. cit. 6. RESPONSIO Hieronymi in Cathena citat. *Phariſæorum enim dogmata, cum creuerit, nihil mordax, nihil vitale demonſtrat totum flaccidum, marcidumque ebullit in olera, & in herbas quæ citò arreſcunt, & corruunt. Prædicatio autem Euangelica quæ parua videbatur in principio, cum vel in animam credentis, vel in totum mundum ſata fuerit, non exurgit in olera, ſed creſcit in arborem.*

Hæreticorum ſecta frigida & imbecilles & citò ſiccantur.

DIFFICVLTAS IV.

Quæ ſunt volucres cœli, quæ requieſcunt in arbore Synapis?

QVæretur, quare dicitur, quod volucres cœli requieſcunt in grano Synapis?

404. Greg. lib. 19. Moral. 1. RESPONSIO Gregorij lib. 19. Moral. *in iſtis ramis volucres requieſcunt, quia ſanctæ animæ, quæ quibuſdam virtutum pennis à terrena cogitatione ſe ſubleuant in eorum dictis, atque conſolationibus, ab huiuſmodi fatigatione vitæ reſpirant.* Quaſi dicat, volucres cœli ſunt animæ, quæ de cœlo meditationibus, ſicut apes cœleſtes colligunt flores & deſcendunt ad ſpargendam eorum fragrantiam peccatoribus vitam ſpiritualem prædicando, & communicando.

Volucres cœli ſicut apes flores colligunt.

405. Hilar. cit. in Cath. Sanct. Thom. 2. RESPONSIO eſt Hilarij in Cathen. citat. qui ait; *Oleri enim vitæ tanquam ægroto data eſt Iſrael prædicatio Prophetarum ſed iam in ramis arboris cœli volucres inhabitant, Apoſtolos ſcilicet ex Chriſti virtute propenſos, & mundum inumbrantes in ramis intelligimus, in quos gentes in ſpem vitæ aduolabant, & aurarum turbine, ideſt, Diaboli ſpiritu flatuque verſata tanquam in ramis arboris conquieſcent.* Quaſi dicat; populus Iſraël ægrotabat, & ſalutare Dei expectabat prophetiis, tanquam herbis ſuſtentabatur, ſed arbor vitæ Chriſtus venit, & folia eius, & rami pleni ſunt Apoſtolis; Doctoribus, & viris perfectis, ad quos tanquam ad volucres feſtinant gentiles, & peccatores, vt fortitudinem vitæ æternæ percipiant.

Infirmus olera datur.

Volucres cœli viri perfecti.

Franc. de Rox. in Euang. Tom. II.

406. 3. RESPONSIO Abulenſis q. 50. qui ait: *Volucres cœli ſunt humana ingenia credentium, quæ recepta fide in ea requieſcunt, & cæteras doctrinas humanas propter eam quærunt.* Quaſi dicat, nunquam ſatiatur deſiderium ſciendi; quia qui addit ſcientiam, addit dolorem, & laborem plus ſciendi: at Philoſophi, & Sancti Doctores, qui fidem perceperunt, quieſcunt in ramis doctrinæ Euangelicæ, & ſcientiæ Dei, & potentes Principes in ramis arboris Chriſti, id eſt, in Doctoribus quieſcunt, quia eorum conſilio reguntur, & tranquillitatem ſinceræ conſcientiæ conſequuntur. Ita Lyranus, à quo Abulenſis deſumpſit. Abul. q. 50.

Scientia Dei vltimus finis ſcientiarum.

Lyranus. Abulenſ. cit.

DIFFICVLTAS V.

Quid ſignificetur per fermentum abſconditum?

QVæretur quid ſignificat fermentum abſconditum?

1. RESPONSIO ſit Lyrani noſtri ſua in Gloſſa, qui ait; *fermentum ſignificat legem Euangelicam propter calorem intrinſecum, quia eſt lex amoris.* Quaſi dicat, intentum legiſlatoris fuit legem Euangelicam planare, & diuerſis ſimilitudinibus explicatur, inter quas proprietas fermenti maxima eſt; quia propter intrinſecum calorem totam maſſam diſponit. 407. Lyran. noſter ſua in Gloſſa.

Proprietas fermenti.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catheo. Sanct. Thom. citat. *Sicut fermentum multam farinam tranſmutat in ſuam virtutem, ita & vos tranſmutabitis.* Et addit: *Vide Chriſti prudentiam ea enim quæ ſunt naturæ inducit, demonſtrans, quoniam ſicut illa poſſibile eſt fieri, ita & hæc.* Quaſi dicat, myſteria fidei non ita difficilia ſunt, ad hoc vt intelligantur, quod naturalibus rebus non poſſint aſſimilari. 408. Chryſoſt. in Cathen. S. Thomæ.

Myſteria fidei rebus naturalibus aſſimilantur.

3. RESPONSIO D. Hilarij in Cath. citat. *fermento ſe Dominus comparauit; fermentum enim de farina eſt, quod virtutem acceptam aceruo ſui generis reddit.* Quaſi dicat, verbum æternum humanitatem aſſumpſit, & ipſi humanitati præſtat virtutem communicatam per ſuppoſitum diuinum, hoc eſt, quod maſſæ vniuerſæ naturæ humanæ præſtat innumerabiles gratias; recordatur Chriſtus, quod noſtri quondam corporis ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſerit. 409. S. Hilarius cit. in Cath. S. Thom.

Communicatio idiomatum per vnionem carnis.

4. RESPONSIO Euſebij, quem refert Abulenſ. q. 53. *fermentum eſt doctrina Chriſti, quæ in tribus ſatis ponitur, id eſt in fide Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, in quibus eſt principium credendi, cum in nomine trium diuinarum perſonarum baptizemur, & ſic fermentatur totum, id eſt, tota fides perficitur.* Quaſi dicat, quod Apoſtoli ſua prædicatione, & vita amiſſa totam mundi maſſam in virtute Trinitatis ad fidem reducturi erant. 410. Euſeb. ab Abul. citat.

Tria ſata tres diuinæ perſonæ.

5. RESPONSIO Caietani, *fermentum puſillus Grex Chriſti eſt, virtutem habens fermentandi totum mundum.* Quaſi dicat, *quemadmodum fermentum ſpiritus naturâ penetrat materiam, ſapidamque reddit appoſitam farinam.* 411. Caietan. in Euang. Matth. 13.

F

Diſcipuli Chriſti orbem ſapidum reddiderunt. *nam. Sic Chriſti Diſcipuli prima Regni cælorum membra ſpiritu penetrarunt corda hominum,* crudaque, atque acerba ad maturitatem ac ſaporem cœleſtis vitæ promouerunt.

DIFFICVLTAS VI.

Quæ ſit mulier, quæ abſcondit fermentum in ſatis tribus?

QVæretur, quid ſignificent ad litteram, mulier, & abſconſio, & ſata tria?

412. *Lyran. noſter ſua in Gloſſa.* 1. RASPONSIO noſtri Lyrani ſua in Gloſſa. *Mulier autem ponens fermentum in tribus ſatis eſt diligentia Sanctorum ad fidem Catholicam, vbique prædicandam.* Quaſi dicat, ſtatum Eccleſiæ propoſuit Chriſtus, quia in ſpatio temporis breuiſſimi propter diligentiam Apoſtolorum Imperium Romanorum ad fidem Chriſti peruenit.

413. *Gloſſ. ord.* 2. RASPONSIO eſt Gloſſæ, quæ ait: *Mulier Eccleſia fidem hominum farinæ tribus ſatis miſcet credulitati.* Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Myſterium Trinitatis repræſentatur.* Quaſi dicat, cum omnes fuerint in vnum fermentati, non nos ad triplicem Deum, ſed vnius Deitatis notitiam perducit, quia non eſt diuerſa natura in ſingulis.

414. *Auguſt. de quæſt. Euãg.* 3. RASPONSIO eſt Auguſt. de quæſt. Euang. *fermentum dicit dilectionem eo quod ferueſcere facit, & excitat mulierem, ſapientiam dicit. In farina autem ſatis tribus intelligitur amor Dei ex toto corde, ex tota anima, vel ex tota mente.* *Tria ſata numerus indeterminatus.* Quaſi dicat, qui legem amoris introducebat ſine menſura, dilectionem quærebat, quia tria ſata eſt numerus indeterminatus.

415. *Hieron. cit.* 4. RASPONSIO Hieronymi in litter. citat. qui ait: *ſatum autem eſt genus menſuræ iuxta morem Prouinciæ Paleſtinæ, vnum modium & dimidium accipiens.* *Sata quid ſint.* Quaſi dicat, ſicut in Hiſpania faneca vocatur menſura, ſic in Palæſtina, ſata, modium, & dimidium capiens, quia pondus & menſura in vnaquaque Prouincia diſtinguntur.

416. *S. Chryſoſt. in Cath. cit.* 5. RASPONSIO Chryſoſtomi in Cath. citat. *non autem dixit, quod poſuit ſimpliciter, ſed abſcondit*; ac ſi diceret, ita & vos, cum ſubiecti fueritis impugnatoribus veſtris, tunc eos ſuperabitis, & ſicut fermentum ſuffoditur quidem, non autem deſtruitur, ſed paulatim ad ſuum habitum omnia tranſmutat. *Qui patitur abſconditur vt vincat.* *Sic in prædicatione veſtra continget.* Quaſi dicat, ne timeatis perpeti vexationes, quia ferendo victoriam reportabitis.

417. *Caietan. in Euang.* 6. RPSPONSIO Caietani, qui ait; *mulier ſexum infirmum ſignificat; quia notat impotentiam ſæcularem Eccleſiæ primitiuæ: Abſcondit, quia paupertas, & abiectus ſtatus Diſcipulorum abſcondebat theſaurum Regni cœleſtis in farina ſatis; materia fermentalis pro electis ponitur, donec totum eſt fermentatum.* Quaſi dicat, tunc finietur abſconſum omne, & palam orbis totus illuſtrabitur. *Paupertas abſcondit theſaurum Dei.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur donec fermentatum eſt totum?

QVæretur, quando fermentata erit tota mundi maſſa?

1. RASPONSIO ad litteram cum in 418.
fine mundi erit vnus Paſtor, & vnum ouile, *Auctoris menſ.*
quia in omnem terram ſonus prædicationis Euangelicæ iam intonuit, & fides Catholica, quaſi fermentum totam maſſam diſponet. *Ioan. c. 10. n. 16.*

2. RASPONSIO Gloſſæ, *Tandiu charitas recondita in mente creſcere debet, donec* 419. *Gloſſ. ordin.*
mentem totam in ſui perfectionem commutet, vt nihil præter Deum diligat, vel recolat, quod hic incipitur, & in alia vita perficitur. Quaſi dicat, fides inchoata in hac vita amore Dei inardeſcere, inflammata incipit, & fermentat calore diuino omnes potentias animæ, donec impleatur, quod ſcriptum eſt, *ſicut audiuimus, ſic vidimus Pſ. 47. n. 9. in æterna Beatitudine.* Huc vſque Rupertus, & Rabbanus. *Fermentum eſt fides, quæ inardeſcit in anima.* *Pſ. 47. n. 9.* *Rupert. cit.* *Rabban. in Cath.*

3. RESPONSIO eſt Hilarij, *quod fermentum Chriſtus eſt, quod abſconſum fuit in* 420. *Hilar. apud Toſtat. q. 53.*
tribus menſuris farinæ in lege, Prophetis, & Euangelio, & ipſe omnia vnum fecit, quia quod lex conſtituit Prophetæ nuntiauerunt eſſe futurum, in Euangelio eſſe completum. Quaſi dicat, per Euangelium fermentata ſunt omnia; ſcripta in lege, & Prophetis; quia omnia dicta, & facta fuerunt in figura & in vmbra futuri Meſſiæ; cum autem venit, fermentatum eſt totum teſtamentum vetus; quia Chriſtus dixit, *quod venit mittere in terram ignem, vt mundus arderet charitate.* *Lex Euang. fermentum veteris legis.* *Lucæ 12.*

4. RASPONSIO Abulenſis q. 53. qui 421.
ait, *quod per tria ſata farinæ Chriſtus innuit omnes gentes, quæ ad fidem conuerſæ fuerunt, &* *Abul. q. 53.*
ponit certum numerum pro incerto, quia non differebat dicere tria ſata, vel quinque ſata. Quaſi dicat, teſte Chryſoſtomo, tria ſata pro multis poſuit; hunc enim numerum determinatum pro multitudine indeterminata accipit Euangeliſta. Ideo dicitur in littera *donec fermentatum eſt totum.* *Tria ſata farinæ pro indeterminato numero accipiuntur.* *Chryſoſt. cit. in Abul.*

5. RASPONAIO Hæc omnia meo iudicio *vera ſunt, & bene coaptantur, quia facile* 422. *Auctoris menſ.*
eſt in Parabolis multos ſenſus applicare; ſenſus autem Chriſti in hoc videtur eſſe quod ſignificet dilatationem doctrinæ ſuæ per totum orbem, quæ à principio parua fuit, ſed poſtea per totum orbem ſe extendit, ſicut fermentum, ſed in virtute valde magna, cum ſe extendat per totam maſſam, in qua abſconditur. *Parabolæ diuerſos ſenſus habent.*

TRAC

TRACTATVS DECIMVS QVARTVS. AD MORES.

In Cap. XIII. Matth. De grano Synapis, & de fermento abſcondito.

DIFFICVLTAS. VIII.

Quare Chriſtus propoſuit Parabolam, de grano Synapis?

QVæretur quid ad mores parabola præſens proſit?

423. Chryſoſt. citat. in litter. 1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi, *vt timoratos, qui difficultatem ingrediendi in vitam æternam audierant per parabolam Zizaniorum, confortaret.* Quaſi dicat afflictis non eſt danda afflictio, & timoratis ſcrupuloſis expedit corda eorum dilatare, ne pereant. Quia tria ſunt genera timentium Deum: alij timent ex humilitate, alij propter pœnas inferni, & tertij ſcrupulis grauati. De primis dixit Ambroſius lib. 3. de Virgin. *Vir enim ſapiens, & grauis nil vtilius debet proſpicere, quam ne ſecundo operis extollatur euentu, ſicut Petrus,* qui dixit, *exi à me Domine, quia homo peccator ſum* Luca 5. n. 8. Quaſi dicat; timet Petrus, ne infletur tantis beneficiis repletus. Vbi Carthuſianus ait *propriam culpam Petrus ac prauitatem euidentius intellexit, & ideo humilis faſſus eſt exiſtimare.*

Corda afflictorum dilatanda ſunt. Tria genera timentium Deum.

S. Ambr. lib. 3. de virg.

Lucæ. 5. n. 8. Carthuſ. in Matth.

424. Theodoret. in lib. Numer. c. 22. n. 21. Alij timent *propter pœnas, ſed oblita pœna timor amittitur.* Vnde interrogat Theodoretus, *quare Balam Propheta timuit maledicere populo Dei? Et poſtea oblata pecunia maledicere conabatur?* Et reſpondet, *quia cupiditas apparebat, quæ metu premebatur.* Quaſi dicat, timoratus fuit Balam propter pœnas à Deo minatas; ſed poſtquam pecuniæ apparuerunt, timorem amiſit. Sic ſunt hodie multi, qui timorem, & deuotionem fingunt; ſed ſi munera & dignitates apparent omnino timorem inferni amittunt.

Cupiditas radix malorum. Ambitio & cupiditas carent timore Dei.

425. S. Bern. ſer. 6. in Cant. Tertius *timorantium numerus eſt illorum, qui ſcrupulis agitantur, ſicut calceamenta portantes, qui lapidem ſentiunt inter pedem & calceamenta, De quibus loquitur* Bernardus ſerm. 6. in Cant. dicens: *anima ſecum referat diuina veſtigia, ipſa ſunt timor & ſpes.* Quaſi dicat, ſcrupuloſus dilatare debet cor ſuum, quia ſi timor iudicium rigidum Dei repræſentat ſpes miſericordiæ ipſum confert. Vnde Cyrillus, Alex. *qui Regem accipitis cum gloria videbitis Chriſtum.* Quaſi dicat, timorem Domini ita iudicate, vt in ea ſcilicet gloria cum ſanctis futuros eſſe meditemini. Et Sanctus Bernardus ſerm. 6. in Cant. *merito beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Pſ. 146. n. 1. Quaſi dicat, quid veretur ſcrupuloſus iuſtus ad Deum accedere, ne quemadmodum fluit cera à facie ignis, ſic ipſe pereat à facie Dei: ſed attendat quod beneplacitum eſt Deo, eius miſericordiam non minuere, ſed dilatare cor. Et ob iſtam rationem parabolam grani Synapis propoſuit Chriſtus, vbi peccatores, & Doctores Sancti, & humiles corde, qui ſunt volucres cœli, requieſcunt, præcipuè qui ſcrupolis agitabantur, audiendo eum dicentem parabolam zizaniorum.

Scrupuloſus à quo deriuatur.

Cyrill. Alex. cit. ſup.

Bern. ſer. 6. in Cant.

Pſ. 146. n. 1.

Scrupuloſus minuit miſericordiam Dei.

Doctores volucres cœli.

2. RESPONSIO eſt Lyrani citati in littera, *qui ait: repræſentauit Chriſtus ſtatum Eccleſiæ, quia contra hæreſes innumeras, Doctores & Sancti futuri erant, qui eas confunderent ſuis ſalutaribus rationibus, & ſtatutis* Quaſi dicat, legem ſtatuit Chriſtus, & Eccleſiæ ſuæ auctoritatem relinquit præcepta neceſſaria inſtituendi, vt Lutheranos, & Caluiniſtas confundant negantes concilia; & Sanctorum Patrum ſtatuta. 426. Lyranus citatus in littera.

Lutherani concilia & Patres negant.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Deuter. 4. n. 2. præcepit Deus dicens, *non addetis ſuper verbum, quod ego præcipio vobis, neque auferetis.* (Sic legit Pagninus): Et reſpondet *Conſidera quam pulchram textus rationem afferat non multiplicandi præcepta, neque addenda ad legem, vt cuſtodiatis, inquit, præcepta Domini Dei veſtri.* Quaſi dicat contra hæreticos, Concilia, Sanctorum Patrum documenta ad ſeruanda præcepta diuina, & Eccleſiaſtica ſummopere veneranda, & obſeruanda ſunt. Sed obiter diſcant ſuperiores Religionum, quod ſi præcepta, & cenſuræ ſubditis multiplicantur, ſeruare ea nequeunt, & periculo contemptionis exponuntur; ſi vero pauca, facile ſeruantur; quia ſubditi iuſti in mandantis ſuperiorum meditantur die ac nocte, & in doctrinis ſuperiorum, ſicut in ramis arboris ſynapis requieſcunt. 427. Oleaſt. in Deut. cap. 4 n. 2. Tranſ. Pagn.

Superiores à cenſuris imponendis ſe abſtineant.

Pſ. 1. n. 2.

3. RESPONSIO Gloſſæ in littera citatæ, quæ ait: *Parabolam ſynapis propoſuit Chriſtus, quia legem Euangelicam, de qua loquebatur hu-* 428. Gloſſ. ordin.

milibus profuit, & dedit requiem, ſuperbis timorem inuaſit. Quaſi dicat, verba ſuperioris amorem, & timorem ſubditis debent cauſare.

A mor. & timor in Præ-latibus.

419. Oleaſt. in Deut. cap. 1. Tranſ. Pagn.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Deut. 4. dicitur, *oculi veſtri vident, quæ fecit Dominus in Baal. ſic* Pagn. Et reſpondet, *quia oportet legiſlatores, aut legis Doctores amorem, & timorem ſubditis proponere, vt qui legis amore ipſorum, aut legiſlatoris non cuſtodiunt, timore corripiantur.* Alias ſi ſubditi Regem, *aut ſuperiorem non timent, ridiculum erit eius imperium.* Vnde Oſeæ 1. n. 5. dicitur, *tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.* Quaſi dicat, quemadmodum ſpuma maris viliſſima eſt, & non æſtimatur: ſic Rex vel ſuperior, qui non habet valorem, ad hoc vt à ſubditis timeatur, à ſubditis vilipendetur, neque amabitur: vbi noſter Lyranus ad locum Oſeæ citatum ait, *ſicut ſpuma eſt res vilis; ideo populus vilis non timebat Regem, & conſentit in cultu idolorum, propter quod populus & Rex ducti ſunt in captiuitatem.*

Rex ſine valore viliſpendio dignus. Oſeæ 1. n. 5.

Lyranus ſua in Gloſſa Rex & Regnum ſtupefacti peribunt.

430. Rupert. citatus in Gloſſa ad c. 1. Oſeæ n. 7. Superiores ſemiſſi & tepidi nil valent. Gloſſ. ordin. ibi.

Vnde Rupertus in Gloſſa ait; *ſicut enim olla feruens ſuperiores aqua in ſpumam bullaſque ſurgentes corrumpuntur, ipſaque bulla ſubſilientes colliduntur, & aliis emergentibus alia crepant, & diſſiliunt. Ita Samaria, vel decem tribus iugi feruentes igne diſcordiæ Reges alios ſuper alios creauerunt, & vſque ad decem vices percuſſis Regibus alij Reges ſuperſederunt ſecundum ſeſſuram decem pallij Alcia Siloniſis.* Quaſi dicat, Regnum & communitas iugi diſcordia peribunt. Vbi Reges, & ſuperiores timere non ſe faciunt. Quia vt inquit Gloſſa, *nequitia ſubditorum, Regem ſine valore, & timere Dei tranſire faciet à ſe quaſi ſpumam*, quę dum videtur, citò diſſoluitur: propter quod Chriſtus verus legiſlator ſuperbis Iudæis, vt timorem haberent parabolam grani ſynapis propoſuit, quæ arbor maxima fit ex ſemine humillimo, à quo ſuperbi fugiunt.

Humilitas ſuperbos affligit.

DIFFICVLTAS IX.

Quare Regnum cælorum comparatur grano ſynapis?

QVæretur ad mores, quare plus accommodatur lex Euangelica grano ſynapis, quàm aliis ſeminibus?

431. Hilar. citat. in litter. Semen ſynapis acer nimis.

1. RESPONSIO ſit Hilarij in littera citati, qui ait; *quia granum ſynapis, licet minimum ſit, tamen acer ſemen eſt*, & preſſuris plus exardeſcit. Quaſi dicat, tribulatio, angoſtia, & oratio ſeruorum Dei plus exardeſcit, quo plus paritur, & vis acer eius vſque ad cælos volat.

432. Lyran. ſua in Gloſſa. Dan. cap. 10. n. 12.

Vnde interrogat Lyranus noſter, quare Angelus dixit Danieli cap. 10. n. 12. *noli timere Daniel, quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei, exaudita ſunt verba tua?* Et reſpondet, *vt oratiõ Danielis citius exaudiretur coram Deo, & diuina veritas ei reuelaretur, præceſſit afflictio in oratione.* Quaſi dicat, cor in oratione exardeſcit, & fumus orationis ad Deum aſcendit. Vnde Hieronymus in Gloſſa, *ſtatim eſt auditus Daniel, ſed non ſtatim miſſus eſt Angelus; Datur enim in mora occaſio amplius deprecandi, & deſiderandi, vt amplius poſſit mereri.* Quaſi dicat, nardus humilis orationis, quo plus in flamma cordis exardeſcit, plus meriti ſibi congregat. Vnde Theodoretus in ipſa Gloſſa, *hinc docemur quantum nobis voluntaria proſit afflictio, cum voluntarie ſe ipſum ieiunio affligeret, & Dominum quæreret, ſtatim exorauit, & voti ſui compos factus eſt, quod ei quis ſe ei in viſione obtulerat, declarat.* Gregor. lib. 17. moral. c. 7. ait: de Daniel; *precum ſuarũ merita exigunt, vt Iſraeliticus à iugo ſeruitutis ſuæ exuatur.* Quaſi omnes vnanimiter dicant, quod preſſuris granum humilis orationis teritur, & afflictionibus ſancti viri Deum odorificant, & conſequuntur, quid quid orantes petunt, & requieſcunt in cordibus ſuis, ſicut volucres in ramis grani ſynapis.

Oratione cor exardeſcit.

Hieronym. in Gloſſ. Oratio continua impetrat.

Theodoret. in Gloſſ.

Gregor. lib. 17. moral. c. 7.

Lachrimæ & orationes iuſtorum populo miſericordiam conſequuntur.

433. Interlineal. in litt. citat.

2. RESPONSIO interlinealis in littera, quæ ait; *granum ſynapis, quanto plus teritur, tanto plus redolet.* Quaſi dicat iuſti laboribus corporalibus requiem animæ conſequuntur. Vnde Seneca lib. de prouidentia c. 2. *Ecce par Deo dignum vir fortis cum mala fortuna compoſitus, vtique ſi prouocabit, non video interim quid habeat in terra Deus pulchrius, quid pro laborantibus melius dici poteſt.*

Senec lib. de Prouid. c. 2. *Fortuna non cedere magnorum virorum eſt.*

434. Ambroſ. in Pſ. 118. n. 43. *Tepidus fugit labores pro Chriſto.*

Vnde interrogat Ambroſius in Pſ. 118. n. 43. quid Dauid dicere conatur, cum ait, *tribulatio, & anguſtia inuenerũt me?* Et reſpondet, *quia neceſſitates, & tribulationes iuſtum inueniunt, & interdum non inueniunt eum; inuenitur, cui corona debetur, non inuenitur, qui idoneus certamini non probatur.* Quaſi dicat, fortis miles Chriſti poſt fragrantiam laborum trahitur feſtinus, & inuenit victoriæ coronam in perferendo; tepidus vero Chriſtanus fugit, vt non eum labores inueniant. Et Paulus 2. ad Titum 2. n. 3. *Labora vt bonus Chriſti miles.* Quaſi dicat cum Patribus Græcia, afflictiones, *& mala perfer, & dura quæque tolera, vt plus ante conſpectum Domini redoleas, quia quo quis plus teritur, velut granum ſynapis plus redolet.*

2. ad Tit. 2. n. 3. Tranſ. Græca.

435. Ambroſ. lib. 4. in Lucam.

Vnde Ambroſius lib. 4. in Lucam. *Tolle Martyrum certamina; tuliſti coronas, tolle cruciatus; tuliſti beatitudines.* Quaſi dicat, nonne tentatio Ioſeph, virtutis eſt conſecratio, nonne iniuria carceris corona eſt caſtitatis. Et Anſelmus: *vobis datum eſt, quaſi præmium pro Chriſto quem diligitis, non ſolum, vt in eum credas, ſed etiam vt pro illo patiamini ad cumulum gloriæ.* Et Ambroſius, *non enim concedit Deus, & donat niſi amatoribus Chriſti*, vt ad augmentum meritorum ſuorum patiantur pro Chriſto. Quaſi dicat, neque Angelis conceſſum fuit videre Deũ. & quaſi coronari corona laborum, & perſecutionum. Et ideo Apoſtolus dicebat, *in quem deſiderant Angeli proſpicere*, id eſt, deſiderant quaſi grana ſynapis humiliari, & quod terantur laboribus, vt plus apud Deum redoleant.

Anſelmus citat. Præmia ſunt labores pro Chriſto

Angeli labores deſiderant. Petr. Ep. 1.

436. Chryſoſt. hom. 9.

Vnde interrogat Sanctus Chryſoſtomus, hom. 9. *cur. Euangeliſta Ioannes cap. 1. non dixit fecit illos filios Dei fieri, ſed dixit, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri?* Et reſpondet, *vt oſtenderet*

deret multa nobis opus eſſe diligentia,& quod non ſine noſtro labore gratia infundenda nobis eſſet. Quaſi dicat, quamnis per ſe magnum ſit filium Dei eſſe, maius tamen eſſe videtur illum in noſtra poteſtate relictum eſſe, & Dei manus, noſtras etiam ſibi velle eſſe adiunctas. Hoc eſt quod ad labores eſt neceſſaria etiam gratiâ Dei antecedens, ſed ſimul cum gratiâ ſua noſtra opera, & labores æſtimat, vt quo plus teramus, eo plus apud eum redoleamus.

Labores homines filios Dei faciunt.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur de grano ſynapis, quod minimum eſt omnibus oleribus?

QVæretur, qoare granum ſynapis minimum eſt omnibus oleribus?

437\. 1. Responsio Lyrani citati in littera, *quia licet quantitate minimum ſit, tamen intrinſecam habet virtutem, ita vt arbor fiat.* Quaſi dicat cum D. Bernardo ſerm. 1. in die Paſchat. *Digna eſt humilitas accipere fortitudinem, non manſuetudinem amittere, vt pariter velut agnus maneat, & leo ſit.* Quaſi dicat, humilitas fortis vt leo eſt, non velut ſuperbia crudelis prorſus fugiet, *non in ſuos. Et* D. Antonius *teſte Athanaſio in eius vita, nil ita perhorreſcunt Dæmones, quàm humilitatem.* Hinc Auguſt in Pſ. 7. n. 8. *Exurge Domine in præcepto, quod mandaſti? & Synagoga populorum circumdabit te.* Quaſi dicat, ſic dixiſti Domine, *diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde*, vt omnes fideles in hac ſola virtute muniti vincerent omnes Diabolicas tentationes & fraudes indicibiles. Surge igitur, & accingere gladio tuo potentiſſime, & defende hoc humilitatis gradu velut gladio fideles Eccleſiæ tuæ, qui te circumdant & ſequuntur, tanquam qui vexillum humilitatis portat. Verba Auguſtini ſunt. *Quia humilitatem præcepiſti humilis appare, & tu prior imple, quod præcepiſti vt exemplo tuo, vincentes ſuperbiam, non poſſideantur à Diabolo, quia aduerſus tua præcepta ſuperbiam, & amorem proprium percuſſit.*

Lyran. ſua in Gloſſ. Ber. ſer. 1. in die Paſch. Humilitas ſicut agnus & Leo eſt. D. Anton. cit. ab Athanaſ. Dæmones humilitatem fugiunt. Aug. in Pſ. 7. n. 8. Aug. cit. ſup.

438\. Vnde Bernardus de gradibus humilitatis grad. 9. cit. *Glorioſa res eſt humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia palliare ſe appetit, ne vileſcat.* Quaſi dicat, *non terga vertet ſuperbia humilitati, illique victa cedet, maximè cum humilium agmen ducem ante ſe agnum habeat humilem ſeruatorem*, & ducem fortem quaſi leonem. Propter quod lex Euangelica grano ſynapis comparatur, quod licet, minimum ſit in quantitate, intrinſecam tamen habet virtutem ad hoſtes ſuperandos.

Ber. de grad. humilitat. grad. 9. Ambitioſi humilitati conſequuntur dignitates.

439\. 2. Responsio Caietani citati in littera, *quia nihil abiectius hoc dogmate, ſed idem magna virtutis in vegetatione Eccleſia.* Quaſi dicat, in hoc apparet veritas fidei noſtræ, quod imbecilles, & infirmi, paruuli, & abiecti idiotæ plus de diuinitate Dei comprehenderunt, quam Philoſophi & ſapientes huius mundi. Vnde interrogat Oleaſter, quare Deut. 4. n. 16. dicitur, *caueto ne videatis omnem imaginem*, ſic legit Pagninus? Et reſpondet, *quia ex hoc oſtendit ſuam incomprehenſibilitatem, qua nullis terminis, aut figuris comprehendi poteſt.* Hinc interrogat Phellus in Cant. Quare ſponſi oculi comparantur columbarum oculis: *Nam Cant. 4. n. 1. dicitur, oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet. Vel vt ſeptuaginta legunt, præter taciturnitatem?* Et reſpondet: *Hæc enim magis eſt ſpiritualis locutio: nam in ſpiritu ſancto id quod omnem cognitionem ſuperat cognoſcit ſponſa de Deo, nempe, quod nequeat comprehendi.* Quaſi dicat, taciturnitate, & ſilentio eſſe Dei melius comprehenditur, quàm lineis aut figuris delineatur

Caietan. cit. in litt. Humiles Doctores Eccleſia. Oleaſt. in Deut. 4. n. 61. Tranſ. Pag. Cant. 4. n. 1. Deus comprehendi non poteſt.

Vnde Bernardus Epiſt. 191. contra hæreticum præſumptuoſum, & ſuo videri, plenum ſcientiâ dixit, *nil vides per ſpeculum, ſed facie ad faciem omnia intuetur, ambulans in magnis, & in mirabilibus ſuper ſe.* Sed ſi iuxta titulum libri ſui ſe ipſum cognoſceret, *non egrederetur menſuram ſuam, ſed ſaperet ad ſobrietatem.* Quaſi dicat. O quanti Doctores ſcientiâ inflati multa ſcribunt, & diſputant aliis prædicantes, & ſeipſos ignorantes; quia plus præſumunt, quam operantur, ſcribunt, & ſciunt. 440.

Ber. Ep. 191. Magiſtri ſuperbi omnia præſumunt de ſe.

Ad quos Cyprianus ſerm. de Cæna Domini, *veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, quia cum in ſolem vellet figere oculos vim luminis non ferens cæcata eſt, non illuminata humana præſumptio; quia aſpectui eius lippitudo inhæſit.* Quaſi dicat, inanis eſt præſumptio litteralis & arrogantia Doctorum confidens in elatione ſcientiæ ſuæ, quia ſcriptum eſt. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*: nam quemadmodum, qui apertis oculis ſolem videre conatur ſtupefactus, & obſcuratus cadit in terram. Sic noſtro Hiſpano modo loquendi, *los legannoſos con el ſol ciegan.* Vnde Tertullianus lib 5. contra Martion. ait, *vt quoniam homo non erubuerat lapidem, & lignum adorans, eadem conſtantia non confuſus de Chriſto pro impudẽtia idololatria ſatis Deo faceret per imprudentiam fides.* Quaſi dicat, vt ſapientes & Philoſophi confunderentur, videntes Eccleſiam Dei tantum vegetare ſolis paruulis Diſcipulis, & idiotis per inſtrumentum aſſumptis, erubeſcenteſque elati Doctores, ad crucifixumque conuerterentur, fidem eius ſequentes, ſolo ſigno crucis idola deſtruebant vt de ſuperbia ſua præterita confunderentur, & cognoſcerent quod granum ſynapis abiectum, & minimum, in vegetatione Eccleſię magnam virtutem habet. 441.

Cyprian. ſerm. de Cœna. Pſal. 63. n. 8. Los Legannoſos con el ſol ciegan. Tertul. contra Marcio. lib. 5. Idiota fide Philoſophos confundunt.

DIFFICVLTAS XI.

Quæ ſunt volucres cæli, quæ requieſcunt in grano ſynapis?

QVæretur, quid volucres iſtæ ſignificent?

1\. Responsio Hilarij in littera citati, qui ait, *volucres cæli ſunt Phariſæi, & ſacerdotes populi Iſrael, quibus tanquam infirmis data ſunt olera Prophetarum ſed fidelibus Chriſtianis data eſt arbor, id eſt, lex Chriſti, vbi volucres humiles requieſcant.* 442.

Hilar. cit. in littera.

vbi volucres humiles requieſcant.

445. Lyran. in Dan.c.4.n.6. Interrogat Lyranus, quare Nabuchodonoſor vidit arborem *de cuius ramis dicitur* Daniel. 4. n.6. *& in ramis eius conuerſabantur volucres cœli*? Et reſpondet, *quia per volucres intelliguntur paruuli, & mendaces ad alta tendentes, quia tales ſolent eſſe Principibus laterales.* Quaſi dicat eum Interlineali, *leues, & mendaces, adulatoreſque ſemper, propter ambitionem à latere ſuperiorum non ſeparantur.* De quibus Bernardus hom. 4. ad Eug. ait: *Scorpioni non eſt in facie, quod formides, ſed pungit cauda.* Quaſi dicat, hi qui multum frequentant Palatia Regum, & ſuperiorum cubiculas & cellas ambitioſi ſunt, & generia cuiuſdam peſtilentis; quia adulantes ore & loquentes ad placitum maiorum, quaſi ſcorpiones veneno peſtifero omnes abſentes lacerant, & occidunt; quia aliquando ſunt volucres, quæ garrulant, quantum bene, & male ſciunt, aut audierunt. Vnde idem Bernard. loco citato ad Papam aduertens dicit, *videas quoque, & homines pernicioſos ad honores Eccleſiaſticos peruolare, moxque ſibi applaudere ſanctitatem, veſtium duntaxat mutatione, non mentium.* Quaſi dicat; adulatores velut volucres cœli variis coloribus plumarum induuntur: nam aliquando ſanctitatem, aliquando & humilitatem affectant. Et ſi ſuperioribus placet. De Sanctis ipſis murmurabunt.

Mendaces & adulatores in cellis Prælatorum.

Ber. hom. 4. ad Eug.

Ber. ad Eug. Pap.

Adulatores aues variis plumis amictæ.

444. Aug. in Pſ. 126. Matthæi 20. n. 23. Vnde Auguſtinus in Pſ. 126. *volucres ambitioſos vocat tales, de quibus Chriſtus dixit altiores ramos arboris quærentes, non eſt meum dare vobis.* Quaſi dicat, *non eſt meum dare ſuperbis* (hoc eſt, adhuc erant Apoſtoli) ſed ſi vultis illud accipere, nolite eſſe, quod eſtis, aliis paratum eſt, & vos alij eſtote. Quaſi dicat, ſi requieſcere vultis in arbore Synapis Chriſti, humiliamini, & conſiderate imbecilles, & Apoſtolos. Ex idiotis in ſapientiſſimos Doctores transformatos, & legem Chriſti meditando requieſcentes. Et vos ſi idem conamini ex volucribus cœli ſuperbis in domeſticos paſſeres conuertimini, vt requiem habeatis.

Humiles transformantur.

445. Oleaſt. in Deut.4 n.20 Tranſl. Pagn. Vnde interrogat Oleaſter, quare Deut. 4. n. 20. dicitur, ſicut Pagninus legit, *eduxit nos ex fornace ferrea ex Ægypto*? Et reſpondet, *quia voluit Dominus Iudæos nouos homines facere: Ideo in fornacem Ægypti concluſit, & immiſit, ſed ipſi adhuc terrena ſapiunt, & non quæ Dei ſunt.* Quaſi dicat, infirmitas Iudæorum eſt incurabilis, quæ nullo genere herbarum, neque olerum curari poteſt, quia ſunt inquieti varij, & terrena ſapiunt; neque in arbore Chriſti, & ramis eius, qui ſunt ſacra ſcriptura, & doctrina Euangelica, quieſcere volunt; ſed ô bone Deus, vtinam me dignareris in fornacem diuini amoris mittere, qui me nouum extraheres hominem quo te amplius non offenderem.

Iudæi incurabiles miſſi in Camino ignis fidei.

446. S. Aug. lib. 1. Soliloq. c. 11. tom. 1. Ideo Auguſtinus lib. 1. Soliloq. cap. 11. de elatis volucribus quæ fingunt requieſcere, & nihil in mundo concupiſcere; opere autem & cogitationibus ſunt volucres rapaces omnia deſiderantes, omnia prætendentes, ſemper anhelando, & ſemper mentiendo, & diſſimulando. *Multum intereſt, verba ſunt Auguſtini. Vtrum animi deſperatione obruatur cupiditas an ſanitate pellatur.* Quaſi dicat, deſperatione oppreſſa manet multoties ambitio non expulſa, quia in cogitationibus mentis manent ambitioſi, quaſi aues in arbore Nabuchodonoſoris pendentes, & gementes, non ſedentes, & quieſcentes, ſicut humiles in arbore Synapis, ideſt, in Euangelica doctrina.

Ambitioſi cogitationibus ſequuntur.

Humiles in ramis Euangelij requieſcunt.

2. Responsio eſt Abulenſis in littera citati, qui ait, *volucres cœli ſunt humana ingenia, quæ nunquam ſcientiis ſatiantur, & in ſolo arbore Chriſti diſcunt, & requieſcunt.* Vnde interrogat Lyranus noſter, quare *Angelus Domini dixit Danieli cap. 10. n. 11. Daniel vir deſideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te*? Et reſpondet eum Interlineali; *quia Daniel precum inſtantia & afflictione corporis, & ieiuniorum duritia concupiuit ſcire ventura, & Dei ſecreta.* Quaſi dicat, ſecreta, & myſteria Dei, quæ ſunt arcana ſacramenta, & ſcientiæ ſcientiarum, non ſolum ſtudiis, ſed orationibus, & ieiuniis, conſequuntur quæ deſiderant ſcire, & fiunt Deo pulcherrimi, & deſiderabiles viri. Vnde Hieronymus in Gloſſa *ex Symmacho vertit, Daniel deſiderabilis; quia omnis Sanctus, habens in ſe animæ pulchritudinem, amatur, & deſideratur à Deo, & Spiritus ſancti ſcientia repletur, ita vt intelligat,* quæ Deus ad eum loquitur. Vnde Theodoretus ibi in Gloſſa: *Attende diligenter, quæ à me dicuntur, ſiquidem vt te docerem miſſus ſum.* Quaſi dicat, Magiſter humilium, Angeli ſunt miſſi à Deo, vt intelligas, ſcias, & quieſcas in ramis doctrinæ, & ſcientiæ Dei.

447. Abu. eiuſ citat. in litter.

Lyran. in cap. 10. Dan. n. 11.

Interlinealis in Gloſſa.

Scientia orationibus comparatur.

Hieronym. in Gloſſ.

Tranſ. Symmach.

Theodor. in Gloſſa.

DIFFICVLTAS XII.

Quid ſignificet fermentum abſconditum?

QVæritur quare Euangelica doctrina fermento abſcondito comparatur?

448. S. Thom in litt. citat. 1. Responsio Sancti Thomæ in littera citati *quia ſicut fermentum multam farinam tranſmutat ita & prædicatores debent peccatores in Deum tranſmutare.* Vnde interrogat noſter Lyranus, quare Nabuchodonoſor dixit Danieli, *& ecce vigil, & ſanctus de cœlo deſcendit, & clamauit fortiter, ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius, & diſpergite fructus eius.* Daniel cap. 4. n. 11. Et reſpondet in ſenſu morali, *quia Spiritus ſanctus ſpirat Prophetas ſuos, ideſt, prædicatores fortiter clamant contra peccatores ſuperbos.* Quaſi dicat Spiritus ſanctus ſolet ita zelo diuino prædicatores replere, vt peccatores ad Deum conuertant, & ſententiam diuinam pronuntient dicentes, *ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius*, hoc eſt, timete, ne hac nocte in infernum deſcendatis, niſi per veram pœnitentiam ante mortem, ad Deum humiliter conuerſi ſitis, & de facto ſolent clamare ad Deum, & conuertere peccatores.

Lyranus ſu. in Gloſſa. Dan. cap. 4. n. 11

Spiritus ſanctus eſt in prædicatoribus.

Prædicatores peccatores conuertunt.

449. Hieronym. in Gloſſa. Pſ. 120. n. 4. Vbi Hieronymus in Gloſſa ait; *vigilant enim Angeli ad Dei officium parati, nos quoque crebris pernoctationibus, & prædicationibus eos imitemur.* Quaſi dicat eum Pſalmiſta Pſ. 120. *non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael;* neque Prædicatores debent ceſſare in Angelorum

Ambr. lib. de virg. lapſa c. 8.

lorum decretum. Et Ambroſ. lib. de virg lap. cap. 8. *ſi peccator ſibi ipſi non pepercerit à Deo illi parcitur, & ſi futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ ſpatio compenſauerit ſeipſum ab æterno iudicio liberat.* Quaſi dicat, vt prædicator peccatorem proteruum conuertat, grandi plaga, alta & prolixa opus eſt medicina; quia grande ſcelus grandem habet neceſſariam ſatisfactionem. Et Tertullianus ponderans vim fermenti verbi diuini, adhuc in proteruo Rege Nabuchodonoſor ait lib. de patientia, *Rex Babylonis offenſo Domino cum ſqualore & pædore ſeptenni ab humana forma exulaſſet immolata patientia & regnum recuperauit, & quod optabilius homini eſt ſatis Deo fecit.* Et D. Cyprianus ſerm. de Eleemoſyna, *Daniel: Rex non obtemperans aduerſa quæ viderat, & infecta perpeſſus eſt, quæ euadere, & fugere potuiſſet ſi peccata ſua fleret.* Quaſi dicat, verba Danielis Dei prædicatoris, ſi Rex obſeruaret, & non iterum maſſa eius cordis corrumperetur, cum beſtiis & feris non habitaret, neque fœnum quaſi bos comederet tanto tempore in beſtiam conuerſus, quia noluit conuerti ad Deum ex toto animo, & fermentari verbo Danielis prophetizato.

Satisfactio quoad æqualitatem.
Tertull. lib. de patient.
Cyprian. ſerm. de Eleemoſina.
Peccator qui non corrigitur dupliciter punitur.

450\. Vnde Hieronymus in Gloſſa citatus ait: *Fecit Nabuchodonoſor iuxta conſilium Danielis miſericordias in pauperes.* Et idcirco, *vſque ad menſem duodecimum dilatata eſt ſententia, ſed quia poſtea gloriabatur rediens ad vomitum, bonum miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ.* Quaſi dicat verſus eſt in inſaniam Rex miſer, quia non perſeuerauit in bono propoſito, & fermentum, quod maſſa animæ ſuæ diſpoſitum erat, per verba prædicatoris corrupta maſſa totum perdidit, quod acquiſierat.

Hieronym. in Gloſſ. cit.
Ingrati maioribus malis replentur.

451\. Et Gregorius lib. 5. moral. cap. 6. *ſæpe, qui in poteſtate ſunt ea quæ rectè faciunt; quia elatè cogitant, amittunt. Dumque ſe ad cuncta æſtimant etiam impenſa ſibi vtilitatis meritum damnant.* Quaſi dicat, multoties peccator, quod factum fuerat, perdit, quia humiliter non vult conſeruare mercedem Dei quam in conuerſione acquiſierat. Vnde Bernardus, *prorſus horreo incidere, in manus Dei viuentis, volo vultui eius iudicatus præſentari, non iudicandus, iudicabo mala mea, iudicabo & bona mea; mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrimis, &c.* Quaſi dicat, iudicabo ingratitudinem meam, ſemper timebo, ne vt ingratus, ad vomitum redeam, & ita fermentum verbi diuini, quod à ſanctis percepi in mente & corde retinebo, vt toto animo & corde ad Deum conuertar.

Ber. cit. ſup.
Iuſti ſemper timorati.

452\. 2. Responsio eſt Caietani, qui ait: *fermentum eſt puſillus grex, qui vim habet totum mundum fermentandi.* Quaſi dicat, poteſtas Dei in ſimplicibus & ruſticis prædicatoribus plus oſtenditur, quia potentes Reges verbis ſuis, & flagitant, & conuertunt impios ad Deum. Vnde interrogat Theodoretus. Quare de Rege Nabuchodonoſor puſillo Danieli non credenti dicitur, *ex omnibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt, donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent.* Et reſpondet Interlinealis, quia mente captus factus eſt. Et Theodoretus in Gloſſa. *Hic ſignificat neglectum ipſum, & nulli curæ alicui fuiſſe; diuina enim prouidentia deſtitutus, neque propinquorum cura potitus eſt, cum ipſi eſſent vxor, liberi & cognati, ſed inſtar feræ deſerta loca peragrabat.* Quaſi dicat, caueant potentes, & Principes Tyranni, ne prædicatores puſillos contemnant, & propter fermentum verbi diuini, quo frigidam maſſam cordis eorum volunt ad Deum diſponere, eos perſequantur, & in exilium mittantur; quia Deus non ceſſabit plagis ineffabilibus eos replere, & fœnum quaſi bos comedentes ab omnibus hominibus & inimicis perſequentur, & vincentur, & ſubitò ſicut Nabuchodonoſor regna amittent.

Caietan. in littera cit.
Theod. in Gloſſ. citat.
Dan. 4. n. 22. interlin. in Gloſſa.
Fermentum figura diuini verbi
Reges eliminant prædicatores exulare.

453\. 3. Responsio Euſebij citati in littera, qui ait, *fermentum eſt vera noſtra fides, quæ in tribus ſatis ponitur, id eſt, in Patre, Filio, & Spiritu ſancto.* Quaſi dicat, cum homo peccator in ſe reuerſus, fidem, quam perdiderat, obſeruat, quaſi fermentata, & ab Spiritu Sancto diſpoſita, alia videtur anima, & conuerſatio eius. Vnde interrogat Theodoretus in gloſſa, quare dixit Nabuchodonoſor Dan. 4. n. 31. *& oculos meos ad Deum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi, & Altiſſimo benedixi?* Et reſpondet, tantum vtilitatis ex calamitatibus, *percepit Nabuchodonoſor, vt Prophetæ inſtar de vera fide ſentiret, & loqueretur.* Quaſi dicat, in ſe reuerſus peccator fermento diuini amoris diſponitur, fidem Trinitatis verè confitetur in intellectu, & in voluntate legem Dei implet.

Euſeb. citat. in litt.
Fermentum eſt fides vera
Theodoretus, in Gloſſ.
Dan. 4 n. 5[?]
Peccator conuerſus, eſt prædicator fidei.

454\. Et Lyranus addit, *ſenſum recepit Nabuchodonoſor mutauit ſecundum æſtimationem, quam habebat in furia, quia tam ſibi & omnibus videbatur, quod eſſet beſtia.* Quaſi diceret, peccator, qui effrenatè viuit & peccat, quaſi beſtialis homo, bibendo ſicut aquam iniquitatem, talis à nemine vt rationalis æſtimatur; cum vero in ſe reuerſus eſt, & in ſatis tribus, id eſt, in diuinis perſonis, & eorum miſericordiam meditatur, quaſi fermentatus & ardens diuina gratia totam vitam diſponit; ita vt ab hominibus æſtimetur, & veneretur, tanquam Angelus Dei, cuius conuerſatio eſt in cælis.

Lyran ſua in Gloſſa.
Peccator in ſe reuerſus in ſatis tribus ſaluatur
Ad Philip. n. 10.

DIFFICVLTAS VIII.

Quid ſit mulier, quæ abſcondit fermentum in ſatis tribus?

QVæretur quid ſignificet mulier iſta, quæ abſcondit fermentum?

455\. 1. Responsio fuit Lyrani in littera, qui ait: *mulier eſt diligentia Prælatorum, qui exemplo, & prædicatione ſua diligentiſſimè diſponunt gregem, quem Spiritus Sanctus illis tradidit ad gubernationem.* Vnde interrogat noſter Lyranus ſua in Gloſſa, *quare Princeps Iſboſeth occiſus eſt ab impiis Rechab, & Baana fratribus?* Et reſpondet, *cum littera textus; quia oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit.* Et addit: *non enim Iſboſeth inopinata morte ſuccumberet, ſi non ad ingreſſum domus mulierem cuſtodiam deputaſſet.* Quaſi dicat, infelix Regnum, & communitas, quæ non Regem, & Præſulem vigilem habet, quem neque ne-

Lyran. in Gloſſ.
Mulier diligentia figura.
Lyran. ſua in Gloſſa.
2. Reg. c. 4.

Prælati, & Reges vigiles ſemper. Gloſſ. in 1. Reg. c. 4. *Oſtiaria purgans ſibi candida grana, Prælati cupidus.*

gligentiæ ſomnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat: Isboſeth enim (inquit Gloſſa) *vir confuſionis dicitur, vir autem confuſionis eſt populus, vel conuentus, qui forti Præſule non eſt munitus, ſed oſtiaria, quæ purgat triticum, & dormit, quia pinguiora, & candidiora grana ſibi diſcernendo & fructus & reditus, eleemoſynaſque in ſuas commoditates eligendo, inſidiatores admittit, & in cuſtodiendo legem Dei, & obſeruantia ſua regula, & profeſſionis dormitat*, quia propter hoc ſollicitudo, & cura ſubditorum ceſſat: neque curat ſi ſubditi in inguine feriantur, quia ferire in inguine, teſte D. Gregorio, lib. moral. eſt vitam mentis carnis delectationibus perforare. Ex quo prouenit, quod propter eius negligentiam gratia diuini amoris tota maſſa communitatis non fermentatur.

456. Oleaſt. in Deut. 5. n. 38 Tranſ. Pagn. *Zelator Prælatus ſuarũ vtilitatum non Dei.* *Omiſſiones ſuperiorum punit Deus.*

Vnde interrogat Oleaſter, quare *Deut. 5. n. 38. dicit Deus, ego Dominus tuus fortis æmulator?* Et reſpondet, *quia ſunt multi Prælati zelantes & æmulantes honorem ſuum non Dei, qui ad vtilitates, & augendos honores ſuos diligentiſſimi & vigiles ſunt, ad vindicãdas vero iniurias Dei, & honoris eius non habent fortitudinem, ſed negligentiam innatam, & omiſſiones infinitas. Ideo dixit Deus, ego Dominus fortis æmulator.* Quaſi dicat, qui ſequitur me in dignitate conſtitutus zelator fortis ſit præceptorum meorum, & diligens miniſter, qui ſicut fœmina quæ ſuæ domus curam habet, vigil & non dormiens fermentum Euangelicæ Doctrinæ abſcondit in ſatis tribus fidei Catholicæ, vt tota maſſa, ideſt, tota eius domus fermentetur igne diuini amoris.

457. S. Auguſt. in litter. citat. *Tres potentiæ animæ tria ſata farinæ.* Sap. 6. n. 16.

8. Responsio Auguſtini in litter. citat. *mulier eſt ſapientia, quæ in ſatis tribus abſcondit fermentum amoris Dei in toto corde perfecto, in tota anima, & in tota mente.* Quaſi dicat, ille in ſatis tribus verè fermentum legis Dei abſcondit qui vigili ſapientia ſtudet, quomodo tribus potentiis animæ ſuæ amabit ſtrictè, & perfectiſſime Deum, de quo loquitur Spiritus ſanctus *Sap. 6. n. 16. cura ergo diſciplinæ dilectio; & dilectio cuſtodia legum illius eſt.* Quaſi dicat, perfectus vir, & ſapiens, non ſolum legem Dei obſeruat, ſed ſumma diligentia curat de minimis & cæremoniis requiſitis ad gloriam, & honorem Dei.

458. Niſſen. hom. 4. in Cant. Cant. 1. n. 4. *Hiſpana locutio.*

Vnde interrogat Niſſenus hom. 4. in Cant. quare ſponſa proſpiciens, & reſpiciens in ſponſum dixit, c. 1. n. 4. *oculi tui columbarum?* Et reſpondet, *nunc primum virgo, in ſponſi formam intendit oculos, quoniam ſponſum habebat in oculis.* Quaſi dicat, tanto amore, anima mente & corde ferebatur in ſponſum, quod in oculis ipſum indeſinenter haberet, quod nos Hiſpano idiomate declaramus; *no ſe atreue elquebien ama apeſtañear ſin loque bien quierre.*

459. Oleaſt. in Deut. c. 5. n. 6 Tranſ. Pagn. S. Thom. ſup. cit. *Amor non admittit conſortium.*

Vnde interrogat Oleaſter, quare Deut. cap. 5. n. 6. *dixit Deus attende quod ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti?* Et reſpondit, *extrema dementia eſt in alios debita referre, cui ſoli vni debes, & amas.* Quaſi dicat verus amor, teſte Sancto Thoma *non admittit conſortium.* Non ergo debemus amorem in multos diuidere, quando ſolus eſt noſter Benefactor, & ideo mente, corde, & animo aduertit, quod conſideraret populus, quod Deus ſolus erat, qui eduxit eum de terra Ægypti. Quia ſi vt Chriſtus ait Matth. 6. *nemo poteſt duobus Dominis ſeruire*, neque multò fortiùs duobus, aut plurimis diis. Hinc dicebat Ambroſius ſerm. 11. in Pſ. 118. *Sancta anima neſcit aliud deſiderare, quàm ſponſum, qui eſt Chriſtus Ieſus, illum concupiſcit, illum deſiderat, in illum totis viribus intendit, illum gremio mentis fouet, illi ſe aperit, effundit, & hoc veretur, ne illum poſſit amittere.* Quaſi dicat, ille vero corde, mente, & anima Deum diligit, qui timet, neque ad nutum oculorum à Deo ſeparari, & plus curat de Dei amore, quàm de mortis timore.

Matth. 6. Ambroſ. ſer. 11. in Pſ. 118.

460. Ambr. idem lib. 2. offic. c. 7. *Amor Dei vitæ anteponendus.* 2. Reg. 4. n. 12. *Medici anathomiam facientes.* *Cor fons eſt caloris corporis totius.*

Vnde interrogat Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 7. quare Dauid cum timidus eſſet, ne filius Saulis Isboſeth ſineret eum regnare ſuper Iſrael, quare interfectoribus ſucceſſoris Regni præcepit occidere 2. Reg. 4. n. 12. *præcidentes manus eius, & pedes eorum ſuſpenderunt eos?* Et reſpondet, *quia Dauid magis ſolicitus fuit de amore Dei, & ne innocentis mortem inultam relinqueret, quomodo propriam mortem excuſaret.* Quaſi dicat ille verè Deum amat corde, qui omnibus rebus honorem Dei anteponit. Vnde medici *dicunt cor eſſe quendam fontem nobis innati caloris, à quo per arterias in vniuerſum corpus calor diſtribuitur.* Qui ergo ex toto corde Deum diligit omnia eius ſtudia tanquam membra ſui corporis ferueant ſpiritu. Quaſi dicat, qui Deum verè diligit, nulla potentia nullo membro corporis refrigerante Deum ſemper diligat.

461. 1. Reg. 24. n. 6. *Scrupuloſus eſt verus amor.* Ber. ſerm. de Spiritu ſanct. *Potentiæ animæ ſata amoris Dei.* Bern. citat. ſup.

Vnde ſcies, quare de Dauid dicitur 1. Reg. 24. n. 6. *quod percuſſit cor ſuum, eoquod abſcidiſſet oram clamidis Saulis*; quia perfectus amor, ita medullitùs in corde Dauid inſidebat quod in minutiſſimis Dei ab erratis, aut ignorantiis diuinæ diſplicentiæ nimium doleret. Et ſic Bernard. ſerm. de Spiritu ſancto dicebat, *quid à te quærit, qui tanta ſolicitudine te quæſiuit, niſi ſolicitum ambulare cum Deo tuo?* Quaſi dicat quid fœmina prudens, & diligens fecit, quando fermentum in ſatis tribus abſcondit, quæ vt fermentaret maſſam calore diuini amoris in ſatis tribus potentiis animæ ſuæ, ſumma diligentia obſeruauit. Et hanc ſolicitudinem non facit niſi Spiritus ſanctus qui neque minimam paleam intra cordis, quod poſſidet habitaculum patitur reſidere, ſed vt inquit Bernardus *citat. ſupra: ſtatim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit Spiritus dulcis, & ſuauis.*

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur in littera, donec fermentatum eſt totum?

QVæretur, quando tota mundi maſſa doctrinâ Sancti Euangelij erit fermetata?

462. *Auctoris menſ.*

1. Responsio ſit, *quando vnus fuerit Paſtor & vnum ouile.* Quaſi dicat quod tunc ſubditi manent pacifici, obſeruanteſque ſuæ profeſſionis, cum Paſtor, & Prælatus in vnitate, & charitate maſſæ, id eſt, communitatis, copulatur vnanimiter in radice.

Abul. q. 103. in Matth. Matt. 4. n. 18. dice. Vnde interrogat Abulenſis quæſt. 103. in Matth. *quare dicitur, quod Chriſtus vocauit duos fratres, & fecit illos Diſcipulos ſuos Matth. 4. n. 18.* Et reſpondet, *quia ipſa propinquitas ſanguinis auget quendam gradum amoris.* Quaſi dicat, fundabat Ieſus Eccleſiam ſuam ſupra firmam vnitatem, & vnionem, & amore fra-
Chryſoſt. cit. ab Abul. ternitatis ſolidabatur. Vnde Chryſoſtomus citatus ab Abulenſi, *ſuper Charitatem fraternitatis Eccleſiæ poſuit fundamentum, vt ex radicibus Charitatis exuberans, quaſi humor aſcendat in ramos.* Quaſi dicat, ſi charitas viget in ſu-
Charitas in Prælatis radix pacis periore, quaſi in radice, facile in ramos deriuatur, hoc eſt, ad ſubditos extenditur. Et
D. Iſidor. Peluſ. lib. 1. Ep. 9. D. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Ep. 9. *ſapientiſſimus ſaluator ipſa initia Eccleſiæ in fraternitate fundauit, vt omnes fideles fraterno amore copularet, atque virili concordia conſeruaret.* Quaſi dicat, ſine fraternitate, & pace nulla communitas
Interlineal. conſeruari poteſt. Et interlinealis ait, *quia vnitatem fraternæ dilectionis probauit Chriſtus, ſine qua nullus in ordine prædicatorum admittitur, ideo binos elegit Dominus.* Quaſi dicat,
Prædicatores diſcordes non ſunt Dei. tam neceſſaria eſt charitas & amor inter fratres, qui in vnum commorantur, quod Paſtor Chriſtus binos elegit, vnitos in amore, quia ſi non ſe diligerent, non eligeret eos.

463. Albert. Magn. in Euang. Vnde Albertus Magnus in Matth. 4. *quantumcunque ſit aliquis magnæ dignitatis & poteſtatis, neceſſe eſt, quod in multis iuuatur [a]lteri, & iuuetur ab ipſo.* Quaſi dicat, frater qui iuuatur à fratre ſuo, *quaſi ciuitas firma, & iudicia eorum quaſi veſtes vrbium vt dicitur Prouerb. 18. n. 19.* Vnde interrogat Rabbanus in Gloſſa quare vt linirent Dauid tribus Iſrael, & eum obligarent, dixerunt illi 2. Reg. n. 2. *Ecce* *Fratres amore roborantur.*
nos os tuum, & caro tua ſumus? Et reſpondet, *quia ad oſtenſionem bonæ voluntatis Reipublicæque gubernationem, nullum ſignum euidens poteſt* Prouerb. 18 n. 19.
aſſignari, quam vnitas in natura, & conditione, Balban. in Gloſſa ad c. 2. Reg.
ſicut ſunt caro & oſſa cum corpore, & *corpus cum anima vnitum.* Vnde dicit Rabbanus, *ſic* 2. Reg. 5. n. 2.
omnes gentes conuenient ad Chriſtum, & quaſi blandiendo dicunt os tuum, & caro tua ſumus. Quaſi dicat, cum venerit Dominus ad iudicandum mundum, & tota maſſa fidelium Rabban. cit.
fuerit fermentata & erit vnus Paſtor, & vnum ouile, cum iudicem viderimus iratum blandiendo dicemus illi, *os tuum, & caro tua ſumus, ô miſericors, & miſerator Dominus, memento, quod ex noſtra natura in virginis vtero carnem ſuſcepiſti, & propter iſtam fraternitatem te Paſtorem requirentes diligimus,* & *Remedium ad diem iudicis temperandum.*
omnes fideles quaſi vnum ouile te veneramur.

Vnde Bernard. ſerm. 32. in Cant. *audiant Prælati, qui ſibi commiſſis ſemper volunt eſſe formidini; vtilitati raro. Erudimini qui iudicatis terram, diſcite ſubditorum Patres, & matres, &* 464.
fratres vos eſſe debere, non Dominos: matres Bernard. ſer. 32. in Cant.
fouendo exhibeatis, producite vbera, pectora la- Pſ. 2. n. 2.
ctate, vt pingues fiant: Patres, vt ſubditos ſicut *Prælati Patres & fratres cum ſubditis.*
filios diligatis; fratres vt vnanimes & concordes, ſine elatione ambuletis; & paſtores, vt gregem pecora errantia reducatis vt fiat vnus Paſtor, & ouile vnum, & vniuerſa maſſa prædeſtinatorum *Cum amore reducere obligat.*
fermentata maneat igne amoris Dei in æternum.

TRAC

TRACTATVS DECIMVS QVINTVS.

Ad Litteram in Cap. XX. Matthæi.

De Parabola Patris familias.

TEXTVS.

1. SIMILE eſt Regnum cælorum homini Patri-familias, qui exiit
primo mane conducere operarios in vineam ſuam. 2. Conuen-
tione autem facta eum operariis ex denario diurno, miſit illos
in vineam ſuam. 3. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios
ſtantes in foro otioſos, 4. Et dixit illis, ite & vos in vineam meam & quod
iuſtum fuerit dabo vobis. 5. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſex-
tam & nonam horam, & fecit ſimiliter. 6. Circa vndecimam vero exiit, & in-
uenit alios ſtantes, & dixit illis, ite & vos in vineam meam. 7. Cum ſerò fa-
ctum eſſet, dixit Dominus vineæ procuratori ſuo, voca operarios & redde illis
mercedem incipiens à nouiſſimis vſque ad primos 8.

EXPOSITIO LITTERÆ.

465. TOtus ſcopus parabolæ huius eſt, quia probare Chriſtus voluit id quod in hoc cap. o. 16. *dixerat, ſcilicet, quod nouiſſimi erunt primi & primi nouiſſimi in regno cælorum*, ſiue ſit in Eccleſia militanti, ſiue triumphanti. Non quia præmium vitæ æternæ æquale ſit, vt Lutherani delirant; neque vt reprobos pro ſua voluntate Deus faciat, *dans cui ſibi placuit, & tollens gloriam, vt Caluinus blaſphemauit.* Sed, meo videri, vt pateat, quod omnibus laborantibus in Eccleſia dat præmium, quod iuſtum eſt, & meretur vnuſquiſque ſecundum opera ſua; quia ſunt aliqui ita vehementer laborantes in vinea Dei, quod vna hora æquiparentur cum illis, qui multis horis laborauerunt.

466. Abulenſis in Matth. 15. Homini Patri familias, hoc ad parabolam pertinet inquit Abulenſ. 1. quia Pater familias eſt, qui conducit operarios, ſiue ad Eccleſiam, ſiue ad gloriam. Primò mane, ideſt, in aurora, quæ eſt prima pars diei. Conuentione autem facta. Sufficit dicere cum primis, quia proportionabiliter ſubintelligitur feciſſe cum illis, qui hora tertia ſexta, & nona venerāt quos miſit ad laborandum in vineam ſuam. Ex denario diurno, ideſt; pro mercede aſſueta in illa Regione pro labore vnius diei. Quid hic ſtatis tota die otioſi? quia tota die nihil fecerant. Quia nemo nos conduxit, ideſt, non fuimus ſuperbi, neque temerarij in mercede conducenda. Voca operarios ad ſoluendum ſtatim ſine mora, incipiens à nouiſſimis, ideſt, ab illis, qui venerunt hora vndecima, ideſt, ſoluatur ſolutio in primis conuerſo ordine non vt prius ſoluantur, qui tarde laborauerunt, ſed non pigre ſed viriliter. Cætera per quæſtiones patebunt.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio	1. Simile eſt Regnum cælorum homini Patri familias.
Tranſl. Vatabli.	2. Nam ſimile eſt homini Patri familias qui exit primo ſtatim diluculo ad conducendos operarios in vineam ſuam.
Tranſl. ex Syriac.	3. Simile eſt Regnum cælorum viro Domino domus, qui exit ſummo diluculo ad conducendos operarios in vinea ſua.
Caietanus in Euang.	4. Aſſimilatur Regnum cælorum non ſolum Patri familias ſed negotio

tio

tio parabolæ huius.

Abulenſ. in Matth. 20. 5. Similis eſt ſtatus Eccleſiæ militantium in quo ſunt diuerſi gradus laborantium.

n. 23. Vulgata; conuentione autem, &c. 6. Pactus autem cum operariis denario in diem miſit illos, &c.

Tranſ. Vat.

Tranſ. ex Syriac. 7. Exiit hora tertia, videnſque alios ſtantes in platea, & otioſos.

Caietan. in Euang. 8. Pro decem nummis dandis pro opere totius diei.

Tertul. aduerſus Hæreticos. 9. De vno denario eiuſdem mercedis.

Tranſ. ex Syriac. 10. Videnſque alios ſtantes in platea otioſos.

Tranſ. Vatabli. 11. Cur hic ſtatis totum diē otioſi, abite, & quod fuerit iuſtū accipietis.

Tranſ. ex Syriac. 12. Quia nemo nos conducit, quibus ſubdit: ite & vos in vineam, & quodcumque oportuerit accipietis.

n. 8. Vulgata cum ſero factum eſſet.

Lyran. noſter ſua in Gloſſa. 13. Cum tempus præmij aduenisſet.

Caietanus in Euang. 14. Cum mercedis tēpus veniſſet, vt non maneret opus mercenarij vſque ad mane.

Tranſ. Vatabli. 15. Cum autem aduesperauiſſet dixit Procuratori, voca operarios, & redde illis mercedē exorſus à poſtremis vſque ad primos.

Tranſ. ex Syriac. 16. Cum autem eſſet veſpera, ait Dominus vineæ Præfecto domus ſuę, voca operarios, & da eis mercedem eorum, & incipe à nouiſſimis ad primos vſque.

Abulenſ. in prolog. ad cap. 20 Matth. 17. Dixit Paterfamilias negotiorum geſtori, quia non erat procurator ad lites, ſed ad negotia, redde illis mercedem ſuam debitam, incipiens ab illis, qui venerunt.

Interlinealis in gloſſa 18. Hora Vndecima in agrum vnicuique ſecundum opera ſua prout geſſit.

DIFFICVLTAS I.

Quid intelligatur per regnum cælorum, & per Patremfamilias in hac parabola?

QVæretur, quid eſt in præſenti occaſione regnum cælorum, quid Paterfamilias?

1. Responsio eſt Abulenſis q. 3. qui ait, *propriè dicitur hic regnum cælorum vita æterna, quia ibi ſancti regnant cum Chriſto*, vt patet Apocalip. 5. n. 10. *Aliqui accipiunt*, pro Eccleſia militanti, vt cap. 11. n. 11. Matth. dicitur, *qui minor eſt in regno cælorum, maior eſt Joanne.* Vnde Gregorius ait, *in ſacro eloquio regnum cælorum præſentis temporis Eccleſia deſignatur. Aliqui accipiunt pro ſacra ſcriptura intellectu.* Vnde Matth. 21. n. 43. *auferetur à nobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam eius, id eſt, auferetur à vobis intellectus ſacræ ſcripturæ.* Aliqui regnum cælorum accipiunt pro Chriſto. Neque abs re ego iudicarem regnum cælorum pro quolibet iuſto accipi, *quia ſeruire Deo regnare eſt.* 467.

Abul. q. 5. in Matth Apoc. 5. n. 10. Matth. 11. n. 11. Gregor. in hom. Matth. 21. n. 43. Auctoris mens.

2. Responsio Caietani in Euangelio qui ait: *appellationem Regni cælorum intellige ipſum in vtroquè ſtatu, vita ſcilicet, vt termini; nam operari ſpectat ad regnum cælorum in hac vita; merces vero ad idem in termino.* Quaſi dicat, qui ſunt operarij in vinea Domini propter gratiam, mediante qua laborant, habent hic inchoatam gloriam, & poſtea integram mercedem in altera. 468.

Caietan. in Euang. Chriſtus merces Parabola.

3. Responsio eſt Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait: *Paterfamilias eſt Deus, qui ita gubernat totum mundum, ſicut Paterfamilias ſubditos in domo.* Quaſi dicat, per ea, quæ facta ſunt in hoc ſæculo intellecta, conſpiciuntur. Ideo comparat ſe Deus Patri familias, qui optimè gubernat domum ſuam. 469.

Lyranus ſua in Gloſſa. Gubernator eſt Paterfamilias.

4. Responsio eſt Gregorij in homilia. *Paterfamilias eſt conditor noſter, qui habet vineam vniuerſam, ſcilicet, Eccleſiam, quæ ab Abel iuſto vſque ad vltimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit.* Quaſi dicat, ad erudiendam Dominus plebem ſuam, quaſi ad excolendam nullo tempore deſtitit operarios mittere; quia prius per Patres, poſtmodum per Doctores legis; deinde per Prophetas ad extremum vſque per Apoſtolos, quaſi per operarios in vineæ cultum laborauit. 470.

Greg. in hom. Iuſti ſunt palmites vineæ. Operarii Propheta & Apoſtoli.

5. Responsio Abulenſis q. 4. qui ait, *Paterfamilias eſt, qui domui præeſt: eſt enim caput, vel Princeps in communicatione œconomica, & ideo domum habet iſte Paterfamilias, qui Deus eſt, ſiue Chriſtus, cuius domus eſt totus mundus; familia autem eius ſunt omnes creaturæ rationales, id eſt, Angeli, & homines.* Quaſi dicat cum Chryſoſtomo in homil. *Homo Paterfamilias Chriſtus eſt, cui cæli, & terra, quaſi vna domus eſt; familia autem cæleſtium, terreſtrium, & inferarum creaturarum.*

Communicatio œconomica quid ſit. Chryſoſt. in Homil.

DIFFI

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod primo mane Paterfamilias exiit conducere operarios?

QVæretur, quid ſit operarios conducere & quare tam manè conduxit?

472. Lyranus ſua in Gloſſa. *Verbum diuinum per diffuſionem bonitatis ſe communicat.*

1. Rasponsio eſt Lyrani, qui ait: *iſte textus non eſt per loci mutationem, ſed per ſua bonitatis diffuſionem in creatura ſubiecta.* Quaſi dicat, exiuit verbum diuinum à Patre, & venit in mundum per operationem in humanitate aſſumpta, in qua prædicauit & hoc fuit ſine mutatione diuinitatis de loco ad locum, cum hoc quod continet vocis ſcientiam habet vocis.

473. Chryſoſt. ſuper Matth. *Operarij ad vtilitatem & gloriam Dei.*

2. Rasponsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Deus enim iuſtitiam ſuam dedit inſenſibus noſtris non propter ſuam vtilitatem, ſed propter noſtram.* Qnaſi dicat, ſeitote, qnia mercenarij ſumus conducti. Sicut ergo, nemo ideo conducit mercenarium, vt hoc ſolum faciat quod manducat, ſic & nos, non ideo vocati ſumus à Chriſto, vt hæc ſolum operemur, quæ ad noſtrum pertinent vſum, ſed ad gloriam Dei.

474. Greg. in homil. *Ætates ſeculi quæ ſint.*

3. Rasponsio Gregor. in Homil. *Manè mundi fuit ætas ab Adam vſque ad Noë, & ideo dicitur, quod exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Quaſi dicat, per omnes mundi ætates miſit Deus, & mittet vſque ad finem mundi operarios, qui verbo, & exemplo ad fidem Eccleſiæ, quæ eſt vinea Dei, conuertant infideles, & peccatores.

475. Abul. q. 5. *Intentum Parabolæ.*

4. Rasponsio eſt Abulenſis q. 5. qui ait non fuit *inducta iſta Parabola niſi ad oſtendendum, quod multi erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi.* Et ideo ſatis eſt applicare illam partem, in qua dicitur, *quod vltimis data eſt primo merces, & æqualiter eis, & primis datum eſt.*

476. *Diuerſi Auctores citati ab Abulenſ.* *Inſpirationibus vocat Deus operarios.*

5. Responsio eſt aliquorum, quos citat. Abulenſis q. 5. *quod Deus ipſe eſt Pater familias, qui nos ad fidem, & obſeruantiam legis ſua vocat, ſiue pulſando mentem noſtram, ſiue per ſacram ſcripturam vocando.* Quaſi dicat, tangere mentem non pertinet niſi ad ipſum Deum; & ideo ipſe conducit operarios, non vero procurator.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno?

QVæretur, quæ eſt iſta vinea, qui operarij, & quod pretium laboris?

477. Lyranus ſua in Gloſſa.

1. Rasponsio Lyrani, qui ait, *vinea eſt vniuerſalis Eccleſia, operarij ſunt Doctores, & Prælati à Deo miſſi ad culturam huius vineæ per prædicationem & doctrinam. Conuentio eſt promiſſio vitæ æternæ pro labore.*

2. Rasponsio eſt Abulenſis q. 9. 478. Abul. q. 9.
Conuentio cum operariis facta eſt: nam intendebat Chriſtus, quod pretium æquale eſt datum omnibus operariis in retribuendo, & quia propter hoc murmurauerunt primi; ideo ad hoc oportuit nominari certam monetam. Quaſi dicat noſtro Hiſpano ſermone, *quien deſlaua, no baraſa:* Et adhuc conuentione facta murmurauerunt primi. Quid igitur dicerent, ſi non eſſet facta conuentio, & pretium fuit illius Regionis denarius, aſſuetus dari pro labore totius diei; niſi forſitan denarius dicitur; quia minuta erant in valore, vel vt in Caſtella dicuntur *diez marauedis*, vel in Regno Aragonenſi *diez dineros.* Vel vt dixit Lyranus, *vita æterna dicitur denarius diurnus*; quia ex parte finis præmium eſt æquale. Sed ſecundum merita vniuſcuiuſque ita gradus ſunt gloriæ, vbi multæ ſunt manſiones.

Hiſpana locutio. *Denarius decem continens monetas paruas.* Lyranus ſua in gloſſa. *Ex parte finis æqualis eſt merces gloria.*

3. Rasponsio Origenis in Cathen. citati, qui ait; *ſalutis autem arbitror eſſe nomen denarium; ideo totus noſter labor eſt in obſeruantiâ præceptorum diuinorum, quæ ad decem reducuntur propter decalogum.* Quaſi dicat, ſicut decem præcepta diuerſimodè obſeruantur, & tamen ex parte finis, idem eſt præmium quamuis diuerſis gradibus poſſeſſum; ideo denarius diurnus ex decem monetis valorem habens præmium conſtituitur. 479. Origen. in Cathen. cit. *Decem præcepta Decalogi.*

4. Rasponsio D. Remigij citati in Cathen. *Denarius enim dicitur, quia antiquitus pro decem nummis imputabatur, & figuram Regis habebat.* Quaſi dicat, bene deſignatur præmium obſeruanti præcepta Decalogi; quia vnuſquiſque in agro Sanctæ Eccleſiæ pro ſpe futuræ retributionis laborat. 480. D Remig. in Cath. Sanct. Thom.

DIFFICVLTAS IV.

Quare otioſis in foro ſtantibus dixit Paterfamilias quid hic ſtatis tota die otioſi?

QVæretur, quare Pater familias faſtidioſius dixit otioſis, quid hic ſtatis tota die otioſi?

1. Rasponsio Lyrani, *qui ſua* in Gloſſa ait, *quia qui à principio mundi laborare in bonis moribus neglexerunt, quaſi tota die otioſi ſtabant.* Quaſi dicat, qui in prima ætate pueritiæ, iuuentutis, & adoleſcentiæ otioſi fuerunt, digni ſunt reprehenſione; *quia conſuetudo eſt altera natura.* 481. Lyran ſua in Gloſſa. *A prima ætate non otioſi, neque in omni ætate.*

2. Responsio Origenis in Cathen. citati, *foris autem eſt quidquid extra vineam, ideſt, extra Chriſti Eccleſiam eſt.* Quaſi dicat, Gentiles, & Pagani remotiſſimi, ad quos operarij noluerunt pertranſire, in foro ſunt otioſi: nam quomodo credent ſine prædicante, aut quomodo prædicabunt niſi mittantur. Audiant hoc, qui Eccleſiam Dei gubernant & timeant. 482. Orig. citat. in Cath. *Gentilium excuſatio.* Ad Romanos 10. n. 14.

3. Responsio eſt Chryſoſtomi ſuper Matth. *otioſi ſunt peccatores; illi enim mortui dicuntur; otioſus autem eſt, qui opus Dei non* 483. Chryſoſt. ſuper Matth.

opera

Qui aliena reſtituit non eſt otioſus.

operatur. Vis ergo non eſſe otioſus, alienanon tollas, & de tuis da, & operatus eſt in vinea Domini. Miſericordia vitem colens. Quaſi dicat in foro ſuæ conſcientiæ conſideret ſe quis, quam otioſus ſit, & remiſſus ad omne opus bonum, & pronus ad malum, & timeat audire Patrem familias *quid hic ſtatis &c.* De hoc ad mores poſtea.

484. Caietan. in Euang.

4. Responsio Caietani in Euang. qui ait, *quantum ad parabolam tam locus congruus, quam diſpoſitio explicatur: nam loco negotiorum publicorum, & non occupati, ſed vacantes, deſcribuntur. Si enim iam eſſent occupati, non conducerentur ad operandum in vinea.* Quaſi dicat, quantum ad ſenſum intentum ſignificatur, quod Deus conuertit quos videt non reſiſtere aut ponere obicem conuerſioni.

Qui occupantur non arguuntur.

485. Abulenſ. q. 12.

5. Responsio ab Abulenſi q. 12. relata aliquorum, qui dicunt quod iſti erant otioſi, *quia licet in foro non manſerant ex primo mane expectantes conduci ad tempus; manſerant tamen in domo & tarde in forum venerunt. Et ideo quia remiſſi fuerunt in domo ſua vocat eos Pater familias otioſos.* Quaſi dicat vtramque negligentiam reprehendit Paterfamilias, vel ſtare in foro, vel propter pigritiam ex domo ſua non exire, vt conducerentur.

Negligentia mater malorum.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, voca operarios, & redde illis mercedem?

QVæretur, quę & qualis eſt iſta merces quæ laborantibus in vinea Patrisfamilias datur?

486. Lyran. ſua in gloſſa. *gloria eſt gratia conſummata.*

1. Responsio eſt Lyrani, ſua in Gloſſa, qui ait, *illa merces bene intelligitur gratia, quia eſt quædam inchoatio gloriæ, cum gloria nihil aliud ſit quam gratia conſummata.*

487. Orig. in Cath. citat. *Angeli ſunt procuratores hominum.*

2. Responsio Origenis citati in Cath. S. Thom. *Dixit procuratori ſuo, id eſt, alicui Angelorum, qui ſuper mercedes tribuendas eſt poſitus, ſiue alicui ex multis procuratoribus, ſecundum quod ſcriptum eſt ſub tutoribus eſſe heredem in tempore quo paruulus eſt.*

488. Rhemig. cit. in Cath.

3. Responsio Rhemigij, *Dominus Ieſus Chriſtus ipſe eſt Paterfamilias, & vineæ Procurator, ſicut & ipſe eſt oſtium, & oſtiarius; ipſe enim eſt venturus ad iudicium, vt vnicuique reddatur ſecundum quod geſſit, & addit, vocabit ergo operarios, & reddet illis mercedem, quando omnes congregabuntur in iudicio, vt vnuſquiſque accipiat ſecundum opera ſua.*

489. Rabban. in Cath. citat.

4. Responsio Rabbani in Cathen. citati, *poſtquam autem operis diurni ratio reddita eſt ad remunerationis tempus peruenitur.* Quaſi dicat, poſt labores ſequitur præmium.

490. *Auctoris mens.* Ioan. cap. 5. n. 27. Gloſſa ordin. *In diuinis non eſt diffe-*

5. Responsio, dixit Paterfamilias Procuratori ſuo voca operarios, id eſt, dixit Dominus filio ſuo, voca ad iudicium quia Pater dedit filio ſuo facere iudicium; quia filius hominis eſt, & ipſe reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Vel vt Gloſſa ait: *Dixit Pater filio, quia ſcilicet, Pater operatur per filium, & Filius per Spiritum ſanctum, non propter aliquam differentiam ſubſtantiæ, aut dignitatis.*

rentia in ſubſtantia.

491. Abul. q. 19.

6. Responsio Abulenſ. q. 19. qui ait, *voca operarios quia omnibus erat merces danda, & non ſolum danda, ſed erat iam certa.* Quaſi dicat; quia Paterfamilias obligauerat ſe ad dandam mercedem pro labore dicens, *quod iuſtum fuerit, dabo vobis*; ideo Procuratori præcepit, quod pretium conuentum, & taxatum ſine mora tribueret operariis, & hoc pretium vocatur merces.

Pretium taxatum reddendum ſine mora

DIFFICVLTAS VI.

Quare incipit præmium laboris à nouiſſimis, & non à primis?

QVæretur, quare Paterfamilias iuſſit æquari præmia laborantibus?

492. Lyran. ſua in gloſſa. *Iudæi multo ſunt duriores ſaxo vſque ad finem mundi.*

1. Responsio eſt Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait, *quia in primitiua Eccleſia gratia Chriſti data eſt gentibus, quæ vltimo venerant ad fidem. Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.* Quaſi dicat, vltimi gentiles venerunt, ſed quia pluſquam Iudæi laborauerunt; ideo ab illis incipit merces.

493. Caietan. in Euang.

2. Responsio eſt Caietani in Euang. *de induſtria hunc ordinem ponit Paterfamilias apud Parabolam, vt hinc oriatur occaſio diſputandi de iuſtitia & gratia & ſignificatur per hunc ordinem preponi gratiam iuſtitiæ, in conſpectu Dei; nam gratia in nouiſſimis, iuſtitia in primis exercitabatur.* Quaſi dicat, nemini facit iniuriam qui quod de iuſtitiâ dat ei, quamuis quod de gratiâ eſt, cui voluerit donetur.

Gratia in Chriſtianis exercetur.

494. Chryſoſt. in Matth.

3. Responsio Chryſoſtomi in Matth. *ſemper enim libentius aliquid damus illis, quibus gratis damus; quia pro ſolo noſtro honore damus. Ergo omnibus ſanctis Deus reddens mercedem iuſtus oſtenditur; gentibus autem dans miſericors docente Apoſtolo; ad Rom. 15. n. 9. Gentes autem ſuper miſericordiam honorare Deum.* Ideo dicitur incipient à nouiſſimis.

Apoſt. ad Rom. 15. n. 9.

495. Gregor. cit. in Cathen. S. Thomæ.

4. Responsio Gregorij in Cathen. citati. *Eundem denarium accipiunt, qui laborauerunt ad vndecimam, quem expectauerunt toto deſiderio, & qui laborauerunt ad primam, quia æqualem vitæ æternæ retributionem ſortiti ſunt cum his, qui ab initio mundi vocati fuerant, his qui in fine mundi ad Deum venerunt.* Quaſi dicat cum Chryſoſtomo; *non autem iniuſte: nam qui in prima ætate ſeculi natus eſt, & non amplius, viuit, quam ſtatutum tempus vitæ ſuæ, & quod illi nocuit, ſi poſt illius exitum mundus extitit. Et qui circa finem naſcuntur, non minus viuent, quam dies qui numerati ſunt eis, & quid illis prodeſt ad compendium laboris, ſi cito mundus finiatur, cum tempus vitæ ſuæ compleant.* Quaſi dicat, non eſt in hominis poteſtate, quando naſcatur, prius aut poſtea, ſed poteſtatis diuinæ, nec ille ſibi priorem habet locum defendere qui prius natus eſt, neque illi contemptibilior debet eſſe, qui poſtea. Propter hoc dicit Paterfamilias Procuratori, *incipe à nouiſſimis, quia in ætate legis Chriſti fuerunt, & ſunt, & erunt operarij digniores, & qui in vinea Eccleſia pluſquam omnes laborauerunt.*

Chryſoſt. ibi citat.

Merces à futuris iuſtis forſitan incipiet tribui.

Nouiſſimi ſunt qui poſterius habiti ſunt & fuerunt, electiores primis.

TRACTATVS DECIMVS SEXTVS. AD MORES.

In Cap. XX. Matt. De Parabola Patrisfamilias.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Patriſamilias aſſimilatur Regnum cælorum?

QVæretur, quid intellexit Paterfamilias pro Regno cælorum?

496. Abul. cit. in littera.

Scriptura ſancta, regnum Dei.

1. RESPONSIO fuit Abulenſis, *qui ſacras ſcripturas pro regno cælorum intellexit, quas Iudæi non intelligebant, & ideo dicitur, auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti fructum facienti.* Quaſi dicat, malè interpretantes, & intelligentes ſcripturas, non inueniunt regnum cælorum, ſed pœnas inferni.

497. Oleaſt. Leuit. 17. n. 7. Tranſ. Heb. Pagn. ibi Vulgata.

Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Leuitici 17. *non ſacrificabunt ſacrificia ſua piloſis, vel vt vox Hebræa ſonat ſeraim, vel Sebir,* quod idem eſt, *ac hircus, & ſic hirſutus & piloſus idem eſt.* (Et Pagninus addit) *pro piloſis Dæmonibus, & idem vulgata.* Quia Dæmones piloſi dicuntur: *nam in ſpecie hircorum hominibus apparent, & hirci pilos habent longos, vel quia videntes ſoleant hirſuti fieri ex timore.* Et ſi quæras, quare Dæmones hircorum figuram aſſumunt, vel hominis nigri? Reſpondet Oleaſter, *quod ipſe cum eſſet inquiſitor Ebora, hoc fœminas quæ cum Dæmonibus loquebantur examinando, interrogauit.* Et quod *Dæmon reſpondiſſet fœminis, quod hoc volebat Deus ſic fieri ne cauſarentur fœmina ſe pulchra forma, & ſpecie eorum deceptas aut illos Angelos, & non Dæmones eſſe credidiſſent.*

Hirſuti & timorati ex viſione Dæmoniorum. Dæmones cur in ſpecie nigri apparent.

498. Oleaſt. cit.

Ad moralem igitur ſenſum Oleaſter reddens ait, *non ſacrificabunt adhuc ſacrificia piloſis,* aut Dæmonibus, aut hirſutis, idem eſt, accidere, *cum Doctoribus, & Confeſſoribus hirſutis, qui male interpretantur ſcripturas, non communicabis,* qui noſtro idiomate Hiſpano vocantur, *eſpantadigos, que alborotan y eſpantan la caza.* Expende (inquit Oleaſter) ſapientiam Dei, *& quam ſapientem agit reformationem, quia Iudæos nouerat, iis ſacrificiis, & cultui deditos, vt vix hanc extirpare in eis conſuetudinem poſſet; ideo non eos à cultura, & ſacrificiis auocauit, ſed quæ dæmonibus piloſis, & hirſutis in campis offerebantur, ſibi in templo offerri præcepit. Quia ſunt multi Magiſtri, Prælati, & Confeſſores, qui malos mores, & conſuetudines euitare volentes, ſtatim à principio cuncta mala euellere conantur. Et quia homines peccatores non ſtatim mores malos omnes relinquere poſſunt, hirſutis, & piloſis textibus ſcripturæ, illos confundere volunt; qui vero prudentes, Confeſſores, & Prælati ſunt, non ſtatim malas conſuetudines omnino auferunt,* ſed eas relinquentes malum auferre conantur paulatim.

Hiſpana locutio.

Confiſſores non perimendi.

Paulatim Peccatores ducendus.

499. Oleaſt. vbi ſup. Ioan. 2. n. 16

Vnde interrogat idem Doctor, quare Chriſtus cum menſas *nummulariorum euertit in templo Ioann. 2. n. 16. pecunias, & auaritiam non reprehendit, ſed tantum dixit, auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei ſpeluncam latronum.* Et reſpondet, quia Iudæi erant nimis ſtudioſi pecuniarum, & vt ſapiens legiſlator non præcepit pecunias non aſſeruare; quoniam hoc imperfectis, & aſſuetis impoſſibile videbatur.

Auari paulisper redocendi.

500. Lyranus ſua in gloſſa. 1. Reg. 2. n. 12.

Deinde interrogat Lyranus noſter, quid vult ſacra ſcriptura dicere, cum 1. Reg. 2. n. 12. dicitur, *filij Belial neſcientes Dominum.* Et reſpondet, *quia abſque iugo legis erant.* Quaſi diceret, erant vt iuuenculi indomiti, ſua tantummodo freti voluntate, neque mites & ſuaues, ſed piloſi, & hirſuti. Vbi D. Rabbi Dauid ait, *viam Dei neſciebant, hoc eſt, iudicium, & veras miniſterij ſacri leges.* Et Rabi Leui, *prius curabant ſuam menſam, quam altare Domini.* Quaſi dicat, ſunt ſic hoc modo multi, qui Regnum Dei prædicantes, & zelatores ſe oſtendentes aſperitate & duritia inſtruunt alios, & ſibi ſunt latæ conſcientiæ, aliis hirſuti, & piloſi.

Rabbi Dauid. Rabbi Leui in gloſſa.

501. Hieronym. trad. Hebr. 1. Reg. c. 2. n. 22.

Demum interrogat Hieronymus lib. trad. Hebr. quare de duobus filiis Heli ſacerdotis, dicitur, *quod erat peccatum eorum grande nimis coram Domino.* Et reſpondet cum ipſo textu, *dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi* Reg. 2. n. 22. Et ſi quæras à D. Hieronymo, quomodo poterant dormire filij Heli cum mulieribus ad oſtium tabernaculi, vbi non poterant mulieres accedere? Reſpondet, *quod ex traditione*

Hebræ

Hebræorum, dormire cum mulieribus erat aſperitate & ferocitate minari eis, ſi poſt menſtrui tempus; aut partus non impleto ſacrificio, ad viros ſuos redirent, & hoc contra praeceptum legis faciebant, & erat peccatum grande quia ex hoc occaſionem aſſumebant ſollicitandi illas & impudice cum illis commiſceri. Ideo quaſi malis interpretibus legis dixit Deus, *auferetur à vobis regnum Dei, id eſt, ſcriptura ſacra*, quibus comparatur in præſenti regnum cœlorum.

Confeſſores caueant vt impudicas interrogare.

502. *Lyranus ſua in Gloſſa.*

2. Responsio eſt Lyræ citati in littera. *Paterfamilias eſt Deus qui vniuerſum orbem gubernat, ſicut Paterfamilias domum ſuam.* Quaſi dicat normam, & formam dedit Chriſtus omnibus Prælatis quomodo debent eum ſequi in gubernatione domus ſuæ. Interrogat ipſe Lyranus, *quare præcepit Deus Gedeoni, vt ad bellum eligeret ſolos milites, Iudicum c.7.n.5, qui linguâ lamberent aquas, ſicut ſolent canes lambere?* Et reſpondet, *quia per illos, qui biberunt manu aquam ad os proiicientes ſignificantur Prælati, qui de bonis huius ſæculi accipiunt, quantum ſufficit ad neceſſitatem, & illi ſunt apti ad ſequendum Chriſtum; qui exiit ad quærendum operarios ſummo mane, vt laborent in vinea ſua contra inſidias Diaboli. Ideo dixit Apoſtolus* ad Hebr. 12. n.1. *curramus ad propoſitum nobis certamen aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.*

Indic.c.7.n.5

Prælati boni pauco contenti.

Ad Hebr. 12. n. 1.

503. *Adamus hom. 9. in Gloſſ. citat.*

Vnde Doctus Pater Adamus hom. 9. in Gloſſ. citat ait: Similitudinem quoque *canis lambentis inducit Deus, quia ſupra omnia cætera animalia amorem dicitur propriè Domino obſeruare, nec terrere, nec iniuriis obliterari ia eo fertur affectus.* Quaſi dicat, qui vere ſequitur Patrem familias Deum; ita amore diuino debet feruere, quod neque iniuriis temporum, neque terroribus ſuperborum, debet obdormire in cultura vineæ Dei. Vnde idem Adamus citatus ait: *manu & lingua dicit eos aquam lambere, quia manu & lingua debent operari, qui ſunt veri Patres familias, qui Chriſtum ſequuntur.*

Canis Symbolum amoris circa dominum ſuum.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Paterfamilias exiit primo mane conducere operarios?

504. *Chryſoſt. in litt. citat.*

QVæritur, quid nos docere voluit Paterfamilias primò mane exiens conducere operarios?

1. Responsio fuit Chryſoſtomi citati in littera; *quia nemo conducit operarium, vt hoc ſibi faciat quod manducat, ſic nos non ſolum operari debemus, quod pertinet ad nos, ſed etiam ad gloriam Dei, & proximorum vtilitatem.*

505. *Lyran. ſua in Gloſſa.*

Vnde interrogat ſua in Gloſſa Lyranus, quare dicitur quòd milites, qui cum Gedeone victoriam contra Madianitas conſequuti ſunt, *tenuerunt ſiniſtris manibus Lampades, & dextris ſonantes tubas exclamauerunt Iudicum 7. n. 20.* Et reſpondet Gloſſa, *quia pro dextre dicimus, quidquid pro magno penſamus; pro ſiniſtro vero, quod pro nihilo. Bene autem in dextera tubas in ſiniſtra tenuerunt lagenas, quia Chriſti operarij pro magno habent gloriam Dei per prædicationis gratiam, corporum vero vtilitatem pro minimo.* Quaſi dicat, quiſquis plus facit vtilitatem corporis, quam gloriam Dei, & proximi bonum, in ſiniſtra tubam, in dextera tenet lagenam.

Indic. cap.7. n. 20.

Gloſſ. ordin.

Gloria Dei in dextera deſignatur.

506. *Lyran. ſua in Gloſſa.*

Vnde Lyranus ad mores ait, *Repudiantur tanquam inepti ad bellum contra vitia mundi timibundi, & fatigati, pigri, & nimis dormientes, timentes ad tremorem humanum, & ſolum mundo ſeruientes, & ſuperioribus placentes, ſitientes honorem mundanum, impotentes ad laborem, ſeu obſequium diuinum. E contra eliguntur apti ad cultiuandam vineam Dei, conſtantes in humanis terroribus, vigiles, & in foro ſummo mane ſtantes non curantes de mundanis honoribus, perſeuerantes in diuinis obſequiis, ſeu laboribus, à ſummo mane vita ſua vſque ad veſperam & ſenectutem, & iſti vincunt confractione lagenarum, perſonatione tubarum, exclamatione vocum humanarum. Confractio lagenarum eſt carnis mortificatio, exclamatio vocum deuota oratio, ſonitus tubarum, ſancta & feruens prædicatio, quibus aduerſarius Diabolus debellatur, & vinea Domini Sabaoth à mane vſque ad finem per operarios vigiles excolitur.*

Sitientes ad honores impij operarij.

Patrisfamilias deſcriptio.

570. *Auctores ab Abulenſ. cit.*

2. Responsio eſt Auctorum, quos citat Abulenſis, *quia primo mane, per inſpirationes ſanctas multi vocati ſunt, vt laborent in cultura animæ ſuæ, & renuunt vſque ad diem mortis.* Vnde interrogat S. Thomas in cap. 4. Ioann. *quare hora ſeptima reliquit filium Reguli febris?* Et reſpondet, *quia ſeptenarius numerus ſignificat ſeptem dona Spiritus ſancti, per quæ fit in nobis omnis ſalus, & remiſſio peccatorum, vt patet ex cap. 20. Ioann. n. 22. accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c.* Et addit D. Thom. *quod per horam ſeptimam ſignificatur tempus quieti conueniens: nam Dominus ſeptimo die requieuit ab omni opere, quod patrarat, Gen. cap. 2. n. 2. in quo ſignificatur, quod vita ſpiritualis animæ non eſt numeras decibilis, quibus inſpirationibus, & auxiliis impulſetur, vt quieſcat ſaltim fatigata fallaciis, etiam ipſa anima renuente; quia eſt innumeris negotiis, & phantaſmatibus implicata.* Vnde per Iſai. 30. n. 15. dicitur: *Hæc dicit Dominus, ſi quieſcatis ſalui eritis.* Quaſi dicat negotiis & cupiditatibus, odiis, & vindictis implicatur cor hominis, ita vt ſtrepitus mundi non relinquant eum audire ſpirationes diuinas, quia ſemper æſtuat febribus auaritiæ, luxuriæ, & ambitionis. De quo per Iſaiam dicitur cap. 57. n. 20. *cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, redundant fructus eius in conculcationem, & lutum.* Quaſi dicat, fructus cordis inquieti renuentis inſpirationes Dei audire, in lutum, & conculcationem conuertuntur, quia ſemper ambulat quaſi Cain profugus & inquietus, & ab omnibus perfectis curia conculcatus ſicut lutum platearum.

S. Thom. in c. 4. Ioann.

Ioan. cap. 20 n. 22.

Gen. 2. n. 2.

Anima quieſcat ſaltim fatigata fallaciis.

Iſai cap. 30. n. 15.

Inquieti ab omnibus inculcantur quaſi calumniatores.

Animæ vero, quæ phantaſmatibus carent & impulſus, inſpirationeſque Dei audiunt à mane ætatis ſuæ vſque ad veſperam vitæ innumerabiles victorias conſequuntur; quia ſunt operarij infatigabiles in vinea Dei Sabbaoth,

Aug. ſer. 119. de tempore. Iudith. c. 13. n. 11.

beoth. *De Iudith notauit Auguſtinus ſerm. 119. de tempore quod conſuetudo, quam habebat orandi in quiete, & ſilentio noctis, quando inſpirationes Dei recipiebat, victoriam de Heloferne retribuit illi Iudith. cap. 13. n. 11. Et poſt puſillum exiuit foras quaſi ad orationem ſecundum conſuetudinem &c.* Vbi Auguſtinus ait: *orationis feruore, & conſuetudinis gratia, caſtitas pudorem proprium ſeruauit intactum & quietum, decepitque alienum.*

Inſpirationes ſemine fructuoſa.

Quaſi dicat conſuetudo & quies inſpirationeſque Iudith confortauerunt vt victoriam tam inauditam reportaret, & caput Holofernis abſcinderet. Quia qui primo mane ſuæ ætatis repuunt inſpirationibus diuinis, impoſſibile eſt, quod victoriam contra Holofernem reportent ſicut Iudith, propter ſingularem educationem in virtutibus à prima ætate adoleſcentiæ ſuæ vſque ad veſperam, & ſextam.

509. Ambr. lib. 1. de viduis.

Vnde Ambroſius lib. 1. de viduis: *His armis munita (id eſt, inſpirationibus diuinis) proceſſit & omnem Aſſyriorum circumuenit exercitum. Sobrij vigore Conſilij abſtulit Holofernis caput, ſeruauit pudicitiam, & victoriam reportauit.*

De inſpirationibus renuentes mala morte peribunt.

Et concludit Ambroſius, *ille ſepultus iacebat, vt ictum vulneris ſentire non poſſet.* Quaſi dicat, conſepulti moriuntur in ſuis peccatis, qui Patrem familias, qui primo mane exiit ad inſpirandum homines, renuunt, & non obediunt, & ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, viuunt, & moriuntur.

DIFFICVLTAS IX.

Quare Paterfamilias ex denario diurno condixit operarios?

QVæritur cur operariis voluit taxare pretium laboris vineæ ſuæ?

510. Abul. q. 104.

1. RESPONSIO Abulenſis citati in littera, *vt omnimodam occaſionem operariorum tolleret murmurationis, quia pretium taxatum ſoluebat eis.* Vnde interrogat Abulenſis q. 104. *quare Dominus elegit aliquos Diſcipulos valde doctos in lege, vt Nathanael, & Barnabas, & Paulus?* Et reſpondet, *vt obſtrueret ora murmurantium, Porphirij ſcilicet, & Iuliani, & aliorum Hæreticorum detrahentium, quod Dominus elegit ſimplices, & idiotas, & quod ex ignorantia fuerunt decepti.*

Error Porphyrii, & Iuliani Apoſtatæ.

S. Antoninus à lorino cit. in c. 1. Actor. verſ. 6.

Vnde S. Antoninus, vt refert Lorinus in Acta Apoſt. c. 1. verſ. 26. ait *Mathiam in lege Domini doctiſſimum fuiſſe, voluit autem illum aſſumi ab Apoſtolis ad inſinuandum poſteris Rectoribus, quod periti viri ad dignitates eligantur.*

Occaſio murmurationis ſemper tollatur.

Quaſi dicat, voluit Chriſtus occaſiones omnium detrahentium & murmurantium tollere, quia ipſe ſi ad oſtenſionem ſuæ potentiæ Diſcipulos ignaros elegit, etiam doctos nominauit, ſed homines qui poſſunt falli, non idiotas, ſed Doctos eligant, & ſic ſuper Mathiam doctum cecidit ſors.

511. Chryſoſt. lib. 3. aduerſus vitup. vit. Monaſt. 1. Reg. 2. n. 24.

Vnde interrogat Chryſoſtom 9. quare Heli dixit filiis ſuis 1. Reg 11. n. 24. *non eſt bona fama, quam audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini.* Quaſi dicat, vt quid tam graue ſcelus operamini, vt famam ſacerdotalem, & bonum odorem legis præuaricari faciatis, & detractionibus, & murmurationibus occaſionem præbetis, propter quas populus deuotionem, & reuerentiam Deo debitam amittit.

Idem Sanct.

Vnde Chryſoſtomus, *plena ſunt grauitatis, & reuerentiæ, ac pudoris hæc verba, inquit Sanctus, & quæ ad ſtatum vitæ melioris reuocare poſſent eos, qui penitus amentes non ſunt. Audiant ne occaſionem malæ famæ ſubſiſtant, & præſtent vnde murmuratio iuſta ſequatur.*

512. Aug. lib. de prędeſt. & gratia. c. 9.

Vnde Auguſtinus lib. de prędeſtinatione & gratia cap. 9. *Dominus delinquentes deſerit, reſiſtentes indurat, & contemnentes bonam famam condemnat.* Quaſi dicat, Deus non irriderur, attendant eius miniſtri, quomodo debent famam Dignitatis Sacerdotalis obſeruare, ne mundanis occaſionem murmurationis præſtent.

Hieronym. lib. 1. Dialog. aduerſ. Pelag.

Vnde Hieronymus lib. 1. Dialog. aduerſus Pelagianos ait: *Heli corripuit filios & punitus eſt, quia non corripere debuit, ſed abiicere occaſionem detractionis legis Dei.* Et addit, *quid faciet qui gaudet ad vitia, quæ emendare non audet.*

Fama bona Prælatorum damnatis.

Quaſi dicat, væ Prælatis qui detractiones & murmurationes vitare non conantur; quia vel gaudent de vitiis cum ſuis, vel timore emendare non audent, ne maiores dignitates perdant, & famam bonam acquirant.

513. Theodoret. in Gloſſa. in lib. 1. Reg. c. 11.

Vnde Theodoretus in Gloſſa. *Horum iniquitas non egebat lenibus medicamentis, ſed acerrimis. Oportebat ergo ſi poſt primam, & ſecundam admonitionem perſeueraſſent in nequitia malæ famæ eos à templo aditu expellere.*

Famam non æſtimantes à templo eiiciantur.

Quaſi dicat, qui famam ſuam non ęſtimat, à templo eiiciatur. Quaſi qui horam non habet.

Chryſoſt. hom. 17. in Matth.

Et Chryſoſtom. hom. 17. in Matth. *cum vita Heli eſſet irreprehenſibilis; tamen quia filios, ob famam legis Dei non ſeueritate corripuit, cum illis iure punitus eſt, & graue ſubiuit ſupplicium.*

Prælati remiſſi impii.

Quaſi dicat, multi Præſules tanta charitate, & ſimplicitate repleti ſunt, quod omne malum permittunt & iſti occaſionem dant impiis, vt de lege (Deo permittente) murmurent, & ideo iuſtè à Deo puniuntur cum ſceleratis. Propter quod Paterfamilias voluit cum operariis condocere, & taxare pretium laboris ex denario diurno vt illis murmurandi occaſionem tolleret.

514. Rhemig. cit. in littera. Ambr. lib. de Bened. Patr. c. 6.

2. RESPONSIO eſt Rhemigij in littera citati, qui ait *Bene deſignatur præmium obſeruanti præcepta Decalogi; quia vnuſquiſque laborat pro ſpe futuræ retributionis.* Vnde Ambroſ. lib. de Benedict. Patriarch. cap. 6. ſuper illa verba Gen. 49. n. 15. loquens Iacob de Zabulon nepote ſuo ait, *vidit requiem quod eſſet bona, ſuppoſuit humerum ſuum.*

Gen. 49. n. 15

Addit Ambroſ. *ad laborandum ſubiiciens ſe cruci.* Quaſi dicat, operarius ſpe mercedis laborat, & fidelis præcepta Dei obſeruat propter retributionem.

S. Auguſt. in Pſ. 93. n. 21.

Vnde Auguſtin. in Pſ. 93. n. 21. ait: *recedat ſpes ſæculi, accedat ſpes Dei, vt poſſis dicere, factus eſt mihi Dominus in refugium.* Quaſi dicat, nolite ſperare in Principibus, quia vana eſt ſalus hominum, fallax & mendax ſpes mortalium, ſperate in Deo, & dabit vobis petitiones cordis veſtri.

S. Paſch. lib. 3. in Matth. *Spes omnia corroborat mala.*

Vnde Sanctus Paſchaſius lib. 3. in Matth. *Spes omnia inter preſſuras, & varios euentus corroborat.* Quaſi dicat Aſylum hoc miſeris, & afflictis hominibus miſericordia diuina reliquit, quando

poſiti

poſiti ſint in tribulationibus, & defraudati à deſideriis animæ ſuæ in hoc ſeculo, quod
515. ſperent in Domino, qui humiliatos, & affli-
Ambr. lib. de Paradiſo c.15. 1. Reg. 2. n. 30. ctos reſpicit, & honorat.

Vnde interrogat Ambroſius lib. de paradiſo c.15. quare dixit vnus Propheta (ſit Phines filius Eleazar ſiue. Elcana Pater Samuëlis) quare dixit Heli Sacerdoti ex parte Dei hæc verba 1. Reg. 2.n.30. *quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles?* Et reſpondet, *honorificantes me, ideſt, ſperantes in me honorificabo. Honorem bonorum, operationis ſuæ eſſe declarans.* Ambr. citat. Quaſi dicat, qui operando, & obſeruando præcepta Dei ſperant, iam habent præconium tam rectæ operationis. Et addit Ambroſius, *& contemptores mei non dixit priuabo honore, ſed honore priuabuntur, non ſuæ operationi deputans eorum iniuriam, ſed quid futurum eſſet oſtentans.* *Spes ipſa præmium eſt laboris.* Quaſi dicat, qui non laborant in vinea Patris familias in poſterum, non ſperent honorem, neque præmium, quia ipſi ſuis
516. prauis operationibus, vel negligentiis priuantur ſpe mercedis, & præmij.

Procopius in Gloſſ. citat. Euchet. in Gloſſ. citat. 1. Reg. c. 2. Vnde Procopius in Gloſſa: *Hæc prædictio videtur familiam Heli ab ſpe ſummi Pontificatus exuere, latenter vero totius Iudaici ſacerdotij finem innuit.* Et Eucherius comm. in 1. lib. ad cap. 2. Reg. ait: *Quis fideli oculo hæc intuens non videat eſſe completa; quandoquidem nullum tabernaculum, nullum templum, nullum ſacrificium; Et ideo, nec vllus Sacerdos remanſit in Iudæis. Ecce dies qui prænuntiati ſunt, iam venerunt; quia Iudæus cum videt ſacrificium Chriſtianorum toto orbe pollere, ſibi autem honorem illum magnum eſſe ſubtractum, deficiunt oculi eius, & defluit anima eius tabe mæroris; quia tot tantiſque ſæculis, & in æternum ſpes eius eſt defraudata, & labor continuus, & ſe ignobilem in toto orbe eſſe cognoſcit.* *Iudæi ſine honore & ſine ſpe inueniendi triſtitia pereunt.* 1. Reg. c. 2. n. 31. Rupert. in Gloſſ. Vnde in textu additur 1. Reg. 2. n. 31. *præcidam brachium tuum*, id eſt, dignitatem, & ſpem ſacerdotij. *Vbi Rupertus brachium arcam vocat & dignitatem Sacerdotij, & vbi nunc ſacrificia filiorum Aaron? Præciſum eſt brachium Heli, brachium ſacrificij veteris.* *Hiſpana locutio.* Quaſi dicat noſtro Hiſpano idiomate, *los braços ſelequiebran, aquien ſin eſperança del premio trabaja.* Ideò Pater familias mercedem ex Denario diurno taxauit, vt ſpe operarij viriliter in vinea Eccleſiæ laborarent.

DIFFICVLTAS X.

Quare in foro ſtantibus dixit Paterfamilias, quid hic ſtatis tota die otioſi?

QVare ſolo in foro ſtantes vocat Pater familias otioſos?

517. 1. RESPONSIO Lyrani in littera citati, *quia qui à prima ætate pueritia, adoleſcentia & perfecta otioſi fuerunt, digni ſunt reprehenſione; quia conſuetudo eſt altera natura.* Lyran. in litter. citat. *Qualis puer, talis iuuenis & ſenex.* Quaſi dicat, qui à principio ſuæ vitæ ambitioſus, vel impudicus fuit, in ipſa otioſitate iniquus eſt; quia nunquam quieſcit.

Oleaſt. in c.39. n.12. Tranſl. Pagn. Vnde interrogat Oleaſter, quare mulier Putiphar, *vt prouocaret Ioſephum ad libidinem dixit, non eſt quiſquam ex viris domus domi, ſic legit Pagnin. Gen. 24. n. 12. Quaſi dicat, ego percurri totam domum, & nemo eſt, qui nos videat?* *Peccatores non otioſi ad malum.* Et reſpondet Oleaſter: *O Sancte Deus, quis mihi daret, vt homines ſic tempus captarent ad opera virtutis, quemadmodum vitioſi ad peccata ſua.* Quaſi dicat, nulla eſt occaſio, quæ ad peccatum in malè aſſuetis perdatur. Matth. 26. n. 9. Vnde de Iuda traditore dicitur, *quod quærebat opportunitatem, vt traderet Ieſum.* Ambroſ. in Ezech. Et Ambroſius explicans locum Ezechielis, *& erat rota in medio rotæ*, ait: rota intra rotam vita hominis, quia qualis fuerit in adoleſcentia, ita in ſenectute; quia conſuetudo eſt altera natura.

518. Petrus Bleſens. ep. 14. Vnde Petrus Bleſenſis epiſt. 14. *de his qui à prima ætate in foro otioſi perſiſtunt*, ait: *Scientes quidem, & prudentes pereunt, quia emiſcuit eis Dominus ſpiritum vertiginis eiſque rotam malorum Rex ſapiens impiorum ventilator immittit.* Quaſi dicat, iuſto Dei iudicio, qui nunquam locum mutant, & gradum perfectionis acquirunt, quaſi rota volitando ambulant; *Otioſi ſemper quaſi rota ambulant.* quamuis canities, & rugæ in capite & facie appareant, & latrant, ſemper otioſi permanent. Nazianz. ſuprà cit. De quibus Nazianzenus dicit, *quibus idem quod trochis accidit, quos in orbem volui, & immotè rotari videmus.* Quaſi dicat vt rota in omni ætate volitant ad vitia à prima ætate vſque ad ſenectutem, ſed immotè, hoc eſt, otioſi ad bonum perfectionis gradum acquirendum.

519. Aug. tract. 10. in Ioan. Iſai c. 5. n. 18. Et Auguſtinus tract. 10. in Ioannem. *Vnuſquiſque in peccatis ſuis veſtem ſibi texit, Propheta Iſaia dicente cap. 5. n. 18. Væ his, qui trahunt peccata ſicut veſtem longam.* Et quis facit veſtem longam, qui peccato addit peccatum. *Otioſitas ſemen omnium malorum.* Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata quæ facta ſunt cooperiuntur cum aliis peccatis. Quaſi dicat, conſuetudo peccandi à prima ætate, ita abyſſum peccatorum prouocat, vt ex ipſa otioſitate innumerabiles ærumnæ & ſemitæ peccatorum oriantur.

520. Lyranus ſua in Gloſſa. Numer. 22. n. 25. Interrogat noſter Lyranus, *quomodo Balaam mortuus non cecidit, quando audiuit aſinam ei dicentem, quid feci tibi? Cur percuſſiſti me, ecce iam tertio Numer. 12. n. 18.* Et reſpondet, *quia Balaam erat aſſuetus videre Dæmones ſibi apparentes in ſpecie animalium, & ſecum loquentes; ideo ad vocem aſinæ non expauit, neque admiratus fuit.* Quaſi dicat, tanta eſt vis malæ conſuetudinis, vt homines, neque mortuos, neque Dæmonia timeant. *Fœminæ cum Dæmonibus loquuntur.* Vnde tam innumerabilia peccata committuntur ſine timore Dei? Non alia de cauſa, niſi quia conſuetudo fecit alteram naturam, & mulier peccatis aſſueta à primæua ætate in ſenectute Dæmonia non timet, & ſolet loqui cum eis. Greg. lib. 3. Paſt. Vnde Gregor. lib. 3. Paſtor. *Magus Dæmones videt, Aſina Angelum, non quod ſit digna videre, ſicut neque loqui ſed vt confundatur Balaam. Vnde mutum animal arguit Prophetæ dementiam.* Quaſi dicat, tanta eſt peccatorum dementia, quod propter conſuetudinem, neque de aſina loquente admirantur, neque viſione Dæmoniorum terrentur. Beda in Gloſa. Vnde Beda: *timeant homines otioſitatem quaſi matrem peruerſæ conſuetudinis.* Quaſi dicat, ſi otioſis in

Peccatores ſemper malum operantur.

foro ſtaotibus dixit Patetfamilias, *quid hic ſtatis tota die otioſi.* Quid putamus feciſſet Dominus, ſi inueniret eos rixis diſſidentes, aut fabulis otioſis, aut turpibus, & obſcænis colloquiis vacantes, aut quolibet alio ſcelere occupatos.

Chryſoſt. in litter. citat.

Oleaſt. in Numer. 22. n. 33.

520\. 2. Responsio Chryſoſtomi citati in littera; *otioſus enim eſt, qui opus Dei nunquam operatur, & talis timeat Patrisfamilias iram, & aduentum eius ad iudicium.* Vnde interrogat Oleaſter, *quare Angelus qui apparuit Prophetæ Balaam dixit Numer. 22. n. 33. niſi aſina declinaſſet de via dans locum reſiſtenti te occiderem?* Et reſpondit *quia neceſſarium eſt homini otioſo terrorem incutere, vt animus quem bonis mentitur verbis à male, quod in eo latet, auertatur; niſi enim Angelus Domini gladio, & minis iſtum deterreret facile ad Regis placita inclinaretur.* Quaſi dicat, otioſi ita in nihil agendo occupati ſunt, quod comminationibus, & terroribus cœli vix moueantur niſi ad malum. Vnde Rabbanus in Gloſſa;

Otioſi terroribus mouentur.

Rabban. in Gloſſa.

Vide quomodo ſapientia Dei vas ad contumeliam præparatum proficere fecit, non vni genti, ſed toti mundo. Quaſi dicat Balaam diuinus erat Dæmonum ſcilicet miniſterio, & arte Magica futura prænoſcens, & huic, cui ſolebant videri Dæmones, prohibens iter mali videtur Deus; quia territus fuit ab Angelo: nam qui ſemper male operatur, ſolo timore Dei in ſe reuertitur, & ideo humiliter deſeruit. Vnde Origenes hom. 13. *forſitan hæc aſina, id eſt, Eccleſia prius portabat blaſphemiam, ſed à Diſcipulis ſoluta Chriſtum portat, vt eum ipſa ingrediatur Ieruſalem cæleſtem.* Vnde Zachar. 9. n. 6. ait: *Ecce Rex tuus venit tibi ſedens ſuper iugalem, credentes ſcilicet, ex Iudæis, & pullum nouellum ſcilicet, ex gentibus credentes.* Quaſi dicat, ex operariis otioſis Deus, vel Paterfamilias cultiuauit vineam ſuam, quia gentiles, qui ab initio otio vacabant, & male operabantur, poſtquam Dominus exiit in foro huius mundi indutus carne mortali ſedens ſuper humanam naturam, ita laborauerunt, & benè operati ſunt; quod merces ab ipſis nouiſſimis nouiſſimis incepit, æquando illos cum Iudæis, qui ſummo mane in vinea laborauerunt.

Terroribus peccatores mutantur.

Origen. hom. 13.

Zachar. 9. n. 6.

Gentiles operarii otioſi.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Paterfamilias dixit Procuratori ſuo, voca operarios, & da illis mercedem?

QVæritur ad mores, quæ ſit iſta merces quam Paterfamilias operariis præcipit dare?

521\. 1. Responsio fuit Lyrani in littera citati, qui ait: *illa merces bene intelligitur gratia, quia eſt quædam inchoatio gloriæ.* Quaſi dicat qui gratia Dei repleti ſunt, ſemper ſunt gaudentes, quamuis non ſentiant, vnde veniat tanta hilaritas. Vnde interrogat Alcazar in Apocalipſ. cap. 2. n. 17. *quare dixit Angelus Epiſcopo Pergamo* vincenti dabo manna abſconditum? Et quamuis Gloſſa; & Victoria *de præmio vitæ æternæ hoc intelligunt.* Et D. Ambroſius *de dulcedine contemplationis: tamen Bernardus, & Richardus de peculiari conſolatione, & ſuauitate, quæ ſeruis Chriſti promittitur, intelligunt.* Vnde dixit Philo lib. 6. de congreſſu quærendæ gratiæ. *Animæ feſtum eſt rerum optimarum æmulatio, & labor ad perfectionem properantium.* Quaſi dicat, ipſæ pugnæ & prælia animæ contra concupiſcentias voluptatum, vbi gratia Dei inuenitur pro feſtis, & delitiis habentur, quamuis abſcondita ſit gratia, quia vincenti manna abſconditum promittitur; quia non videbant manna filij Iſraël vnde veniebat; & colligebant, & comedebant, & dulcedinem cum admiratione probabant dicentes *manuh, quid eſt hoc.* Quaſi dicerent, abſcondita eſt iſta dulcedo, quæ de cœlo deſcendit.

Lyran. in litt. citat.

Merces gratia eſt.

Alcazar in Apoc. cap. 2. n. 17.

Gloſſa. Ambroſ. Bernard. Richard. Philo lib. de congreſſ. quærend. gratiæ.

In laboribus præmium abſcõditum.

Exod. 16. n. 15

Vnde interrogat Oleaſter, quare præcepit Deus, vt illi facerent tabernaculum: *facies inquit, tabernaculum, & addit & Cherubim opere Phrygionico facies. Exod. 16. iuxta tranſlationem Pagnin.* Et reſpondet, *videtur Dominus Cherubinorum figuris, qui alis Propitiatorium velabant, delectari, vt oſtendat nobis quantum delectentur hi, qui ſumma diligentia, & ſua gratia muniti facientes verbum eius, delectantur etiam ſi coopertum ſit propitiatorium.* Quaſi dicat, ſerui Dei ſemper coram Domino ſuo delectantur, quia in eius præſentia ambulant ſemper. 522.

Oleaſt. in Exod. c. 16. n. 16. Tranſ. Pagn.

Præſentia Dei lætificat ſeruos ſuos.

Vnde Apoſtolus Corinth. 6. n. 10. ait, *quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Quaſi dicat, triſtitia, quaſi res aliena, & ficta; gaudium vero præfixum & ſemper; quia vt Theophylactus ait, *apud incredulos quidem videmur mæſti eſſe, cæterum nobis eſt florida ætas & viuax; non enim alias quidem lætamur; alias vero mæremur, ſed nunquam non gaudemus.* Quaſi dicat, merces ipſa laboris, & perſecutionis pro Chriſto paſſæ, eſt gaudium & lætitia abſcondita, quia gratia Dei eſt gloria inchoata. Vbi Auguſtinus lib. de natura & gratia cap. 69. *Omnia ſunt facilia charitati cui vnio Chriſti ſarcina leuis eſt.* Quaſi dicat, affectus cordis quod graue ex ſe eſt leue reputat, & quod ex ſe triſtitiam cauſat, hilaritatem præſtat; quia vt dixit Chryſoſtomus in Pſ. 139. *Contraria enim in contrarius, & fiunt, & apparent, quando vult Deus.* Quaſi dicat, ſerui Dei operarij vineæ Eccleſiæ, quamuis videantur triſtes, & afflicti malorum perſecutionibus, & iniuſtitiis, re vera hilares ſunt, quia gratia Dei gaudentes intra cor delitiis abundant. Vnde Cyprianus epiſt. 77. *qui nunc, dilectiſſimi, conſcientiæ vigor? quæ ſublimitas animi? quæ in ſenſu exultantia? quis triumphus in pectore? ambulare in metallo, captiuo quidem corpore, ſed corde regnante.* Quaſi dicat merces operariorum in hoc mundo gratia eſt, quia Paterfamilias ornat corda, & fortitudine replet, vt in hauriendis metallis, & in captiuitate poſiti plus lætentur quam Principes mundi, quia gratia eſt gloria inchoata. 523.

Corinth. 6. n. 10. Theophylactus in epiſt. ad Corinth.

Aug. lib. de natur. & gratia cap. 69.

Chryſoſt. in Pſ. 139.

Interius iuſti lætantur.

Cypr. ep. 77.

Captiui patienter ſuſtineant.

2\. Responsio eſt Origenis in littera citati, *dixit Procuratori, id eſt alicui Angelorum, qui merces meritorum impartitur hominibus.* 524.

Origen. in litt. citat.

Quaſi

Angeli Procuratores hominum. Quaſi dicat, Procuratores hominum Angeli ſunt, & ſemper augere bona eorum conantur. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur

Oleaſt. in Num. 22. n. 12. Numer. 22. n. 12. *quod Angelus Domini dixit Balaam ecce ego ingreſſus ſum in aduerſarium*

Transf. Pagn. Rabbi Dauid. *tibi?* Et reſpondet cum Rabbi Dauid, *quod legendum eſt ſic, vir iſte declinauit via, & corde ſuo ad maledicendum, & non ambulat coram Deo per viam rectam; ideo ego egreſſus ſum in*

D. Hieron. ex Heb. *aduerſarium.* Vel vt D. Hieronymus vertit, *quia peruerſa eſt via tua, & mihi contraria &c.* Quaſi dicat Procuratores hominum ſunt cuſtodes, & tanto conatu cauſas illorum perficiunt, quod ſi volunt eos audire per os animalium terrere illos faciunt, vt contingit in

Aſina rebelles loquitur. Balaam, vbi Angelum Domini vidit aſina, vt per iumenti vocem admoneret, qui Dei neglexerat admonitionem, inquit Oleaſter.

525. Vnde interrogat Agellius, quare in Pſ. 33.

Agellius in Pſ. 33. n. 8. Biblia Complutenſ. n. 8. *dixit Dauid immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum,* vel vt legit Biblia Complutenſis, *caſtrametabitur Angelus Domini in circuitu ſeruorum ſuorum?* Et reſpondet, *quia Angeli ſunt propugnatores, qui in circuitu timentium Deum indefeſſas excubias agunt?*

Angeli præſidia hominum. Quaſi dicat, quod perpetua vigilantia ſtant Angeli, quaſi veri procuratores, & defenſores generis humani. Vnde de mercede tribuenda per procuratores Angelos operariis, qui in vinea Patrisfamilias laborant, ſcri-

Sap. 4. n. 13. ptum eſt. *Sapientia 4. n. 13. videbunt enim finem Sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Altiſſimus.*

Angeli in die mortis fortitudo animarum. Quaſi dicat, indicibilis eſt modus & fortitudo Angelorum, & quomodo munierint homines tam in proſperis, quàm in aduerſis, quia ſemper ſunt operarij, & Angeli procuratores expectantes reddere illis æternam mercedem, & vltimum præmium, ſicut Paterfamilias præcepit.

526. 3. Responsio eſt Abulenſis citati

Abul. in litter. citat. Idē in Matt. 5. n. 17. in litter. Præcipit dare mercedem operariis, quia erat promiſſa, & verborum obligatio eſt adimplenda. Vnde interrogat Abulenſ. in Matth. quare Matth. 5. n. 17. dixit Ieſus, *non*

Chryſoſt. hom. 5. *veni ſoluere legem, ſed adimplere?* Et reſpondet *cum Chryſoſtom. hom. 15. quod lex dabat præcepta, vt circumciſionis & oblationis in templo; Prophetæ vero prædixerant omnia quæ in ipſa erant; Chriſtus vero venit, vt adimpleret verba legis, & Prophetarum, in quo ſtat perfectio.*

Verboſus non adimplet quod loquitur. Quaſi dicat, quod qui verba multa loquitur & non adimplet, non fide dignus. Vnde

Caietan. in Euang. Caietanus acutè addit, *quod Chriſtus cum à mortuis reſurrexit increpauit Diſcipulos incredulos, dicens: O ſtulti, & tardi corde ad credendum,*

Luc. 24. n. 25. *quæ locuti ſunt Prophetæ Lucæ 24. n. 25.* Quaſi diceret, *ego crucem, & mortem pertuli pro adimplendis verbis Prophetarum, & adhuc increduli eſtis?* Vt diſcant homines varij & menda-

Caſſian. coll. 17. c. 14. ces pro adimplendo verbo mortem ſubirè. Vnde Caſſianus collat. 13. c. 14. ait, *venit Chriſtus non antiquare priora, ſed ad perfectionem reducere imperfecta.* Quaſi dicat, verbis

Pauca promittere. multa promittere, ſi bona ſint, bonum eſt; ſed ſi non adimplentur inualida erunt, adimpleta verò remanent perfectiſſima.

527. Vnde interrogat Oleaſter, quare Iacob

Oleaſt. in Sanctus Patriarcha dixit filiis ſuis, cum in Ægyptum redirent, *tollite de laudabilioribus* Gen. 43.

terræ, & pecuniam duplicem, & ferte Principi n. 11. & 12.

Gen. 43. n. 11. & 12. Et reſpondet, *quia mira erat ſenis prudentia, quia ob munera promiſſa bene in Ægyptum negotiauerant filij & verba voluit filiorum adimplere, vt abundantiùs, & perfectius, & cum lætitia reciperentur*; quia multi aliquando multa verbo promittunt, & ex auaritia muneribus parcunt, qui poſtmodum innumerabilia ſine fructu expendunt, quia priùs renuerunt verbum ſuum adimplere. Transf. Pagn. *Qui promiſſa non ſoluit dupliciter ſolet tribuere.*

Hinc interrogat noſter Lyranus in additio- 528.

nib. *ad cap. 12. Exod. n. 12. quare decima plaga* Lyranus in addit. ad cap. 12.

primogenitorum Ægyptiorum fuit à Deo immediatè inflicta, vt Hebræi tenent, & plane notatur in littera: *Tranſibo per terram Ægypti &c.* Exod. n. 12.

Et reſpondet: *hæc plaga decima appropriatur Deo immediatè magis, quàm alia, quia erat completiua verborum Moyſi & Aaron circa intentum ſcilicet, deliberatione populi.* Quaſi dicat, omnes plagæ nouem per Moyſem, & Aaron operatæ erant, quaſi ſola verba ad intentum, & non proficiebant rem. Denique per vltima verba decimæ plagæ primogeniti occiſi ſunt, & populus fugit, & liberatus fuit, & verba comminatoria omnia ſunt adimpleta. Et propter hoc Pater familias Procuratori præcepit operariis dare mercedem; quia conductio per verba facta erat, & fuit neceſſarium vt adimpleretur. *Decima plaga Ægypti opere compleuit verba aliorum Prophetarum.*

DIFFICVLTAS XII.

Quare incepit præmium laboris à nouiſſimis, & non à primis?

QVæretur, quare qui mane laborauerunt non acceperunt priùs mercedem laboris?

1. Responsio Lyrani in littera 529.

citati qui ait, *quia in primitiua Eccleſia data* Lyran. in littera citat.

eſt gratia gentibus, quæ pluſquam Iudæi laborauerunt. Quaſi dicat, plus honorificatur multoties iuſtus apud incognitos, *& remotos quam apud propinquos, & alumnos eiuſdem inſtituti.* Vnde interrogat D. Iſidorus citatus in Gloſſa; D. Iſidor. in Gloſſ.

quare Iacob iam celeriter profectus eſt in Meſopotamiam Syriæ, vt vxorem acciperet Geo. 28. n. 5.

Gen. 28. n. 5. Et reſpondet, *Iacob fugiens dolos fratris venit in regionem longinquam, vt accipiat vxorem.* Similiter Chriſtus relictis parentibus ſecundum carnem (id eſt, Iudæis) & patria, id eſt Hieroſolyma & omnibus Iudeæ regionibus *abiit in gentes, vt acciperet ſibi Eccleſiam, ſecundum illud Oſeæ 1. n. 9. Vocabo non plebem meam.* Quaſi dicat, ingrati ſunt domeſtici, & alumni eiuſdem profeſſionis & familiæ; & ideo tanquam plebeij relinquendi ſunt. *Alumni & domeſtici fugiendi.* Oſeæ 1. n. 9. Transf. Pagn. *Plebeii multi ſunt in communitatibus & ingrati.*

Vnde Theodoretus *longè manifeſtius in ca-* 530.

lamitatibus cura Dei erga nos cognoſcitur, quam Theodor. in Gloſſ.

in felicitate, in qua bona à deo nobis conceſſa, non ita grato animo cognoſcuntur. Idcirco Iacob peregrè proficiſcitur, & fratris iram fugit, vt dotes reuertatur, & quanta ſit Dei prouidentia

 liquido

liquido cognoſcat, eamque alios doceat, ob id apparuit ei Dominus, & ſcalam ad cœlos pertingentem oſtendit. Quaſi dicat à nouiſſimis operariis merces ſolet incipi; quia multi quaſi abiecti, & viles inepti tractantur à ſuperioribus, & à mercede honorum excluduntur, & tunc plus laborant tales operarij, & ſolet Deus mercedem, & præmium adhuc in hoc ſæculo illis dare, etiam ſi inter notos & alumnos tanquam nouiſſimi reputentur. Vnde Auguſtinus in quæſt. ſuper Geneſ. ait; *quod habent latini Codices, vade in Meſopotamiam, Græci habent, fuge in Meſopotamiam vt intelligatur etiam Iſaac intellexiſſe quod Eſau de morte fratris cogitauit.* Quaſi dicat, non parum laborant operarij, qui fratres inimicos habent, quia ſemper cogitant quomodo morte eos afficiant, & ſolet Deus patientiam iſtam primo coronare & hoc eſt incipere à nouiſſimis. *Vbi Rupertus ſuper Geneſ. ait, quem iam neſciens, imo quem Deus benedixerat, per ipſum eum nunc vocat ex nomine, & ſcienter benedicit: Datum in illa confirmat ſubrepta benedictionis.* Quaſi dicat, repente, & inſcio quolibet operario humiliato, abiecto, & quaſi minori contempto, ſolet Deus ſubreptam mercedem tribuere & coronam ab alio eripere, quia nimis in laboribus & operibus ſuis confidebat, & hoc eſt, meo videri, quod Paterfamilias dicit, quod procurator incipiat à nouiſſimis in ſua æſtimatione & aliorum reputatione.

Nouiſſimi ſunt abiecti, & perſequuti.

S. Auguſt. in quæſt. ſup. Geneſ. Tranſ. Græca.

Auctoris menſ.

Domeſtici inuidi operarii mortem cogitant.

Rupert. cit. in Gloſſa.

Merces diuina repente venit.

Auctoris menſ.

Humiles nouiſſimi ſunt.

531. Caietan. in litt. citat.

2. Responsio eſt Caietani in littera citati. *Per hunc ſignificatur proponi gratiam iuſtitia in conſpectu Dei.* Quaſi dicat, *poteſt, & vult Deus amicis ſuis gratias, & fauores impartiri ſine detrimento ſua iuſtitia, vt ipſa gratia & fauoribus torqueantur inuidi*, quibus nulla iniuſtitia facta eſt. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Dominus coram omni populo, & Prophetis, qui de Moyſe murmurabant, Numer. c. 12. n. 6. *ſi fuerit inter vos Propheta, ſicut Moyſes &c.* Et reſpondet: *hoc flagello ſolet Deus inuidos torquere, vt plura dicat ſeruos ſuos habere, quam putauerint ipſi qui inuident.* Quaſi dicat, vos dicitis me per Moyſem loquutum. Et quod repletus ſit gratia mea; neque per hoc maiora de eo ſentitis, quam ſi communis Propheta ſit, & ſimilis vobis; ego autem dico vobis, quod multis gradibus gratiæ vos excedit. Et quid ad vos, ſi tramites iuſtitiæ vobis obſeruo?

Oleaſt. in Numer. c. 12. n. 6. Tranſ. Pagn.

Inuidi gratiis, & beneficia alienis torquentur.

532. Clem. Rom. lib. 5. c. 8.

Vnde interrogat Clem. Romanus lib. 5. Conſt. cap. 8. quare cum aſcendit Elias per turbinem in cœlum, clamauit Eliſæus, *Pater mi, Pater mi currus Iſrael, & auriga eius.* 4. Reg. 2. n. 12. Et reſpondet, *Elias nihil ei reſpondit ad eius admirationem. Quia ſi voluiſſet Deus homines immortales facere, hoc facere potuit, ſed ſine detrimento iuſtitia ſua oſtendit in Enoch, & in Elia, quod mortem non experiri gratia erat.* Quaſi dicat, idem quod Chriſtus Petro reſpondit circa mortem Ioannis Euangeliſtæ, *ſic eum volo manere, quid ad te?* Vnde Ambroſius lib. de Naboth cap. 15. *quia Eliam moderatorem humanarum mentium Dominus comprobauit, ideo tanquam boni auriga certaminis Victor æterno præmio coronatus.* Quaſi dicat, Elias fuit zelator inſignis iuſtitiæ Dei, & tamen gratia ſingularis de non moriendo coronatus eſt; quia poteſt Deus ſine detrimento iuſtitiæ gratias impartiri amicis ſuis.

Iuſtitia cedit gratia Dei.

Ioan. cap. 21. n. 21.

Ambr. lib. de Naboth. c. 15

533. Theodoret. q. 7. 4. Reg. 2. n. 10.

Vnde Theodoretus q. 7. explicans verba Eliæ Eliſeo dicta 4. Reg. 2. n. 10. *rem difficilem poſtulaſti, ait, non quod Diſcipulo gratiam & dona inuideat, ſed aliorum hominum curam gerens.* Quaſi dicat, Elias *gratiam proponi iuſtitia, bene ſciebat, & quod Deus omnia quacumque voluerit poteſt facere? Sed cæteros homines iaſtruere volait in cognitione conditionis Dei, qui cui vult, indurat, & cuius vult, miſeretur.* Vnde Tertullianus lib. de reſurrect. quod Enoch, & Elias. *non nec in reſurrectione diſpuncti, quia nec morte functi, quia tantum de orbe tranſlati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati ab omni vitio, & ab omni damno, & contumelia immunitatem carnis ediſcunt; cui nam fidei gratiaeque Dei teſtimonium ſignant, niſi quia credi oportet hac futura integritatis eſſe documenta.* Quaſi dicat, qui integritatem fidei obſeruare cupérit de Enoch, & Eliæ in cœlum aſſumptione per gratiam & fauorem Dei factum non dubitet, quia gratia leges iuſtitiæ antecellit. *Vnde Chryſologus ſerm. 9. Iuſtitia à Deo genita cœlum ſpectat, in oculis agit diuinis, ſuperatis virtutibus mixta à Deo ſolo, vt glorificetur expectat.* Quaſi dicat, iuſtus & ſanctus de ſe nullam iuſtitiam præſumit, ſed omnia refert ad Deum, & ante oculos diuinæ maieſtatis à ſola gratia, & clementia diuina præmium & mercedem expectat; quia nouit, quod Paterfamilias à nouiſſimis ſolet præmia incipere impartiri.

Iuſti facile gratia Dei omnia cedunt.

Tertul. lib. de reſurrect.

Fides integra omnia de Deo ſperat, & credit.

Chryſolog. ſer. 9.

Iuſtitia vera gratia Dei omnia tribuit.

534. Gregor. in litter. citat.

3. Responsio Gregorij in littera citati, *à nouiſſimis precipit mercedem dare, quia in omni ætate, & ſæculo fuerunt ſingulares operarij in vinea Domini, qui operantur mirabilia ad maiorem gloriam Dei.* Vnde interrogat Ambroſ. lib. 2. de Eliſæo, *quare ad ſanandas aquas amaras, dixit Eliſæus Prophetis 4. Reg. cap. 2. n. 20. afferte mihi vas nouum, & mittite in illud:* Et reſpondet, *videte Eliſæi quanta ſint merita, cuius prima in ciuitate hoſpitalitas filiorum eſt magna fecunditas, dum enim ſterilitatem auertit aquarum, ſucceſſionem largitur hæredum, non enim hoc facto vnum ſanauit hominem, aut vnius domus præſtitit medicinam, ſed totius ciuitatis populum reparauit.* Quaſi dicat ante Eliſæum multi Prophetæ operarij fuerunt in populo Iſraël, ſed duplicatam mercedem recepit; gemina miracula operando in aquis amaris, quia in omni ætate, & ratione, à principio mundi creuit Deus ſingulares operarios. Vnde Sanctus Iſidorus in Gloſſa citatus ait, *ſal eſt Sapientia in vaſe fictili, id eſt, in corpore humano poſita aquas ſanat, id eſt, populos dulcedine doctrinæ.* Quaſi dicat, quotidie operarij, meliores ſunt, quia ſcriptum eſt, Prou. 18. n. 4. *aqua profunda, verba ex ore viri*; ideo à nouiſſimis merces incipitur, quia quotidie æqualiter laborant Doctores ſicut & Sancti, qui primo mane ſurrexerunt.

Operarii quotidie mirabiliores.

Ambr. lib. 2. de Eliſæo. 4. Reg. 2. n. 2.

Sancti quotidie inaudita operantur.

Iſidor. in Gloſſa ad c. 3. in lib. 4. Reg.

Prou. 18. n. 4.

TRAC

TRACTATVS DECIMVS SEPTIMVS.

Ad Litteram in Cap. XX. Matthæi. Subſequentis.

TEXTVS.

9. CVm veniſſent ergo, qui circa vndeeimam horam venerant
aceeperunt ſingulos denarios. 10. Venientes autem & ptimi,
exiſtimantes quod plus eſſent aceepturi: acccperunt aurem vt
ſinguli, & ipſi ſingulos denarios. 11. Et aecipientes murmu-
rauerunt aduerſus Patremfamilias. 12. dieentes: Hi nouiſſimi
vna hora fecerunr, & pares illos nobis feciſti, qui portaui-
mus pondus diei, & æſtus. 13. At ille reſpondens vni eorum dixit: amiee non
faeio ribi iniuriam nonne ex denario conueniſti mecum? 14. Tolle quod tuum
eſt & vade; volo autem, & huic nouiſſimo dare ficut & tibi. 15. aut non lieet
mihi, quod volo facere? An oculus ruus nequam eſt, quia ego bonus ſum? 16.
Sie erunr nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi; multi enim ſunt voeati, pauei
veto electi.

EXPOSITIO LITTERÆ.

535. *Chryſoſt. in Matth.* QVia in omni parabola ſunt quædam neceſſaria, vt notauit Chryſoſtom. quædam vero quaſi adiuncta ad explicandam ſententiam parabolæ; ideo explicatis iam, quis ſit Paterfamilias, *Ioan. 15. n. 1.* cuius vinea eſt Eccleſia, de quo Chriſtus ait, Pater meus agricola eſt; operarios vero vocat, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, & omnes fideles. *Proprietates neceſſaria parabola.* Diem verò totum tempus à principio mundi vſque ad finem. Vineam autem præcepta Dei, vel Eeeleſiam, forum totum mundum; operarios homines, denarium vitam æternam, præmium hominibus datum laborantibus in vinea.

536. *Chryſoſt. cit.* Nunc de mercede tribuenda his, qui venerunt hora vltima agit Euangeliſta, inquit Chryſoſtom. propterea id præcipit Paterfamilias, vt declaret ſe non ex debito, ſed ex liberalitate ſua dare denarium. *Denarius ex liberalitate detur.* De murmurantibus autem aduertit bene Theophylactus ſolere Deus, *Theophylact. com. in ep. ad Rom. c. 9. n. 19.* cum agit cum hominibus malignis & quęrulis ſuam ſolam alligare voluntatem, quia digni non ſunt, vt rationem illis Deus reddat. Et ſic quia iſte operarius præter rationem malignè querebatur, non aliter illi Paterfamilias reſpondet quam tolle, quod tuum eſt, & vade; volo autem, & huic nouiſſimo dare ſicut tibi, an non licet mihi facere quod volo facere?

537. *Maldonat. in Euang.* Multi ſunt vocati, pauci vero electi, optimè Maldonatus ait; Probauerat Chriſtus per parabolam non omnes æqualem mercedem recepturos in vita æterua; quia non omnes qui vocati ſunt eadem diligentia laborant. Et hoc quautum pertinet in particulari ad electos, *Locutio generalis & particularis fuit in Parabola.* nunc in generali, etiam cum reprobis loquitur; qui quamuis vocati ſint per generale auxilium omnibus datum; tamen nolunt venire ad laborandum in vinea Eccleſiæ Dei, ideo dicitur, multi ſunt vocati; pauci verò electi. Reliqua in quæſtionibus patebunt.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio	1. Cum veniſſent ergo, qui circa vndeeimam horam venerant.
Tranſl. ex Syriac.	2. Cum veniſſent illi vndecima horâ, aeceperunt ſinguli denarium.
Tranſl. Vatabli.	3. Et cum veniſſent, qui circa vndeeimam horam venerant aeeeperunt ſinguli denarium.
Caietanus in	4. Acceperunt ſinguli eandam

Euang. eandem præmij, menſuram, quàm alij acceperant.

Abulenſ. q. 16. circa num. 12. Vulgat. edit. 5. Et qui venerunt primo mane arbitrati ſunt quod eſſent plus accepturi quàm denarium.

Tranſ. ex Syriac. 6. Et murmurabant aduerſus Patremfamilias dicentes, iſti nouiſſimi vnam horam operati ſunt, & adæquaſti eos nobiſcum, qui pertulimus pondus diei

Tranſ. Vatabli. 7. Iſti poſtremi vnam horam fuerunt in opere, & illos nobis pares feciſti, qui portauimus dies.

Lyranus ſua in Gloſſa. n. 14. ex Vulgata. 8. Murmurabant Iudęi, quod conſimilis gratia fiebat gentibus ſicut & ipſis.

Tranſ. Vatabli. 9. Amice non facio tibi iniuriam, nonne denario pactus es mihi 1 volo autem huic poſtremo dare, ſicut & tibi.

Tranſ. ex Syriac. 10. Mi ſocie iniquus non ſum in te, nonne denario pactus es mecum? volo autem huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.

Caiet. in Euang. n. 16. ex Vulgata. 11. An non licet facere in rebus meis quid volo?

Tranſ. Vatabli. 12. Num oculus tuus malignus eſt, quia ego benignus ſum?

Tranſ. ex Syriac. 13. Non mihi licet, quod volo facere de his, quæ ad me pertinent? an oculus tuus malus eſt, quia ego bonus ſum.

Abul. q. 35. in Matth. 14. Aut oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.

Lyranus ſua in Gloſſa. n. 16. ex Vulgata. 15. An voluntas Dei poteſt eſſe diſtorta?

Tranſ. Vatabli. 16. Sic erunt poſtremi primi, & primi poſtremi.

Caietan. in Euang. 17. Sic erunt nouiſſimi in labore, & exhibitione temporalium primi in præmio.

Lyranus ſua in Gloſſa. 18. Nouiſſimi primi, id eſt Gentiles qui à Iudæis erant, quaſi viles reputati, erunt primi propter fidem & Iudæi erunt repulſi & nouiſſimi.

DIFFICVLTAS I.

An operarij iuſtè murmurabant accipiendo denarios ſingulos?

QVæretur, quare iſti operarij murmurauerunt accipiendo denarios ſingulos?

1. RESPONSIO eſt Abulenſis. q. 27. 538.
in Matth. qui ait, *putabant ſe aliquo modo contemni, ſcilicet, quia ipſi per totum diem laborauerant, & non accipiebant plus, quam illi, qui tantum vna hora laborauerunt.* Quaſi dicat, iraſcuntur omnes, qui putant ſe contemni, vt dicitur Ethicorum cap. 8. imo cauſa totalis eſt iſta, ad quam reducuntur omnes cauſæ partiales, vt patet 2. Rethor. cap. de ira.

Abul. q. 27. in Matth.

Contemptus generat iram & murmurationem.

2. RESPONSIO eſt Lyrani ſua in Gloſ- 539.
ſa, qui ait; *murmurabant, quia in primitiua Eccleſia credebant Iudæi, quod plus deberent habere de Chriſti gratia, & Gentiles, iudicabant indignos, vt patet Act. 10. n. 7. vbi Petrus vidit linteum ſubmiſſum de cœlo, in quo erant animalia quadrupeda, & ſerpentia, & volatilia, & immunda, & dictum eſt Petro, occide, & manduca.* Quaſi dicat, vt mormuratio ceſſaret apparuit viſio, vt cognoſceretur, quòd Gentiles in Eccleſia recepturi erant.

Lyran. ſua in Gloſſa. Actor. 10. n. 7

Serpentinos peccatores recipiendos eſſe Chriſtus docuit.

3. RESPONSIO Hilarij in Cathena 540.
S. Thomæ, qui ait, *ſecundum inſolentiam populi iam ſub Moyſe contumacis hoc murmur operantium eſt.* Quaſi dicat, iniuſta fuit murmuratio operariorum in lege Moyſis; quia vſque ad Chriſtum tantum durare ſcriptum erat.

S. Hilar. in Cath. Sancti Thomæ.

4. RESPONSIO eſt Gregorij in Ca- 541.
then. citat. qui ait; *quia antiqui Patres vſque ad aduentum Domini quantumlibet iuſtè vixerant, ducti ad Regnum cælorum non ſunt vſque ad aduentum, & aſcenſionem ad cœlos Chriſti; & hoc ipſum murmuraſſe eſt.* Quaſi dicat, nos autem qui ad vndecimam horam venimus poſt laborem non murmuramus; quia poſt Mediatoris aduentum in hoc mundo venientes ad regnum ducimur mox, vt de corpore eximus.

S. Greg. in Cath. cit.

Murmuratio Prophetarũ qualis, & quomodo.

5. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper 542.
Matth. *non enim dolebant murmuratores, quaſi defraudati de mercede ſua ſed quia alij amplius quàm merebantur acceperant.* Quaſi dicat; ſic dolent inuidi, quando alteri aliquid additur, quaſi eis ſubtrahatur, ex quo patet, quod ex vana gloria naſcitur inuidia, ideo dolet iſte operarius eſſe ſecundus quia deſiderabat eſſe prior, & ideo inuidiæ motus remanet.

Chryſoſt. ſup. Matth.

6. RESPONSIO Caietani, qui ait; *ſicut* 543.
ſaluatoris oratio, Pater tranſeat à me Calix iſte, explicat

Caietan. in Euang.

Velleitas amplioris gloria in Beatis.

explicat naturalem appetitum fugiendi mortem, ita murmur ſanctorum iſtorum explicat velleitatem amplioris gloria ſecundum rationem inferiorem inſurgentem.

544. Gloſſa.

7. Responsio Gloſſæ. *iſta murmuratie poteſt dici de malis; qui denarium acceperunt, & in bonitate non perſtiterunt, & pramio priuati murmurabant, quia denario carebant.* Quaſi dicat, mali opetarij qui propter ſuam negligentiam perdiderunt gratiam, recordantur de denario pretioſo, & cum ſe carere illo conſiderant murmurabaor aduerſus Patremfamilias.

Impij recordantur, beneficiorum acceptorum.

545. Abul q. 27. *Spes defraudata in murmurationem conuertitur.*

8. Responsso Abulenſis q. 27. ad qoæſitum reſpondetur, *quod iniuſte operarij murmurabant aduerſus Patremfamilias; quia murmuratio orta fuit à deſiderio ſuo, & quia ipſi defraudatos ſpe ſua ſe viderunt, & putauerunt quod daretur eis vltra denarium, ſicut in littera patet, arbitrati ſunt, quod plus eſſent accepturi.* Quaſi dicat, qui defrsudatur ſpe ſua indignatur, & murmutans contumelias dicit, ſed iniuſtè.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo intelligatur, nos qui portauimus pondus diei, & æſtus?

QVæretur, quare dixerunt iſti mormuratores, qui portauimus poodus diei, & æſtus?

546. Gregor. in Cath. citat.

1. Responsio Gregorij in Cath. citat. *qui ait pondus diei, & æſtus ferre, eſt per longiores vita tempora, carnis ſua calore fatigari.* Quaſi dicat, multi ſuis paſſionibus plus fatigantur quam alij, & ſunt operarij fatigabiliores, quia ſua ipſi conditione torqueotur.

Conditiones ſunt æſtus & calores.

547. Auctores ab Abul. citati q. 10. *Æſtus & pondus in lege veteri.*

2. Responsso aliquorum quos citat. Abulenſis q. 30. qui aiunt *quod æſtus & pondus intelligitur quantum ad differentiam obſeruationis praceptorum Dei: nam in veteri teſtamento erant multa obſeruationes, quas, durum erat, cuſtodire. In nouo autem teſtamento pauciora ſunt mandata.* Vnde iugum & pondus importabile erat vt dicitur Actor 15. *Quod nec nos nec patres noſtri portare potuimus;* Act. 15. n. 10. In nouo autem teſtamento Matth. 11. n. 36. dixit Chriſtus iugum meum ſuaue eſt, & onos meum leue.

Act. 15. n. 10. Matth. 11. n. 36.

548. Idem Abul. q. 30. citat.

3. Responsio ex meute ipſius Abulenſis q. citata, qui ait, *pondus & æſtus dicunt portare, quia laborare per æſtus. & in vndecima hora difficilius eſt; quoniam talis labor reſpicit feruorem diei, & illa Regio Chanaam, in qua Chriſtus erat, & de qua iſtam parabolam retulit, calida nimis eſt, & in qua per æſtum laborare difficultas magna eſt.*

Calor & æſtus magnus in Palaſtina.

549. Maldonatus in Euang. ex Chryſoſtomo ibi cit.

4. Responsio, quam ioſiſuat Maldonatus ex Chryſoſtomo *quod ſolet Chriſtus in parabolis perſonarum mores exprimere. Mos autem pigrorum eſt, & deſidum, ſemper exaggerare quod faciunt, & ſic iſti operarij in querelas erũpunt dicentes, quod pondus diei, & æſtus ſuſtinuerunt, & forſitan minus quam alij laborauerant.* Et ſi quæramus, cur Paterfamilias eos non reprehendit de querela iniuſta? Reſpondet Chryſoſtomus, *quod in hoc mundo diſſimulat Deus multa, qua in altere clare patebunt.*

Operarij delicati & infirmi in querelas prorumpunt.

550. *Auctoris menſ.*

5. Responsso, meo videri, æſtus & pondus diei, ſunt anxietates, & deſideria, cogitationeſque fraudatæ, quia opersrij nimis laborabant calore, & æſtu expectantes prœmium & mercedem inſeparabilem; cum autem viderunt æqualitatem in retributione, dolentes lamentantur de ſuo labore fraudato, id eſt, non ſicut cogitabant præmiato; ſed gratia Dei, non reſpicit merita, aliàs oon eſſet gratia, vt Theologi dicunt.

Cogitationes ſuperborum ſemper defraudantur.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, Amice, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum?

QVæretur, quomodo amicum vocat murmuratorem, & qua ratione ooo fecit iniuriam illi?

551. Remig. in Abul. q. 32. *Amicus etiã murmurat beneficiatus.*

1. Responsio eſt Remigij citati in Abulenſi q. 32. *per hunc poſſumus intelligere omnes qui de Iudais crediderunt, quos amicos propter fidem, vocat.* Quaſi dicat ex Iudæis multi crediderunt in Ieſum. Sed admirati de mercede tam ſuperiori data Apoſtolis murmurabant, & ideo amicos vocat illos.

552. Abul. q. 32. *Pralatus ratione debet reprehendere etiam durè & aſperè.*

2. Responsso eſt Abulenſis q. 32. qui ait, *quod Paterfamilias tenuit proceſſum in verbis ſuis ordinatum contra illum murmuratorem. Et primo ei loquitur blandè ſecundo iuſtè, tertio durè, & increpatoriè.* Quaſi dicat, Paterfamilias oon mouebatur extra, ſed ex ratione, ideo vocauit illum amicum, quod pertinet ad affectionem. 2. *defendit ſe rationabiliter contra eum dicens, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum.* 3. loquitur durè vocando eum malum, & iniuſtum, diceodo, ſi oculus tuus nequam eſt ego bonus ſum.

553. Origen. cit. in Cathen. *Adam reſponſum accepit à Patre familias.*

3. Responsio Origenis in Catheo. citati, qui ait, *forſitan Adamo noſtro primo parenti, dicit, amice, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade tuum eſt ſalus, quod eſt denarius; volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.* Quaſi dicat, oon incredibiliter poteſt quis arbitrari hunc nouiſſimum eſſe Apoſtolum Paulum, aut bonum latronem, qui voa hora operati ſunt multum.

554. Aug. lib. de Sanct. Virgin. *Manſiones diuerſa in cœlo.*

4. Responsio Auguſtini de Sanct. Virgin. *quia vero ipſa vita æterna pariter erit omnibus ſanctis aqualis, denarius omnibus eſt attributus, qui eſt omnium merces, quia vere in ipſa vita æterna diſtinctione fulgebunt lumina meritorum, multa manſiones ſunt apud Patrem, ac in denario quidem non viuit, alius alio prolixius,* in multis autem manſionibus hoooratur alius alio clarius.

555. Caietan. in Euang.

3. Responsio Caietani in Euang. *non fecit illi iniuriam, quia eandem pramij menſuram,*

ſuram, quam alij acceperant, accepit & ille, ſed ille ex gratia, iſte ex iuſtitia, quia laborauerat tota die. Quaſi dicat, quamuis regnum cœlorum ex gratia, detur, quia gratia Dei vita eſt æterna, ſed ſuppoſita gratia & cum illa laborantibus debetur ex iuſtitia cœlum iuxta dictum Apoſtoli *repoſita eſt mihi corona iuſtitia, ad Tim.4.n.8.* Et ſi quæras, quo pacto verificatur, quod Deus præmiat omnes ſupra condignum, ſi iſtos primos præmiat, ſecundum puram iuſtitiam, vt dicitur in textu, *amice non facio tibi iniuriam*, ſolutio eſt Caietani, *quod id quod promittit Deus velut iuſtam mercedem, eſt ſupra condignum noſtri operis; non enim ſunt condigna paſſiones huius temporis ad ſuperuenturam gloriam.* Quaſi dicat, quod ſignificatur per denarium eſt ſupra condignum totius operis diurni; quia tamen promiſſum eſt, vt merces totius diurni laboris ſignificatur, vt iuſta merces reddita primis, & ex gratia data aliis.

Ex gratia eſt regnum cœlorũ datũ, & de iuſtitia.
ad Tim.4. num. 8.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dixit Paterfamilias, tolle quod tuum eſt, & vade, volo autem, & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.

556. QVæretur, quænam ſit merces operariorum. Et quare dicitur, volo autem, &c.
1. RESPONSIO, & ſingularis eſt S. Baſilij in Breuioribus regulis, interrog.255.verſ.14. qui ait *præmium huius vitæ per denarium ſignificatur, quo etiam qui damnantur donari ſoleant: Et ideo Paterfamilias huic murmuratori dixit, tolle quod tuum eſt, & vade.* Quaſi dicat, iam accepiſti præmium, quo pro aliquo labore dignus eras, & ſi iam recepiſti bona, recordare, & tace, & vade in tenebras exteriores. Quaſi dicat, multi ſunt operarij qui diuerſis ſtudiis & laboribus inuigilant, ſed opes, vel dignitates ingentes receperunt, & iſtis dicitur, tolle quod tuum eſt, & vade, ſolue pœnis æternis innumera mala & ſcandala, quæ commiſiſti. De hoc latius ad mores poſtea.

S. Baſil. in Breu. reg. interrogat. 255. n.14. *Merces aliquibus datur in hoc ſæculo.*

557. 2. RESPONSIO Gregorij in Cath. citati qui ait: *ipſa Regni perceptio eius eſt bonitas voluntatis.* Et ideo rectè ſubiungitur, *aut non licet mihi, quod volo facere?* Quaſi dicat, ſoluta eſt quæſtio hominis contra voluntatem Dei murmurantis, *quia ſcriptum eſt omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra.*

Gregor. in Cath. S.Tho. *Bonitatis voluntas eſt in Deo gloria.* Pſ.113.n.3.

558. 3. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa, *tolle quod tuum eſt, id eſt, gratiam, quam meruiſti credendo legi & Prophetis de Chriſto, quia licet prima gratia non cadat ſub merito; augmentum tamen gratia cadit ſub merito.* Quod quidem augmentum datum eſt Iudæis credentibus in Chriſtum.

Lyran. ſua in gloſſa.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?

QVæretur, quid per oculum ſignificetur? 559.
1. RESPONSIO Rhemigij in Cathena citati, qui ait; *per oculum enim voluit intelligi intentionem. Iudæi autem, habuerunt oculum, id eſt, intentionem malam, quia de ſalute gentium dolebant.* Ad quid autem ſenſus parabolæ tendat manifeſtatur, cum ſubditur; ſic erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi, ſcilicet, quod Iudæi de capite vertantur in caudam, & nos de cauda mutamur in caput.

Rhemig. in Cath. citat. *Oculus eſt bona vel mala intentio.*

2. RESPONSIO Caietani, *non aſſerit oculum iſtius eſſe malum ſed cauſas vndique excludendo murmuris, cum primo ex parte, conuentionis, deinde ex parte propria liberalitatis in gratuitis, tertio ex relatione ſua gratia, qua vſus eſt ad nouiſſimos ad oculos eius conuincit eum.* Quaſi dicat, oculus tuus (quod abſit) efficitur male videns ex obiecto bono, quia ego bonus ſum nouiſſimis largiendo. 560.

Caietan. in Euang. *Oculus mentis ex obiecto mouetur.*

3. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 39. *qui murmurabant inuidebant, & non dolebant, quod eis daretur minus debito, ſed quod aliis plus daretur, nam dixerunt pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei.* Quaſi dicat, inuidus habet oculum nequam, quia cupit videre mala proximorum, & non poteſt ſuſtinere videre bona illorum, ideo rectè dictum eſt, quod oculus eius eſſet nequam 561.

Abulenſ. q.35. in Mat. *Oculus nequam qui gaudet de malis proximorum.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

QVæretur quomodo intelligatur, quod primi ſint nouiſſimi & contra. 562.
1. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *ideo primos dicit nouiſſimos, & nouiſſimos primos, non vt nouiſſimi digniores ſint quam primi, ſed vt æquarentur, & nulla ſit inter eos differentia, temporis cauſa.* Quaſi dicat in omni ætate, & ſæculo operarios & præmia eiuſdem orationis erat Deus.

Chryſoſtom. ſuper Matt. *Differentia ſemper euitanda.*

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 36. *quod tempore ſunt nouiſſimi in retributione, non quidem in tempore accipiendi retributionem, quia qui primo decedit primo retributionem accepit. Sed primi in tempore efficiuntur nouiſſimi, id eſt, minores in retributione, quia minus accipiunt de gradu vitæ æternæ.* Quaſi dicat, quia ſancti noui Teſtamenti fuerunt excellentiores meritis, quam ſancti antiqui; ideo primi in retributione efficiuntur; quia ei qui plus meruit maiora ſemper donantur. 563.

Abul. q.36. in Matth. *Ei qui plus meruit maiora præmia donantur.*

3. RESPONSIO Caietani, qui ait; *optime quadrat concluſio reſponſionis data Petro, quod non beatior erit, qui plura reliquit, ſed quem gratia Dei priorem conſtituet.* Quaſi dicat, quod non eſt volentis *neque currentis, ſed Dei miſerentis.* Et alibi, *neque qui plantat, neque qui ri-* 564.

Caietan. in Euang.

gas

Gratia Dei facit munus grande vel paruum.

rigat, ſed qui incrementum dat eſt Deus. Sic neque opus grande, vel paruum aliquod valet, niſi tantum quantum à gratia Dei, acceptetur, & releuetur.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, multi ſunt vocati; pauci verò electi?

QVæretur, qui ſunt iſti multi vocati, & paoci electi?

565. *Gregor. in Cath. S. Thomæ.*

1. RESPONSIO ſit Sancti Gregorij in Cathen. Sancti Thomæ citati ad finem. *Plures veniunt; & ad cæleſte Regnum, pauci perducuntur. Plerique enim Deum vocibus ſequuntur, moribuſque fugiunt.* Quaſi dicat, ex hoc duo penſare debemus. Primom eſt, vt de ſe quiſque minimè præſumat; quia & ſi iam ad finem vocatus eſt, vtrum tamen ad cœlum pertingat, ignorat. Secundum eſt, vt vnuſquiſque, qui proximum ſuum, quem in vitiis conſpicit, deſperare noo audeat, qoia diuinæ miſericordiæ diuitias ignorat. Sed ad mores de hoc poſtea.

Verbis omnes Chriſtum ſequuntur non moribus.

566. *Maldonat. citat. ſupra.*

2. RESPONSIO fuit inſinuata à Maldonaro; *quia hic loquitur Chriſtus in generali de omnibus gentibus, cum iam de particularibus, & electis primo tractet, in retributione mercedis, æquande illos, prout ſuæ diuinæ voluntati placuit; De vocatione vero omnium hominum loquitur quando dicit, multi ſunt vocati, & renuunt, quia non reſpondent vocationi, vel inſpirationi internæ.* Pauci vero electi quia in comparatione Paganorum, & Geotilium, omoes Chriſtiani pauciſſimi ſoot.

Chriſtiani reſpectu gentilium pauciſſimi.

3. RESPONSIO Caietani: *non miremini ſic diſponi differentiam electorum, quia ponitur differentia inter vocatos, & electos.* Quaſi dicat; Conſtat autem ſic gratuitæ & iuſtè fieri vt multi ſint vocati, & pauci electi: nam in electis gratia; in vocatis autem iuſtitia ſeruatur, & ſeruabitur; quia auxilium commune nulli deficit, neque deficiet ad cognitioorm fidei. 567. *Caietan. in Euang.*

Auxilium commune omnibus gratia electis.

4. RESPONSIO Abulenſis q. 37. qui ait, *cum laudauiſſet nouiſſimos, quod recepiſſent æqualem mercedem cum primis, & iſti nouiſſimi intelligebantur omnes, qui tempore Chriſti conuertebantur, & ſaluabantur,* eo ipſo quod conuertebantur. *Et Chriſtus dixit, quod non, ſed multi de conuerſis pereunt.* Quaſi dicat, omnes qui veoiunt ad fidem vocati ſunt per gratiam Dei, quia vt Ioanois dicitur cap. 6. n. 44. *nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum,* id eſt, per gratiam vocationis ad fidem. Ideo verum eſt, quòd omnes in hoc ſenſo ſunt vocati; pauci autem electi; quia reſpectu malorum, qui damnantot, pauci ſuot, qui ſaluantur; *quia arcta eſt via ſalutis; via autem perditionis lata.* 568. *Abul. q. 37.*

Ex fidelibus pauci ſaluantur.

Ioan. 6. n. 44.

Via electorum anguſta. Matth. 7.

TRACTATVS DECIMVS OCTAVVS. AD MORES.

In Cap. XX. Matthæi. De Parabola Patrisfamilias.

DIFFICVLTAS. VIII.

An operarij iuſtè murmurabant contra Patremfamilias?

QVæretur de occaſione murmurandi, ſi iuſta erat, vel non?

569. *Abul. cit. in littera.*

1. RESPONSIO fuit Abulenſis citati in littera, qui ait: *murmurabant, quia putabant contemni à Patrefamilias plus æſtimando laborem paruum aliorum.* Quaſi diceret, contemptus generaoit iram, & ita murmorationem. Vnde interrogat D. Hierooymus lib. de trad. Hebr. *quare tam crudeliter iratus eſt Abner contra Regem Isboſeth.* Ita vt dicat Interlinealis. 2. *Reg.* 3. *n.* 8. *hac de cauſa tranſlatum fuit regnum ad David?* Et reſpondet, *quia aſperis verbis loquutus eſt Rex, & contempſit Abner dicens ei, quare ingreſſus es ad concubinas Patris mei.* Quaſi dicat; quia putabat ſe contemni Abner & ita reſpondit. *Nunquid canis ego ſum aduerſum Iudam hodie?* Vnde Hieronymus *caput canem ſe reputat, id eſt, vilem, eo quod à domo Iuda ſic haberetur ſicut latratus canis quia Princeps erat canum, id eſt, ſtultorum hominum.* Quaſi dicat, conceptus contemptionis, & vilipendij ita conturbat homioes adhuc prudentes, & fortes, vt vitam, & facultates amittere non timeant reſpectu contemptus.

Contemptus generat iram & ira murmurationem.

2. Reg. 3. n. 8. Hieronym. in Gloſſ. cit.

Honor pluſquam facultates, & vita æſtimatur.

2. Reg. 3. n. 8

570. T.heodor. q 11.

Vode Theodoretus q. 11. ponderans patientiam, Dauid ignominias tolerando ait; *Ignominia, & violentia Patris Michol ignoſcens Dauid rurſus accepit vxorem.* Quaſi diceret, Saül vilis opprobuis ſuſtulit filiam ſoam Michol à Dauid, & alteri viro eam dedit in coniugem. Sed Dauid propter Deum ſuſtulit opprobria, mortuo Saul, iterum recepit eam, propter quam à Deo magnam gloriam conſequutus eſt.

571. Lyranus ſua in gloſſa. *Diſcordia inter male electos naſcuntur.*

Hinc Lyranus ſua in Gloſſa ad moralem ſenſum ait: *Abner conatus fuit conſtituere Regem Iſboſeth, ſed inter ipſos orta fuit diſcordia, quia putauit Abner, quod contemptus eſſet à Rege. Per quos ſignificatur, quod inter promouentem, & indignum & ipſum promotorem Dei iudicio frequenter oritur diſſenſio, ex qua ſequitur vtriuſque ruina.* Quaſi dicat, propter vnum verbum contemptionis, & opprobrij, Aboer iuit ad Dauid in Hebron & ibidem fuit interfectus, & ipſo mortuo Isboſeth fuit mente proſternatus, ex quo Rachel, & Banam acceperunt audaciam intraodi domum Isboſeth, & interficiendi eum, vt habetur cap. 4. 1. Reg.

Abner & Iſboſeth & interfecti. 1. Reg. c. 4.

572. Bern. ſer. 17. *Ira & contentio fugiēda ſunt.* Pſ. 6. n. 8. In regula frat. minor. cap. 1. *Iniuſta murmuratio ſubditorum.*

Vnde Bernardus ſerm. 17. *dicebat non contendat, in vlla cauſa decertare, contentio lites parit, contentio pacem cordis extinguit, contentio rixas gignit, contentio iurgia ſeminat, cōtentio faces odiorum accendit, contentio concordiam rumpit, contentio conturbat oculum mentis, vt Dauid dicebat, turbatus eſt à furore oculus meus. Pſ. 6. num.* 8. Vnde Seraphicus Pater noſter Franciſcus ſua in regula ait: *non litigent, neque contendant verbis, neque iraſcantur propter peccatum alicuius, quia ira & conturbatio in ſe, & in aliis impediunt charitatem,* vt pater io operariis, qui ira commoti propter ſuam vanam æſtimationem contra Patremfamilias murmurabant iniuſtè.

573. Lyran. citat. in gloſſa.

2. RESPONSIO Lyrani in littera citati *murmurabant quia, Iudæi Gentiles iudicabant indignos.* Quaſi dicat, qui iudicantur iodebiles fortiores fiunt, & victoriam reportant, vt io gentilibus viſum eſt pro ineptis à Iudæis iudicatis, & primitias eccleſiæ reportauerunt. Vnde Nazianzenus dicebat oratione 25. *humilitas non ſolum gloriam habet ſed & ſecuritatem.* Quaſi dicat, nulla fortis columna ad tribulationes, & Vilipeudia vinceoda, quàm humiliatio & patientia.

Naz. orat. 25. *Humilitas victoriam reportat.*

574. Ambroſ. in epiſt. ad Timoth. 2.

Vnde Ambroſios in epiſt. ad Timoth. 2. ait neceſſe eſt, *vt contentio extorqueat aliquid, imo multa quæ dicuntur contra conſcientiam, vt intus in anima perdat foris victor abſcedat; nemo enim patitur vinci, licet ſciat vera, quæ audit.* Quaſi dicat, quicumque ſe iudicat ſapientiorem aliis ſemper intus vritur, ſi fortè viocatur veritate, quia oemo contemptibilis vult reputari, & ſic ſolus ille vincit in Religione Chriſtiana; qui quamuis ſuperior, & doctior ſit, vincitur, humilitate priuatus; quia tunc vincit, cum propter Chriſtum vincitur à ſuperbis. Et ſic Ambroſ. io Pſal. 141. *dixit, qui contumelias ferunt grato animo, non ſolum multa peccata dolent, ſed non paruam apud Deum fiduciam, & loquendi libertatem habent.*

Victoria Chriſtianorū eſt vinci. S. Ambroſ. in Pſ. 141.

575. S. Ambr. in lib 6. cap. 5. 2. Reg. 16. n. 11.

Vnde interrogat Ambroſ. lib. 6. officior. cap. 5. & 6. *quare cum Dauid malediceretur, & lapidaretur, à Semei, volentibus vindictam ſumere dixit* 2. Reg. 16. *dimitte eum, vt maledicat?* Et Reſpondet, quia hæc ſunt bona iuſti, vt tacendo & cedendu, vincat. Quid opus eſt moueri cum audiuimus conuitia, cur non imitamur dicentem Pſ. 38. n. 3. *obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.* Quaſi dicat Dauid, vt victoriam reportaret, non vindictam ſumebat, cum conuitia à Semei audiebat, ſed tacebat mirabilia, quæ fecit, quia melior eſt, qui contemnit iniuriam, quam qui dolet; qui enim cootemnit, quaſi non ſentiat, ita deſpicit; qui autem dolet, quaſi ſeoſerit, torquetur. Vnde *Prouerb. 20. num. 3. dicitur; honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentione, omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.* Quaſi dicat ſpecimen magni viri oſtentat, qui alios indignos, & inſcios non iudicat, quia qui indignos alios iudicat occaſiooem præbet ſtultis, vt humiles, & doctos in faciem exprobrent. Vnde dicebat Nazianzeous in Apologetico *cedamus, vt ſuperemus, vt contingit gentilibus à Iudæis exprobratis tanquam indignis mercedis, & præmiorum, quia ſero venerunt ad operandum in Eccleſia, ſed propter eius tolerantiam victores perſtiterunt.*

Pſ. 38. n. 3.

Patientia impaſſibiles facit. Prou. 20. n. 6. *Omnes iuſtos & doctos honorare licet.* Nazianz. in Apolog.

576. Chryſoſt. in littera citat. *Inuidus intra cor vritur.* Chryſoſt. in Pſal. 7. 2 Reg. 17. num. 7. Chryſoſt. in gloſſ. *Inuidus aſtutus & duplici corde loquens.* Guillelm. Peralda lib. 2. tract. 7.

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati, qui ait, *non omnia dolebant murmurantes, quaſi defraudati de ſua mercede; ſed quia alij amplius quam merebantur, acceperant.* Quaſi dicat, inuidus intra cor vritur, & ſemper calumnias meditatur aduerſus æmulum ſuum, quia proſperatum conſiderat. Vnde interrogat Chryſoſtom. in Pſal. 7. *quare Chuſai Architem cum Abſalon de conſilio Architophel dato interrogaret, quid facere deberet. Reſpondet Chuſai, hac vice non eſt bonum conſilium quod dedit Architophel 2. Reg. 1. num. 7. Ac ſi diceret, nunquam errauit Architophel. Vnde reſpondet modo ad quæſitum Chryſoſtomus, noſti viri prudentiam, & aſtutiam, non reprehendit ſtatim æmuli ſententiam, ſed eum laudat.* Quaſi dicat iouidus cum dolo ſemper loquitur, & admirans prudentiam æmuli ſui, ſtatim vituperat eius ſententiam. Vnde Guillelm. Peralda lib. 2. tract. 7. *ait crudele malum & ſuper omne malum inuidia, nam odium aliquando pietate mouetur, iniuria ſæpe deponitur, & inuidia hominem facit immiſericordem, quia nemini parcit, nulli prodeſt, & omnibus nocet.*

577. Abul. q. 5. & 7. in lib. 1. Reg. 1. Reg. c. 18. & 19. & 23. 1. Reg. 24. n. 14. Chryſoſt. hom. de Dauid.

Interrogat Abulenſis qoæſt. 5. & 7. in 1. Reg. *quare Dauid auſus fuit fugere in terram Philiſtinorum inimicorum ſuorum, vbi tot, tantoſque Philiſthæos occiderat, & Goliath. Ducem inſignem, vt patet* 1. Reg. cap. 18. & 19. & 23. Et reſpondet cum textu 1. Reg. 24. n. 14. *quia in corde ſuo Dauid dixit, aliquando incidam vna die in manus Saul, & melius eſt, vt fugiam, & ſaluer in terram Philiſtinorum.* Melius iudicans (ioquit Chryſoſtomus de Dauid) *habitare cum inimico ſuo, quam cum inuido Saul ſimulato hoſte. Et ſimili modo & propter eandem rationem fugit Ioſeph cum Maria, & filio ſuo in Ægyptum ex præcepto Angelico, Matth. cap. 2. vbi teſte Ruperto in Geneſ. Abraham perſecutionem pertulit Gen. 12. num. 14. & Ioſeph fuit incarceratus Gen. 19. & totus populus Dei ibi fuit afflictus. Exod. 2. Sed quia Herodes ſimulato odio & inuidia Chriſtum perſequebatur*

Matth. c. 2. Rupert. in Geneſ. 12. num. 14. Gen. 19.

fugit

Exod. 2. *fugit in Ægyptum, tutius commorari iudicans cum aperto inimico Ægyptio, quam cum hoſte inuido, & ſimulato*; Aug. ſer. 83. quia teſte Auguſtino ſerm. 83. *canes educatione manſueſcunt, leones obſequio tractabiles fiunt, inuidi tamen officio aggreſſiores euadunt.* Quaſi dicat bruta animalia ferociſſima beneficiis obligantur; inuidus verò ab æmulo primum occupante locum muneribus, & bonis operibus caput carbonibus vritur ardentibus, cor rabie & furia dilaceratum mordet, non quia ei mala inferantur, ſed quia bona in alio videt ampliata, vt in operariis paret, qui non fraudari à ſua mercede, ſed de magnificentia, & liberalitate cum æmulis à Patrefamilias condonata, & propter hoc ſolum murmurare non ceſſant.

Inuidus beneficiis vritur.

Inuidi ſemper murmurare non ceſſant.

DIFFICVLTAS IX.

Quomodo intelligitur, quod operarij portauerunt pondus & æſtus?

QVæretur *qui ſunt iſti, qui portant pondus & æſtus, & conqueruntur?*

578. Gregor. cit. in littera. 1. RESPONSIO Gregorij in littera citati qui ait, *calor & æſtus, quem portant operarij ſunt conditiones diuerſa hominum, ex quibus alij plus, alij minus torquentur, quia ſcriptum eſt* Iob. cap. 7. n. 20. *Iob. c. 7. n. 20. Et factus ſum mihimetipſi grauis.* Vnde interrogat Oleaſter, *quare dicatur Leuit. cap. 22. n. 1. Non videbis bouem fratris tui, vel pecus errantes & abſcondes te ab eis?* Et reſpondet, *quia omnes à ſua inclinatione gubernantur, & vnuſquiſque habet ſuam conditionem, quia indigentias proprias ab aliis videre volunt; rari tamen ſunt, qui aliorum neceſſitates videre curent, & multi ſunt, qui abſcondant ſe, ne hæc videant in aliis. Et iuſto Dei iudicio ſolet Deus eos qui oculos ſuos à neceſſitatibus alienis auertunt, quod quando illas patiuntur, nemo illis ſuccurrat.*

Conditiones propria pondus & æſtus. Oleaſt. in Deuter. 22. n. 1. Tranſl. Pagn.

579. Auguſt. in Regul. Vnde Auguſtinus in Regula ait, *nos tanto magis proficere, quanto noſtras conditiones neceſſitatibus alienis accommodauerimus.* Vnde Cyprianus lib. 6. de pœnitentia. *In triſtitia & gemitu propria conditionis neceſſe eſt omnibus diebus vita noſtra ſtare.* Quaſi dicat vnuſquiſque abſtractus, & illectus, plus magis, aut minùs ſentit, gemit pondus vitæ humanæ, & æſtus propriæ libidinis. Et Auguſtinus in Pſ. 19. *O genus humanum naſceris enim de Adam, & in ſudore, & fletu comedes panem conſolationis tuæ.*

Cyprianus lib. 6. de Pœnitentia. *Propria conditio pœnis doloribuſque geritur.* Auguſt. in Pſ. 29.

580. Chryſoſt. hom. de Naaman. 4. Reg. 5. n. 27. Interrogat Chryſoſtomus hom. de Naaman Cyro, quare dixit Eliſæus Giezi ſeruo ſuo, *lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.* 4. Reg. 5. n. 27. Et reſpondet, *quia ex diametro erant conditiones Eliſæi, & Giezi oppoſita. Ideo curatur Naaman Cyrus, & lepra Giezi perfunditur, Cyro fides attulit gloriam, & ſeruo perfidia intulit pœnam. Alius ſuis redditur ſanus, alius cunctis oſtenditur maculatus; alius, idest Eliſæus, virtutum exemplum oſtendit, alius meritum fallacia declarat. Per Eliſeum Deus glorificatur, per Giezi cæleſte iudicium metuitur; inde ſalus naſcitur, hinc motus, inde gloria petitur, hinc fraudis moleſtia formidatur, vt exemplum conditionis diuerſa gentibus monſtretur.* Quaſi dicat, pondus, & æſtus ſunt conditiones indiuiduales, cuius proprietates in nullo æquales reperiri poſſont.

Effectus diuerſarum conditionum. Ariſtotelis ſententia.

Franc. de Roxas in Euang. Tom. II.

581. Orig. hom. 11 in Ioſue. Vnde interrogat Origenes hom. 11. in Ioſue, *quare cum præcepit Ioſue militibus ſuis, finito prælio Amorræorum, & victoria de inimicis diuinitus reportata,* Ioſue c. 10. n. 22. *Ioſue cap. 10. n. 22. aperite os ſpelunca, & producite ad me quinque Reges, qui ibi latitant, percuſſit Ioſue, & occidit eos?* Et reſpondet, *quia quinque Reges in ſpelunca, quinque ſunt ſenſus in carne humana abſconditi; qui meritò Reges dicuntur, quia non niſi per conditionem illorum caro regitur.* Quaſi dicat proprietates, & conditiones hominum ſingularium homines torquent; quod tota die vitæ ſuæ pondus & æſtus paſſionum ſuarum fatigabiliter portant, & ſolus Ioſue, ideſt, gratia & auxilio Ieſus poſſunt occidi qui ſtant abſconditi, in penetralibus cordis, & animæ, & ſemper proclamant murmurantes contra mortificatos, & ſuauis conditionis, dicentes, væ nobis, qui portamus pondus diei & æſtus, & neſcimus quam mercedem accipiemus.

Pondus & æſtus ſunt conditiones & fatigationes humana.

582. Maldonatus cit. in litter. 2. RESPONSIO quam inſinuat Maldonatus eſt, *quod impatientes delicati ſemper ponderant laborem, & quidquid agunt pro Deo, & minimum quod faciunt, pondus intolerabile reputant.* Lyranus ſua in Gloſſa. Vnde interrogat Lyranus, *quare cum filij Prophetarum ſecuribus ligna iuxta Iordanem ſcinderent ad ædificandas cellas Eremiticas ad morandum, accidit quod ferrum vnius caderet in aquam* 4. Reg. 6. n. 5. 4. Reg. 6. n. 5. Et reſpondet, *ſciſſione arborum ſignificatur increpatio ex vana gloria peccantium, de quibus dicitur* Matth. 3. n. 10. *Matth. 3. n. 10. Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.* Quaſi dicat, magis timidi, & periculo expoſiti ſunt homines qui plantati ſecus decurſus aquarum, putant ſe fructum ſuum dare in tempore opportuno. Et quod pondus & æſtus portant, & præmia, & honores illis ſolis debentur, & querelas perpetuas contra Patremfamilias, & Prælatos excitant murmurationibus pleni, ſi omnia quæcumque volunt ad notum voluntatis ſuæ non fiunt. De quibus ait Rabbanus in Gloſſa; Rabbanus in Gloſſa. *Cauendum autem valde eſt ne intellectus otio torpeat, & ne in exercitatione operis vitio elationis euaneſcat.* Quaſi dicat operarij, qui otioſi ſunt reprehenſione digni æſtimantur. Sed qui pondus & æſtus portauerunt vanitatis, & murmurationis vitio, plus aduſti ſunt; quia primi ex negligentia ſibi tantùm; iſti malitia, & præſumptione ſibi, & aliis nocuerunt.

Qui virtutes exercēt plus ſolent murmurare.

583. Gregor. in Gloſſa. Vnde Gregorius citatus in Gloſſa, *ferrum in manubrio intellectus eſt in corde, hoc ligna caeduntur, cum pravè agentes & murmurantes increpantur, quia cum fluxe agitur, & dum lapſus vana gloria non vitatur ferrum in aqua perditur; quia ex diſſoluto opere intelligentia fatuatur.* Quaſi dicat ex propria cognitione virtutum ſolent infatuari opera præclara; quia plus æſtimantur apud operarios, quam ratio poſtulat, quia pondus & æſtus in ſchola Chriſti quaſi pro nihilo debet reputari iuxta præ-

Fluxus intellectionis in vanam gloriam prorumpit.

 ceptum

Luc.17.n.10. ceptum Patriſfamilias Chriſti, ſemper cum perfecta opera faciatis, *dicite, ſerui inutiles ſumus Luca 17.n.10.*

DIFFICVLTAS X.

Quare Paterfamilias dixit, amice non facio tibi iniuriam.

Abul. citat. in lit. QVæritur, quare tam blande reſpondet Paterfamilias murmuratori?

584. *Beneuola reprehenſio recipienda.* Rabban. in Gloſſa. 4. Reg.6. n.16.

1. Responsio eſt Abulenſis citati in littera, qui ait *defendit ſe Paterfamilias blandè, & ſuauiter dicens, amice non facio tibi iniuriam, deinde durè increpat, dicens, ſerue nequam.* Quaſi dicat, qui beneficiis Dei male abutuntur, tremendo ſupplicio digni ſunt. Vnde Rabbanus in Gloſſa *quare Eliſeus ſeruo ſuo Giezi tremebundo de viſione exercitus Regis Syriæ dixit 4. Reg.6. noli timere; plures enim ſunt nobiſcum, quam cum illis?* Et reſpondet, *quia ille qui nequitia armis confidens Chriſti famulus inſidias præparat, nolle perfidia excæcatus bellum contra Eccleſiam gerit. Et hic prius pro pace conueniri debet, & ſi renuerit, de cœlo flagella deſcendent.* Vnde Ambroſius ſerm. 1. de Eliſeo, qui eſt 86. *O fides ſancti Prophetæ, ô benignitas Patriſfamilias! ſuauiter reſpondet, neque timet aduerſarios, quos conſpicit, quoniam ſcit Angelos eſſe ſecum quos credit.* Quaſi dicat, non metuit terrenas inſidias, quia cœleſtia adeſſe ſibi nouit auxilia; plures inquit, nobiſcum ſunt, quàm cum illis. Quaſi dicat, verus Paterfamilias amicũ debet vocare, & increpare poſtea ſi conuenire reſpicit, ideo vocauit poſtea illum ſeruum inſidiatorem, quia habebat oculum nequam. Vnde Rabbanus in Matt. 5. *bonum eſt oculum ſcandalizantem erui, vt intuitus ſuperbiæ, & malitiæ obturetur & oculus ſanæ fidei, ac ſimplicitatis aperiatur.* Quaſi dicat, verus Paterfamilias ſicut vulnerat, medetur; ita blandè loquens, & amicum murmuratorem vocans, deinde vulnerat increpando, & dicens, *non facio tibi iniuriam, quia ex denario conueniſti mecum.*

Ambroſ. ſer. 1. de Eliſæo, qui eſt 86.

Inſidias, & minas non timet, qui Deum habet defenſorem.

Rabban. in Matth. 5.

Mederi, & vulnerare neceſſe eſt.

585. Caiet. citat. in littera. *Iuſtitia & gratia quomodo fiant.* Ambr. lib.3. offic. cap.3. 4. Reg.6. n.22. *In bello eſt gratia & iuſtitia.* Rabban. in Gloſſ.

2. Responsio Caietani in littera citati *non facit illi iniuſtitiam quia æquale fuit meritum; ſed vnum fuit ex gratia, alterum ex iuſtitia.* Vnde interrogat Ambroſius lib.5. offic. cap. 1. quare cum Rex Iſrael interrogaſſet *Eliſæum ſi percuteret inimicos ſuos, id eſt Syrios latrocinantes & murmurantes de Eliſæo, reſpondet, non percuties; neque enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias 4. Reg. 6. num. 22.* Et ait Ambroſius, *ſi ergo etiam in bello iuſtitia manet & gratia, quanto magis in pace ſeruanda eſt.* Quaſi dicat hanc gratiam Propheta his detulit, qui ad eum corripiendum venerant, & Regi Iſraël dedit, quod iuſtum erat, id eſt, victoriam; neque fecit illi iniuriam, parcendo & refrigerãdo inimicos ſuos. Ex quo Rabban. ait, *poſtquam Eliſæus in Samariã adduxit gratia, & beneuolentia eos occidi non permiſit, ſed refectionem illis præparans, dimiſit eos in pace, & amico Regi Iſrael nullam fecit iniuriam ſiquidem victor permanſit.* Quaſi dicat etiam cum Saulo iuſtitiam & gratiã ſeruauit Deus. Act.9 num. 5. *Iuſtitiam, quia eius perfidiam & perſecutionem, & contra ſtimulum calcitrantem excæcauit; Deinde ſcientia ſpirituali ſuper omnes homines ditauit, & vſque ad tertium cælum ſubleuauit, nemini iniuriam faciens Deus, & gratia ſuprema ditans Apoſtolum.* Act. 9. n.5. *Cum Saulo ſumma iuſtitia & gratia ſeruata.*

586. Theod. in Gloſſa.

Vnde Theodoretus in gloſſa ait, *ſi interficerentur Syri, non cognoſceretur magnitudo miraculi, & gratia benefactoris, ſi autem ſani reuerterentur ad eum qui miſit operarios iniquitatis; ille quoque diſceret Dei iuſtitiam & gratiam illam in confuſione victoriæ impetrata, iſtam in parcendo illis, & munera dando.* Et Chryſoſt. in gloſſa citatus. *Reuerſi Syri gaudent ſe ſentiſſe tot iuſtitia Dei pericula, quot & virtutes, & gratias in Eliſæo, tot ſigna aſpexiſſe, quot mortes; quibus liberati, & cognouiſſe quod non nouerant & euaſiſſe quod meruerant.* Quaſi dicat, cognouerunt in Patrefamilias Eliſęo, gratiam, quam non meruerant, & iuſtitiam quam euaſerunt. Fuitque Propheta ſanctiſſimus glorioſus in ſuis, & in alienis famoſus, quia in ſuis exhibet ſigna virtutum, & in alienis cauſam gloriæ, quia nulla maior gloria quam facere gratias non debitas, & nulla maior iuſtitia, quam dare vnicuique quod promiſſum eſt pro labore ſuo.

Chryſoſt. in Gloſſa.

Glorioſa in gratiam ſuperabũdare.

DIFFICVLTAS XI.

Quid intelligitur per illud verbum, tolle quod tuum eſt, & vade?

QVæritur, quare Paterfamilias dixit murmuratori, *tolle quod tuum eſt & vade?* Baſil. citat. in littera.

587. *Temporalia beneficia malis dantur.*

1. Responsio fuit Baſilij citati in littera qui ait, *per denarium intelligitur præmium temporale, quod eſt cuiuſcumque operantis aliquod bonum.* Et in hac vita Paterfamilias ſoluit eum, *etiam ſi damnaturus ſit.* Vnde Chryſoſtomus hom. 17. in imperfecto, *Deus temporalia beneficia etiam indignis præſtat, non autem gratias ſpirituales.* Quaſi dicat, multa & innumerabilia bona dat impiis Deus in hac vita, ſed in alia ſolis perfectis, & iuſtis.

588. Abul. q.9. in Gen. 25. n. 34.

Interrogat Abulenſis quæſt. 9. in Gen. 25. num. 34. *Quare Eſau vendidit primogenituram pro re tam parua, qualis erat edulium lenticularum?* Et reſpondet, *quia inhoneſtum eſt rem honorabilem inutiliter exponi.* Quaſi dicat, parui pendit Eſau benedictionem paternam; & ideo pro re tam parua commutauit illam, quia qui parua bona operatus eſt, præmium exiguum temporale conſequitur.

589. Theod. in Pſal. 37. 2. Reg. 15. n.31.

Deinde interrogat Theodoretus in Pſal. 37. quare nimis afflictus Dauid Rex, & oppreſſus ab exercitu filij ſui Abſalon, cum lachrymis & gemitibus orabat ad Dominum dicens 2. Reg. 14. num. 31. *infatua quæſo Domine conſilium Achitophel?* Et reſpondet. *quia patriæ finibus pulſus à filio, fugiebat hoſtem, quem optauerat hæredem.* Quaſi diceret, teſte Lyranô Achitophel erat *valde aſtutus, & prudens & in omnibus conſiliis valde fortunatus, & ideo timebat Dauid, ne improba conſilia daret filio Abſalon,* Lyran. ſua in gloſſa.

ſalon,& à Deo impetraret aliquod bonum tempo-
rale in premium ſua prudentia, & regnum &
hareditatem, & gratiam Dei perderet contentus
accipere quod ſuum erat, id eſt, temporalia hu-
ius vita bona, ideo rogabat Dauid, vt conſilium
Achitophel infamaretur, id eſt, non acceptaretur
ab Abſalon, ne pitatis diſpendium pateretur.

590. Vnde Chryſoſtomus in Pſ. 7. Laudans Chuſi
Chryſoſt. in Pſ. 7. amicum Dauid, qui videns mutationem tem-
2. Reg. 13. n. 19. porum non diripuit amicitiam, *ſed aſperſit ſe*
cinere, fleuit 2. Reg. 13. n. 19. acerbe, & miſera-
biliter, ait: *non enim erat amicus temporis, ne-*
Amici temporales fugiendi. *que potentia ſed virtutis.* Quaſi diceret, tem-
Chryſoſtomus citat. poralibus beneficiis tenuebar præmiari. Et
addit Chryſoſtomus; *hinc primum diſce ne con-*
turberis, in rebus aduerſis; cum videas id iuſtis
deuenire, & malis, quaſi proprie dari, quia ali-
quod bonum fecerunt Et ideo dixit Paterfami-
2. Reg. 33. n. 2. lias, tolle quod tuum eſt, vade. Chuſi, *inquit*
Chryſoſtomus loco citato, vtraſque partes diiudi-
cabat, & illas quidem inuenit impotentes, &
Dignitates & fertuna proſpera timenda. *inualidas; has vero firmas, & potentes.* Quaſi
dicat licet enim potentes omnia bona tempo-
ralia habeant, & fruantur bonis, & coronen-
tur roſis, illorum proſperitatem fugiamus;
quia ſunt præmia pro aliquibus bonis, quæ
fecerunt in hoc mundo. Vitium enim, inquit
Chryſoſtom. citat. Chryſoſtomus, *etſi cælum habeat, & vniuer-*
ſum orbem terrarum, non appetendum; virtus
autem, etſi ſola ſit eſt nimium potentiſſima, ha-
bet enim Deus ſecum ſtantem & beneuolum, &
dat mercedem incorruptibilem.

591. Vnde Iob temporale præmium timens di-
Iob. cap. 2. n. 20. cebat, *quare miſero data eſt lux, & vita his,*
qui in amaritudine anima ſunt Iob. cap. 2. n. 20.
Greg. lib. moral. Et ibi Gregorius lib. de moral. *timent iuſti, ne*
exterioribus muneribus Deus cumulans eos ab
internis repellat. Quaſi dicat, ſolet Deus quaſi
obligatus operibus aliquorum operariorum
dicere, *amici, tollite quod veſtrum eſt, & abite*
Reprobi bona temporalia recipiunt. *in malam rem*; quia ſi laboraſtis aliquid, iam
recepiſtis bona in vita veſtra. Alij autem qui
loco mercedis, & præmij pro innumerabili-
bus calumniia laboribus, opprobriis, & vi-
lipendiis receperunt paupertatem, teſtimooia
falſa; ignominias, & miſerias, iuſtum eſt,
Pſ. 5. n. 5. vt æternis pœnis coronentur, *quoniam non vo-*
lens iniquitatem, tu es Deus Pſ. 5. n. 5. Ac ſi di-
ceret, ſi iniuſtitias faceres non eſſes verax
Theodoret. in Ioan. q. 31. Deus. Vnde Theodoretus in Ioannem q. 31.
Et bonorum, & malorum examinandus eſt ſco-
pus & inſtitutum. Quaſi dicat, *iuſti ſua mi-*
ſera ſorte, & abiecta in hoc mundo contenti
2. Timot. 4. n. 8. ſint; quia vnuſquiſque rationem reddet de
Epiſt. B. Iudæ n. 13. bonis acceptis, *& bonis reſeruata eſt corona*
iuſtitiæ, quam reddet illis iuſtus iudex: malis
autem, *& qui ſua receperunt in hoc mundo re-*
ſeruata eſt tempeſtas ſuppliciorum in æternum.

592. 2. Responsio Sancti Gregorij citati
S. Gregor. cit. in litter. in littera, qui ait, *ipſa regni perceptio eſt eius*
Voluntatis conformitas eſt præmium gloriæ. *gratuita voluntas.* Quaſi dicat, conformatio
cum diuina voluntate eſt incboata gloria quia
eſt maxima eius gratia, nam in rebus fidei
ſufficit *pro ratione voluntas diuina*, & ei licet
facere & dare gratiam ſicut ei placuerat; ho-
mines vero impij volunt etiam Deum imita-
ri, facieodo omnia, quæcumque volunt, &
vellent conformari huic ſæculo, & diuinæ
voluntati, & eſt impoſſibile, *quia nemo poteſt*

duobus Dominis ſeruire. Matth. 6. n. 24. Matt. 6 n. 24
Vnde interrogat Procopius in Gloſſa, quo- 593.
modo intelligitur illud. 2. Reg. 16. n. 23. vbi Procopius in Gloſſa.
dicitur, *ſic erit omne conſilium Achitophel, &* 2. Reg. 16. n. 23.
cum eſſet cum Dauid, & cum eſſet cum Abſalon?
Et reſpondet, *quia Achitophelem certum eſt*
ſe rebus præſentibus accommodaſſe, & pro vtriſ-
que ingenio, & moribus conſilia dediſſe, erga bo-
num malitiam celans; erga prauum autem oſten-
dens. Quaſi dicat, fuit iniquus operarius *Temporales operarij omnia protendunt.*
Achitophel, & fruſtratus, quia mercedem
Patris procurabat, & præmium Abſalon filij
poſſidebat. Sic ſunt multi operarij, qui mer-
cedem æterni Patrisfamilias optant, & mundo
deſeruiunt; quibus dicitur, *vade quia oculus*
tuus nequam eſt.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, aut oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?

QVæretur, quid per oculum Paterfamilias
intelligat?

1. Responsio fuit Rhemigij in 594.
littera citati, qui ait, *per oculum intentionem* Remig. cit. in littera.
voluit intelligere, quia Iudæi ſemper malam de *Intentio Iudæorum mala ſemper.*
Chriſto habuerunt. Interrogat Theodoretus
q. 24. *quare Ioab tulit tres lanceas in manu ſuâ,*
& infixit eas in corde Abſalonis. 2. Reg. 18. n. 14. 2. Reg. 18. n. 14.
Et reſpondet; *quia dux exercitus intentionem* Theodor. q. 24.
ſuauem cognoſcebat Patris. Et ideo in execra
tiſſimum cor eius, quaſi in radicem deprauata
intentionis tria confixit tela. Vnde Chryſoſto- Chryſoſt. in Gloſſa.
mus in Gloſſa. *In cor excordis tres ſagittas infi-*
xit, illic enim feriens, vbi erat receptaculum
iniqua intentionis. Quaſi dicat in corde tan- *Cor radix mala intentionis.*
quam in radice ſtat deprauata intentio, quæ
pullulat quaſi ramos tres, potentias ſcilicet
animæ, vbi innumerabiles fructus iniquita-
tum pendent. Et Clemens Romanus lib. 6. Clem. Romanus lib. 6.
conſt. Appoſt. c. 2. *Attendamus ô dilecti, quis* conſt. Appoſt. c. 2.
ſit hominum deprauata intentionis finis, qua ſe-
ditioſorum gloria, qui euoluti: nam ſi Reges inua-
dens ſupplicio dignus eſt, quamuis filius, vel
amicus, *quanto magis, qui ſacerdotibus mala* *Contra ſacerdotes murmurantes malo fine pereunt*
intentione inſultat, vel murmurat? Quaſi dicat, *ſiue homines mala intentionis infelix.*
nemo qui oculum nequam habet aduerſus
Sacerdotes, impunè perit: nam neque Abſa-
lon, neque Seba impuniti manſerunt, nec
Chore & Dathan, qui aduerſus Moyſem, &
Aaron mala intentione murmurauerunt.
Vnde Chryſoſtomus in Pſ. 7. *nemo ſuorum* 595.
ad eum (id eſt, Abſalon accedere auſus eſt,) Chryſoſt. in Pſ. 7.
cum tantum fuiſſet ſpatium. Hoc autem Deus
prouiderat, vt neque detraheretur, neque victus
ad Patrem afferretur, quoniam paterna viſcera,
& ſancta intentio ei parci vellet, iudicauerunt.
Quaſi dicat ſana & recta intentio etiam par-
ricidalem necem non ſentit. *De deprauata* Idem citat.
autem Ioab intentione, & oculo nequam, ait
idem Chryſoſtom. *Et quod admirabilius eſt,*
qui patrem ei reconciliauit, is ipſum interfecit.
Quaſi dicat, oculus nequam ſemper tendit
ad malum. Et Ioab inuidus de valore & for-

Homo mala intentionis expectat occaſionem vindictæ.

citudine Abſalonis, ſemper non rectis oculis eum aſpiciebat; neque poterat ei quidquam pacificè loqui. Et ſic occultam, & depraua-tam intentionem reperta occaſione non perdidit, & eum lanceis interemit. Ideo dixit Paterfamilias, quod Iudæi, qui malam ſemper intentionem habent, *ipſe non ſe credebat eis*, quia murmorabant de eius doctrina, & oculos nequam habebant.

Ioan. c. 2. n. 24.

596. Caietan. in Euang. *Etiam inſipientibus ſatisfaciendū eſt.* Ioſeph in 2. lib. Reg. cap. 19. num. 7. *Paruulis, & ineptis ſatisfaciendū.* Lyran. ſua in gloſſa. Tertul. lib. de Pat. c. 8. *ſacrificium Deo gratum ſtultis ſatisfacere.*

2. Responsio eſt Caietani, qui citatus in littera ait: *oculum Paterfamilias conuincit murmuratorum tollendo omnes cauſas, & reſpondendo ad querelas, ita vt concluſus maneret.* Vnde interrogat Ioſephus in gloſſa, *quare Ioab dixit Dauid marere replete* 2. *Reg.* 19. *n.* 7. *ſurge & procede, & alloquens ſatisfac ſeruis tuis, quod ſi non exieris; iure enim tibi per Dominum, quod neque vnus quidem remanſurus ſit tecum in hac nocte.* Et reſpondet, *vt ab indignatione quieſceret, ſtultis, & imprudentibus faueret, & recepto regno illis prouidentiam ſuam non negaret.* Quaſi dicat, teſte Lyrano *ſua in gloſſa; ſi paruulis & inſipientibus non ſatisfacis hodie, ſolus ſine regno remanebis, quia prudentia, & patientia ita in Patribus familias neceſſaria ſunt, vt ſi illis non ſatisfiat penitus regimen diſſoluetur.* Vnde Tertullian. lib. de patientia cap. 8. *quem honorem litabimus Domino, ſi nobis arbitrium, defenſionis arrogauerimus?* id eſt, quomodo perfectum ſacrificium laudis Domino præſtabimus, ſi etiam (vt ipſe fecit) inemptis, & murmurantibus operariis in totum non ſatisfacimus.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi?

497. Chryſoſt. citat. in littera.

QVæritur, quare dixit Paterfamilias, & erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi?

1. Responsio Chryſoſtomi cit. in littera; *vt æquaret eos, & nulla inter eos eſſet differentia.* Quaſi dicat prælatus, & quilibet Paterfamilias, qui curam habent animarum pro bono pacis, & euitandis differentiis inter ſubditos multa debet tollerare. Vnde interrogat noſter Lyranus ſua in gloſſa, quare dixit *Dauid Amaſſæ principi exercitus inimici ſui Abſalon ad amicitiam, & obedientiam Regis Dauid reducte* 2. *Reg.* 19. *num.* 13. *nonne os meum es, & caro mea, hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me?* Et reſpondet, *quia Amaſſas plus inter omnes peccauerat contra eum, & vt euitaret differentias inter duces, & priuatos ſuos tantis fauoribus repletus eſt, quia hoc ipſum fecit Chriſtus cum à mortuis reſurrexit*, & mulieribus dixit Marc. cap. 16. num. 7. *dicite Diſcipulis, & Petro quia propter negationem non auſus fuit inter Diſcipulos comparere, ideo ſpecialiter nominauit eum, vt differentias domeſticas euitaret inter fratres.*

Pax & tranquillitas communitatis quærenda. Lyran. ſua in gloſſa. 2. Reg. 19. n. 13. Marc. c. 16. n. 7. *Differentia ſemper euitande.*

498. Theod. q. 27.

Vnde Theodoretus quæſt. 27. interrogat, *quomodo Dauid à ſe non eiecit Ioab, quem ſemper vſque ad mortē odio habuit propter occiſiones Abner, & Amaſſa, quos malitioſè interfecerat?* Et Reſpondet, *quia pro bono pacis tolerabat eum, & propter eius ingenium, ac prudentiam: timebat, ne mouerentur lites, & introduceret differentias.* Quaſi dicat, ſpecimen prudentiæ, & valoris eſt, quod Paterfamilias totam ſollicitudinem adhibeat vt differentiæ inter ſubditos non excitentur, propter quod operariis nouiſſimis primi adæquantur in præmio, & mercede laboris.

Ioab occidit Abner, & Amaſſam. 2. Reg. 3. *Specimen prudentia differentias extinguere.*

499. Caiet. in littera. *Gratia Dei plus operatur quam homo.* Abul. q. 36. in c. 16. lib. Iud. n. 21. *Sāſon Gratia Dei fuit oblitus, ideo periit.* Abul. q. 37. 1. Cor. 15. n. 10.

2. Responsio Caietani citati in littera. *Optimè quadrat reſponſio Petro facta, quod non qui plura reliquit ſed quem gratia Dei conſtituit beatior erit.* Vnde interrogat Abulenſis quæſt. 36. cap. 16. num. 21. *lib. Iud. cur permiſerit Deus Philiſtæis non ſolum comprehendere Samſonem, ſed oculos eruere, & clauſum in carcere molere facere?* Et reſpondit, *quia oculos mentis clauſit, & gratia Dei fuit oblitus & lachrymis Dalida fuit deceptus.* Et addit, *miſere plangende vir, ſine virorum flos, qui omnibus viribus ſuperabas ſola prudentia caruiſti.* Hucuſque Abulenſis. Et Ioſephus citatus ab Abulenſi quæſt. 37. ait, *quia plus quam oportebat exultans non gratia Dei, vt licebat, credidit, ſed ſuis viribus adſcribebat victorias.* Ideo Apoſtolus 1. Cor. 15. num. 10. quaſi expertus de mirabilibus gratiæ Dei dicebat *gratia Dei ſum id quod ſum abundantius enim omnibus laboraui, non autem ego, ſed gratia Dei mecum.* Quaſi dicat non qui laborat, ſed quem gratia Dei conſtituit, beatior eſt.

600. Ambroſ. ſer. 88. de Eliſæo. 4. Reg. 3. n. 10.

Vnde interrogat Ambroſius ſerm. 88. de Eliſæo. *Quare cum Giezi vidit exercitum Regis Syriæ in circuitu ciuitatis & equos, & currus, exclamauit ad Eliſæum*: Heu, heu, heu, *Domine mi quid faciemus?* 4. Reg. 3. num. 10. Reſpondit Propheta: *noli timere plus enim vobiſcum ſunt.* Et reſpondet Ambroſius, *O fides ſancti Prophetæ, non timet aduerſarios quos conſpicit, quoniam gratia Dei Angelos ſecum eſſe ſcit, quos credidit, non timuit terrenas inſidias, quia cœleſtia adeſſe ſibi nouit auxilia, plures enim nobiſcum ſunt quam cum illis.* Quaſi dicat, plures è cœlo defenſores meruit ſanctitas, quam in terris oppugnatores adduxit improbitas, quia quem gratia Dei conſtituit, beatior eſt, quam qui plura operatur.

Gratia Dei muneris inexpugnabilis. *Operarius ex ſe nihil habet.*

601. Rabban. in gloſſa. 4. Reg. 4. n. 35.

Vnde interrogat Rabbanus in Gloſſa, quare Eliſæus orauit Dominum dicens, *aperi Domine oculos huius*, (id eſt, Giezi) *vt videat*. 4. *Reg.* 4. *num.* 25. Et reſpondet, *quia valde neceſſe eſt, vt Eliſæus noſter* (id eſt, Chriſtus Paterfamilias) *aperiat oculos cordis noſtri ad conſiderandum, quia omnes, qui confidunt in illum non confundentur, imo ſuperabundanter præſtabuntur, quia beatior eſt plenus gratia Dei quam qui plura operatur.* Et ſic S. Ambr. lib. 1. de Virg. *quo ſanctior quis eo munitior*, id eſt, qui plus gratiæ accepit Angelos plures *defenſores habet*. Et Chryſoſtomus ſermon. de Eliſæo. *O virtus admirabilis gratia Dei! vna prece & hoſtes, qui nocere venerant, excæcauit, & victoriam de hoſtibus acquiſiuit.* Et Lyranus ſua in gloſſa, *plures ſciebat per auxilium gratia Dei in protectionem ſuam aduenisse cuius poteſtas incomparabiliter maior eſt, quam humana, quia quem gratia Dei conſtituit, beatior eſt, quam qui plura operatur*, vt Paterfamilias, erunt nouiſ-

S. Ambr. lib. de Virg. Chryſoſt. ſer. de Eliſæo. Lyran. in ſua gloſſa.

ſimi primi propter gratuitam voluntatem diuinam.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, multi ſunt vocati; pauci verò electi?

QVæretur quomodo pauci electi, vbi tanti fideles ſunt?

602. Greg. in litterat. *Peccator ad vita vltimum ſolet ſaluari.*

1. Responsio Gregorij in littera citati, qui ait ad finem; *multi venerunt ad Eccleſiam, quæ eſt Regnum cælorum, ſed pauci perducuntur ad gloriam.* Quaſi dicat, nemo de ſe præſumat, & alium peccantem contemnat; quia qui malus fuit tota vita ſua, ad finem ſolet ſaluari. Et è contra; qui bonus ſemper fuit, in fine periit. Vnde interrogat Chryſoſtomus in Pſ. 117. *Quare cum Eliſeus fertilitatem prænuntiaret in terra Samaria, vnus Dux incredulus dixit.* 4. Reg. 7. *Si Dominus fecerit chataractas in cælo, nunquid poterit eſſe, quod loqueris?* Et reſpondit: *non vidiſti Fraſectum in ſumma rerum copia enectum? non vidiſti viduam in fame abundantem? quando res in maximam inciderit inopiam, tunc ſpera magis in gratia Dei; tunc enim Deus maximè ſuam oſtendit potentiam, non à primordio, ſed quando res fuerint plane deſperatæ ab hominibus; hoc eſt enim tempus diuini auxilij.* Quaſi dicat, nemo deſperet de miſericordia diuina quia ad finem ſolet Deus paucos eligere ad gloriam; quamuis vocati fuerint omnes ad gratiam. Vnde Auguſtin. ſerm. 211. de tempore. *Sceleſtiſſime homo, cur mirabilibus Dei non credis? cur promittentem Dominum perhorreſcis? crede quod credentibus datur, & quia bonis tantis indignus es, hæc tibi videre conceditur.* Quaſi dicat in vltimis vitæ extremis confidat peccator; quod gratia Dei poteſt ſaluari quia credenti nihil impoſſibile eſt.

Chryſoſt. in Pſ. 117. 4. Reg. 7. n. 2.
Nunquam de Dei miſericordia deſperandum.
Aug. ſerm. 211. de tep.
Fides omnia conſequitur, & quæ impoſſibilia videntur.

603. Abulenſ. cit. in littera. *Pauci ſunt ex fidelibus ſalui.*

2. Responsio Abulenſis in littera citati, *dixit Paterfamilias quod pauci ſunt electi, quia dixerat, quod nouiſſimi erunt primi, ne putarent, quod omnes, qui ad Eccleſiam vocati erant, ſalui futuri; quia adhuc de fidelibus vocatis ad fidem, pauci ſaluantur.* Vnde Eccleſiaſt. 15. n. 14. *dicitur ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit dabitur illi.* Vnde Origenes hom. 13. in Geneſ. *peccati litteras, nos ſcribimus.* Quaſi dicat vnuſquiſque noſtrum in his, quæ delinquit, efficitur debitor, & peccati ſui litteras ſcribit. Et gratiam, quam à Chriſto recepit, perdit ſua culpa. Et Diuus Ephrem in Symbolo, n. vltim. *Pretium namque animæ ſuæ vnuſquiſque conſequitur, cum concupiſcentiæ ſatisfecerit.* Vbi Chryſoſtomus hom. 1. ad Neophytos. tom. 5. *venit Chriſtus, & inuenit noſtrum chirographum quod conſcripſit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fœnus auximus poſterioribus peccatis.* Quaſi dicat, omnes ad gratiam ſuam reduxit Deus per ſanguinem Chriſti Patris veri familias, qui vocauit nos ad fidem, ſed nos noſtris peccatis renuimus mercedem recipere. Vnde D. Ephrem loco ſupra citato, *peſſimus fœnerator eſt Diabolus; non enim debitum repetit, liberaliter mutuo dat, neque vult vnquam recuperare, nullum aliud fœnus præter vnam ſeruitutem depoſcit, ſuppeditat abundanter ea quibus cupiditates noſtræ magis augentur.* Quaſi dicat, debitum operationum iniquitatis. Dæmon non poſtulat, ſed auget peccata, vt qui vocati ſunt ad vineam Eccleſiæ eiiciantur à Patrefamilias, & non eligantur ad gloriam.

Eccleſ. 15. n. 14.
Orig. hom. 13. in Gen.
Peccator ipſe ſe vendit Diabolo.
D. Ephrem. in Symb. n. vltim.
Chryſoſt. hom. 1. ad Neophytos tom. 5.
Idem S. Ephrem. cit.
Diabolus mutuo dat & non petit, ſed plus addit.

604. Chryſolog. ſerm 45. Pſ. 6. n. 4.

Vnde interrogat D. Chryſologus ſerm. 45. *Quare dixit diuinus vates* Pſ. 6. n. 4. *Et tu Domine vſquequo? Conuertere Domine.* Et reſpondet *idem eſt, ac dicere vſquequò pateris? quouſque non ſubuenis? quouſque diſſipari opus tuum, deleri imaginem tuam, tuam creaturam deleri permittis?* Quaſi dicat, vſquequò gloriabitur inimicus tuus Domine rapiens ouem, quam tu, ô Bone Paſtor ex vepribus, & tribulis peccatorum ſeparaſti, & humeris tuis ſubleuaſti? vſquequo eam tanquam lupus rapax deuorabit? nonne tibi iniuriam, & dolorem cauſat; ſi quos tu vocaſti ad fidem, & ſunt ex domo tua, eripit, punit, & torquet. Veniat quæſo, miſericordia tua ſuper nos, & carnem tuam ne deſpicias. Quærat Paterfamilias ouem, quæ perierat, & ad gregem ſuorum reuocet, & ſibilo ſuæ gratiæ ipſam creaturam ſuam in cæleſtem commutet ſubſtantiam, & non ſolum ex vocatis, ſed ex electis fiat peccator, & mercedem gloriæ tuæ accipiat. Vnde Hieronymus ait, explicans Pſalmum 118. n. 122. *Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi,* ait: *expende pro me, & vsuam.* Quaſi dicat, eſto fidei iuſſor pro me quod Hiſpano idiomate ſonat, *ſal pormi fiador.* Vel vt alij legunt, *iube fidei, adiuua incredulitatem meam,* quia tua gratia, & auxilio viuificabor, & ad te reuertar. Et ſi tantum vocatus fuero, ex paucis electis ero; quia vt Auguſt. ait, vel iam eſt receptum pro ſua ſententia, *ſi non ſum prædeſtinatus, prædeſtinabor, & hoc ſine tua gratia fieri impoſſibile eſt.*

Diabolus imaginem Dei delet.
Opprobrium Chriſti eſt, quod Chriſtianus damnetur.
Ouem perditam ſi valet Paſtor vocat.
Hieronym. in Pſ. 118. n. 122.
Hiſpana locutio.
Traſl. Tygur.
Aug. communiter cit.

TRACTATVS DECIMVS - NONVS.

Ad Litteram in Cap. VIII. Lucæ de parabola agricolæ qui exiit ſeminare ſemen ſuum.

TEXTVS.

4 CVM turba plurima conuenirent,& de ciuitatibus properarent
ad Ieſû,dixit per ſimilitudinẽ. 5. Exiit quiſeminat ſeminare ſe-
men ſuum,& dum ſeminat,aliud cecidit ſecus viã,& cõculea-
tum eſt,& volucres cœli comederunt illud. 6. & aliud cecidit
ſuper petram,& natum aruit;quia non habebat humorem 7. &
aliud cecidit inter ſpinas,& ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt
illud. 8. & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum ſeptuplum. 9.
Hæc dicens, exclamabat qui habet aures audiendi, audiat. 10. Interrogabant
autem eum Diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola. 11. Quibus ipſe dixit, vo-
bis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei; cæteris autem in parabolis, vt vi-
dentes non videant, & audientes non intelligant. 12. Eſt autem hæc parabola,
ſemen eſt verbum Dei 13. qui autem ſecus viam audiunt: deinde venit Diabo-
lus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalui fiant 14. Nam qui ſu-
pra petram cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radices non habent; qui ad
tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. 15. Quod autem in ſpinas
cecidit hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, diuitiis, & voluptatibus vitæ
euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. 15. Quod autem in bonam terram,
hi ſunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum af-
ferunt in patientia.

EXPLICATIO LITTERÆ.

DE Chriſto intelligitur, quod Euangeliſta narrat, nempe exiit, quia ad prædicandum à trigeſimo anno ætatis ſuæ venit; qui ſeminat, id eſt, qui prædicat; quia ſicut ſemen abſconditur, & naſcitur, ita verbum manet occultum in corde, & poſtea naſcitur in opere. Seminare eſt locutio Hebræa, vbi repetitur verbum multoties, vt quando dicitur expectans expectaui. Vel dicitur, quod exiit ſeminare, quia vt inquit Abulenſis quæſt. 7. in cap. 13. Matth. Agricola exiit ad arandam, & ad colendam terram, & dum ſeminat, id eſt, dum grana ſpargit, aliud cecidit in via, vel propè viam. Et venerunt volucres, id eſt, Dæmones, & comederunt, id eſt, de corde verbum ſeminatum tulerunt, inſtando, vt non crederent. Alia autem ſemina cecidederunt in terra petroſa, & cum non eſſet cooperta, calor ſolis aruit ea, quia non habebant humorem. Inter ſpinas autem grana parua non creuerunt, quia iuxta ſe ſtabant ſpinæ, & ſuffocauerunt virtutem tritici, & non creuit. Semen autem quod cecidit in terram bonam, id eſt, in animam gratia diſpoſitam, fructum fecit ſeptuplum. Qui habet aures audiendi audiat, id eſt, qui poteſt intelligere, intelligat, id eſt, attendant omnes ad verbum Dei; quia ſi diuertuntur non intelligent. Et ideo clamauit Chriſtus, vt auditores ad audiendum inuitaret. Reliqua per quæſtiones patebunt.

Hebræa locutio.

Abul. q. 7. in cap. 13. Matth.

Auctoris explanatio.

*
* *

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio — 1. Cum autem plurima turba conueniret &c. dixit per ſimilitudinem exiit, qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.

Tranſl. Vatabli. — 2. Cum autem turba plurima conueniret & de ciuitatibus paſſim properaret, ad eum dixit: exiit ſeminator ad ſeminandum ſemen ſuum, & inter ſeminandum, aliud cecidit circa viam & conculeatum eſt, & volucres cæli deuorauerunt illud.

Tranſl. ex Syriac. — 3. Cumque multa turba coacta eſſet, & ex omnibus ciuitatibus conuenirent ad eum exiit ſeminator ad ſeminādum ſemen ſuum.

Abulenſ. q.7. in c.13. Matt. — 4. Exiit ſeminaror & abſcondit ſemen ſuum.

Tranſ. Vatabli. — 5. Et aliud cecidit ſuper petram, & enatum aruit.

Tranſ. ex Syriac. verſ.10. Vulg. — 6. Aliud autem cecidit inter ſpinas & germinauerunt cum eo ſpinæ.

Tranſ. Vatabli. — 7. Vobis datum eſt noſſe myſteria verbi Dei; cæteris autem per Parabolas.

Tertullianus. — 8. Vobis datum eſt agnoſcere arcana Dei.

Tranſ. ex Syriac. vbi Vulgat. n.15. — 9. Vobis etenim datum eſt noſſe arcana regni Dei; cæteris autem illis per parabolas dictum eſt.

Tranſ. Vatabli. — 10. Quod autem in bonam terram, hi ſunt qui corde honeſto auditum ſermonem retinent.

Tranſ. ex Syriac. — 11. Ij ſunt qui corde humili bonoque audiunt ſermonem, & amplectuntur, eduntque fructus in patientia.

Abul. q. 7. in Matth. — 12. Aliud cecidit in terram bonam, abundantemque, quæ dedit fructum centeſimum.

DIFFICVLTAS I.

Quis eſt iſte ſeminator, & quomodo exiit?

QVæretur quis ſit ſeminator, & quomodo exiit? 606.

1. RESPONSIO ſit Bedæ in Cathen. Sanct. Thomæ, qui ait: *Satorem iſtum nullum melius, quam filium Dei intelligere poſſumus, qui de ſinu Patris, quo creatura non erat acceſſus egrediens ad hoc venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati.* Quaſi dicat, Chriſtus, qui ſecundum diuinitatem exiuit à Patre, & venit in mundum ſecundum humanitatem exiit ad opus ſuum.

Beda in Cath. S. Thom. *Verbum à Patre exiit.*

2. RESPONSIO Hieronymi in Abulenſi q. 8. qui ait, *ſator eſt filius Dei; dicitur autem exiuiſſe, vel ſecundum quod homo, vel ſecundum quod Deus; ſecundum homo exibat, quia de loco in locum mouebatur; & dicitur exiiſſe, quia forte hodie in domo prædicauerat; nunc autem exiuit ad mare.* Vnde Hieronymus ait, *intus erat, domi verſabatur, loquebatur Diſcipulis ſacramenta.* Quaſi dicat, exiit de domo ſua vt ſeminaret in turbis. 607.

Abul. q. 8. *Chriſtus de domo exiit.* Hieronym. apud Abul.

3. RESPONSIO Theodoreti in Cathen. Sanct. Thomæ, qui ait: *exiit autem Chriſtus, non vt agricolas perderet, aut combureret terras: ſed exiit ſeminare. Sæpè enim agricola qui ſeminat ob aliam cauſam exit, non ſolum vt ſeminet.* Quaſi dicat, agricola etiam exit ad cultiuandam, & diſponendam terram, & ad benefaciendas vineas. Sic Chriſtus non ſolum ad prædicandum exiit, ſed ad ſanandos infirmos & Eccleſiam plantandam. 608.

Theodoret. in Cath. cit. *Agricola ad multa exit.*

4. RESPONSIO Abulenſis q. 4. in cap. 13. Matth. *exiit, id eſt, prædicare cœpit Chriſtus, & eſt modus loquendi ſcripturæ; quia quandocumque aliquis, qui nihil agebat, incepit aliquid agere dicitur egredi.* Exod. c. 2. n. 1. *Egreſſus eſt vir de domo Leui, & accepit vxorem.* Quaſi dicat, ad accipiendam vxorem, non oportebat egredi, ſed quia prius non accipiebat, & tunc accepit dicitur egredi, & non expreſſit. Vnde egreditur accipitur egredi, id eſt, agere. *Idem patet Actor 1. n. 27.* 609.

Abul. q. 4. c. 13. Matth. Exod. n. 1. *Egredior idem eſt, ac incipere agere.* Actor. 7. n. 1.

5. RESPONSIO Euſebij in Cathen. Sanct. Thomæ. *exierunt autem nonnulli à patria cœleſti, & ad homines deſcenderunt, non tamen vt ſererent, neque ſeminarent; non enim ſatores erant, ſed adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi.* Quaſi dicat Moyſes, & Prophetæ poſt eum non inſeruerunt hominibus myſteria Regni cœlorum; ſed detrahendo incipientes ab errore nequitiæ, & idolorum cultu, quaſi colebant animas hominum, & in noualia redigebant. 610.

Euſeb. in Cath. citat. *Moyſes & Prophetæ animas excolebant.*

6. RESPONSIO Titij Boſtrenſis in Cath. citat. qui ait, *Exiit autem vt ſeminaret ſemen ſuum; non autem accepit verbum, quaſi mutuatum,* 611.

Tit. Boſtrenſ. in Cath. cit. *Chriſtus naturaliter habet verbum.*

mutuatum cum ipſe naturaliter ſit verbum Dei vini. Quaſi dicat, non eſt ptoprium ſemen Pauli vel Ioannis, ſed habent cum accepe-rint; Chriſtua antem haber proprium ſemen profetens doctrinam ſuam ex natura ſua. Vnde dicebant Iudæi, *qualiter hic litteras nouit, quas non didicit!*

Ioan. c.7. n. 15.

612.

Gratia Dei creatur in anima per inſpirationes

7. RESPONSIO Theodoreti in Cath. citati, qui ait: *non ceſſat autem Dei filius in noſtris animabus ſeminare, non ſolum cum decet, ſed etiam cum creat in noſtris animabus ſeminat ſemina bona.* Quaſi dicat, gratia Dei non producitur, ſed creatur in anima, & ſemper Deus inſpirat, & ſeminat bonas inſpirationes, quas ſuffocant mali; iuſti autem ad vberes fructus excolunt.

DIFFICVLTAS II.

Quare verbum Dei vocatur ſemen?

QVætetur de ſimilitudine verbi diuini cum ſemine?

613.

Abul. q.9. in c.13. Matth. Ioan. 12. n. 24.

Cor granum mortuum, vt fructificet.

1. RESPONSIO ſit Abulenſ. q. 9. in cap. 13. Matth. qui ait: *vocatur verbum Dei ſemen, quia ad hoc vt ſemen proſit, neceſſe eſt vt moriatur*, vt Ioan. 12. n. 24. dicitur, *niſi granum frumenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Sic verbum Dei in corde moritur, in quantum in corde manet abſconditum, vt poſtea exeat in operationem.* Et addit, *vel dicitur, verbum Dei mortuum in corde, quia mortificat deſideria praua cordis, & tunc fructus copioſius exſurget.*

614.

Euſeb. in Cath. citat.

Negligentia ſemen Dei perditur.

2. RESPONSIO Euſebij in Cathen. citat. qui ait: *docet Chriſtus duos eſſe gradus eorum qui recipiunt ſemina; primum eorum qui digni facti ſunt vocatione cæleſti, ſed labuntur à gratia propter negligentiam, & torporem; ſecundum vero multiplicantium ſemen in bonis fratribus.*

615.

Abul. q. 9.

Verbum Dei penetrat corda.

3. RESPONSIO Abulenſ. q. 9. citata, *quia ſicut ſemen eſt origo fructuum, & ex paucis granis magnæ ſegetes creſcunt; ita ex paucis verbis Dei ſequuntur plurima opera bona.* Quaſi dicat, quod vnicum verbum Dei ita ſolet corda hominum penetrare, quod per totam vitam fructificet animam ſuam operibus perfectionis.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur quod ſemen cadens in viam à volucribus comeſtum eſt?

QVætetur, quare non dixit Chriſtus Agricola proiecit, ſed ſeminauit &c.

616.

Theodoret. in Cath. cit.

Cor hominis via eſt vbi volucres deſcendunt.

1. RESPONSIO Theodoreti in Cathena citati, qui ait: *non dixit proiecit, ſed ſeminauit; quia qui ſeminat, & docet rectum, non proiicit, ſed ſermo diuerſimode cadit in audientes, vt quidam eorum via ducantur, & conculcatum eſt, & volucres cæli comederunt illud.* Quaſi dicat, verbum Dei æqualiter ſeminatur, & prædicatur à Doctore; ſed vnuſquiſque recipit, & conuertitur ſemen ad modum recipientis; nam qui in via ſine cultura & cura relinquit ſemen, volucres veniunt, & comedunt illud.

617.

Cyrill. in Cath. S. Th.

Cor indocile via arida, & ſicca.

2. RESPONSIO Cyrilli in Cathen. citat. *arida eſt, & inculta omnis via, eo quod à cunctis conculcatur, & nihil ex ſeminibus ſumatur in ea. Sic igitur habentes cor indocile non penetrant verbum diuinum, vt poſſint laudes germinare virtutum, & tales ſunt via frequentata à volucribus cæli*, id eſt, à ſpiritibus immundis.

618.

Abul. q. 12. in Matt. 13.

Cor opertum ſit volucribus cæli ne euaneſcat.

3. RESPONSIO Abulenſis q. 12. in Matth. 13. *Comeſtum eſt per volucres, quod erat ſecus viam, quia non manſit opertum terra; volucres enim comedunt omnia grana ſuper terram inuenta: quod autem ſecus viam erat non fuit opertum; quia non aratum eſt ſuper illud; ideo illud ſolum comederunt volucres.* Quaſi dicat, quod conculcatum fuit non fuit aratum, quia erat iuxta viam, & ita volucres comederunt illud.

619.

Euſeb. in Cath. cit.

Immemores verbi diuini ſubiecti ſunt Dæmonibus.

4. RESPONSIO Euſebij in Cath. citati, qui ait, *actiones perdentium oſtendit ſemen. Quidam enim cum non peccauerint; ſuis animabus inſita ſemina ſibi ſalubria perdiderunt, ſubſtracta ab intentione, & memoria eorum per ſpiritus malignos & Dæmones, qui volant per aera, vel per viros fallaces, & callidos, qui per volatilia nuncupantur.*

620.

Lyra ſua in Gloſſa.

Iob. cap. 41. n. 25.

5. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa, *ſemen cecidit ſuper viam, id eſt, ſuper corda expoſita tentationibus Dæmonum, & per conſequens conculcata, & contrita ab eis per malum conſenſum.* Quaſi dicat Dæmones volucres ſunt, qui ad inſpirationes ſanctas volitant, vt ſubtrahant à cordibus hominum per cogitationes prauas libidinis, & ſuperbiæ. Vnde Iob dicitur cap. 41. n. 25. de Dæmone, *ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.*

DIFFICVLTAS IV.

Quod eſt ſemen, quod ſeminatum eſt ſuper petroſa.

QVætetur, quæ ſit terra petroſa, quæ triticum occupauit creſcere?

621.

Abul. q. 13. in Matt. 13.

Semen iuxta lapidem non creſcit.

1. RESPONSIO Abulenſ. quæſt. 13. in Matth. 13. qui ait, *quando ſemina iaciuntur ſuper lapidem exiſtentem ſub terra, licet intra ſe terram habeant; non poſſunt tamen radices extendere, propter petram quia radices non penetrant terram.* Et ſic *neceſſe, eſt quod cito pereant, quia non habent profundam humilitatem.* Quaſi dicat, ſi petra ſit circa ſuperficiem terræ areſcunt ſemina propter calorem ſolis magni circa ſuperfiiem terræ, & propter defectum radicum, quæ ſunt ſuper petram, & vtramque cauſam tetigit hic Chriſtus dicens, *ceciderunt in petroſa vbi non habebant terram multam ſuper ſe.*

122.

Lyranus ſua in Gloſſa.

2. RESPONSIO Lyranni in ſua gloſſa; *ſemen id eſt, verbum Dei cecidit ſuper petram, id eſt, ſuper corda humore fidei, & deuotionis carentia.* Quaſi dicat, reprobi audiendo

ſermones

do ſermones ſemper indureſcunt, quia abſque deuotione audiunt illos.

612. Beda in cath. citat. *Semen ſuper petram oleũ deficiens.* 3. RESPONSIO Bedæ in cath. cit. *Petram dicit durum, & indomitum cor, hoc eſt, humor ad radicem ſeminis, quod iuxta aliam parabolam, oleum eſt ad lampades virginum nutriendas, id eſt, amor, & perſeuerantia virtus.* Quaſi dicat, verbum Dei ſuper cor lapideum, idem eſt, ac oleum, quod defecit virginibus fatuis, vt arderent lampadea earum.

613. Gregor. in homil. *Tentationes ſunt petra.* 4. RESPONSIO Gregorij in homil. *multi boni operis initia proponunt, ſed mox vt fatigari aduerſitatibus, vel tentationibus capeſunt, inchoata derelinquunt. Petroſa ergo terra humorem non habuit, quia hoc quod germinauerat ad fructus perſeuerantiam non peruenit.*

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur quod ſpinæ ſuffocauerunt ſemen?

614. Abul. q. 13. in c. 13. in Matth. QVæritur, quare exortæ ſpinæ ſuffocauerunt ſemen?

1. RESPONSIO Abulenſ. quæſt. 13, in cap. 13. Matth. *Quia ſemen cecidit ſuper terram non aratam, in qua erant nata aliqua ſpinæ, ſaltem in aliqua parte eius, & iacto ſemine, cum arrarentur ſpinæ opertæ fuerunt terrâ.* Quaſi dicat; rurſus ſpinæ aratæ natæ ſunt, ſicut & ipſa ſemina, & tamen ſuffocauerunt ea, quia creuerunt pluſquam ſemina.

615. Chryſoſt. in cath. citat. *Agricola ſuper petram, & ſpinas ſeminat. Chryſoſt. citat.* 2. RESPONSIO Chryſoſtomi in cath. citat. qui ait; *ſicut ſpina non permittunt oriri ſemen, ſed ex condenſatione ſuffocant immiſſum. Sic ſolicitudines vitæ præſentis ſemen ſpirituale fructificare non ſinunt.* Quaſi dicat, increpandus eſt enim agricola, qui ſupra ſenſibiles ſpinas, & petram, & viam ſeminarat; non enim poſſibile eſt (inquit Chryſoſt.) *petram terram fieri, nec viam non eſſe viam, nec ſpinas non eſſe ſpinas*; in rationalibus autem ſecus eſt poſſibile; eſt enim petram conuerti in terram pinguem, & viam non concolari, & ſpinas diſſipari, ſed de hoc ad mores poſtea.

616. Lyran. ſua in gloſſa. *Corda Iudæorum lacerata cupiditatibus, & auaritia.* 3. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa, qui ait, *corda ſolicitudinibus lacerata, ſpinæ ſunt; hæc autem corda erant Iudæorum, ad quos loquebatur Chriſtus ſeminator, quia vt patet ex veteri teſtamento ſemper fuerunt auari, & omni vitio cupiditatis excæcati. Ex quo patet, inquit Lyranus, quod prædicator verbi diuini non debet ceſſare à prædicatione quamuis nullum fructum faciat*; quia Chriſtus caput prædicatorum, quamuis verbum ſuum in petram, viam, & inter ſpinas cecidit, non ceſſauit à prædicatione, quia prædicator faciens quod in ſe eſt, meritum non perdit. *Prædicator non ceſſet prædicare.*

***

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo intelligatur, quod autem cecidit in terram bonam, hi ſunt qui retinent in corde ſuo?

QVæritur, qui ſunt qui cum patientia, & tolerantia retinent verbum Dei?

1. RESPONSIO Gregorij in homiliario *terra ergo fructum bonum per patientiam reddit, quia nulla ſunt bona, quæ agimus, ſi non æquanimiter etiam mala proximorum toleremus.* Quaſi dicat, fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella ſuſcipiunt & poſt flagella ad requiem ſublimiter cum gaudio ſuſcipiuntur. 617. Greg. in Hom. *Proximorum amor terra optima.*

2. RESPONSIO eſt Interlinealis in gloſſa; *terra bona & multum fructum producens conſcientia fidelis, & deuota, quæ cum intentione æternitatis omnia operatur.* Quaſi dicat, conſcientia ſana, quaſi terra bona retinet ſemen verbi diuini, ſi conſcientia fuerit munita conſideratione æternitatis. 618. Interlin. in gloſſa. *Conſideratio æternitatis ſemen verbi Dei retinet.*

3. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 13. in cap. 13. Matth. *Totus ager ſeminatus vocatur terra bona, præter partes illas, quæ erant impedita, ſcilicet, partes ſpinoſa & petroſa, & quæ iuxta viam erant, & dicitur de iſta terra Marci 4. aliud cecidit in terram bonam & dabat fructum aſcendentem, & creſcentem*, ad differentiam aliarum trium partium terræ, ſpinis, petris, & volucribus impeditæ ad dandum fructum, terra autem bona, quæ nullum habuit impedimentum dedit fructum creſcentem, & aſcendentem, quia terra bona affert fructum in patientia. 619. Abul. q. 13. in cap. 13. Matth. Marc. 4. *Conſcientia ſine impedimento fructus copioſos profert.*

DIFFICVTAS VII.

Quare dicitur, hæc dicens, exclamabat, qui habet aures audiendi, audiat.

QVæritur quare Chriſtus in hac occaſione exclamauit, & dixit, quod audiretur?

1. RESPONSIO Baſilij Magni in citat. qui ait, *audire pertinet ad intellectum vnde Dominus excitat ad exaudiendum attente mentionem eorum, quæ dicuntur.* Quaſi dicat, *cum vox exaltatur, ſilentium in auditorio deſideratur*, vt attentius, quæ recitanda ſunt percipiantur ab intellectu, & quia Dominus arcana profunda prædicabat, ideo exclamauit, & aures attentas ad audiendum poſtulauit. 630. S. Baſil. in cath. citat. *ſilentiũ ad graues res poſtulatur.*

2. RESPONSIO Bedæ in cath. citat. qui ait, *quoties enim hæc admonitio, vel in Euangelio, vel in Apocalypſi Ioannis interponitur myſticum eſſe quod dicitur quærendum eſt à nobis.* Quaſi dicat, ideo diſcipuli interrogauerunt eum, quæ eſſet hæc parabola ſed non mox vt parabolam audierunt. Sed ſeorſum, vnde ſubditur *vobis datum eſt noſſe myſteria Regni cælorum.* 631. Beda in cath. citat. *Myſticus intellectus attentis homines præſtat.*

cœlorum. Vnde Hieronymus : *Prouocamur autem ad dicterum intelligentiam, quoties his ſermonibus commouemur, ſcilicet, qui habet aures audiendi, audiat.*

Hieronym. apud Toſt. citat.

632. 3. Responsio Abulenſis q. 14. in cap. 13. Matth. qui ait : *Sunt autem dupliciter ardua res ad intelligendum, vel ad agendum.* Sic patet Matth. 11. *Vbi cum Chriſtus dixiſſet de Ioanne, quod erat Elias, dixit, qui habet aures audiendi, audiat, id eſt, non omnes intelligitis quomodo Ioannes eſt Elias.* Et idem patet in Apocalypſi cap. 2. & 3. Et in Act. Apoſt. c. 3. In arduis etiam ad agendum ſolet Chriſtus dicere, qui poteſt capere, capiat Matth. 19. cum Chriſtus loqueretur de virginitate ſeruandæ. Hic autem, meo videri, de intellectu, & voluntate Chriſtus loquitur primum, vt fide crederetur, ſecundum, vt opere exercerentur eius præcepta.

Abul. q. 4. in c. 13. Matth.

Duplex modus ardua intelligendi.

633. 4. Responsio Bedæ in Cathen. Sancti Thomæ. *Recte igitur in parabolis audiunt, quando clauſis ſenſibus cordis non curant cognoſcere veritatem obliti eius, quod Dominus dixerat, qui habet aures audiendi, audiat.* Quaſi dicat qui in Parabolis Euangelij audiunt, & non intelligunt; neque intelligere conantur, quaſi non habentes aures ſunt, & ita excluduntur per iſta verba, qui habet aures, audiat. Quaſi dicat : ſtate attenti & vigiles, qui deſideratis Parabolas intelligere, quia ignorantes craſſi, & ſupini, quaſi non habentes aures ſunt, quia non intelligunt.

Beda in cath. S. Thom.

Craſſi & ſupini ignorantes non habent aures.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur, vobis datum eſt noſſe myſteria Regni cœlorum?

QVæretur, quare ſolis Diſcipulis dictum eſt, vobis datum eſt ſcire arcana Dei?

634. 1. Responsio Lyrani ſua in Gloſſa, *quia Apoſtoli erant quaſi fundatores Eccleſiæ poſt Chriſtum, vt in Apoc. 21. n. 19. dicitur, quod murus ciuitatis habet fundamenta duodecim, & in ipſis nomina Apoſtolorum, & agni ſcripta. Ideo ad ipſos pertinebat ſcire ſecreta Eccleſiæ, de quibus erat proceſſus Eccleſiæ à prædicatione Chriſti vſque ad finem mundi*; quia iſta erant futura in diuina diſpoſitione præordinata, & iſtud vocatur hîc myſterium Regni cœlorum, id eſt ſecretum Eccleſiæ militantis.

Lyran. ſua in Gloſſa. Apoc. 21.

Quare Apoſtoli arcana Dei ſcire dicuntur.

2. Responsio Gregorij Nazianzeni in Cath. citati, qui ait : *cum hoc audieris non introducas diuerſas naturas ſecundum quoſdam hæreticos, qui putant hos quidem eſſe pereuntis naturæ; hos vero ſalubris; quoſdam vero ſic ſe habere, vt eorum voluntas eos ducat ad peius, vel melius.* Quaſi dicat, debes legere, vobis datum eſt, *volentibus, & ſimiliter dignis.* 635.

Nazian. in Cath. citat.

Hæreticorum error ponentium duas naturas, vnã reproborum, aliã electorum alteram.

3. Responsio Euſebij in Cath. citati, qui ait : *Dominus docuit cauſam, quare turbis per parabolas loquebatur. Vnde ſubditur, vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei.* Quaſi dicat; quia turbæ Iudæorum non ſunt dignæ, vt ſciant myſteria Dei, ideo per parabolas loquutus ſum ad eos; vobis vero qui Apoſtoli mei, Diſcipuli, & digni, datum eſt à Patre meo vt ſciatis arcana diuina. 636.

Euſeb. citat. in Cathen.

Fauores domeſticis faciendi.

4. Responsio Hieronymi Epiſt. ad Paulinum, *quot enim ſe putant noſſe litteras, & tenent ſignatum librum, nec aperire poſſunt, niſi ille, qui reſerauerit, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit Apoc. 3. n. 7.* Quaſi dicat, niſi Dominus parabolas explicaſſet, & myſteria declaraſſet, quia habet clauem Dauid, quam pauci ſcripturam veram ſcirent; neque myſteria diuina explicarent? Vnde ſequitur, quod qui bene ſacras ſcripturas explicat, gratia Spiritus Sancti repletus eſt. 637.

Hier. epiſt. ad Paulin.

Apoc. 3. n. 7.

Doctores ſcriptores à Deo illuſtrantur.

5. Responsio eſt Abulenſis q. 39. *propter nos, & propter totam Eccleſiam dixit Chriſtus, vobis datum eſt noſſe myſteria: nam plurima eorum, quæ Chriſtus prædicauit, plus nunc proficiunt toti Eccleſiæ, quam tunc profecerint, quando dicebantur, & quia myſteria fidei iam reuelata ſunt paruulis, id eſt ſanctis Doctoribus, qui ſua æſtimatione, vt paruuli reputabantur, quamuis re vera magni fuerunt, quia per doctrinas, & intelligentias ſcripturarum regna cœlorum fidelibus patent.* 638.

Abul q. 39. in Matth. 13.

Doctoribus Eccleſiæ arcana reuelata ſunt.

6. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. qui ait : *conſideranda eſt Diſcipulorum rectitudo, qualiter multam pro aliis habebant curam, & prius quæ aliorum ſunt, quærunt.* Quaſi dicat Charitas Diſcipulorum erga populos (quia dolebant de ignorantia eorum circa parabolas,) quaſi obligauit Chriſtum vt diceret eis, *vobis datum eſt noſſe myſteria Regni cœlorum, quia vos amici mei eſtis, & ſcriptum eſt, & ſine inuidia communico Sap. 7. n. 13.* 639.

Chryſoſt. ſuper Matth.

Charitas Diſcipulorum Chriſtũ obligauit.

Sap. 7. n. 13.

TRACTATVS XX. AD MORES.

In Caput VIII. Lucæ,

De parabola agricolæ ſeminantis.

DIFFICVLTAS IX.

Quis ſit ſator, & quomodo dicatur, quod exiit?

QVÆRETVR, quis ſit talis ſeminator, & quomodo dicitur quod exiit?

640. 1. RESPONSIO Bedæ in littera citati: *Filius Dei eſt ſator, qui de ſinu Patris, quo nullus erat acceſſus, venit vt ſaluum faceret quod perierat.* Quaſi dicat, ſi amor humanus neſcit quieſcere pro re amata, huc illúcque progrediens, quomodo amor diuinus, intra ſe quieſceret, ſi non exiret filios Dei, & æquaretur cum amore hominum. Vnde Auguſtinus lib. de amicitia cap. 4. *Quem diligis parem tibi facere non negligas; non enim amicitia rectè colitur, à quibus æqualitas non ſeruatur.* Et Origen. homil. 1. in Geneſ. *Saluator noſter, qui eſt imago Dei miſericordia motus pro homine qui ad eius ſimilitudinem factus fuerat, videns eum depoſita ſui imagine maligni imaginem induiſſe, ipſe motus miſericordia imagine hominis aſſumpta venit ad eum.* Quaſi dicat legea amicitiæ, & ſimilitudinis propter imaginem, quam inter Deum, & homines erat, ſeruauit verbum æternum, & non permiſit, quod imago Diaboli permaneret in ipſo; ideò venit, & exiit de ſinu Patris veſtibus agricolæ indutus. Et Hilarius lib. 6. de Trinitate: *Si dilectionis fides eſt creaturam creatura præſtitiſſe, non facit imaginem meriti fidem vilis, & ſpernenda iactura.* Et addit: *pretioſa enim ſunt, quæ commendant charitatem, & ingentia ingentibus æſtimantur.* Quaſi dicat, ſi amor mutuus æqualitatem requirit; amor Dei quomodo minus quam filium naturalem daret hominibus? Et ideò dicitur quod exiit de ſino Patris, vt otioſus non eſſet intra ſinum Paternum, vbi flammia amoris torquebatur, & ſuo modo exiens requieuit; quamuis ad ſeminandum exiuit?

Beda cit. in littera. Verbum æternum exiit de ſinu Patris.

S. Aug. lib. de amicit. c. 4.

Amor æqualitatem diligit.

Origen. hom. 1. in Gen.

Verbum diuinũ eges amici in ſeruanis.

Hilar. lib. 6. de Trinit.

Amor Dei intra ſinum Patris.

641. 2. RESPONSIO Abulenſis citati in littera: *Seminator exiit Chriſtus ad ſeminandum verbum ſuum, quia de domo, in qua erat exiit ad populos prædicandos.* Quaſi dicat, Prædicator ſemper debet quaſi hirundo clamitans huc illucque progredi ad animabus fauendum. Vnde interrogat Diuus Antonius de Padua Dom. 21. poſt Trinitat. quare dicitur Ioann. 6. quod Chriſtus de Iudæa in Galilæam ibat multoties? Et reſpondet, *Quia Iudea confeſſio interpretatur; Galilea vero, rota, volubilitas. Ieſus ergo à Iudea in Galilaam venit, cum de vita æterna, in qua eſt, confeſſio Angelica laudis ad noſtra volubilitatis rotam exiit.* Quaſi dicat, Agricola diuinus amore ſuo agitatus de cœlo ad terram exiit, & de domo, in qua ſtabat, exiit ad turbas prædicandum. Et ſtatim ibat in Caſtello, & ſemper dicebat: oportet me aliis ciuitatibus prædicare. Vnde Cyrillus lib. 2. cap. 115. ait: *Libentius cum gratis hominibus, & cum his, qui beneficiorum ſenſum aliquem capiunt Chriſtus conuerſatur, maioraque largiri paratus.* Vnde Chryſoſtomus homil. 19. in Geneſ. ponderans, quod Chriſto ſolo noſtro auditu contentus ingentia beneficia nos cumulat, ait: *Mos diuina miſericordia eſt, vt ſi nos tenuia quædam, & vilia obtulerimus multa nos liberalitate remunerat.* Quaſi dicat: ad hoc exiit à Patre ſeminator inclytus vt ſeminaret verbum ſuum, & fructus copioſos pro acceptis beneficiis hominibus remuneraret.

Abul. cit. in littera. Prædicator.

nunquam otioſus.

D. Anton. de Pad. ſer. 21. poſt Trin.

Cyrill. lib. 2. c. 115.

Delitiæ Dei cum hominibus conuerſari.

Chryſoſt. hom. 19.

642. 3. RESPONSIO Theodoreti in littera citati, *Exiuit autem ſeminator, non vt agricolas perderet, aut combureret terras, ſed ad ſeminandum.* Quaſi dicat, Princeps, & Dominos Populorum vigilare debet, quomodo promiſit ſubditis ſuis; non quomodo noceat, gabellas, & impoſitiones inſupportabiles imponens. Vnde interrogat Oleaſter, quare Geneſ. 41. num. 1. dicitur, *Quod ſomniauit Pharao, quæ facturus erat,* Sic legit Pagninus? Et reſpondet, *Mirum valdè eſt, quod tanto tempore antequam veniret fames, Deus eam Regi reuelaret, & quod ſolus ipſe de ea ſomniauerit, & prouiderit.* Quaſi dicat, ideò oſtendit Dominus futuram famem Regi potius quàm aliis: quoniam eorum eſt prouidere, quæ ſuis neceſſaria ſunt; vt doceat Principes, & Dominos populorum neceſſitates prouidere pauperum ſubditorum, & in hoc debent cogitare, & ſomniare vt Dominus benefaciat Regnis ſuis.

Theod. cit. in littera.

Rex non debet terram, & Regnum comburere.

Oleaſter in Gen. 41. n. 1.

Tranſlat. Pagnin.

Domini populorum vigiles in benefaciendo ſuis.

643. Vnde interrogat Origenes, *Quare cum Chri-*

Origen. tract. 35. in Matth. 27. n. 29. *ſtum Dominum induerunt veſtimentis ſuis, cum iam exuerunt eum chlamyde purpurea, & arundinem poſuerunt in manu eius. Cur cum talia ſigna Regalia detrahuntur à Chriſto, ſola corona ſpinea fixa in capite eius manſit?* Et reſpondet, *De corona ſpinea nil tale Euangeliſta ſcripſerunt. Propterea, quod & nec quærere voluerunt exitum rei de corona ſpinea ſemel impoſita, & nunquam detracta.* Quaſi dicat, qui ſemel coronam, & gubernationem accepit ſubditorum ſemper pingi debet curis & ſolicitudinibus benefaciendi eis, & vſque ad mortem dolore ſubditorum perſiſtere, non deſtaudatione, & abſtractione pecuniarum, & gabellarum ſicut hodie vtitur, propter quod Regna, & homines perduntur; quia miniſtri regis & Senatorum exeunt non ad ſeminandum, ſed ad comburendum, & perdendum terram, & pauperes. Vnde S. Petrus Damianus interrogat ſerm. 5. de Sancto Seuero: *Cur pro ſupplicio Adamo datur, vt mulierem habeat ſub poteſtate ſua.* Geneſ. 3. num. 16. *Sub viri poteſtate eris?* Et reſpondet: *Ex ea enim muliere foriendus erat, quam errans auctori præpoſuerat, vt inde bene culpam non timuit ſuperbia admittere, inde pœnam corrigendus inueniret.* Quaſi dicat, in ipſo dominatu mulieris includebantur curæ, & ſolicitudines, animum torquentes; quia verus Pater-familiâs non conſtituitur in præſulatu, vt diſſipet, & comburat terram, ſed vt ſeminet beneficia, & ametur, & non odiatur propter crudelitates, quas hodie patiuntur pauperes.

Corona cur Chriſto ſemper fixa fuit.

Gabellæ regna perdunt.

S. Petr. Damian. ſer. 4. de S. Seuero. Gen. 3. n. 16.

Reges plus deſiderent amari quam odio haberi.

DIFFICVLTAS X.

Quare Verbum Dei vocatur ſemen?

QVæritur, cur Verbum Dei cum ſemine mortuo comparatur?

644. 1. R e s p o n s i o Abulenſis in littera citati, qui ait: *Sicut ſemen, ſi non eſt mortuum non fructificat: ſic ſi verbum Dei deſideria cordis praua non mortificat non fert fructum.* Vnde Tertullianus libr. 4. contra Marcion cap. 9. *Succingere debemus lumbos, id eſt, expediti eſſe ab impedimentis lacinioſæ vitæ implicita.* Quaſi dicat, qui verbum Chriſti recipit in corde ſuo fugiat laqueos, & impedimenta mundi, quæ mortificationem abhorrent. Et Gregorius Nyſſenus homil. 11, in Canticor. interrogat. *Quare dixit ſponſa; id eſt, anima ſponſo ſuo prædicanti, & remoranti diuina eloquia, ſurrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ diſtillauerunt myrrham primam?* Et reſpondet pulchre, ait ſponſo; *quia myrrham mortificationis eſſe ſymbolum, nemo eſt, qui ambigat.* Quaſi dicat, illa anima vere eſt præparata ad recipiendum ſponſum, cum pulſauerit ianuam, quæ vſque ad extrema digitorum ſuorum ſemper mortificationem ſeruauit; adhuc in minimis, quæ peccato carent, timet attingere neque cogitare; quia opera eius, & facta, & deſideria mortificata ſunt mundo; talis enim debet eſſe anima, quæ verbum eſt receptura, vt moriatur mundo, & conſepeliatur Chriſto.

Abulen. lit. citat.

Cor contritũ & mortificatum eſt Verbum Dei.

Tertul. lib. 4. contr. Marc. c. 9.

Mortificatio cuſtodia virtutum.

Greg. Nyſſ. hom. 11. in Cant. Cant. 5. n. 5.

Ambroſ. lib. de Iſaac & anima c. 6.

Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 29. *Carnem iuuenci, & pellem eius, & fimum combures igne extra caſtra?* Et reſpondit, *Aperte locus iſte mortificationem demonſtrat, quomodo Deo placeas: ſiquidem non ſolum feces, & fimum ſacrificij pro peccatis relegare iubeat: ſed & carnes extra caſtra in locum immundum proiici.* Quaſi dicat, quod diſcamus non ſolum peccata à nobis longe ablegare, ſed per perpetuam mortificationem nihil reliquiarum eius in nobis permittere, ne Deus reliquiis peccatorum offenſus oculos à nobis auertat, cum viderit. 645.

Oleaſter. in Exod. c. 9. Tranſlat. Pagnin.

Venialia ſemper euitanda per mortificationem.

2. R e s p o n s i o fuit Euſebij in littera citati, qui ait: *Aliqui ſemen Dei recipiunt per vocationem cæleſtem, ſed labuntur à gratia propter negligentiam, & torporem.* Quaſi dicat, multi in proſperis excitantur à Deo, & propter torporem, & negligentiam tenuunt correſpondere. Sed Deus aduerſis medicamentis vtitur, vt eos reducat, & ſemen verbi eius creſcat. Vnde Auguſtinus lib. 2. Confeſſ. cap. 2. *Nec euaſi flagella tua. Quis enim hoc mortalium? nam tu ſemper aderas miſericorditer ſæuiens, & amariſſimis ſpargens offenſionibus omnes illicitas iocunditates meas, vt ita quærerem ſine offenſione iocunditatem, & vbi hoc poſſem non inuenirent quicquam præter te Domine.* Quaſi dicat, ò ſeminator animarum, qui percutis laboribus homines, vt in anguſtia requirant te, qui torpore dignitatum, & diuitiarum non recordantur tui. 646.

Euſeb. cit. in litt.

Torpor in proſperis damnat diuites.

Aug. lib. 2. Confeſſ. c. 2.

Labores homines docent viam Dei.

Vnde interrogat Origenes homilia 3. in Exod. quare cum Pharaonem Moyſes rogaret ex parte Dei, vt dimitteret populum, dicens Exod. 5. numer. 1. *Hoc dicit Dominus Deus Iſrael dimitte populum meum. Et Rex tam inſolenter reſpondit neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam, & poſtmodum multis plagis, & flagellis verberatus dixit humilis, & ſupplex orate pro me ad Dominum?* Et reſpondit, *quia clamoribus ranarum confundebatur, & affligebatur. Orate, inquit, Dominum, vt auferat ranas à me,* Exod. 8. num. 8. *Et ego dimittam vos.* Vnde Oleaſter. *Ranæ ſunt Prædicatores, qui vocibus penetralibus ad corda clamitant contra peccatores, & ſemen iuſtitiæ Dei proiiciunt in aures eorum, & multoties intus operantur, & excitant, ad Deumque orant, vt dimittat peccata eorum:* nam teſte Gregorio libr. moral. in Iob. *Quia Deus premit in timore, & format in amore pulſatione inſpirationis diuinæ, & paulatim creſcit ſemen Verbi Dei, & fructus copioſos producit.* 647.

Origen. in Exod. homil. 3. Exod. c. 5. n. 1.

Exod. 8. n. 8. & 19. Oleaſte. in Exod.

Ranæ ſunt Prædicatores.

Gregorius lib. mor.

Vnde Origenes citatus, *Vides quid agit cruda ſuperbia, docet in laboribus hominum non eſt, & cum hominibus non propterea tenuit Pharaonem ſuperbia. Denique videbis in paulo poſt quantum proficit in flagellis, quanto* 648.

Origen. cit. in Exod.

melius

melius verberatus efficitur iſte qui modo dicit, neſcio Dominum, & non ſolum hoc, ſed etiam conteſtantibus Magis fatebitur, quod digitus Dei eſt in virtute ſignorum. Quaſi dicat, vide, & attende, quomodo Verbum Dei, quod cecidit in terram torpentem, & negligentem, aliquando ablatis impedimentis, & diligentia agricolæ ſeminantis fructus vberes producit, quia flagellati laboribus ſicut Pharao proficiunt verberati, nam verbera, labores, & res aduerſæ etiam Pharaones induratos ad Deum adducunt.

Plagella Dei homines conuertunt.

649. Hilarius. Luc.23.n.42.

Vnde Hilarius audiens latronem in cruce poſitum, & doloribus vociferari ad Dominum dicentem, *Domine memento mei* Lucæ 23. num. 42. ait: *Et credo cum ad hanc beata confeſſionis fidem auditu tranſeunte, palmas clauo gemitus accendit, & regnum Chriſti per dolorem infirmitatis in Chriſti corpore didicit.* Quaſi dicat: ô quanta eſt vis tribulationum, & dolorum, quàm admirabilis ſeminator, ſunt opprobria, & calamitates, quæ quaſi ſemen viuum occidunt, & mortificant paſſiones, & vitia, & viuificant corda, & vocem eleuant, & clamant in extremis, & dicunt, *Domine memento mei.* Et ita calore Spiritus Sancti poteſt creſcere verbum ſeminatum, & aratum doloribus, quod mereatur audire: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Vnde Nazianzenus orat. in plagam grandinis ait: *Manſuetudinis ſunt hæc, & clementia diéſque eruditionis ac initia.* Quaſi dicat labores, & afflictiones dies ſunt eruditionis, & pietatis, quia corda torpore plena, & diuitiis ſaginata ſpinas producunt. Vel vt alij legunt, *Elementa correptionis erudiunt infantiam.* Et Nazianzenus orat. 20. addit: *Profectò plaga cordatis hominibus doctrina efficitur.* Quaſi dicat, prudentes homines, & dociles fideles, cum audiunt Verbum Dei, & flagellatos ſe diſcernunt. Tunc cum Ignatio Martyre dicunt, *Nunc incipio eſſe Diſcipulus Chriſti, quia agricola*, qui extit ſeminare excitat ad labores; quia torpore, & negligentia repletos inuenit?

Latro clamorum doloribus ad Deum conuerſus fuit.

Verbi diuini effectus.

Naz orat. in plagam grãdinis. Tranſlat. alia.

Labores dies infantia pro perfectu. Naz or.20.

Mart. Ignatius magiſter tribulatorum.

650. Abul.in litt. citat.

3. Responsio Abulenſis in littera citati: *Quia ſicut ſemen eſt origo multarum ſegetum; ita Verbum Dei bonarum operationum.* Vnde interrogat Tertullianus lib. 3. aduerſ. Marcion. *Quare Ezechias cum ſanatus eſſet maſſa ficorum poſita ſuper vlcus eius*, dixit Rex 4. Reg. 20. num. 8. *Quod erit ſignum, quia Dominus ſanauit me.* Et reſpondit: *Signum erit, quod facturus ſit Dominus ſermonem, quem locutus eſt.* Quaſi dicat; *quia credidiſti ſermoni Domini, & in corde tuo ſeminaſti, & lachrymis, & orationibus miſericordiam petiſti, pete ſigna quæcumque volueris.* Vnde Tertullianus, *Æmulus Ezechias Verbi Dei, populique correctior iuerius, ablatis legem, qui reſtaurauit iniquis. Hic olim mandata Dei prior omnia iuſſit, qui precibus bellum, non ferri cuſpide ſoluit. Hic moriens lachrymis annos ac tempora vitæ accepit, talis tulit actus honorem*, Perpende *talis tulit actus honorem.* Quaſi dicat; actio recipiendi Verbum Dei ſeminatum in corde ſuo cum dolore, & contritione peccatorum ſuorum, meruit talem honorem, ſcilicet victoriam inimicorum, ſalutem, vitam, & ſigna in ſuo horologio, in quo vndecim lineis vmbra reuerſa eſt. Quia qui Verbum Dei retinet in corde, ſuo originem habet multarum ſegetum, virtutum, & bonarum operationum.

Sermo auditus germinat ſegetes virtutum.

Tertul.lib 3. aduer.Marc. 4 Reg.20. n.8.

Tertull.cit.

Verbum Dei audientes à Deo honorantur.

4.Reg.20. n.10.

651. Aug.lib.2. de mirabil. ſacr.ſcript. c.28.

Vnde Auguſtinus lib. 2. de mirabilibus Sacræ Scripturæ cap. 28. ait: *Dum verba Iſaiæ duas prophetias ſibimet inuicem contrarias protuliſſent, neceſſe erat, vt alteram, quæ facienda eſſet ſigni oſtentatione firmaret.* Quaſi dicat, Verbum Dei ſeminauit Iſaias in corde Ezechiæ, & ſententiam mortis, & indulgentiæ per quindecim annos condonauit; quia tam efficax eſt eius operatio, dum benè recipitur, quod ſemper eſt origo operationum, & virtutum ſingularium. Vnde Rabbanus in Gloſſa, *Verbum ſchem, ſiue ſchim in Hebræo, idem eſt Latine, quod vlcus, non vulnus. Et hoc inſligitur illud naſcitur.* Vnde Ezechias, *vlcus habebat in corde per elationem victoriæ: vulnus in corpore vel apoſtema, & per Verbum Dei per Prophetam rectè ſuſceptum ab vtroque ſanatur; quia ſemen Verbi diuini benè receptum eſt origo multarum virtutum.*

Semen Verbi Dei in horologio Ezechiæ mirabilia fecit.

Rabbanus in Gloſſa. *Vulnus & vlcus Hebræi per ſchim diſtinguunt.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod cadens in via à volucribus comeſtum eſt.

QVæretur, quare ſemen, quod incidit in viam, comederunt volucres?

652. Theodoret. in litt.cit.

1. Responsio Theodoreti in littera citati: *Non proiecit, ſed ſeminauit in via; ſed quia ſermo Domini diuerſimodè recipitur. Ideò quod in via erat, conculcatum fuit, & volucres, id eſt, Dæmones comederunt illud.* Quaſi dicat, quod multi qui quotidie audiunt Verbum Dei, & ſunt in via perfectionis conculcant illud murmurando contra Prælatum ſuum, & proiicientes doctrinam, & admonitiones, ita vt Dæmonibus ſimiles fiant, & conculcant illud, & perdunt.

Subditi murmurantes volucres ſunt.

653. Oleaſter in c.12.Num. n.1.

Vnde interrogat Oleaſter in c. 12. num. 1. Numer. *Quare contra legiſlatorem Dei, & fratrem ſuum loquuta eſt Maria, & Aaron, id eſt, contra Moyſem?* Et reſpondet, *vt videamus, quam periculoſa res ſit Prefectura, cuius officium eſt ſeminare & exhortare Verbu diuinis, & propter hoc non ſolum extraneos, ſed etiam fratres in ſe prouocare videntur, & conculcare quod ſeminatur opprobriis, & murmurationibus indignantur contra agricolam ſeminantem ſemen ſuum rectum, & bonum.* Quaſi dicat, Profecta peſſima eſt conditio ſubditorum, quæ omnium beneficiorum obliuionem affert: neque ſolum in detractionem, ſed ſæpius in apertam iniuriam prorumpit, neque fratribus, aut ſororibus parcit: nam Aaron fratris meritis ad tantam dignitatis gratiam prouectum non aduertit, neque Mariam, quod propter illum conſequuta fuerit ſpiritum Prophetiæ. Et multos ſubditos videmus oblitos fraternalis amicitiæ, & amoris ſuperiorum coniuratos cum hoſtibus nulla alia ratione commotos, niſi quod

Murmurantes contra Prælatos ingrati ſunt.

ſimiles ſunt Dæmoniis qui ſemen Verbi Dei conculcant, & à corde proiiciunt, vbi non r ecipiunt.

Clem.Rom. lib.2.conſt. c.25.

Prælati aſperitate, vel ſuauitate grauatur.

654. Vnde Clemens Romanus lib. 2. conſtit. cap. 25. ait: *Neceſſe eſt Præſulem ante oculos habere exempla præteritorum, eiſque perpetò vtatur ad regendum eos, qui lenioribus vel aſperis opus habent ſermonibus.* Quaſi dicat, tam periculoſa res eſt præfectura; quod verbum Dei, quod ſeminatur bono animo à ſubditis tanquam ſemen in via conculcatur, & multoties aſperis reprehenſionibus peiores fiunt, & ſi lenioribus medentur, veniunt volucres cœli, id eſt, Dæmones, & comedunt corda illorum, & ita opus & labor eſt in factura ſeminis verbi Dei ad ſubditos.

Abul.cit.in littera.

Vanitas virtutis perfectos.

Angelomus in Gloſſ. 4.Reg.20.

655. 2. Responsio eſt Abulenſis in littera citati, qui ait: *Semen comederunt volucres, quia non erat coopertum terra, quæ non erat benè arata.* Quaſi dicat, grana virtutum, quæ non celantur, volucres vanitatis comedunt illa. Vnde interrogat Angelomus in Gloſſa ad 4. Reg. 20. quare tantis flagellis minatus eſt Iſaias Regem Ezechiam dicens: *Ecce auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt Patres tui vſque in diem hanc?* Et reſpondet; *Quia Ezechias oſtendit nuntiis Regis Babylonis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis.* Vnde dicit Angelomus citatus: *Hypocritæ quoque poſt magnas virtutes decreſcunt, quia celare virtutes nolunt, qui dum ſuaſi malignorum ſpirituum iactantia acquieſcunt, quaſi oſtium quo diuitiis congregatum erat amittant, & perdant, vnde tradidit in captiuitatem virtutem eorum.* Quaſi dicat, occultanda ſunt quæ agimus, ne hoc in huius vitæ itinere incautè portantes latrocinantium ſpirituum incurſione perdamus. *Et ſic Paulus teſtimonium conſcientiæ ſuæ memorat, quia fauorem alieni oris non appetit.* Quaſi dicat, vix granum boni operis ſeminatur in terra quando volucres cogitationum inanium inſurgunt, vt comedant illud, vel vana gloria conculcent.

Hypocritæ nõ gerunt virtutes.

Cogitationes vanæ torquent virtuoſos.

656. Vnde Lyranus, *Ezechias lætatus eſt oſtendens theſauros ſuos alienigenis, ſed lætitia inepta procedente ex elatione, eo quod tantus Rex, & de tam longinqua terra miſiſſet ad eum nuntios, & munera.* Quaſi dicat, ò infelices Religioſi, qui vana lætitia lætantur, eo quod virtutes apparentes ſuas, & nuditatem coram Regibus, & Principibus pateant, vt inde laudes, & munera accipiant. Et Rabbanus in Gloſſa ait: *In delegatione Principum Babylonis, qui miſſi fuerant ad eum, vt interrogarent eum de portento Horologij, reliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.* Quaſi dicat, ingens tentatio eſt, quia virtuoſi ab ſpiritibus immundis aggrediuntur, vt nota faciant quæcumque bona operantur, & non terra cooperiant grana virtutum; idcirco Ezechias tentationi relictus eſt; quia poſt tantam victoriam, & ſolis regreſſum, & congratulationem regni potentiſſimi cor illius elatum eſt. Vnde idem Rabbanus in Gloſſa iacet, *De quo verebatur offenſam, quod oſtenderat eis cuncta quæ haberet, inter quæ præcipua erant odorifera ſpecies ex quibus fiebant thimyama quod in templo Domini offerebatur.* Quaſi dicat, grauiter offenſus eſt Dominus, quod Ezechias oſtenderet ſecretas ſpecies, quibus ipſe in odorem ſuauitatis congratulabatur, vt hinc diſcant (mulieres, præſertim,) ſpecies reuelationum, & communicationes ſpirituales alicui dicere propter ſuam vanitatem: ſed grana candida ſpirationum, & myſteriorum Dei, quæ aliquando Deus tanquam amicis ſuis reuelat, terra humilitatis ſuæ, & ſilentio orationis ſupplicis cooperire conentur, ne volucres cœli, Dæmones ſcilicet, comedant illa.

Lyranus ſup. in Gloſſa.

Religioſi ſugiant palatia Regum.

Rabbanus in Gloſſa.

Flagelli Dei tentationibus, vnde.

Rabbanus in Gloſſa.

Fæminæ in ſilentio, & oratione ſecreta reuelata conſeruent.

657. 3. Responsio Lyrani in littera citati, qui ait, *Semen cecidit ſuper corda expoſita tentationibus Dæmonum, & per conſequens conculcata, & contrita ab eis.* Quaſi dicat, *plerique repleti ſunt Spiritu Sancto audientes Verbum Dei, ſed foras extra Eccleſiam exeuntes pro quacumque tentatione deuotionem perdunt.* Vnde interrogat Chryſoſtomus homil. 62. ad populum Antiochen. quare honorificentia populi Iſraël, & gloria Hieruſalem, & lætitia Angelorum (Iudith dico,) quare dixit, Oziæ Sacerdoti, & cæteris Preſbyteris, *Et qui eſtis vos, qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam prouocet, ſed potius qui iram excitet*, Iudith cap. 8. num. 11. Et reſpondet, *vt doceret nos, quod non cadamus in tribulationibus, aut tentationibus, ſed in omnibus agamus gratias Deo, vt aliquid magni lucremur, & apud Deum inueniamur probabiles, qui tribulationes, & tentationes permittit.* Quaſi dicat, fructum ſeminis Verbi Dei per tribulationes cognoſcitur; quia mediantibus tentationibus fructus cognoſcuntur. Vnde Apoſtolus dicebat, *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem; ſpes vero non confundit, imò, qui ſperat in tentationibus victoriam reportat, & lætitiam; quia pro vero ſemine benè lucrato, & operato*, veniunt iuſti, & in gloria Dei ingrediuntur lætantes, & portantes manipulos ſuos. Et Clemens Romanus lib. 5. conſtit. Apoſtoli cap. 21. ait: *Cum afflicti aut tentati ſumus, neque tempus, neque modum præſcribere Domino debemus, ſed magis arbitrio eius cuncta relinquamus.* Vnde quidam Patrum in oratione ſua dixiſſe legimus, *Fili Dei, Fili Dei, ſicut ſcis, & ſicut vis miſerere mei.* Et addit, *Regnum Dei tantum quærere debemus, & omnia adiicientur: præſens vita ſit fidelibus in vſu, futura in fructu: ſit res temporalis in itinere, deſideretur æterna in peruentione.* Quaſi dicat, hic ſemen iuſtitiæ, & gratiæ Dei recipimus; fructus vero in æterna ſperare debemus. Sed teſte Auguſtino, contrarium facimus, *Quia hic vtendis frui deſideramus, & fruenda æterna, quaſi ſolum vtenda procuramus.*

Lyranus cit. in littera.

Peccatores inconſtantes, & vary.

Chryſoſt. hom.62. ad popul. Antiochen.

Iudith. 8. n.11.

2.Cor.12. n.12.

Clem.Rom. lib.5.inſt.

Oratio Dominica apud Patres antiquos.

Auguſtin. ſup.cit.

***

DIFFICVLTAS XII.

Quid ſit ſemen, quod ſuper petroſa cecidit?

QVæritur, quare ſemen fructum non attulit, quod ſuper petroſa cecidit?

658. Abul.cit.in littera. *Propter amiſſam perſeuerantiā multi damnantur.* 1. RESPONSIO fuit Abulenſ. citat. in littera: *Quia quando ſemina iaciuntur ſuper lapidem exiſtentem ſub terra, licet ſuper ſe terram habeant; non poſſunt tamen radices extendere propter petram.* Quaſi dicat: *O quanti viam, & iter virtutis, & perfectionis ingrediuntur, ſed defectu fortitudinis, & perſeuerantia damnantur.* Vnde Gregorius libr. 1. moral. cap. 21. (Greg lib 1. mor.c.21.) *Benè cepta cunctis diebus agenda ſunt, vt cum malum pugnando repellitur ipſa bona victoria conſtantia manu teneatur.*

659. Ambroſ in Gloſſ.Iudit. c.14.n.1. Vnde interrogat Ambroſius, quare decollato Holoferne Iudith accipiens caput in deaxtera ſua dixit cap.14. num. 1. *Audite fratres ſuſpendite caput hoc ſuper muros veſtros, & erit cum exierit ſol accipiat vnuſquiſque arma ſua, exite cum impetu, & fugient inimici,* Vnde Interlinealis doctrinam Euangelicam docet, *qua muniuntur credentes.* (Interlin.in Gloſſa.) Et Ambroſius ait libr. de Viduis, (Ambr. lib.de viduis. *Fortitudo profectū virtutum.*) *Neque dextera tantum opus Iudith, ſed maiora trophæa ſapientia; nam cum manu ſolum Holofernem viciſſet, conſilio autem fortitudinis omnium hoſtium vicit exercitum.* Quaſi dicat, ita erat virtus Iudith extenſa, & radicata, quod non ſolum inimicum vicit, ſed quod magis eſt etiam viros fortiores fecit. Vnde Bernardus Epiſt. 129. (S Bernard. ep.129.) *Soror eſt patientia, conſtantia filia.* Et Auguſtinus ſerm. 8. ad fratres in eremo. *Bonum inchoare, & malo fine concludere, quid eſt aliud, quam monſtruoſas res conficere.* Quaſi dicat, grana virtutis ſeminato, & ad modicum tempus deficere monſtroſa res eſt. Vnde addit Auguſtinus loco citato: (Aug.ſer.8. ad fratres.) *Caue ne actio tua monſtrum maneat; enormis enim fœtus ventris, ſi capiti non correſpondeat finis.*

660. Hierom in Matth. Luc 21. n.23. Vnde interrogat Hieronymus in Matth. quid ſignificant verba illa, quæ Chriſtus dixit Lucæ 21. num. 23. *Væ illis, quæ in vtero habent, & vbera dantibus?* Et reſpondet, væ illis animabus, quæ non in perfectum virtum ſua genimina perduxerunt. Quaſi illi arguantur, quibus immaturus ſemper virtutis fœtus, & fructus ineſt. Vnde Vrbanus Papa in Pſalm. 50. (Vrbanus Papa in Pſ.50.) *Virtutes oſſa ſunt animæ, quibus ipſa interius, ſicut corpus exterius oſſibus ſupportatur, vt ſtare poſſit ante ſe ſupra pedes affectuum, ne labantur columna.* (*Colūna virtutum fortitudo.*) Quaſi dicat, radices virtutum ſunt quaſi columnæ, quæ fortitudine ſuſtentant ſpiritoale ædificium, & ipſis deficientibus in terram cadit. Vnde Bernardus ſerm. 54. in Cantic. (S.Bernard. ſerm.54.in Cant.) *Cum adeſt gratia, time, ne dedigneris in ea.* Quaſi dicat, Verbum Dei, quod audiſti, non cadat ſuper cor tuum petroſum, & durum; quia gratia Dei non extendet radices fortes ſub terra.

661. Ambr.cit. *Gratia Dei radices ſub terra elicit.* Iudith.c.10. Vnde interrogat Ambroſius. *Quomodo Iudith tantam, & tam continuam fortitudinem habuit, vt tranſiens per portas ciuitatis Satellites, & cuſtodes nihil interrogauerunt eam,* Iudith. cap. 10. Et reſpondet: *ô quanta honeſtatis auctoritas, quanta fortitudinis perſeuerantia, vt Deum adiutorem præſumeret! O quanta gratia, vt inueniret.* Quaſi diceret, ſemel concepta gratia Dei in corde forti, non ſolum amittitur tentationibus, (*Iuſtus tentationibus in gratia Dei radicatur.*) & difficultatibus, quæ accidunt, ſed ſemper plures radices quaſi columnas fortes in virtutis perſeuerantia emittit: quia cor iuſti, neque blandimentis mollitur, neque duritia ſaxorum vincitur, ſed ſemper virtus eius in melius creſcit.

662. Lyranus in litt.cit. *Corda fide & deuotione carentia lapidea.* 2. RESPONSIO Lyrani in littera citati: *Semen ſuper petram cadit, cum ſuper corda carentia fide, & deuotione ſuperuenit.* Quaſi dicat, vitia ſunt ita irremediabilia in aliquibus hominibus quod fide, & deuotione, imò & ratione eos priuat. Et ſic remanent, ſicut petra corda eorum. Vnde interrogat Oleaſter Numer. 6. num. 3. (Oleaſter.in Numer.c.6. n.3.) *Cur præcipiebat Deus à vino, & ſicera ſeparare ſe Nazaræus?* Et reſpondet, *vt oſtendat quàm grata ſit Deo in Sacerdotibus, abſtinentia à rebus delectabilibus, præſertim ab his, quæ hominem in pecus vertunt, qualia ſunt, quæ poſſunt inebriare.* Quaſi dicat, cætera vitia mala, & iniqua ſunt. Sed ebrietas in Sacerdotibus, (*Vinū Sacerdotibus interdicitur.*) præſertim abominabile malum, & deteſtabile vitium; quia in pecus, & in petram conuertuntur; quia ebrius quidem fide, deuotione, & ratione priuatur, & tanquam lapis immobilis remanet, in quo ſemen diuini verbi perditur, quia ſupra petram cadit.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, quod ſpinæ ſuffocauerunt ſemen?

QVæritur, quomodo ſpinæ poſſunt ſuffocare ſemen?

663. Abul.citat. in littera. *Spinæ ſunt difficultates, quæ contra virtutē ſurgunt.* 1. RESPONSIO fuit Abulenſ. citati in littera, qui ait, *Quia ſemen cecidit ſuper terram non aratam, in qua erant ſpinæ, & iacto ſemine ſtatim creuerunt ſpinæ, quia ſuperpoſita ſupra granum ſuffocauerunt illud.* Quaſi dicat, via peccator inſpirationibus diuinis agitatus exire de peccato determinauit quando innumerabilia inconuenientia, & difficultates indicibiles tanquam ſpinæ contra ſemen gratiæ intentant illud ſuffocare. Vnde Bernardus ſerm. 2. de Aſcenſion. (S.Bernard. ſer.2.de Aſc.) *Conetur quis aſcendere in montem poteſtatis quantos putas contradictores habebit, quantos inimicos repulſores, obſtacula quanta, quam difficilem viam?*

664. Oleaſter.in Num.6.n.9. Tranſlat. Pagnin. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer.6. loquens de perfectione Nazaræorum, *Si mortuus fuerit iuxta eum mox fortuito fugiat.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet: *Quia periculoſa*

culoſa res eſt. & qua vox cuſtodiri poteſt in principio ſanctitas; quia omnibus caſibus & periculis eſt obnia. & in ipſa multum vigilandum eſt, ne eam perdas. Quaſi dicat, contra ingredientes viam virtutis, & perfectionis, etiam mo tui reſurgunt, & eum coinquinare conantur, quod noſtro Hiſpano idiomate dicimus, *Contra vn virtuoſo las piedras ſe leuantan:* non audis Nazaræum pullus, ſi contingat etiam inuitu morticinum tangere. Caue ergo, cum viam perfectionis incepiſti non incipias de nouo iuſtificari, & quæ præterita ſunt, perdas propter difficultates quas paſſim inuenies. Recordare quod Ezechiel teſtatur de iuſto auertente ſe à iuſtitia ſua, 31. n. 27. *Quia non recordatur amplius Dominus iuſtitiæ eius poſt peccatum.* Hinc confortans ſapientia Dei imbecilles incipientes ingredi viam virtutis ait, Prouerb. 4. n. 11. & 12. *Ducam te per ſemitam æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum*, vbi noſter Lyranus ait: *quod Deus obices & offendicula, & difficultates, quas impij obiiciunt ingredien tibus ad ſeruiendum ei auferet.* Et Euſebius ait, *Qui ſequitur Ieſum, veſtigia eius ſubſequitur. & eo ipſo, quod viam à Iſſo tritam calcat, id aſſequitur vt ſua veſtigia firma ſint, ita vt re ipſa dicat. non ſunt infirmata veſtigia mea in anguſtia tentationis, id eſt, in obicibus, & obſtaculis, quæ à peccatoribus obiiciuntur eum audito ſermone Dei conuertuntur;* quia Deus inſpirat, & aduertit, quod ſunt ſpinæ, quæ ſuffocare conantur ſermonem diuinum.

Sanctitas in initio difficillima.
Hiſpano loquij.
Ezech. c. 31. n. 27.
Prou. 4. n. 11. & 12.
Lyran ſua in Gloſſa.
Euſeb. in loc. cit.
Deus laſſos & imbecilles protegit.

665\. 2. Responsio Chryſoſtomi citati in littera, *Quia ſicut ſpinæ ex condenſatione triticum ſuffocant, ita ſolicitudines huius ſæculi verbum Dei.* Quaſi dicat, *vt quid aggrauatis corda veſtra curis, & ſolicitudinibus huius ſæculi, quæ inſpirationes Dei ſuffocant?* Vnde Chryſoſtomus, *nequaquam vlterioris diei cura te contorqueat; cuius enim ſpatium dies te viſurum neſcis: quam ob cauſam illius ſolicitudine torqueris.* Quaſi dicat, ſufficit diei malitia ſua, vel vt alij legunt: *Afflictio ſua, id eſt, cura, & ſolicitudo diei*, id eſt, nullus eſt dies, qui non habeat laborem ſuum, id eſt, malitiam, quia propter peccati malitiam laborat homo, & in ſudore ſuo panem comedit. *Cur ergo illam cogitationibus, & curis de futuro vultis vos ipſos torquere?* Attendite quod Ouidius dixit; *Non enim anni homines conſumunt, ſed anxietas rerum continuuſque labor.* Et Auguſtinus lib. 2. de ſerm. Domin. cap. 17. *Pertinet enim ad mortalitatem, quam peccando meruimus.* Quaſi dicat, cum Chryſoſtomo homil. 23. *Si enim curas hodie de craſtino, & rurſus craſtino ipſo die curas nonne ſuperflue, ac nimio temetipſum deprimis onere curarum? Cur ſolicitudines auges? Cur cogitationes non ſedas? Cogita.* Quaſi diceret, dies antiquos, & annos æternos in mente habe, & ſic Deo placens eris.

Chryſoſt. hom. 13.
Tranſlat. alia.
Sufficit diei malitia ſua.
Ouid. cit.
Aug. lib. 2. de ſer. Dom. c. 17.
Bona cogitata malitia permutantur.
Pſ. 76. n. 6.

666\. Vnde interrogat Oleaſter. Quare præcipiebat Deus Nazaræis, quod comam capitis in ſacrificium cremarent Numer. 6. num. 18. *Capiet Cæſariem Nazareatus ſui, & ponet ſuper ignem?* Et reſpondet, *Quia nihil habere debent Sacerdotes, & ſerui Dei quod Deo non ſit gratum vſque ad minimam cogitationem, & curam, omnia in ſacrificio Dei cremari debent, neque de mundo penitus recordari.* Et addit: *Conſidera diſcrimen capilli impiorum* apud Ezechielem cap. 5. num. 2. vbi dicitur, *Quod diſperguntur, ſcinduntur que: quia cogitationes, & curæ impiorum ſemper expartæ ſunt, & dilabuntur die ac nocte, cogitantes iniqua, vel prætextu ambitionis, libidinis, vindictæ, vel voluptatum;* Sanctorum vero capilli, id eſt, cogitationes, & curæ in hoſtiam pacificorum Deo offeruntur, quia ſolum cogitant quæ Dei ſunt, & quomodo Deo placeant; curæ verò peccatorum inſpirationes, & verba ſermonum Dei ſeminata à ſatore diuino, tanquam ſpinæ condenſæ ſuffocant illa, & ſic non creſcit.

Oleaſter. in Numer. c. 6. n. 18.
Tranſlat. Pagnin.
Sacerdotes curas & ſolicitudines ſæculi non habeant
Ezech. c. 5. n. 2.
Ambitioſi cogitationibus torquentur.
1 Cor. 7. n. 34.

DIFFICVLTAS XIV.

Quomodo intelligatur; quod autem cecidit in terram bonam ij ſunt qui retinent in corde optimo, & afferunt fructum in patientia?

QVæritur, quare cor optimum afferat fructum in patientia?

667\. 1. Responsio Gregorij in littera citati, *Quia nulla ſunt bona, quæ agimus, niſi æquanimiter mala quæ patimur, toleramus.* Quaſi dicat, nullum Deo ſacrificium eſt acceptum, ſi non præceſſit tolerantia iniuriarum. Vnde interrogat Oleaſter, quare præcipiebat Deus, quod Nazarenus ad oſtium tabernaculi adduceret ſacrificium ſuum. *Adducet*, inquit textus, Numer. 6. num. 14. *Sacrificium ad oſtium tabernaculi, &c.* Reſpondet: *Erat enim Nazareus holocauſtum Domino, hoſtia pro peccato, & ſacrificium pacificorum.* Quaſi dicat, pro pace Reipublicæ, & communitatis ipſi Sacerdotes offerendi ſont, quia Deo nimia placet tolerantia ſacrificij pro pace conſequenda.

Gregor. in lit. cit.
Tolerantia ſacrificium gratiſſimum &c.
Oleaſter. in Num. c. n. 14.
Tranſlat. Pagnin.
Sacerdotes & Prælati ſe ipſos pro pace offerant Deo.

668\. Vnde interrogat Ambroſ. lib. de fuga ſæculi cap. 4. Quare vociferatur Dauid, cum exercitus contra Abſalon deambulabat dicens, 2. Reg 18. num. 5. *Seruate mihi puerum Abſalon?* Et reſpondet, *Augebat incrementa pietatis, qui inſidiatori pepercit, & parricida ſalutem rogabat.* Quaſi diceret, augebat merita, & virtutes tolerando patienter perſecutiones filij iniuſtas. Vnde Chryſoſtomus lib. 3. de prouidentia Dei. *Quid ea miſeratione mirabilius ſuſcipere bellum cogebatur, in quo & vincere, & vinci æquè illi moleſtum erat.* Quaſi dicat, lucrum in tolerantia inueniebat virtutum, & in vincendo victoriam reportabat. Et ſic æquanimiter vtrumque portabat. Et ſic Ambroſius ſupra citatus addit: *Securus erat de victoria, qui rogabat, vt parcerent; nec pietatis alienus, qui perire debere etiam impium filium non putabat.* Quaſi diceret, in Schola virtutum expertus erat, qui pro fundamento victoriæ tolerantiam iniuriarum reportabat. Et Chryſoſtomus loquens cum exercitu impatientis Abſalon, ſic ait: *Vos inquam exercitus infelices*

Ambr. lib. de fuga ſæculi c.
2. Reg 18. n. 5.
Tolerantia victoriam virtutum reportat.
Chryſoſt. lib. 3. de prouid. Dei.
Ambroſ. ſupr. cit.
Fundamentum virtutum tolerantia.
Chryſoſt. hom. 1. de Abſalon tom. 1.

admoneo, vos affectu pietatis exhortor, cur in alienum facinus ruitis? cur furentis inſaniam adiuuatis? ſolus pereat, qui naturæ iura debellat, qui pietatem patris impugnat. Quaſi dicat, exemplum ſit omnibus exercitibus mundi & impatientia Abſalon punita, & tolerantia Dauid coronata. Quia ſi mala quæ patimur non toleramus æquanimiter ex bonis operibus fructum vllum non capimus. Ex iniuriis patienter toleratis copioſi fructus reportantur.

Exemplum impatientiū, & iniurias reportantiū.

669. 1. Responsio eſt Interlinealis in littera citat. quæ ait, *Terra quæ multum fructum attulit eſt conſcientia fidelis, & deuota, quæ cum intentione æternitatis omnia operatur.* Quaſi dicat, fructus copioſus cuiuſcumque ſatoris & operarij eſt requies ſuæ conſcientiæ & gaudium, quod percipit poſt labores paſſos pro Chriſto. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Gen. 2. n. *Quod Dominus die ſeptimo requieuit ab omni opere, quod patrarat, vel fecerat*, vt Pagninus legit? Et reſpondet: *Arguit locus iſte peccatores laborantes, & nunquam requiem inuenientes & laudat operarios Chriſti, qui poſt immenſos labores requiem & pacem ſua conſcientia reportant.* Sicut per Eccleſiaſtem cap. 5. n. 11. *Dulcis ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat; ſaturitas autem diuitis, non ſinit eum dormire.* Quaſi dicat, ille fructus copioſos verbi Dei colligit, qui requiem, & ſerenitatem conſcientiæ in corde ſuo optimo retinet poſt immenſos agriculturæ labores.

Interlinealis in gloſſa. *Æternitatis cogitatio rerum omnia diſponit. Requies conſcientiæ ingēs præmium.* Oleaſter in Gen. 2. n. 2. Tranſl. Pag.

Eccleſ. c. 5. n. 11.

Somnus dulcis laborantibus.

670. Vnde Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 1. *Beata conſcientia, quæ non alienis lætatur laboribus, ſed domeſticis percipitur ſenſibus*, & Tullius Tuſc. 2. *Nullum enim theatrum virtutis conſcientia maior.* Quaſi dicat, lætentur Reges, & Philoſophi Principes, & vaniloqui applauſibus, & honoribus mundanis, quia conſcientia ſana, pia, ſerena, & deuota, omnibus gaudiis, & honoribus antecellit; quia recto, & puro corde centuplum fructum gratiæ Dei recipit in requie, & ſecuritate ſui ipſius.

Ambr. lib. 2. offic. cap. 1. & Tullius Tuſc. 2. *Laus conſcientiæ ſecuritas ipſa.*

671. Vnde Saluianus explicans requiem, quam Chriſtus promittit ſuam crucem portantibus, ait *Qui dicit ſe in Chriſto manere debet ſicut & ipſe ambulare, nam qui putantur crucem portare, ſic portant, vt plus habeant in crucis nomine dignitatis, quam in paſſione ſupplicij, & iſti requiem non inueniunt, ſed crucem addunt.* Quaſi dicat, crucem Chriſti portare, non recto, & ſimplici corde non profert fructum crucis, qui eſt requies ſerenæ & deuotæ conſcientiæ. Sed addunt dolorem, & laborem, quia vanitatem, & applauſum mundi expectant. Et Bern. ſerm. 13. in Cant. loquens de requie & ſerenitate iuſtæ conſcientiæ, ait: *Hoc ipſum creditum eſt tibi & repetendum cum vſura, id eſt, cum poſt labores, & tribulationes inuenies requiem, & deuotionem.* Attende, quod creditum eſt tibi, vt cum vſura rependas Deo immenſas ei dando gratias pro beneficiis acceptis, vt fructum referas cum patientia, & gaudio.

Saluianus lib. 5. de guber. Dei.

Crucē multiplicat, qui vanitates quærit.

S. Bernard. ſerm. 13. in Cant.

Grata & deuota conſcientia cum lucro beneficia recipiat.

* * *

DIFFICVLTAS XV.

Quare Chriſtus hæc dicens exclamabat, qui habet aures audiendi, audiat?

QVæritur, quare Chriſtus exclamauit, & attentionem poſtulauit? 672.

1. Responsio Baſilij in litt. cit. *Quia auditus pertinet ad intellectum, & excitabit attentionem poſtulans.* Quaſi diceret, Diſcipulis ſois voce magna; attendite officium prædicandi, quale ſit, & quomodo tardis, & rebellibus vocibus, & clamoribus cum prudentia oporteat dare. Vnde interrogat Oleaſter. Quare cum Deus ad Pharaonem mitteret Moyſem, dixit Exod. cap. 7. n. 1. *Vide, vel vade dedi te pro Deo ipſi Pharaoni*, ſic Pagninus? Et reſpondet, *Expende quanta ſit dignitas Sancti Moyſis, quem Deus euexit, vt Deum Pharaonis conſtitueret. Et ſimiliter quanta ſit prudentia eius & miſericordia, vt non eum ſtatim occiderit, ſed patientia, & ſermone blando, poſtea aſpero admonuerit.* Quaſi dicat, non debet Prædicator in peccatores ſæuire & gladio verborum occidere: nec publicè contra Reges, & Præſules indignari, ſed condonare peccata, & iam ſanctè viuere, quod poſſit miracula, ſicut Moyſes facere. Et Caietanus, ibi, *Non ibis tanquam inferior, ſed tanquam Superior.* Vnde Albertus in perſona Chriſti mittentis Diſcipulos ad prædicandum ait: *Mitto vos auctoritatem dando vobis, vt qui vos audiat, me audiat, & qui vos ſpernit, me ſpernat.* Ideo dicit Apoſtolus 2. Cor. 5. num. 20. *Pro Chriſto legatione fungimur vt ſui miniſtri omnibus eſſent in reuerentia*

Baſil in litt. citat.

Prædicatores cū prudentia conferentur.

Oleaſter in Exod. 7. n. 1. Tranſl. Pag.

Prædicator non furioſus exiſtat.

Prædicatores bene viuere vt poſſint quæ dictant.

Caietan. in Exod. 7. Alb. Magn. in Euang.

2. Cor. 5. n. 20.

2. Responsio eſt Hieronymi in littera citat. *Prouocamur autem ad dictorum intelligentiam quoties audiamus, qui habet aures audiendi, audiat.* Quaſi dicat, quæ recta, & ſancta ſunt, attentè auſcultanda ſunt à Regibus, & Præſulibus, vt executioni mandentur; quæ autem impia, vt fugiantur. Vnde interrogat Theodoretus q. 53. *Quare ſerui Saülis non obedierunt ei, cum iuſſit occidere omnes Sacerdotes; quia vnius ſubnomine Dauid anguſtata, & perſecuta. Sed noluerunt* (inquit Sacer textus.) 1. Reg. 22. n. 17. *ſerui Regis extendere manus ſuas in Sacerdotes Domini?* Et reſpondet, *digni ſunt laude ſatellites Saülis; neque enim cum Rex iuſſiſſet tolerarunt inquinare manus cæde Sacerdotum. Doeg autem impius hanc fecit cædem* Quaſi dicat: Hæc Saülis cædes fuit omnibus aliis peccatis magis impia; quia repugnantibus ſeruis ſuis & contradicentibus talem crudelitatem, neque ei obedientibus ſacrilegia perpetrauit. 673.

S. Hieron. in litt. citat.

Regibus non obediendum cum mala præcipiunt.

Theodoret. q. 53.

1. Reg. 22. n. 17.

Sacerdotes nō tangendi.

Vnde Chryſoſtomus in Pſ. 134. *Quando ergo factum fuerit aliquid nefarium, nemo ſit iners, & ignauus, ſed igne ardentior, neque obediat Regi, neque Superiori, nec minus doleat, quam hi quibus ſit iniuria, & ita plurima mala ſiſtentur.* Quaſi dicat, ideo Dominus dicit, qui aures habet audiendi, audiat; quia mala, & impia non ſolum facienda, ſed neque audienda ſunt. Vnde Lyranus, *Serui timentes Deum noluerunt audire, neque* 674.

Chryſoſt. in Pſ. 134.

Obediendum non eſt, quādo ſequitur inconueniens.

Lyranus ſua in gloſſa.

obedire Regi, ſciebant enim, quod non erat obediendum Regi in illis quæ ſunt contra Deum, & hoc acceperant, vt dicit Rabbi Salomon ab eo
Ioſue c.1. n.17. quod dicitur Iuſue cap.1.n.17. *Sicut obediuimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi, tantum ſit Dominus Deus tuus tecum, id eſt, in illis, in quibus voluntas tua eſt concors voluntati diuinæ, tibi obediemus, & non in aliis.*

675. Oleaſter in Exod.c.1. n.17. Tranſl. Pag. Interrogat Oleaſter, quare non obedierunt obſtetrices præceptis, & clamoribus Pharaonis ſuper occiſionem innocentium Exod. c.1. n.17. Et reſpondet; *Quia timuerunt obſtetrices Deum?* Et addit, *quid his fœminis fortius, munduſ tunc temporis habuit, quæ animoſitatem Regis non timentes maſculos contra eius imperium ſeruauerunt.*
Aulici ambitioſi, & ſini honore quales. *A quibus diſcant Aulici omnes timendum magis eſſe Deum quam Regem. Qui vt voluptatibus Regum obtemperent Dei mandata non curant, & Principes pro Diis colunt.* Quaſi dicat,
Regum ſomnia præcepta ſunt Aulicorum. O peſtis execrabilis ambitionis in Curia Regum exiſtens, vbi vix verba Regum, imo ſomnia audiunt aulici quando habent aures ad audiendum, & obediendum promptas etiam ſi filiæ, & vxores ſuæ ad implendam libidinem Regum
Oleaſt.citat. neceſſariæ ſint. Vnde addit Oleaſter, *Mirum valde eſt, quod fœminæ in malo, Regi obtemperare noluerint; viri vero facilè, vt iſti ſubmergerent, quos illæ ſeruauerant.* Quaſi dicat, quod in his
Comam nutrire muliebre eſt. calamitoſis temporibus videmus viros conuerſos in puſillanimitatem, fœminatam comam, & ornamenta mulierum portantes, fœminas vero
Chryſoſt. in Pſ.134. *Peſtis & bella mittit Deus in Hiſpania propter impudica ornamentaq; mulierum & hominum.* viris opprobriantes. Vnde Chryſoſtomus in Pſ.134. *Huius rei cauſa eſt ſocordia, & ambitio, quæ homines timidos fecit, contra quos clamat Chriſtus, & dicit, qui habet aures audiendi, audiat.* Quaſi dicat; Væh illis hominibus, qui cauſæ ſunt tantorum malorum, quæ in Republica committuntur, quia non leues pœnas dabunt propter ingentem negligentiam, & ſocordiam cauſa malorum, & abominationum præſentium.

676. Beda citat in littera. 3. Responsio Bedæ in littera citati, *In parabolis audiunt, qui clauſis ſenſibus cordis non curant cognoſcere charitatem.* Quaſi dicat, *multi ſunt ita vitiis repleti quod quamuis oculis videant, miracula Dei ignorantia ſupina, &*
Abul.q.1. in 3.Reg.c.19. n.1. *craſſa nolunt intelligere.* Vnde interrogat Abulenſis q.1. in 3.Reg. c.19. n.1. *Quare cum Rex Achab vxori crudeli ſuæ renuntiaſſet omnia quæ fecerat Helias.* 3.Reg.19.n.1. *Non dixit, quod orationibus ſuis reſeraſſet cælum, & terram fœcundaret aqua de cælo, quando tanto tempore*
Ignorantia craſſa peccaminoſa. *ſiccabatur?* Et reſpondet: *ex malitia narrauit hæc Achab, quia quanquam vidiſſet miracula Dei per Eliam, ex ignorantia craſſa non redibat ad cultum eius, & malitioſè cogitabat intra cor de morte Sacerdotum Baal, & placuit ei quod Iezabel vellet occidere Eliam. Vnde conſenſit quod loqueretur ei verba dura.* Quaſi dicat, impij qui vitiis enormibus repleti ſunt, ſordeſcunt ad voces prædicatorum, & ad miracula, quæ audiunt, & vident, claudunt ſenſus cordis, & ex ignorantia
Chryſoſt. hom. de Decollat. Bapt. ſupina nil de æterna ſalute curant. Vnde Chryſoſtom. hom. de Decollat. Baptiſtæ *Hoc procedit ex obſtinatione, & ignorantia inexcuſabili.*

677. Idem hom. de Abſalon. Vnde interrogat idem Chryſoſtom. hom. de Abſalon. *Quomodo Ioab non audiuit id quod omnis populus, & exercitus manifeſtum fecit de beneuolentia, & pietate Dauid circa Abſalon,*
2.Reg c.18. n.5. cum 2.Reg.cap.18.n.5. dicatur, *& omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis Principibus pro Abſalon?* Et reſpondet, *quia ex ignorantia ſupina nolebat ſermones ſalutis audire*; quia vt Lyranus ſup.
ait Lyranus, *hoc præcepit Dauid ſuis militibus*, in gloſſa
ne moreretur Abſalon in peccato mortali perſequendo Patrem proprium, & ſic in æternum damnaretur. 1.2.Reg.c.18.
Quaſi dicat, proprium eſt peccatorum obſtinatorum aures cordis ſui claudere ne audiant prædicatores vociferantes; quia quandoque ex malitia, & quandoque ex ignorantia culpabili renuunt ſcire quæ pertinent ad æternam ſalutem. *Peccatores renuunt audire ſermones.*
Vnde addit Chryſoſtom. citatus ſupra, *Dauid vociferando, vt parcant filio abeuntes Duces exorat. Sed inde clementia; contra genitorem exurgit, inde furor, hinc pietas operatur; parricida nec ratione frangitur, nec imminenti interitu deterretur obduratur in pœnam, in ſupplicium cogitur, neque ſalutem in aliquo meretur, qui monita ſalutis audire renuit, & magis excæcatur.* Chryſoſt. citat.
Quaſi dicat, ingens peccatoris ſupplicium eſt, quando poſt innumerabilia peccata audire prædicatorem renuit & clamoribus eius obdurat, quia talis non habet aures neque ſenſus in corde, ſed obſtinatus in ignorantia craſſa & malitia perit. *Supplicium ingens Dei Prædicatorum voces contemnere.*

DIFFICVLTAS XVI.

Quomodo intelligatur, vobis datum eſt noſſe myſteria Regni cælorum?

QVæritur, quare Diſcipulis datum eſt reſerare ſecreta ſcripturarum? 678.

1. Responsio Lyrani citat. in littera; *Quia Apoſtoli poſt Chriſtum fuerunt quaſi fundamentum Eccleſiæ, & ipſis reuelari oportuit myſteria fidei, vt cæteris manifeſtarentur.* Lyranus ſup. in gloſſa.
Quaſi dicat, quod ab Apoſtolis, & Magiſtris Scriptoribus doctrina Euangelica audienda eſt, tanquam illi qui ſunt fontes, & radices arboris Chriſti, vt fructus eorum comedant audientes; Et ſic hæretici, & ſuperbi contra Doctores Eccleſiæ inter gentes mala & infelici morte hic, & in æternum peribunt. *Scriptores tanquam Magiſtros venerari debemus.*
Vnde interrogat Chryſoſt. in Pſ.13. citat in gloſſa, quare de Abſalon dixit ſcriptura, 2.Reg.18. num.9. *Quod cum ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum, & magnam, adhæſit caput Abſalon quercui & illo ſuſpenſo inter cælum, & terram, mulus, cui inſederat pertranſiuit.* Chryſoſt. in Pſ.13. cit. in Gloſſa. 2.Reg.18 n.9.
Et reſpondet: *in alto ligno ſuſpenſus eſt, qui aduerſus Patrem erigebatur, ab arbore detinebatur, qui cum radice pugnabat, vinctus erat à ramo, ramus à paterna affectione alienus, capite tenebatur, qui genitoris caput auferre contendebat, tanquam fructus pendebat ab arbore, qui natura agricola volebat abſcindere in corde iaculis confoſſus eſt, vbi cædem parabat.* *Filij inobedientes mala morte peribunt.*
Quaſi dicat, audiant hoc ſupplicium, filij, Diſcipuli & hæretici, qui contra Patres Eccleſiæ, & Magiſtros proprios inſurgunt doctrinas nouas inferendo, & ſuperbia elati confundere, & obſcurare Magiſtrorum ſuorum opiniones intentant. *Opiniones nouæ non admittendæ.*

679. Vnde addit Chryſoſtomus; *Spectaculum admirabile ex pilorum coma, à coma arboris tenebatur,* Chryſoſt. citat.

Superborum cœlum & terra ſunt eorum inimici. *batur, & coma tenebat comam tyranni, illic eum conuundens, vbi Diadema paternum geſtare contendebas.* Quaſi dicat, ſuperborum cogitationes allidet Dominus & maximè illorum, qui contra veteranos Patres Eccleſiæ inſurgunt. *Videbatur enim Abſalon ſuſpenſus in medio cœli, & terræ,*
Iſai. 4. 2. Petr. 2. Lucæ 17. *quod cœlum non admittebat, vnde primus inſurrector Diabolus eiectus eſt; terra eum aduerſatur, non ferens pollui paſſibus parricida.* Quaſi diceret
Numer. 16. Chryſoſtomus, ſi Dathan deuorauit terra, qui contra Moyſem erat locutus, quomodo tuliſſet pedes currentis aduerſus genitorem. Quaſi dicat, de quocumque qui contra Patres, Magiſtros, & Doctores Eccleſiæ inſorgit, & à Deo
Pſ. 36. n. 33. punitur poteſt dici quod Dauid Pſ. 36. num. 35. clamauit, *Vidi impium ſuper exaltatum, & eleuatum tanquam Cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat.*

680. Euſeb. in litt. citat. 2. Responsio eſt Euſebij citati in littera, qui ait: *Oſtendit Dominus cauſam propter quam turbis in parabolis loquebatur, & ſubdit; quia vobis datum eſt noſſe myſteria.* Quaſi dicat,
Indæis impiis, & incredulis in parabolis dictum Matth. c. 13. n. 15.
eſt verbum Dei quia non ſunt digni; vobis autem quibus tanquam paruulis Pater reuelauit
datum eſt noſſe myſteria Dei. Vnde interrogat Rabban. in Gloſſ. citat. 2. Reg. 18. n. 14.
Rabbanus in Gloſſa, quare dicitur 2. Reg. 18. n. 14. *Quod Ioab tulit tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalon?* Et reſpondet, *quia Diabolus in cor Iudaici populi perfidiam, auaritiam, & inuidiam miſit, quæ illis maxima*
ſunt cauſa perditionis. Ex ſuperbia in Dei con- Ioan. 19. n. 12. & n. 19.
temptum idola fabricauerunt: ex cupiditate res tranſitorias virtutibus prapoſuerunt: ex perfidia, & inuidia, non ſolum dicta legis, & Prophetarum ſed præſentiam Saluatoris ſpreuerunt dicentes, non habemus Regem, niſi Cæſarem. Et ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, Ioan. 19. *Ideo illi non meruerunt ſcire myſteria Dei. Sed ſoli Apoſtoli.*

TRACTATVS XXI.

AD LITTERAM,

In Cap. XVIII. Lucæ.

De Sacramento Paſſionis Dominicæ, & de cæco in via clamante.

TEXTVS.

31. Assvmpsit autem Ieſus duodecim, & ait illis, ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis. 32. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur. 33. Et poſtquam flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget. 34. Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.

EXPLANATIO litteræ.

681. Abulenſ. in prolog. ad c. 20. Matth. Assvmpsit Ieſus duodecim Diſcipulos ſecreto: non intelligitur, inquit Abulenſis in prologo ad cap. 20. Matth. quod eos aſſumpſit ad ambulandum in via; quia per
Chriſtus de ſe loquens hominis filium vocans. viam multi alij ibant cum eo, & vocantur hic Diſcipuli Apoſtoli: nam Diſcipuli plures erant quam Apoſtoli, & aſſumpſit illos, id eſt, ſegregauit à turba ad loquendum ſecretè. Et ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, quaſi attentos illos præueniens quod Hieroſolymam ibat; non ſicut ſolebat ad prædicandum, ſed ad myſterium Paſſionis adimplendum. Et filius hominis tradetur, de ſe ipſo loquens; quia gloriabatur, & deliciabatur audiendo, quod eſſet filius hominis, qui re vera etiam erat filius Dei.
Tradetur, id eſt, à diſcipulo ſuo, vt Lucæ 22. n. 9. Luc. 22. n. 9.
dicit, quærebat opportunitatem, vt traderet eum Principibus Sacerdotum: quia Annas, & Caiphas erant mutuatim Sacerdotes per ſingulos annos. Et Caiphas erat Pontifex anni
illius, vt Ioann. cap. 18. n. 15. patet. Et condemna- Ioan. 18. n. 15.
bunt eum morte; non quia Pontifex, aut Sacerdotes,

dores, & Scribæ Chriſtum condemnauerint. Quia vt Ioann. 18. dicitur, illi dixerunt, nobis non licet occidere quenquam, ſed tunc condemnarunt, cum Concilium aduerſus Ieſum
Aug. in Pſ. Ioan. 19. n. 40. Marc. 15. n. 13. fecerunt, & dixerunt, expedit vt vnus moriatur, vt non tota plebs pereat. Et vt Auguſtinus ait, lingua occiderunt, cum dixerunt Pilato, crucifige, crucifige. Ioan. 19. n. 40. & Marci 15. n. 13.

682. Et tradetur gentibus, id eſt, Pilato Præſidi, & miniſtris eius. Ad illudendum. Non tradiderunt
Neque irridendo Iudæi Chriſtum Regem volebant audire. Ieſum Iudæi, vt illuderetur purpura coccinea, & corona ſpinea, & arundine, & vt genibus flexis Aue Rex Iudæorum dicerent gentiles; quia neque opprobriando, neque in cruce pendente Regem Iudæorum Chriſtum imaginare volebant. Et ſic Pilatum rogauerunt, vt titulum crucis deleret, ſed ipſe renuit. Et flagellandum; neque ad hoc Iudæi tradiderunt, ſed more gentilico miniſtri fecerunt ante mortem. Ad crucifigendum. Ad hoc ſic tradiderunt. Et tertia die
Ioan. 20. reſurget. Sic accidit, vt Ioan. 20. ait. Et ipſi non intellexerunt, id eſt, myſterium, & effectum paſſionis; nam verba Ieſu, & audierunt, & admirati ſtupuerunt. Reliqua poſtea.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Aſſumpſit Ieſus duodecim Diſcipulos ſuos ſecreto.

Tranſlatio Vatabli. 2. Aſſumpſit Ieſus duodecim Diſcipulos ſeorſum in via, & ait illis, ecce aſcendimus Hieroſolymam.

Tranſlatio ex Syriac. 3. Aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos inter ſe, & ipſos (priuatim) in via, & dixit eis; ecce aſcẽdimus Ouriſchlem, & filius hominis tradendus eſt Principibus Sacerdotum, & adirent ei morti.

Caiet. in Euang. 4. Aſſumpſit Ieſus Diſcipulos ſuos ſeorſum ab aliis in via, & ſpeciem paſſionis ſuæ explicauit illis.

Abul. in prolog. ad c. 20. Matth. verſ. 19. 5. Segregauit Ieſus Apoſtolos ſuos à turba ad loquendum ſecretè de paſſione ſua.

Tranſlatio Vatabli. 6. Et illudendum tradent eum, & flagellandum, & crucifigendum.

Tranſlatio ex Syriac. 7. Tradentque eum gentibus, & illudent ei, & flagellis cædent eum, ac ſuffigent eum cruci; tertia vero die reſurget.

Maldonatus in cap. 20. Matth. 8. Et tradent eum Pilato, & cæteris Romanis quaſi hoſtibus, vt grauius cruciretur.

Abulenſ. citatus verſ. 34. ex vulgata, & ipſi nihil horum intellexerunt. 9. Et ego trador miniſtris Pilati ad crucifigendum.

Tranſlatio ex Syriac. 10. Et latebat eis ſermo iſte, & neſciebant hæc quæ dicebantur eis.

Tranſlatio Vatabli. 11. Neque intelligebant quæ dicebantur.

Caiet. ex quo Maldonat. in Luca 18. 12. Et ipſi ſenſum verborum, & myſteria paſſionis non penetrabant.

Lyranus ſua in gloſſa ad cap. 18. Luca. 13. Et ipſi neſcierunt ſi Chriſtus parabolicè vt frequenter loquebatur.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus ſecreto aſſumpſit Diſcipulos ſuos?

PRIMA RESPONSIO Theophylacti in catena Sancti Thomæ, qui ait: *Prauidens Saluator ex paſſione ſua Diſcipulorum animos turbandos, eis longe ante, & paſſionis eius pœnam, & reſurrectionis ſuæ gloriã prædicit.* Quaſi dicat, erant Diſcipuli adhuc teneri, & infirmi in Apoſtolatu, & ne turbarentur, cum paſſionem viderent prænuntiauit futura. 683. Theophil. in cat. S. Th. *Infirmi in virtute turbantur.*

2. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Omnis autem ſalus hominum in Chriſti morte poſita eſt. Nec eſt aliquid propter quod Deo magis gratias agere debeamus; ideo mortem ſuam Diſcipulis annuntiauit ſecreto, quia ſemper pretioſior theſaurus in melioribus vaſis includitur.* Quaſi dicat, amicis, & charis ſecreta reuelanda ſunt; quia plus amantur, & ingentia confiduntur. 684. Chryſoſt. in Matth. *Secreta amicis dicenda.*

3. RESPONSIO Abulenſis q. 40. in c. 20. Matth. *In ſecreto Chriſtus iſta Diſcipulis nuntiauit, ne impediretur fortaſſis à paſſione, nam ſi populi audirent, quod Chriſtus paſſurus eſſet in Hieruſalem, & illuc iret, diſſuaderent ei clamando, vt illuc non iret, & ſi irent ex bono zelo impedirent paſſionem.* 685. Abul. q. 40. in cap. 20. Matth.

4. RESPONSIO eſt Beuxamis hom. 8. de Paſſione, qui ait: *Magnum quidem Sacramentum eſt ſecretum paſſionis, & nuptiæ celeberrimæ, quibus Chriſtus Apoſtolis, imo toti Eccleſiæ vnitur vt efficiamur os ex oſſibus eius, & caro de carne eius,* vt Apoſtolus ad Epheſ. 5. ait, *Magnum conuiuium, in quo recolenda erat memoria paſſionis eius;* ideo in ſecreto Apoſtolos, tanquam 686. Beuxamis hom. 8. de Paſſione. *Paſſio Chriſti nuptiæ eius.* Ad Epheſ. c. 5.

præcipuos

præcipuos conuiuas inuitat, & ſeorſum gaudium nuptiarum ſuarum nuntiat.

687. 5. Responsio Hieronymi in catena S.Thomæ. *Crebrò autem de paſſione ſua Diſcipulis dixerat. Sed quia multis in medio diſputantis poterat labi de memoria, quod audierant iturus Hieroſolymam, & ſecum ducturus Apoſtolos ad tentationem eos parat; ſecretò tamen, ne cum venerit perſecutio, & tribulatio ſcandalizentur.* Quaſi dicat, quæ in ſecreto dicuntur, memoriam, & attentionem poſtulant, ideo Apoſtolos vocauit ſeorſum, vt negotium tam ingens aduerterent.

S Hieron. in cat.S.Th.

688. 6. Responsio Abulenſis citat. ſuprà, *Seorſum à turba Apoſtolos aſſumpſit Ieſus propter fœminas, quæ ambulabant cum Chriſto miniſtrantes ei à Galilæa,* Marc.5.& Luc.8. *Nam propter teneritudinem harum, ſi audiſſent de morte eius, aliquantulum clamarent, & flerent importunè, in quo Chriſtum valde moleſtarent, & impedire vellent paſſionem eius variis modis.* Quaſi dicat, ſecretò Apoſtolis dixit paſſionem; quia mulieres, quæ eum ſequebantur intentarent varia modis, & lamentationibus impedire id quod tantum importabat.

Abul.citat. ſuprà. Marc.5. Luc.8.

Fœminæ lamentantur in rebus triſtibus.

689. 7. Responsio meo videri. *Seorſum Diſcipulis & paſſionem dicit ante tempus; quia id quod valde deſideratur, & amatur ſemper ex corde proſilit in ore, & inter amantes ſecretum ſeruare difficile eſt. Ideo Chriſtus quia deſiderio paſſionis fragrabat, & cum ſuos nimis dilexiſſet, in finem non potuit aliud facere, niſi reuelare ſecretum, & deſiderium ſuum; quia amor cum re amata ſecreta reſerando requieſcit, & delectatur.*

Authoris mens. Amor cordis in ore ſemper eſt. Amor neſcit occultare quidquam rei amatæ.

DIFFICVLTAS II.

Quare dixit Ieſus, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis.

690. QVæritur, quare dicitur, *Quod filius hominis tradetur Principibus & Scribis?*

1. Responsio noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *Quia legis peritis per Iudam fuit traditus.* Vnde Beuxamis hom. 10. de Paſſione; dixit: *Chriſtus confusè tradetur, vt animum proditoris maximè frangeret, & doceret ſe verum eſſe Deum, qui intima cuiuſque, & futura nouerat. Proinde nec impotentia, ſed voluntate mortem ſubierit.* Quaſi dicat, Iudas etiam ad ſecretum adfuit, & audiuit, quod Chriſtus traderetur ab illo, etiam ſi non illum nominauit, vt magis eum obligaret, & vt cognoſceret quod Chriſtus, vt Deus corda, & futura penetrabat, & quod voluntariè, & non coactus patiebatur; ſiquidem ipſe ibat in Hieruſalem gaudens. Vnde Theophylactus: *Paſſionem reuelat, vt diſcipulorum corda firmaret, ſiquidem voluntariè patiebatur; qui enim prænoſcit, & poteſt fugere, & non fugit, manifeſtum eſt, quod voluntariè ſe ipſum paſſionibus tradit.* Et Cyrillus in Abulenſi citatus. *Paſſionem proponit, & ſpontaneus ad eam acceſſit, ne dicerent, qualiter in manus hominum incidit,*

Lyranus ſua in gloſſa.

Beuxam. hom. 10. de Paſſ.

Honorem Iuda reſeruauit Chriſtus.

Theophil. & Cyrillus citati ab Abul.q 42. in cap.10. Matth.

qui nos promittebat ſaluare. Quaſi dicat, aliquando propter deprauatas intentiones neceſſe eſt mirabilia dicere, & facere, vt obſtruantur linguæ doloſæ.

Lingua nociua obſtruenda quomodolibet.

2. Responsio Abulenſis q.42. qui ait: *Dixit quod moriturus erat cruci affixus, vt tolerabilior res iſta fieret Diſcipulis; minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur.* Quaſi dicat, ſi mors Chriſti incautos, & inopinatos animos Diſcipulorum inueniſſet fregiſſet eos intolerabili dolore. Vnde Theophilactus dicit, *Vt Diſcipulorum corda firmaret, & cum hæc audirent, leuius poſtmodum ſuſtinerent, & in repentinis non formidarent.* 691.

Abul.q.42. in cap.10. Matth.

Mala præuiſa minus feriunt.

Theophil. citat. ab Abulenſi.

3. Responsio Origenis. *Hoc prædixerat, vt nobis exemplum imitationis relinqueret; ſcire enim debemus, quoniam frequenter cognoſcentes tentationes aliquas, quas ſubituri ſumus nos ipſos offerre debemus.* Quaſi dicat, Prælatia, quod veſtigia Chriſti ſequi debent impendendo ſe, morti pro defenſione ouium ſuarum, ſicut multi Sancti Epiſcopi fecerunt vt Thomas Cantuarienſis, & alij. Sed de hoc ad mores poſtea. 692.

Origen in cat.S.Th.

Prælati pro ouibus morti ſe obiiciant.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur, quod Principes Sacerdotum flagellabunt, illudent, & condemnabunt eum morte.

QVæritur, quomodo poterant Sacerdotes, & Scribæ Chriſtum damnare? 693.

1. Responsio Abulenſis q. 48. *Verum eſt, quod Iudæis non licebat quacumque de cauſa occidere quemquam, quia hoc pertinebat ad Romanos; tamen ſententia, quam Iudæi in ſuo Concilio dederunt contra Chriſtum dicentes, expedit vt moriatur, fuit præambulum neceſſarium ad mortem Chriſti; quia non fuit adiudicatus morti potente aliquo particulari de Iſrael, ſed totus populus,* vt patet Ioan.18.n.15. cum Pilatus dixit, *Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.* Quaſi dicat, condemnatio totius populi ſuppleuit locum probationum multarum: nam ſecundum legem non poterant iudices aliquem condemnare, niſi eſſet conuictus de crimine per confeſſionem, vel per teſtes: Chriſtus autem, in quo dolus non fuit inuentus, neque teſtibus conuictus, vt Pilatus dixit, Ioan. 18. *Quam accuſationem affertis, id eſt, probationem, aduerſus hominem iſtum?* Et illi reſponderunt, *ſi non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eum,* quaſi paſſionem & odium diſſimulando, ex probatione totius Concilij, & condemnationis publicæ Iudæorum. Ex quo patet, quod ipſi priuſquam Pilatus, in quantum potuerunt Chriſtum condemnauerunt. Ideo dicitur, quod Principes Sacerdotum condemnabunt eum morte.

Abul q 48.

Iudæis non licebat occidere quemquam.

Ioan.18. n.15.

Condemnatio requirit teſtes vel confeſſionem.

Ioan. 18. n.15.

Odium generat & intentat mortem.

2. Responsio Chryſoſtomi in catena citati, qui ait: *Hoc Eſaias prædixerat dicens, obtuli ſcapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciem meam non auerti à ſputorum dedecore. Sed & patibulum crucis prædixit cum ait, tradidit in mortem animam ſuam, & cum* 694.

Chryſoſt. in caten. Iſai c.50. n 16. Iſa.53.n.12.

ſceleratis

Pſ.15.n.10. *ſceleratis reputatus eſt.* Sed & reſurrectionem eius Dauid prædixerat dicens: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*

695. Caietan. cit. ſup. 3. RESPONSIO eſt Caietani. *Superius dixerat, in genere, quod erat paſſurus, & occidendus, modo in ſpecie, explicat. Vbi aduerte, quod teſtium horum (ſcilicet crucifixio) fuit petita à Iudæis. Et propterea prapoſitio ad illudendum, & flagellandum denotat conſecutionem effectus, non intentionem tradentium Principum, & Scribarum intendentium potius illuſione, & flagellatione.*

Iudæi non petierunt flagellari Chriſtum.

696. Abul q.48. Ioan.18. n.15. 4. RESPONSIO eſt Abulenſis q.48. dicitur, *Quod Principes Sacerdotum condemnabunt eum morte, ad oſtendendum peccatum populi Iudæorum; quia non ſolum petierunt Chriſtum condemnari à Pilato, ſed etiam ipſi prius condemnauerunt, cum dixerunt, Reus eſt mortis.*

Manifeſtum graue peccatum.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur, & ipſi nihil horum intellexerunt?

697. Lyranus ſua in gloſſa. QVæterunt, quomodo Apoſtoli, verba Chriſti quæ audierant, non intellexerunt?

Apoſtoli in principio rudes. 1. RESPONSIO Lyrani, qui ſua in gloſſa ait, *Erat abſconditum verbum, quod Chriſtus dixerat Apoſtolis. Tum quia adhuc erant rudes, & imperfecti: tum quia multoties Ieſus eis parabolice loquebatur; & ideo neſcierunt, ſi tunc parabolam diceret.*

2. RESPONSIO Cyrilli in catena citati, qui ait: *Diſcipuli autem nondum nouerant exquiſitè, quæ Prophetæ de Chriſto prophetauerant: ſed poſtquam reſurrexit aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.* 698. Cyrill. in cat. *Poſt reſurrectionem Apoſtoli ſcientes.*

3. RESPONSIO Bedæ in catena citat. *Quia Diſcipuli vitam Chriſti maximè deſiderabant, eius mortem audire non poterant; & quia non ſolum hominem innocentem eum agnoſcebant, ſed verum Deum confitebantur. Ideo verbum mortis ignominioſæ abſconditum erat ab eis.* Quaſi dicat, Iudæi, qui in eius mortem conſpirauerant, & nimis vita ſua torquebantur, benè intelligebant, quidquid ad mortem eius pertinebat. Et ſic quando dixit, oportet exaltari filium hominis, ſtatim reſpondentes dixerunt, *Nos audiuimus quia Chriſtus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis.* Ioan. 12. n.34. & 35. 699. Beda in cat. citat. *Amor mortem audire in re amata horret.* Ioan. c. 12. n.34. & 35.

4. RESPONSIO Maldonati in Euang. ad cap. 18. Lucæ, *Apoſtoli bene intellexerunt verba paſſionis Chriſti, quia ſecreto, & ſacramentaliter dixit illis Ieſus, ad quid Hieroſolymam aſcendebat; ſenſum autem, & myſterium verborum non intellexerunt.* Quaſi dicat, quod diſplicet animo non curamus ſubtiliter penetrare, & ſcire: ideo tractatus de paſſione non curarunt Apoſtoli penetrare. Vnde Caietanus, *Non ſolum non intellexerunt, ſed perſeuerauerunt, non procurando intelligere.* 700. Maldonat. in Euang. *Sen ſura verborum multi ignorant.* Caietan. in Euang. Luc. 18.

TRACTATVS XXII.

AD MORES,

In Cap. XVIII. Lucæ.

De Sacramento Paſſionis.

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus ſecretò dixit Diſcipulis ſuis myſteria Paſſionis.

701. QVÆRITVR, quare oportuit myſteria paſſionis ſecreto tractare.

Theophil. in litt. citat. 1. RESPONSIO Theophylacti in litera citati: *Ne conturbaret animos Diſcipulorum, ſi non præuenirei eos.* Quaſi dicat, paruuli, & in virtute infantes aduerſis conturbantur, proſperis lætantur. Vnde interrogat Oleaſter, quare

Oleaſter in Exod. 17. num 7. *Filij Iſraël ſitibundi in deſerto, dixerunt, non eſt Deus in medio noſtri.* Sic legit Pagninus. Et reſpondet: *Damnat locus iſte illos, qui cum beneficia deſunt, dubitant de præſentia collatoris, vt ſcias Deum iuſtis adeſſe, non ſolum cum bona largitur, ſed etiam cum ſubſtrahit; imo aliquando euidentius ſignum præſentiæ Dei eſt beneficiorum ſubſtractio, quam exhibitio.* Quaſi dicat, ſoli peccatores ſemper pauidi, & timorati viuunt, timentes fracaſſus & aduerſitates; *Quia fugit impius nemine perſequente;* Prou. 18. n. 1. Exod. 17. n. 7. Tranſl. Pag. *In aduerſis adeſt Deus.* Prou. 18. n. 1.

Vnde interrogat Tertullianus lib. aduerſ. Pſych. cap. 13. *Quare dicitur de nuru Eli vxore Phinees, quod audito aduerſo nuntio de morte viri ſui, irruerunt in eam dolores ſubiti, & incuruauit ſe & peperit,* 1. Reg. 4. n. 19. Et reſpondit, 702. Tertull. lib. aduerſ. Pſych. c. 13. 1. Reg. 4. n. 19.

eliditur

eliditur pro templi foribus ſenior Eli, filij eius in acie ruunt, nurus expirat in partu ſubito. Hanc enim meruerat à Deo plagam domus impudens ſacrificiorum defraudatrix. Quaſi dicat, tota domus impij Sacerdotis Eli timida, & pauida ſemper manebat, qui malè & impudenter viuebant, & ſicut cogitabant, & timebant, ſic accidit illis. Vnde Auguſtinus lib. 2. de mirab. Sacr. Scripturę c. 7. ait: *Legis transgreſſores ſubito conturbantur, & nequaquam ab arca tuentur: mors enim iſtorum præſagium fuit omnium malè viuentium.* Quaſi dicat, nullum eſt præſagium, & repentinus euentus, à quo non debet trepidare peccator. Ideo Chriſtus Dominus ſuos tanquam iuſtos, ne conturbarentur, barathro ſuæ paſſionis ſeorſum ſeparat, & prænuntiat, quę ventura ſunt.

Peccatores ſubitam mortem timeant.

Aug. lib. de mirab. Sacr. Script. c. 7.

Præſagia ſubitanea impij timent.

703. 2. RESPONSIO eſt Chryſoſtomi in littera citati, qui ait, *Secreto Diſcipulos aſſumpſit, quia in vaſis pretioſis theſaurus includitur.* Quaſi dicat, ſecreta paucis, & electis confidenda. Vnde Theophylactus interrogat, *Quare Ieſus non permiſit intrare ſecum niſi paucos in Domum Archiſynagogi ad ſanandam filiam eius.* Lucæ 8. n. 51. Et reſpondet, *elegit ex Diſcipulis taciturnos, quia nolebat hoc miraculum ante tempus reuelari multis*, vel vt S. Thomas legit, *elegit potentes occultare ſecretum.* Quaſi dicat: Qui ſecreta ſeruant, ingentes ſunt, & ſpiritu robuſto gratiæ repleti, qui vero neſcit retinere, quæ audit in ſecreto ab ſpiritu loquaci maligno impelluntur.

Chryſoſt. in litt. cit.

Singulares, & magni ſunt, qui ſecreta reſeruant.

Luc. 8. n. 51.

S. Th. in cat.

704. Vnde interrogat Theodoretus in gloſſa, quare dicitur 1. Reg. 21. n. 7. *Intus in tabernaculo Domini erat vir quidam nomine Doeg Idumæus, id eſt loquax.* Vel vt Lyra legit, *in ſecreto atrij tabernaculi, vbi laici admittebantur? Et reſpondet, eſt perſpicuum, quod Doeg vocabatur ab aliquo Dæmone, aut tenebatur ab aliquo morbo cordiali; quia ſceleratus non ſolum reuelauit Sauli omnia, quæ audierat, ſed etiam omnes occidit Sacerdotes.* Quaſi dicat, ſecreta, quæ à Dauid audiuit dicta Achimelech Sacerdoti, *ſeruare non potuit, quia loquax erat & à Dæmone agitabatur vt reuelaret illa Sauli, vt tanta ſcelera ſequerentur; quia ſemper, qui ſecreta neſciunt obſeruare cauſa ſunt ingentium malorum.* Vnde Ambroſ. cap. 6. in Luc. *Nec Doeg figura vacat, qui erat cuſtos malorum, eo quod qui ſecreta reuelat cuſtos infructuoſi gregis eſt, Iudæque proditoris typum implet.* Quaſi dicat, non fructum bonum, ſed ſemper malum reportat, qui ſecreta reuelat? Nonne ſimilis eſt Iudæ traditori, qui omnia, quę Chriſto audierat, & viderat Iudæis reſeruauit. Et Rabbanus in gloſſa, *Doeg camelorum gregis tortuoſi cuſtos erat, & interpretatus motus vel ſolicitus; quia qui ſecretum audiuit, & neſcit ſeruare inquietus eſt, & neſcit quieſcere.* Quaſi qui venenum guſtauit quouſque euomat illud, & omnibus notum fiat.

Theodoret. in gloſſa.

1. Reg. 21. n. 7.

Lyranus ſua in gloſſa

Loquaces ſecretum non ſeruantes à Dæmonio inſtigantur.

Ambr. c. 6. in Luc.

Secreto non reſeruantes Iudæ ſimiles.

Rabbanus ſua in gloſſa.

Secretum quaſi venenum euomitur.

705. 3. RESPONSIO Abulenſis in littera citati, *Seorſum Apoſtolis & ſecreto Chriſtus paſſionem ſuam propoſuit propter mulieres, quæ à Galilæa eum miniſtrantes ſequebantur, ne Chriſtum faſtidiarent lachrymando, & variis modis paſſionem intentarent impedire.* Quaſi dicat, adminiſtratio fœminarum ſanctarum licita eſt, ſed preces, & lachrymę fœminarum fugiendæ ſunt, quia purus homo vix ad lachrymas natum eſt, qui non flectatur. Et quantum ad primum interrogat Oleaſter, *Quare Aaron & Hur ſuſtentabant manibus ſuis manus Moyſis*, Exod. 18. n. 12. Et reſpondet, *pulchrè, locus iſte adumbrat viros ſpirituales ſuſtentandos eſſe à viris, vel mulieribus, ne cogantur preces dimittere, & ab oratione ceſſare.* Quaſi dicat, à Galilæa ſequebantur fœminæ Chriſtum miniſtrantes ei, quia ipſe prædicabat & orabat.

Abul citat. in littera.

Oleaſter in Exod. c. 18. n. 12.

Fœmina virtuoſa debent prædicatoribus miniſtrare.

706. Quantum ad fugiendas lachrymas fœminarum interrogat Ambroſius in gloſſa, quare dicitur Iudic. 14. n. 18. *Quod Dalila fundebat apud Samſon lachrymas, & querebatur dicens, odis me, & non diligis?* Et reſpondet, *vt falleret eum, & inueſtigaret problema, ſcilicet, quid dulcius melle, & quid fortius leone.* Et addit Ambroſius: *neque muliere aliquid perfidioſius, nam ſi non araſſetis in vitula mea, nunquam intelligeretis parabolam meam.* Vnde Lyranus, *vocatur mulier vitula propter fortitudinem, quam in pulchritudine habet, quæ aſtutè lachrymando, vel inſolenter mandando, omnia mortalium pectora cogit, & vincit.* Et Ioſephus citatus in gloſſa ait: *Neque quidquam aliud muliere doloſius, quæ mecum vobis expoſuit verbum.* Quaſi dicat, vis lachrymarum mulieris fugienda eſt quia quomodocumque ſit ſemper dolis, vel blandimentis victrix euaſit.

Ambroſ. in gloſſa. Iudic. c. 14. n. 18.

Ambr. citat.

Lyranus ſua in gloſſa.

Ioſephus in gloſſa.

707. Vnde interrogat Zacharias Chriſopolyta citatus apud Beuxam ſerm. 9. de paſſione. *Quare impedivit Chriſtus lachrymas filiarum Sion, quæ ſequebantur eum crucem portantem*, cum dixit Matth. 27. & Marc. 15. & Luc. 23. *Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, &c.* Et reſpondet, *Quia quidam ſequebantur eum læti; alij neque læti omnino, neque triſtes; ſed quia rei nouitate ſequebantur. Cæteri vero vt mulieres triſtitia affecta ob rei indignitatem, quod ſic in benefactorem deſæuiſſent, & ne blandimentis, & lachrymis ſuis aliquos ad compaſſionem prouocarent, & aliquo modo crucis patibulum impedirent, quod ingens malum omnibus cauſaret.* Quaſi diceret, flete ſuper vos, vt vos conſolationem ab hominibus accipiatis motis vi lachrymarum veſtrarum, Quia ego non vi neque coactus patior, ſed oblatus ſum; quia ego volo in ſacrificium offerri. Vnde Theophylactus, *Iſtæ mulieres, quæ Chriſtum flebant, ipſæ erant, quæ miniſtrabant ei à Galilæa; & ideo cum Apoſtolis ſecreto paſſionem ſuam reuelat, & ab iſtis mulieribus ſeparatur, ne lachrymis ſuis faſtidient eum procurando impedire paſſionem.*

Zachar. Chriſopol. citat. apud Beuxam. ſerm. 9 de Paſſione.

Matth 27. Marc. 15. Luc. 23.

Diuerſi effectus Paſſionis Chriſti.

Lachrymæ mulierum compaſſionem tollant.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur quod filius hominis tradetur Principibus?

708. QVæritur quare Chriſtus non clarè expreſſit, à quo tradendus erat?

1. RESPONSIO Beuxamis in littera citati, *Vt obligaret Iudam, videndo, quod ſuam malitiam tacebat, & occultabat propter eius honorem.* Quaſi dicat, honor proximi omnibus modis, & forma zelandus, & obſeruandus eſt. Vnde Chryſoſtom. hom. 24. *Qui alterius honorem non ſeruat, ſed peccata detegit, ſciat omnino, quod fratrem ſuum odio habet, & non ſtudio diſciplinæ emendare illum cupiat, ſed notare.* Quaſi dicat, multi zelo virtutis defectus proximi detegunt, & denuntiant, ſed non quærunt fratrem lucrari, ſed ſeipſos exaltari, quia perfecta charitas omnes honorat.

Beuxam cit. in littera.

Honor proximi maximè zelandus.

Chryſoſt. hom. 24.

Hypocritæ zelo virtutis fratres exhonorant.

709. Vnde interrogat Ambroſius, quare ſemper dicimus, *Quod filius Dei Chriſtus ſedet ad dexteram Dei?* Et reſpondet, *quia futuri erant hæretici qui honorem, ſcilicet diuinitatem Chriſti adimerent & charitas Dei ſemper honorat, quibus*

K humana.

Hæreticorum Arrianorum deliriuum. humana iniquitas derogat ſemper ad dexteram filius Dei ſedet (inquit Sanctus) nunquid melior filius Patre? Non hoc dicimus, ſed charitas Dei honorat, humana iniquitas derogat. Scinit Pater ferendas eſſe de filio quæſtiones præbuit nobis, quod ſequeremur pietatis exemplum, ne filio, neque proximo denegamus. Quaſi dicat, pluris extimat Deus, quod filium ſibi coæqualem, & proximos honoremus. Hinc Theophylactus interrogat, quare dixit Chriſtus Ioan. 17. n. 22. *Claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum.* Vel vt legit idem Doctor; *gloriam concordiæ quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum?* Et reſpondet, *quia iſta gloria concordiæ maior eſt, quam ſignorum: nam ſicut & Deum admiramur, quia non eſt ſeditio, neque pugna in natura eius & maxima gloria iſta eſt. Ita & illi (inquit) à concordia fiant clari.* Quaſi dicat, inter fideles nulla maior gloria inueniri poteſt, quam defectus alterius celare vt concordia, & charitas perpetuo obſeruetur. Vnde Nazianz. orat. 20. *Vterque enim alterius gloriam pro ſua ducebat, id eſt, ſi aliquis defectum ſciebat pro gloria propterea ſupplere, & emendare ducebat.*

Deum honorat, & non derogat.

Theophil. in Ioan. 17. n. 22.

Tranſl. alia.

Concordia gloria Chriſtianorum.

Nazianz. orat. 20.

710. Vnde Chryſoſtomus hom. 48. interrogat, quare ad accuſationem adulteræ, quando dixerunt, *Hec mulier modo comprehenſa eſt in adulterio?* Ioan. c. 8. u. 3. *Chriſtus reſponſum dedit digito ſcribens in terra?* Et reſpondet, *quia iratus fuit valde, eo quod peccata coniugatorum detegerent, maximè ij, qui non ſua reſpiciebant ſcelera, ſed ſub ſpecie hypocriſis defectum proximi detegebant; omnis enim qui alterum in qualicumque reprehendit delicto, & ipſe in eodem conſtitutum non ſe prius purgat certum eſt, quia alloquens non alios vult ſoluere, ſed per bonam doctrinam malos actus ſuos celare.* Vnde Interlinealis ait; *Non enim eſt prius Doctor Idoneus aliis mederi niſi prius ſe ſanauerit. quia Chriſtus ait*, Luc. 4. n. 23. *Medice cura te ipſum.* Quaſi dicat, periculoſa res proximorum delicta detegere; quia non zelo charitatis ferè ſemper, ſed inuidiæ & odij ſemper fit. Vnde Rupert. dixit; *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret, in pretiũ ſ. ſcilicet, delictorũ totius mundi quia charitas Dei nõ reſpexit, ſed operuit multitudinẽ peccatorũ præteritorũ.*

Chryſoſt. hom. 48. Ioan. c. 8. n. 3.

Defectus proximorum non detegere.

Interlineal.

Luc. 4. n. 23.

Rupert. com. in Ioan. c. 3. n. 16.

711. 2. Responsio Origenis citati in litteia, qui ait, *Chriſtus paſſionem ſuam Diſcipulis prædixit, vt exemplum Prælatis daret vt ſe prepararent ad tentationem pro omnibus ſuis reſiſtendam præſertim cum hæreticis, à quibus ſeparanda ſunt oues, ne veniant ſub ouili pelle, intrinſecus autem ſicut lupi rapaces.* Vnde interrogat Oleaſter, *quare tam ſupplex, & humilis Abraham rogauit pro ſpelunca, in qua Sara ſepeliretur*, vt patet Gen. 23. n. 9. *Rogo te, vt des mihi ſpeluncam?* Et reſpondet, *quia non ſolum in vita, ſed etiam in morte voluerũt ſancti ab idololatris ſeparari.* Quaſi dicat, tale eſt contagium hæreticorum, & Paganorum, quod non ſolum cum viuis, imo neque cum cadaueribus eorum ſociandum eſt.

Origen. cit. in litteia.

Oleaſter in Gen. 23. n. 9.

Cum hæreticis non communicandum.

712. Hinc interrogat Auguſtinus ſerm. 170. de tempore, *Quare Samſon cepit trecentas vulpes, caudaſque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne ſuccenſas dimiſit vt huc illucque diſcurrerent*, Iudic. 15. n. 4. Et reſpondet, *Samſon cepit vulpes, id eſt, adulterantes* [illegible] *de quibus dicitur* Cant. 2. n. 15. *Capite vobis vulpes paruulas, id eſt, hæreticos comprehendite, conuincite, confutate ne exterminemur Eccleſiaſtica vinea. Cauda vulpium colligata quid ſunt, niſi poſteriora hæreticorum, qui primo habent magna, & blanda & deceptoria opera, poſtea ligata, id eſt, damnata, & ignem in fine trahentia, vt eorum fructus, & alta conſumant, qui eorum ſeductionibus acquieſcunt.* Quaſi dicat Paſtoribus Eccleſiæ vt ſint ad tentationes parati litteris & doctrinis Catholicis, quia hæretici, ex ipſa paſſione Chriſti anſam aſſumũt, vt Eccleſiæ ſegetes, & fructus vrant, & voluptatibus carnalibus flagrẽt, vt Lutherani, & Caluiniſtæ, qui omni libidini portas aperiũt, dicentes, quod copioſa fuit redemptio, & paſſio Chriſti.

Auguſt. ſerm. 170.

Iudic. 15. n. 4.

Cant. 2. n. 15.

Prælati deſti qui hæreticos poſſint vincere.

Hæretici portas voluptatibus aperiũt.

713. Vnde Proſper l. 2. c. 21. *Vulpes hæreticos ſignificant quibus ſunt faces incendij, ac erroris, potius quam diuini amoris, ardent enim ſtudiis, peruerſiſque doctrinis, quibus imperitos conſumunt.* Quaſi dicat, attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit vos regere Eccleſiam Dei quam adquiſiuit ſanguine proprio; quia hæretici non amore paſſionis Chriſti, ſed turpis lucri cauſa, & vt ineptos carnales decipiant, & voluptatibus fruantur omnia paſſioni Chriſti condonant, & non eſſe opera meritoria docent. Vnde idem Proſper citatus addit: *Mulier porro, quæ relicta ſancto viro (id eſt, Samſon) alij nupſerat, igneque periit cum parentibus, eſt omnis anima hæreticorum, quæ cum ſuis parentibus, id eſt, Doctoribus igni inextinguibili peccatis traducentibus exuritur.* Vnde Procopius citatus in gloſſa, *improbi agricolæ hanc calamitatem merebantur, vt traderentur Sathanæ, cui & alia a Deo traduntur, vt perdatur caro, quemadmodum immiſſis vulpibus ſunt vaſtata, & vuſta.* Quaſi dicat, iuſto Dei iudicio animæ, & corpora hæreticorum cremantur; quia tot ſegetes Chriſtianorum ſuis fraudibus, & licentiatis ſuperbiis, & inobedientiis Pontificiis poſt ſe traxerunt in abyſſum, & barathrum confuſionis æternæ perdiderunt. Propter quod Chriſtus præuenit Diſcipulos ſuos tanquam Paſtores Eccleſiæ, vt eſſent parati contra incurſus tentationum, & diſputationum Hæreticorum.

Proſper l. 2. de promiſſ. cap. 21.

Hæretici non amãt Chriſti paſſionem.

Idem Proſper citat.

Procop. cit. in Gloſſa.

Turpi, & ignorantes hæreticum credunt.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur quod Principes Sacerdotum condemnabant Chriſtum morte?

QVæretur, ſi Romanis tantum liceat occidere, damnare, quomodo Principes Sacerdotum condemnarunt Chriſtum morte? 714.

1. Responsio Abulenſis citati in gloſſa; *Quia quod probatione legali non poteſt fieri, tumultu populi congregati in vnum aduerſum Dominum fecerunt, quando lingua occiderunt dicentes crucifigatur.* Quaſi dicat, omnibus modis debemus, cum congregati in conuerſationibus fuerimus ſeruare verba, & linguam, ne proximum, aut Deum occidamus. Vnde interrogat Ambroſius quare dicitur, 1. Reg. 3. n. 19. de Samuele, *Et non cecidit verbum eius in terra?* Et reſpondet, *quia non fuit in lingua & ore eius ſermo pertinens ad vanitatem, & damnum alicuius.* Vnde [illegible] lingua ſuam refrenanti dixit Pſalmiſta 1. n. 3. *Et folium eius non defluet, & omnia quæcumque faciet proſperabuntur, quia qui de omnibus bene loquitur ſemper proſperatur.* Quaſi dicat, vt fructus [illegible] ad cor, ſiue ad animam, a quo egregia facta dimanant. Ita folia ad ſancta verba, proboſque ſermones non abs re accommodari poſſunt. Et Ambroſius epiſt. 1.

Abul. in litt. citat.

Lingua in conuerſationibus refrenanda.

Ambroſ. in gloſſ.

Reg. 3. n. 19.

Pſ. 1. n. 3.

Ambr. ep. 1.

Bonus

Bonus ſermo Chriſti quo ſtatere ſoluitur, quia ſtatera iuſtitia eſt. Hic ſtater inuenitur ore piſcis illius piſcis, qui ponderat ſermones ſuos vt igne examinatos proferat. Quaſi dicat, qui verba profert quaſi in ſtatera ponderans, quæ loquitur, hic piſcis eſt à Chriſto recognitus, in cuius ore, aurum, & argentum examinatum inuenitur. Vnde Rupertus in Matth. 10. n. 20. *Quam dulce, quam præclarum eſt ea quæ loquimur, aut ſcribimus talia eſſe, vt ea prudens auditor, ſiue beneuolus Lector nequaquam dignetur adſcribere nobis, dicatque non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

Verba examinanda ſicut argentũ per ignem.

Rupert. in Matth. 10. n. 20.

715\. Vnde interrogat Oleaſter, in Gen. 23. num. 4. *Quare Abraham tam ſuppliciter & humiliter cum alienigenis locutus eſt, dicens: aduena & peregrinus ſum apud vos?* Et reſpondet, *vt virtus diuina in noſtris verbis lucere videatur.* Quaſi dicat, verba cõpoſita & modeſta adhuc extraneos mouent, & obligant, vt Paulus ad Philippenſes, ait, *Inter quos lucetis ſicut luminaria, quia qui de omnibus bene loquitur lucet inter maleuolos malè loquentes, ſicut luminaria inter condenſas tenebras.* Vnde Ambroſ. lib. 5. in Lucam. *Vis clauem ſcientiæ ſcire, audi Prophetam, aperi os tuum verbo Dei*, Pſ. 80. n. 12. *Verbum enim Dei clauis oris tui ſit.* Quaſi dicat, nulla excellentior ſcientia quam tacere, & oſtium facere ori noſtro. Quia vt idem Sanctus ait in cap. 9. Lucæ. *Sermo bebetina eſt, ſermo ſtimulus eſt, id eſt, ſi os ad maledicendum aperiatur, ſtimulus eſt contra omnes; ſi vero loquitur bene de omnibus, odorem, & fragrantiam ſpargit in odorem ſuauitatis.* Et ſic Paulus ad Epheſ. cap 4. n. 26. *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: Sed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei.* Et Stephanus Cantuarienſis in allegor. Gotfred. Tilm. ait: *Thuribulum dicitur lingua Saluatoris igne Spiritus Sancti inflata, thuribulum eſt inferius clauſum, ſuperius perforatum.* Quaſi dicat, cum de ore non procedit ſermo malus thuribulum clauſum eſt. *Et cum loquitur ad ædificationem bene de omnibus ſuperius perforatum eſt, & domus repleta eſt odoribus ſuauitatis.* Vbi Petrus Damianus, citatus apud Gotfridum. *Otioſis verbis malè aſſuetus duplici culpa videtur obnoxius, quia & diuinas laudes, ad quas de iure tenetur abiecit. & ſuperna loquacitate qua inhibetur inſiſtit.* Quaſi dicat, qui lingua ſua nemini parcit, duo mala facit, nimirum relicto fonte aquæ viuæ, os ſuum ciſternas facit, ex quibus non noui, ſed veteris hominis verba proferunt. Et talis vir linguoſus non dirigetur in via; quia venenum aſpidum ſub labiis eorum: nam nemini prodeſt lingua doloſa, & omnibus nocet, ſicut in Iudæis patet, qui ipſi Chriſto non pepercerunt, ſed illum occiderunt. Et ideo dicitur, tradetur Principibus Sacerdotum, etiam ſi opere non poſſent occidere, quia ad Romanos hoc pertinebat.

Oleaſter in Gen. 23. n. 4.

Ad Philipp. 2. n. 15

Lux eſt lingua bene loquens.

Ambr. lib. 5. in Lucam.

Pſ. 80. n. 12.

Idem cap. 9. in Lucam.

Lingua pernicioſa ſtimulus eſt.

Ad Epheſ. 4. n. 26.

Stephan. Cantuar. in allegor. Titelm.

Lingua bona thuribulum aureum.

Petr. Dam. cit. in alleg. Gotfr.

Lingua iniuſta Chriſto non parcit.

Pſ. 139. n. 12.

Pſ. 13. n. 3.

716\. 2. Responsio Abulenſis in littera citat. *Non ſolum petierunt, vt condemnaretur Chriſtus, ſed omnes vna voce clamarunt, crucifige, crucifige.* Vnde Cyrillus lib. 12. in Ioan. c. 17. *Non enim populus id vociferabatur, vt primus ſed ipſi Pontifices, hæc ſummas impietas à ſolis Principibus originem traxit.* Quaſi diceret, cum multitudo videns Chriſtum flagellatum, & ſpinis coronatum aliquomodo ſubrubeſceret, recordati forſitan miraculorum illius ipſi Sacerdotes, & Pontifices primum exclamabant, vt vulgus incenderent. Vnde Beuxamis ſect. 8 de paſſione. *Bis quoque ingeminant crucifige, crucifige quo cordis pertinaciam produnt, qui melius dicere poſſent miſerere.* Cyrillus cap. 18. *Pilatus vero denuo eius innocentiam ſulcat dicens, accipite eum vos & crucifigite; ego in eo non inuenio cauſam. Quaſi Iudæorum maximè Principum crudelitatem demiratus, qui cum nullam in Chriſtum cauſam inueniant, tam turpi morte occidere ipſum ſtudeant. Quaſi igitur contemptus indignatur, ac ſi dicat miniſtrum me impiæ aduc ſolum inueniſtis. Ego preter Romanorum leges innocentem occidam? Nam ſi hoc nullum eſſe ſcelus putatis vos ipſi, qui legis diuinæ ſcientiam habere iactatis, crucifigite & cædem hanc patrate, impietatis huius crimen in capita veſtra vertite, ſit Iudaica ſolum ipſa temeritas.* Hæc Cyrillus, vt videatur quaſi propriè Chriſtus loquuturus diceret, quod Principes Sacerdotum condemnaturi eum erant.

Abulenſ. in litt. citat.

Cyrill. l. 12. in Ioan. c. 17

Principes Sacerdotum populum excitabant.

Beuxamis ſect. 8. de paſſione.

Cyrill. c. 18.

Pilatus lauat manus ſuas.

717\. Vnde Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. cap. 16. ponderans verba Pilati, *ego nullam cauſam inuenio in eo*, cap. 18. num. 38. ait: *Peccatum ſuum fateri veretur, qui iniuſtè eum flagellaret, vt idem interim eos accuſans, qui cupide eum in cædem hominis iuſti clamore, & tumultibus vrgeant, quorum animas mitigandi gratia tantum iniuſtum ſcelus patratum videant, nec tamen miteſcant.* Quaſi dicat, Pilatus confeſſus eſt peccatum ſuum, quod flagellandum Chriſtum commiſit, vt hac occaſione animos impiorum Iudæorum miteſceret; ſed nil profuit, imo nocuit multum, quia vt greges luporum congregati ſunt, & cædem Chriſti amplius acriè acclamarunt.

Cyrill. Alex. l. 12. in Ioan. c. 18 n. 38.

Prælatorum permiſſiones impiæ nocët.

Beuxamis de paſſione.

Vt rabida tygres nunquam poſuere furorem,
Donec cæſorum fuſus cruor armentorum.

Quaſi dicat, Principes Sacerdotum, vt tygres crudeles ſanguine flagellorum Chriſti plus furore, & ira repleti ſunt, ſecundum illud Eccleſiaſt. 12. n. 16. *Inimicus ſi inueneris tempus non ſatiabitur ſanguine.* Et Zacharias Chriſopolytanus citatus ab Beuxam. ſect. 8 loquens de flagellis Ieſu, ait: *Verberatur enim vt nos à verberibus eripiat* Vnde Pſ 90. n. 10. *Sic de iuſto dicitur flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo* Et Hilarius loquens de corona ſpinarum, ait: *Satisfit pro peccatis, quæ ſpinæ ſunt purgantes nos & impletur Prophetia*, Iſaiæ 22. *Coronate eum corona tribulationis.* Et Apocalyp. 14. n. 3. dicitur, *Stolas martyrum lotas eſſe in ſanguine agni. Et dixit Chriſtus, quod erat illudendus, quia arundinem poſuerunt in manu dextra eius.* Vnde Beuxamis hom. 8. de paſſione, *Loco ſceptri quod Reges dextera gerere ſolent, vt inane illius Regnum doceant, ſicut inanis & fragilis omniſque vento obnoxia arundo.* Vel vt Auguſtinus inſinuauit, *Vt abſque iudicio, & inanis ratione iudicaretur, quia amor ingens ſolet rationem auferre.* Et ſic ait Auguſtinus, *Ex te me fingo, quod ex me habere non poſſum.* Vel vt Hieronymus ait in Matth. *Significans in calamo venenata ſe occidere animalia, vel calamo ſe ſacrilegum ſcribere Iudæorum.* Vel vt Hilarius in Matth. dixit: *Vt infirmitatem gentium, vt vero arundinem ſe comprehenſurum, & firmaturam doceat* Vel vt Beuxamis aſſerit: *Arundinem ponunt, vt indignum illum honore iudicantes. Vel vt hypocritas futuros præfiguraret, qui fictè virtutes ſequuntur, pœnitentias publicè agentes, & intus ſicut arundo euaneſcunt,*

Eccleſ 12. n. 16

Inimicus tempeſtas vindictam.

Zachar. Chriſopol.

Pſ 90. n. 10.

Hilar. citat.

Iſa. 22 n. 18.

Apoc. 14. n 13.

Beuxam. de Paſſione.

Aug citat.

Amor rationis & iudicio priuat.

Hieronym. in Matth.

Hilar in Matth.

Beuxam. de Paſſione.

Hypocritæ prandent ſimiles.

& in abſcondito bibunt, & comedunt opiparè. Hæc & alia opprobria, flagella & tormenta vſque ad mortem Crucis Chriſtus prædixit Diſcipulis, ne poſtea cum viderent nimis ſcandalizarentur.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur quod verbum hoc erat Diſcipulis abſconditum?

718. QVæretur, quare non intellexerunt Diſcipuli Sacramenta Paſſionis, quæ Chriſtus eis ſecretò dicebat?

Lyran. citat. in litt.

1. RESPONSIO Lyrani in littera citati *Quia Diſcipuli adhuc erant rudes, & infantes in doctrina Euangelica, & illis voluit Deus Sacramenta abſcondita paſſionis ſuæ reuelare.* Vnde interrogat noſter Lyranus, quid ſignificatur per maxillam aſini quæ fuit Samſoni inſtrumentum, vt interficeret mille Philiſthinorum, vt dicitur Iudicum cap 15.n.16. *Inuentamque maxillam, id eſt, mandibulam aſini quæ iacebat, arripiens interfecit in ea mille viros?* Reſpondet, *per hoc quod Samſon in mandibula Philiſtheos debellauit, ſignificatum fuit quòd Chriſtus in Apoſtolis per prædicationem Euangelij gentiles occidit, & Iudæos confudit. Quod autem per mandibulam ſignificatur prædicatio Euangelij patet nam ſicut in mandibula molliuntur eſca corporales corporaliter nutrientes. Sic in prædicatione molliuntur ſacra Scriptura*, vt in Deuter.8. dicitur. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quaſi dicat, ſicut infantes lacte nutriuntur poſtea pane, & eſca. Sic Apoſtoli modo audiendo Sacramentum paſſionis Chriſti non intellexerunt illam. *Poſtea vero cum Chriſtus aperuit illis ſenſum vt intelligerent Scripturas ſua ſapientia Philoſophos, & ſapientes mundi confundebant.*

Lyranus ſua in gloſſa

Iudic. c.15. n.16.

Samſon eſt gulibus Prædicator. Eſca maxillis mollitur, & ſeriptura Prædicatorum laboribus.

Deut.8.

Luc.24. n.45

719. Vnde Rupertus lib comment. in Iudic. c.19. ait: *Maxilla aſini in manu Chriſti illa ſunt ſtulta, & infirma, illa ignobilia, & contemptibilia mundi*, de quibus Apoſtolus ait, 1. Cor.1. *Non multos ſapientes ſecundum carnem inuenies, qui non erant contemptibiles mundo confudit, & deſtruxit inimicos ſuos, partim commutando eos in bono, partim damnando.* Quaſi dicat: Hoc mirabile opus fecit Deus Samſon fortiſſimus Chriſtus omnipotentiſſimus, ſciebat grande ſibi certamen contra legis peritos, oratores, Philoſophos, & nobiles Reges, Imperatores, tyrannos, & hoc ſciens non vocauit prima expeditione multos ſapientes, ſeu potentes, quorum linguis, aut poteſtatibus Euangelium ſuum roboraret. Sed rudes, & idiotas qui tanquam leonibus aſini; ſic deſpecti eſſent ſapientibus ſcilicet; indes non ſcribas; ſimplices, non oratores, prædicatores non imperatores; vt poſtea ſcientia Dei illuſtratos victoriam verbo paſſionis ſuæ conſequerentur.

Rupert. in lib. Iudic. c.19.

1. Cor.1.

Rudes inſipientes transformati ſunt in ſapientes.

720. Vnde Gregorius lib.13. moral. cap.6 *Maxilla aſini prædicatores ſignificat; Redemptor enim noſter ſimplicitatem, & patientiam prædicantium ſua manu virtutis tenens à vitiis carnales interfecit, maxilla in terram proiecta poſtmodum aquas fudit quia tradita morti Prædicatorum corpora magna populis monſtrauere miracula.* Quaſi dicat, iſti qui nunc rudes, & infantes non capiunt verbum abſconditum paſſionis Chriſti, poſtea repleti Spiritu Sancto ſua ſapientia confundent mundi Doctores, & mortua corpora eorum fontes ſapientiæ emanabunt; quia miracula eorum, quaſi aquæ ſcientiarum paradiſum Eccleſiæ irrigauerunt, & plantauerunt. Vnde Rupertus lib commen. in Iudic. c.20. *Proſtratis in mortem Sanctis Apoſtolis ſepulchra eorum viuas aquas emanauerunt, corpora eorum miraculorum gratiam profuderunt. Sed quid? Aperuit Dominus molarem Dentem, & egreſſa ſunt aqua. Nihil verius, nihil manifeſtius hoc omnibus membris Chriſti dulce fuit, hoc omnibus fidelibus eius ſudantibus in agone Chriſtiano tale fuit.* Quaſi dicat, videtis, quod Apoſtoli rudes, & infantes non capiunt verbum abſconditum paſſionis. Attendite igitur, & conſiderate, quomodo eum Scripturas ſacras intellexerunt fontes ſapientiæ fidelibus præſtiterunt, & fuerunt, quaſi quies laſſo, quale per æſtum dulcis aquæ properanti ſitim reſtinguere riuo: nam exinde creuit fides roborata eſt ſpes, charitaſque magis, ac magis inualuit.

Gregor. l.13. moral. c.6.

Maxilla vel in. & abdacta Samſonis prædicationi.

Corpora Sanctorum fontes miraculorū.

Rupert. lib. com Iudic. cap.20.

Prædicatio Euangelij aqua dulcis viatori per æſtum iter agenti inuenta.

Fides creſcit prædicatione.

2. RESPONSIO Caietani, & Maldonati, *Recitata verba inquiunt Apoſtoli intellexerunt, ſed ſenſum & medullam verborum non penetrarunt.* Quaſi dicat: O quanti miſeri peccatores peccata ſua voce confitentur, & contritionem inſinuant, intus autem non penetrat eos dolor peccatorum, neque ſentiunt quid confitendo loquantur. Vnde interrogat Oleaſter quare dicitur Leuitic.5.n.2. *Homo qui tetigerit immundum, & latuerit eum immundus talis eſt, & deliquit.* Sic legit Pagninus. Et reſpondet, *non te mundum arbitreris, quia te non vides immundum, immundus es coram Deo tuo in cuius oculis immundum apparere maximum malum eſt.* Quaſi dicat, cum peccator non ſentit dolorem peccatorum, quæ confitetur, quaſi poſt tergum omnia peccata ſua ponit: & tunc manifeſta ſunt ante oculos Dei. Et è contrario, ſi tu acerba, quæ dicis, & peccata quæ confiteris intus ſentis, & dolore comprimeris Dominus obliuiſcitur, & non ea iam ſentit. Si neglexeris perſpicere; Dominus eorum memoratur; non ergo arbitreris te peccata non habere, ſi ea nolis videre ſentire, plangere, & dolere Quia ſunt multi, qui verba proferunt, & audiunt; medullam autem & myſterium, quod intus latet, neque curant, neque intelligunt. 721.

Caietan. & Maldonat.

Oleaſter in c.5. n.2. Leuit. Tranſl. Pag.

Confeſſio debet habere ſenſum verborum.

Deus non ſentit quod homo ſentit.

Vnde interrogat Gregor. lib.4. moral. cap.35. *Quare Paralytico in lectulo triginta & octo annis grauato dixit Ieſus, Surge, & vade in domum tuam.* Matth.9.n.5. Et reſpondet. *Quid per domum niſi conſcientia intelligitur Vnde ſanato per confeſſionem cuidam dicitur, Vade in domum tuam, ac ſi apertè dicat, poſt prolationem verborum ad conſcientiam reuertere. & qualem te intrinſecus debeas Deo exhibere perpende, id eſt, non verba, sed ſenſum cape, & ſenti ſi vis ſanus fieri.* 722.

Greg. l.4. mor. c.35.

Matth.9. n.5

Domus conſcientia eſt peccatoris.

* * *

TRACTATVS

TRACTATVS XXIII.

AD LITTERAM,

In Cap. XVIII. Lucæ.

De cæco clamante ſecus viam Hiericho.

TEXTVS.

35. FACTVM eſt autem, cum appropinquaſſet Ieſus Hiericho cæcus
quidam ſedebat ſecus viam mendicans. 36. Et eum audiret turbam
prætereuntem interrogabat, quid hoc eſſet. 37. Dixerunt autem
ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret. 38. Et clamabat dicens, Ieſu
fili Dauid miſerere mei. 39. Et qui præibant increpabant eum,
vt taceret: ipſe vero multo magis clamabat, fili Dauid miſerere mei. 40. Stans
autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe, & cum appropinquaſſet interrogauit illum.
41. Dicens, quid vis, vt faciam tibi? Et ille dixit, Domine, vt videam. 42. Et
Ieſus dixit illi, reſpice, fides tua te ſaluum fecit. 43. Et confeſtim vidit, & ſeque-
batur illum, magnificans Deum, & omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

EXPLICATIO litteræ.

723. *Cæcus vocabatur Bartimeus.* DE Battimeo (ſic enim vocabatur teſte Marco 10. Cœcus iſte qui hodie ſecus viam clamabat) filio Timæi, quæſtio difficilis eſt, vtrum ſit idem miraculum cum eo quod Matth. 20. & Lucas 18 narrant de duobus cæcis. Auguſtinus lib. 2. de conſenſu Euang. cap. 65. duos ſcribit fuiſſe, vt Matthæus ſcribit. Sed ex iis vnum nobiliorem, & vulgo magis celebrem; ideoque illius tantum Marcum, & Lucam feciſſe mentionem. Caietanus dixit, quod diuerſa fuerunt miracula: nam Lucas 18. deſcribit rem geſtam, appropinquante Ieſu ab ingreſſu Hierichu ſubiungendo ingreſſum, Matthæus autem, & Marcus ſcribunt rem geſtam, egrediente Ieſu ab Hiericho, inſuper iſte cœcus ante portam qua ingreſſus eſt Ieſus erat: Duo illi extra Hiericho portam, qua egreſſus eſt Ieſus verſus Hieruſalem erant. Et addit: Similitudo geſtorum hic, & ibi occaſio eſt putandi, quod eadem eſt hiſtoria, cum in veritate non idem, ſed ſimile ſit factum.

Matth. 20. Lucæ 18. Auguſt. l. 2. de conſenſu Euang.

Caietan. in Euang.

Iſte cæcus à Matthæo, & Marco narratur.

724. *Deſiderium ingens in voces prorūpit.* Et clamabat dicens, fili Dauid, id eſt, deſiderio ſanandi, & videndi affectu clamabat, dicens, qui promiſſus es Dauidi, regnaturus in æternum, quem expectabat populus Iſraël redempturum ſe de ſeruitute miſerere mei. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret, non inuidè, aut malignè, vt inquit Maldonatus, ſed ne obſtrependo moleſti eſſent Chriſto. Melius Abulenſis ne illos impediret; quia multitudo languentium ſequebatur Chriſtum, & vnuſquiſque ſua requirebat. Sed meo videri increpabant eum, vt taceret, quia ſemper pauperes inuident ſe, & eleemoſynas vnuſquiſque quærebat; quia textus dicit, quod erat mendicus. Et ſtetit Ieſus, id eſt, quieuit, & non ambulauit. Et iuſſit vt adducerent cœcum; quia multitudo turbarum non ſinebat eum accedere. Quid vis, id eſt, explica tuum deſiderium. Domine vt videam. Reſpice, id eſt, fiat voluntas tua, quia gratia ſemper cum voluntate noſtra cooperatur, fides tua te ſaluum fecit, id eſt, ſanauit, & viſum dedit oculis, & ſalutem animæ, & ſequebatur eum glorificans Deum. Reliqua per quæſtiones patebunt.

Abulenſ. in Matth. 20.

Pauperes æmulantur vnus aduerſus alterum.

Auſterìa mens.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Factum eſt autem cum appropinquaret Ieſus Hiericho cœcus quidam ſedebat ſecus viam.

Tranſlatio Vatabli. 2. Euenit autem cum appropinquaret Hiericho.

Tranſlatio ex Syriac. 3. Vt cœcus quidam ſedetet iuxta viam mendicans,porro cum appropinquaret Hiericho, cœcus quidam iuxta viam mendieabat.

Abul.in prolog. ad c.18. Luc.n 36 vulgat. & cum audiret turbam &c. 4. Duo cœci ſedebant iuxta viam mendicantes.

Tranſlatio Vatabli. 5. Cum autem retuliſſent ad eum Ieſum Nazarenum præterire.

Tranſlatio ex Syriac. 6. Et audiit vocem turbę tranſeuntis,& ſciſcitatus eſt, quiſnam hic eſſet.

Tertul. lib.4. contra Marcion. num.39. 7. Quum prætereuntem illum cœcus audiſſet exclamabat: Ieſu,fili Dauid miſerere mei.

Tranſlatio Vatabli. 8. Et qui præteribant inerepabant eum vt taceret,

Tranſlatio ex Syriac. 9. Ij autem qui iter faciebant ante ipſum Ieſchua obiurgabant eum.

Tertul. cit.lib.4. contra Marcion. num.41. 10. Vt taceret,ille autem magis clamabat ſed antecedentes increpabant cœcum.

Tranſlatio Vatabli. 11. Vti taceret, ſtans autem Ieſus, iuſſit illum adduci, & ait,quid tibi vis,vt faciam.

Tranſlatio ex Syriac. 12. Et ſubſiſtit Ieſchua, iuſſitque eum ad ſe vocari, & cum appropinquaret interrogauit eum quid vis, vt tibi faciam, & ait,Domine mi,vt videam.

num.42. Tranſlatio Vatabli. 13. Reſpicito viſum fides tua, te ſaluum reddidit. Et confeſtim viſum recepit, & ſequebatur eum,glorificans Deum.

Tranſlatio ex Syriac. 14. Et Ieſchua dixit ei.videto, fides tua te teſetuauit;eoque momento vidit, ac veniebat poſt eum glorificans Deum.

Tertul. loco cit. contra Marcion. 15. Et omnis populus laudes refetebat Deo.

Tranſlat. Syriac. 16. Totuſque populus cum hoc vidiſſet tetribuebat laudem Deo.

Caiet.in Euang. ad c.18. Luca. 17. Et omnes magnificantes glorificabant Deum.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus fecit hoc miraculum cum cæco qui iuxta viam erat?

QVæretur, ad quid fuit neceſſarium hoc miraculum cœci? 725.

1. RESPONSIO Abulenſis q.108.qui ait, *Aliqui dicunt, quod quia antea dixerat Chriſtus Diſcipulis de prælatione, quod non erat appetenda,& diſcipuli adhuc erant carnales, & ſpiritualia non rectè percipiebant, præcipuè de non appetendo terrenos Principatus, venit ad miraculum, vt ex hoc comprobaret aſperitatem doctrinæ de non appetendo honores.* Vnde Gregorius citatus ab ipſo Abulenſi, ait, *quia carnales adhuc Diſcipuli non valebant capere verba myſterij, venit ad miraculum & ante oculos eorum cæcus lumen recipit, vt eos ad fidem cœleſtia facta ſolidarent.* Quaſi dicat,crudele vitium eſt ambitionis, quod neque miraculis mitigatur in cordibus ambientium.De quo poſtea latius.

Abul.q.108. in cap.20. Matth.

Ambitioſi neque miraculis de cœlo quieſcunt.

2. RESPONSIO Hieronymi in Abulenſi citati,qui ait, *Iuxta viam Hiericho cæcus ſedebat; quia Hiericho interpretatur Luna, quæ eſt deficiens, eo quod defectus carnis Chriſti præparauit ſibi gloriam: nam per hoc quod paſſurus erat meruit glorificationem nominis ſui.* Quaſi dicat, proximus erat ſuæ paſſioni,cum hoc miraculum fecit Chriſtus, & in ea exinanitio,& crucifixio, & hoc vocat Hieronymus defectus carnis, quia cauſa fuit glorificationis corporis ſui. 726.

Hieronym. citat. ab Abul.q 108. in Matth.

Defectus carnis Chriſti fuerunt flagella,& opprobria, & mors eius.

3. RESPONSIO Theodoreti in catena S.Thomæ citat.qui ait, *Ne inceſſus Domini eſſet inutilis in via fecit cæci miraculum,hoc documentum Diſcipulis ſuis dans, vt in omnibus ſimus proficui,& nihil ſit in nobis otioſum.* Quaſi dicat, ſi Chriſtus,qui non fuit viator,ſed comprehenſor gratiæ & gloriæ,quia repletus erat,adhuc in via operabatur mirabilia.Nos qui miſeri viatores ſumus in hac lachrymarum valle,quomodo non ſemper operari bona debemus. 727.

Theodoret. in cat.S.Th.

Chriſtus comprehenſor gratiæ & gloriæ.

4. RESPONSIO Abulenſis q. 108. qui ait, *Operatio miraculorum diuina eſt, quæ nec loca determinat, nec temporibus ſubiicitur, ſed ſolum reſpicit opportunitates faciendi, cum poteſtas faciendi in omni loco, & in omni tempore æqualis ſit; obtulit autem ſe nunc opportunitas,quia iuxta Hiericho ſtabat caſu in via cæcus, qui magna fide petiuit hoc miraculum & conueniens fuit Chriſto facere illud; & ideo fecit cum cæco ſecus viam ſedente* Quaſi dicat,caſu cæco hoc bonum euenit, quia quando Deus volt prodigia facere nobiſcum, ipſe quærit & inuenit occaſiones. 728.

Abul.q.108. in cap.20. Matth.

Deus noſtris ſuccurrit neceſſitatibus, cum minus expectantur.

* * *

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur quod cæcus audiuit turbam prætereuntem?

QVæretur, quomodo cæcus audiuit, quod Chriſtus veniebat.

729. Chryſoſt. citatus in Catena. S Thom. *Affectus ſupplet effectum.*

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Matth. qui ait: *Multus autem erat populus circa Chriſtum, & cæcus eum quidem non nouerat; ſentiebat autem effectum, & rapiebat per affectum, quod non hauſit aſpectus.* Quaſi dicat, affectus tangendi, vel audiendi Chriſtum ſupplebat quod viſui deficiebat. Sed audiens tumultum gentium magis inflammabatur deſiderio tangendi, vel audiendi eum.

730. Abul. q. 110. in c. 20. Mat.

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 110. in cap. 20. Matth. qui ait: *Cæcus ſedebat iuxta viam, vt eleemoſynam peteret à tranſeuntibus: & quia non videbat, oportebat ita, vt audiret ſonitum tranſeuntium; nunc vero cum Chriſtus tranſiret, quia ibat cum illo turba multa; quorum aliqui præcedebant, alij poſteriores remanebant; ita vt in medio eſſet Chriſtus, & qui præcedebant, & qui remanebant, omnes clamabant ad Ieſum. Cum ergo cæcus ſtrepitum audiuit, putauit, quod aliquis magnus eſſet, qui tranſibat; & ideò interrogauit, quis eſſet, qui tranſibat.* Quaſi dicat, cæcus in primo inſtanti ſedens ſecus viam, non intendebat ſcire, quis eſſet, niſi vt eleemoſynam peteret; quia vt Lucas 18. ait: erat mendicans, cum verò audiuit, quod Ieſus eſſet Sancti Spiritus gratia repletus lumen oculorum ſuorum quæſiuit, & petiuit.

Cæcus mendicans primo eleemoſynam quærebat, Luc. 18.

Occaſio non perdenda.

731. Chryſoſt. in Matth.

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Matth. *Opportunè oblati ſunt ei duo cæci, vt apertis oculis, quaſi teſtes virtutis eius aſcenderent cum eo in Ieruſalem; hi currentium ſtrepitum audiebant, quia nimis egebant, & perſonas non videbant.* Quaſi dicat Chryſoſtomus: non fuit ſolus vnus cæcus ſanatus, ſed duo & iſti ſequebantur Chriſtum egredientem Hieroſolyma; quaſi teſtes miraculorum, vt inimici confunderentur.

Cæci ſanati fuerunt teſtes diuinitatis Chriſti.

DIFFICVLTAS III.

Quare cæcus clamabat dicens, miſerere mei fili Dauid?

QVæretur, quare clamabat cæcus, & talia verba proferebat?

732. Chryſoſt. in Matth.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi: *Clamabat, quia propter ſtrepitum gentium putabat, quod non poſſet à Chriſto audiri; & quia nihil ſolutum habebat de toto corpore præter vocem.* Quaſi diceret, perſonas non videbat, ſed audiebat. Et ideò ſequi Chriſtum pedibus non poterat; ideo vociferabatur.

Cæcus non poteſt ambulare benè.

733. Abul. q. 111.

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 111. Clamabat, *Quia Chriſtus erat: nam & ſi progrediebatur per viam, & ille cæcus eſſet, neſciebat, an eſſet iuxta eum, vel longe; & ideo opportunum fuit clamare.* Quaſi dicat, tanta erat cupido cæci tangendi, vel audiendi Chriſtum, quod cum ſe impeditum videret, afflictio, & anxietas cruciabat eum; & ideo dolore oppreſſus clamabat, quia vocibus dolor cordis reſpirat.

Dolor cordis vocibus reſpirat, & alleuiatur.

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Abulenſi citati: *Cæcus vero, vera clamabat, quia docetur, & prædicat. Quis te docuit hoc homo? Num perlegiſti libros priuatus luminibus? Vnde ergo noſti luminare mundi? Verè Dominus illuminat cæcos.* Quaſi dicat, qui præibant dixerunt cæco, quod Ieſus tranſibat, & cæcus clamabat, fili Dauid miſerere mei; quia in Iudaiſmo nutritus non ignorabat, quod de progenie Dauid Deus ſecundum carnem naſceretur; & ideo ei, vt Deo loquitur dicens miſerere mei. 734.

734. Chryſoſt. in Abul.

Cæcus vt Deum adorauit Chriſtum dicens, miſerere mei fili Dauid.

4. RESPONSIO Gregorij in homil. *Qui Ieſum præcedunt, deſignant carnalium deſideriorum turbas, tumultuſque vitiorum, qui Ieſum antequam ad cor noſtrum perueniat, diſſipant cogitationem noſtram, & in oratione nos conturbant. Sed cæcus multo magis clamabat; quia quanto maiori tumultu cogitationum premimur, tanto orationi ardentius inſiſtere debemus, dicentes, Ieſu fili Dauid miſerere noſtri.* 735.

735. Gregorius in hom.

Cæcus peccator in oratione qui clamat ad Deum.

5. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 113. *Fortè, cæcus iſte audiuit aliquos de turba vocantes Chriſtum filium Dauid; & ideo ipſe voluit obligare Chriſtum, ſic vociferando.* Vnde Chryſoſtomus, *filium Dauid vocat cæcus Dominum prætereuntis turbæ laudem audiens, aut Prophetarum expectatione completa certificatus.* 736.

736. Abul. q. 113. *Cæcus quod audiuit repetit.* Chryſoſt. ibi citat.

DIFFICVLTAS IV.

Quare turbæ increpabant cæcum, vt taceret?

QVæritur, quare, & qui erant qui cæcum increpabant, vt taceret?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Matth. *Quia faſtidioſi diuites videbant cæcum ſordidas veſtes habentem, & non conſiderabant, conſcientiæ claritatem.* Quaſi diceret; exiſtimabant enim iniuriam pati magnos, ſi à pauperibus honorentur; quis enim pauperum auſus eſt publicè ſalutare potentes diuites. 737.

737. Chryſoſt in Matth. *Faſtidioſi diuites Pauperes non vident.*

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 114. qui ait: *Increpabant cæcum quidam illorum ſcribarum, & Phariſæorum, quia erant æmuli Chriſti, & diſplicebat eis confeſſio, quam de Chriſto faciebat cæcus acclamando eum filium Dauid, & ne tanta laus à cæteris, & à Chriſto audiretur; ideo illum increpabant.* Sic dicit Hilarius, *turbæ ſilentium non cauſam honoris exigunt.* Quaſi dicat, æmulus acerbè audit applauſus inimici ſui, & ſic infideles aliqui, qui ibi aſſiſtebant, nolebant audire, quod Chriſtus eſſet filius Dei, & Dauid; & ideo increpabant eum. 738.

738. Abul. q. 114.

Æmulus torquetur laudibus inimici ſui. Hilar. cit.

3. RESPONSIO Origenis citati ab Abolenſi quæſt. 114. *Qui crediderant increpabant cæcum, vt non appellaret Chriſtum contemptibili nomine, dicens fili Dauid; ſed fili Dei miſerere mei.* 739.

739. Origen. cit. ab Abul.

Amici ſuos vſque ad cœlos exaltant. mei. Quaſi dicat, ſicut æmulus torquetur laudibus inimici ſui. Sic amicus delectatus; imò omnes mundi laudes paruæ ei videntur reſpectu meritorum illius quem diligit.

DIFFICVLTAS V.

Quare cæcus increpatus multo magis clamabat, fili Dauid miſerere mei?

QVæretur, quare non timuit cæcus iſte increpantes, ſed multo maiori audacia clamauit?

740. Cyrill. cit. in Catena. & in Abul. 1. Responsio Cyrilli in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait: *Nouit enim fides omnibus repugnare, & in omnia triumphare; vtile enim eſt pro cultu diuino pudorem, & metum deponere: nam ſi cauſa pecuniæ ſunt homines impudentes pro animæ ſalute non decet bonam induere impudentiam?* *Pro cultu diuino pudorem amittamus.* Quaſi dicat Sanctus, fides vera nemini parcit, ſed omnibus impugnatur paruis, aut magnis, & pudorem pro cultu diuino amittit. Ideò cæcus, qui pro eleemoſyna petenda pudorem non habebat pro ſalute corporis, & animæ impetranda, audacius contra omnes aduerſantes clamabat, & dicebat, fili Dauid miſerere mei.

741. Abul. q. 115. 2. Responsio Abulenſis quæſt. 115. *Ad oſtendendam fidem cæci; ſi enim paruam fidem haberet, & increparetur à turbis citò deſiſteret. Sed quia fidem certam, & ſpem firmam habebat de Chriſto, quod hoc ab illo obtineret nulla ratione compeſci poterat, ſed quanto magis impediebatur ab eo quod petebat, tanto magis importunè clamabat.* *Deſiderio plus creſcens impedita.* Quaſi dicat, magnitudo deſiderij creſcit, quanto magis impeditur, & cum vocibus increpabant cæcum, vt taceret, magis inflammabatur deſiderium, quia impediebant, vt audiretur à Chriſto, & ſic multo magis clamabat.

742. Chryſoſt. in Catena & in Abul. cit. 3. Responsio Chryſoſtomi in Abulenſi citati. *Clamabat primo, quia cæcus erat, ſecundò magis clamabat, quia vetabatur ad lumen accedere; Chriſtus autem permittebat eos vetari, vt eorum plus deſiderium appareret.* Et addit Sanctus: *Hic autem diſco, quoniam ſi abiecti fuerimus cum ſtudio accedentes ad Deum per nos ipſos, aſſequimur, quod petimus.* *Abiecti & opprobriati conſequuntur à Deo multa.* Quaſi dicat, cæcus obicibus non ceſſauit clamare, quia fides magis accenditur, cum vetatur. Ideò inquit, Chryſoſtomus, *In periculis ſecura eſt, & in ſecuritate periclitatur.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare Chriſtus interrogauit cæcum, quid vellet?

QVæretur, quare cum Chriſtus ſciret, quod volebat cæcus, interrogauit eum quid vis?

743. 1. Responsio Bedæ citati in Abulenſi, qui ait: *Numquid, qui lumen reddere poterat, quod vellet cæcus, ignorabat. Ad hoc ergo requirit, vt cor ad orationem excitet.* *Beda in Abul. cit. Oratio repoſcita placet Deo.* Quaſi dicat, non ignorabat Chriſtus quid volebat, ſed vt excitet eum amplius rogandum.

2. Responsio Chryſoſtomi in Matth. 744. Chryſoſt. in Matth. *Ne aliquis exiſtimaret quod aliud volenti accipere aliud dabat.* Quaſi dicat, mendicus petebat eleemoſynam, & ne putaret aliquis, quod eo inuito viſum dabat, ideò interrogauit, quid vis. *Cæcus eleemoſynam petens diuinam efficaciam poſtulat.* Vnde Cyrillus, *diſpenſatiuè interrogat, non quaſi ignorans, ſed vt ſcirent aſtantes, quod diuinam efficaciam petebat, & vt alios in zelum induceret.*

3. Responsio Hieronymi, interrogat, *quid velit, vt ex reſponſione cæci manifeſta debilitas appareret, & virtus ex remedio cognoſcatur.* 745. Cyrill. in Catena Hieron. in Abul. cit. in c. 20. Matth. Chryſoſt. in Matth. Vnde Chryſoſtomus, *Calumniatores veritatis Iudæi poſſent dicere, vt in cæco nato non eſt hic, ſed ſimilis eius. Et ideò voluit, vt cæcus prius oſtenderet defectum naturæ, & tunc cognoſceret gratiæ maieſtatem.* *Calumniatores omnia peruertunt.*

4. Responsio Abulenſis quæſt. 118. 746. Abul. q. 118. *Chriſtus quæſiuit à cæco quid vellet, quia ex verbis illius non apparebat quid vellet determinatè; quia tantum clamabat dicens, Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et ſic conueniens fuit, vt explicaret ſe.*

5. Responsio Chryſoſtomi in Matth. 747. Chryſoſt. in Matth. *Interrogat, quid vis? Propter fidem, vt dum cæcus Chriſtum filium Dei confiteretur confunderentur Iudæi videntes eum, qui ſolum hominem putabant eſſe Deum.* *Æmuli confunduntur audientes magnalia inimicorum.* Quaſi dicat, antè cæcus tantum confeſſus fuerat, quod Chriſtus eſſet filius Dauid; ideò vltra hominem, nihil videbatur confiteri; voluit autem Chriſtus tacitè, quod aliquid plus confiteretur; & ideò trahens eum iuſſit vocari ad ſe inter tot cateruas gentium, vt animum eius alliceret, & diſponeret ad confeſſionem diuinitatis ſuæ. *Fides diuinitatis pignus gloriæ.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare dixit Ieſus cæco, reſpice, fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim vidit?

QVæretur, quare cæco dixit abſolutè, *Reſpice, ſine aliqua diligentia?*

748. Chryſoſt. in catena S. Thom. 1. Responsio Chryſoſtomi in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Quia redundabat in perfidiam Iudæorum, abſolutè dixit, & fecit reſpicere cæcum; quis enim Prophetarum taliter dixit?* Et addit: *Aſpice, quid aſſumat medicus ab eo cui collata eſt ſanitas. Fides tua te ſaluum fecit. Pro fide venduntur beneficia.* *Fides merces diuini medici.* *Diffunditur gratia, quàm ſuſcepit fides. & ſicut ab aliquo fonte; hi quidem paruis vaſis modicum aquæ hauriunt; hi vero maioribus multum fonte non diſtinguente menſuras. & ſecundum feneſtras, quæ aperiuntur magis vel minus ſplendor ſolis infunditur, ita ſecundum capacitatem intentionis hauritur gratia. & vertitur autem vox Chriſti in lucem languentis, erat enim Verbum vera lux. Vnde ſequitur, & confeſtim vidit.* *Gratia Chriſti ſicut & feneſtra & quare.*

749. Sententia Authoris. 2. Reſponſio meo videri, abſolutè, & confeſtim dixit Chriſtus cæco, reſpice, & confeſtim abſque mora, vidit, & ſine vlla circunſtantia tactus oculorum, vel ſalivam ſpuens, & liniens oculos, vel alia quæ in illuminatione cæterorum cæcorum obſeruauit Chriſtus, vt vis orationis, & acclamationis cognoſceretur, & ſequeretur, quia voce orationis audita, & repetita à cæco, ita viſcera charitatis eius exarſerunt, vt confeſtim ſine mora dixit, reſpice, & ſtatim vidit. *Amor Chriſti orationibus exardeſcit.*

750. Ambroſ. in Catena. S. Thom. 3. Reſponſio Ambroſij citati in Catena Sancti Thomæ, qui ait, interrogauit cæcum, & ſtatim dixit reſpice, & confeſtim vidit, vt crederemus niſi confitentem non poſſe ſaluari. Quaſi dicat, ad præcedentem confeſſionem lux gratiæ immediatè ſequitur. *Confeſſio immediatè gratiam conſequitur.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare cæcus Chriſtum ſequebatur laudans eum?

QVæretur quare permiſit Deus, quod cæcus illuminatus ſequeretur eum gloriſicans, vel laudans poteſtatem?

751. 1. Reſponſio Rhemigij. *Forte mentem cæci illuminauit Chriſtus, vt aſcenderet cum eo ad Hieroſolymam laudans eum, miraculum fieret celebrius; quia opera ſua volebat manifeſtare; quem erat morti propinquius.* Quaſi dicat, diuinitatis opera manifeſtare cupiebat circa mortem, vt Iudæi excuſationem non haberent de ſua incredulitate, & credulitate. Remigij in Abul. cit. *Opera diuinitatis accuſant Iudæos.*

2. Reſponſio Chryſoſtomi in Matth. *Sicut ante illuminationem cæcus fuit perſeuerans clamando ad Ieſum. Ita poſt ſanitatem fuit non ingratus, & hoc Chriſto pro munere obtulit; quia Deus vult, quod ſolliciti ambulemus poſt ipſum.* Matth. cap. 6. Vnde Theophylactus, *Grata enim erat anima cæci in eo quod ſanus effectus ſequutus eſt Chriſtum?* 752. Chryſoſt. in Matth. *Cæcus nō fuit ingratus & ideo ſequutus eſt Chriſtum.*

3. Reſponſio Hieronymi in Abulenſi quæſt. 123. citat. *Cæcus clamare tantum nouerat; poſtea ſequitur Ieſum non tam pedibus, quàm virtutibus.* 753. Hieron in Abul. cit. q.123.

4. Reſponſio Chryſoſtomi in Catena Sancti Thomæ: *Ex quo patet, quod duplici cæcitate liberatur, corporali ſcilicet, & ſpirituali; neque enim glorificaſſet, vt Deum, niſi verè vidiſſet. Sed & alijs factus eſt occaſio glorificandi Deum. Et ideò dicitur, & omnis plebs, vt vidit dedit laudem Deo.* Vnde Beda *non ſolum pro impetrato munere laus. Sed & meritò fidei impetrantis.* Quaſi dicat, *illuminatio, & fides cæti cæteros poſt Chriſtum portabat, & quaſi vexillum fidei cæcus geſtabat, & poſt victoriam viſus Deum glorificabat.* 754. Chryſoſt. in Catena. *Cæcus vexillum fidei portauit.* Beda in caten. cit.

TRACTATVS XXIV. AD MORES, In Caput XVIII. Luc.

De cæco ſecus viam Hiericho clamante.

DIFFICVLTAS IX.

Quare iuxta viam Hiericho Chriſtus cæcum ſanauit?

QVÆRETVR, quare in itinere feſtinando Chriſtus fecit iſtud miraculum?

755. Abul. cit. in litt. & ibi Gregor. 1. Reſponſio fuit Abulenſis, & Gregorij in littera citati: *Quia Diſcipuli erant adhuc imbecilles, & Chriſtus perſuadebat eis, quod ambitio non erat appetenda, & fecit miraculum tam grande, vt opere exerceret, quod ſermone non poterat.* Quaſi dicat: *O Ambitio crux ambientium, quæ neque terroribus neque miraculis mitigatur, ſed omnium mortalium pectora cogit, vrit, & lacerat.* *Ambitio crux ambientium.*

756. Oleaſter in c.16. Numer. n.21. Translat. Pagnin. Interrogat Oleaſter, in cap. 16. num. 21. Numer. *Quare dixit Moyſi, & Aaron Deus, ſeparate vos de medio congregationis Dathan, & conſumam eos in momento?* Et reſpondet, *cauendum eſt valde, ne ambitioſis iungaris. ne cum illis à Deo puniaris quia valde mirandum eſt, quàm facilè ambitioſi Dathan, & Abiron ducentos quinquaginta viros inuenerint, qui tam facilè irent in eorum ſententiam.* Quaſi dicat, eſt peſtis contagioſa ambitio, quia veſtimenta pretioſa occiſorum; viui non timent induere propter cupiditatem, neque ambitioſi flagella de cœlo contra Dathan, & Abyron timuerunt. Sed vt Numer. 16. num. 41. *Narratur tranſacta apertione terræ, quæ viuos ambitioſos deuorauerat, murmurauerunt omnis Iſrael in craſtino.* *Ambitio quaſi peſtis accedit ad ſe pertingentes.* Numer. 16. n. 41. *Ambitioſi*

nunquam ponendæ m. Oleaſter in Numer.16.

craſtino. Vnde Oleaſter. *Ambitioſi diſſolti ſunt; ſed compuncti. Et admiranda eſt ambitioſiorum impudentia ſocios abſorptos, & combuſtos viderant in momento; neque tamen timent, ſed impudentiores ſiunt. Et quos Dominus velut impios doluerat, iſti vocant populum Dei.* Et ex-

Iudicare malũ de bono irã Dei excitat. Ambitioſi Prælati telas aranea texẽ-ſunt.

peode, *quantum ſit malum eum bonum iudicare, quem Dominus caſtigauit veluti malum.* Quaſi dicat, etiam ſi quotidie oeultatem videamus ambitioſos Prælatos mala & improuiſa morte perire, & dum telas araneæ texetunt ſuccidi, id eſt, dum fabricas Dignitatum excellentiores ambiunt, ſtatim morte præuenti ſunt. Neque hoc ſufficit pro emendatione ambitioſorum imò laudant viui ambitioſi mortuos extinctos propter ſcandala ambitionis. Ignorantes quàm malum ſit bonum iudicare, quem Dominus veluti malum caſtigauit. Sed timeant tales ambitioſi non emendari, & audiunt Dominum per Iſaiam dicentem cap. 1. num. 5.

Iſ.c.1.n.5.

Super quo percutiam vltra addentes prauaricationes? Quaſi dicat, Ambitioſi timete Deum, quia ſi præuaricationes addideritis, Dominus quoque prodigia horribilia addere promittit, ideò Diſcipulos ſuos, vt tale vitium fugiant, non ſolum bis, ſed operibus, & miraculo cæci comprobauit,

757. Theod. cit. in littera. *Otioſitas vitãda ſuriẽda.* Anaſtaſ. Synait. in Examer. Gen.1.n.10. Caietan. in Gen.c.1.

2. RESPONSIO Theodoreti in littera citati: *Fecit Chriſtus miraculum ne inceſſus Domini eſſet inutilis, vt doceret nos fugere otioſitatem.* Vnde interrogat Anaſtaſius Synaita in Exameron. *Quare Moyſes cum aqua ſegregata fuerunt dixit, quod apparuit arida*, Et poſtea addit: *vocauit Deus aridam terram*, Geneſ. 1. num. 10. Vel vt Caietanus legit, *Apparuit ſiccum.* Et reſpondet, *quia quando aquæ congregata erant ſuper illam, quaſi impedita erat, vt non operaretur, & laboraret, & fructus copioſos hominibus præſtaret. Et tunc erat velut otioſa, & ideo arida & infructuoſa; cum verò libera remanſit, & potuit laborari, & benefacere, tunc terra vocatur fœcunda. Diuino myſteria,* (ait Sanctus,) *terram in profundo ab aquis ſuffocatam nominat aridam Cum vero aquæ ab ea receſſerunt, non amplius nominat aridam ſed terram.* Vnde de Cy-

Terra nunquam otioſa. Curt. Tacit. *Cyrus Rex mortuus operabatur.* Baſil in Examer. Prou.10.n.4.

ro Rege ſcribitur, *quod iuſſit ſe ſepeliri in terra fœcunda, & arata, vt operaretur benefaciendo corpus eius, non ſolum viuens, ſed etiam mortuum.* Ideo Baſilius in Exameron. ait: *Omnem malitiam docuit otium.* Et Sapiens Prouerb. 10. n. 4. *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa* Vel vt Hebræa tranſlatio legit, *Operata eſt venenum, ſeu toxicum.* Quaſi dicat, otioſum conſuetudine mala producit venenoſas conuerſationes, & murmurationes, cogitationeſque impias, & crudeles, quæ non ſolum ſibi non proſunt, ſed omnibus nocent; qui vero ſemper laborat fructus copioſos gratiæ Dei in vtilitatem proximi profert, & benè adnotauit Chryſoſtom. hom. 5.

Tranſlat. Hebr. *Otioſi venenum, & toxicum producunt.* Chryſoſt hom. 5. in ep. 1. ad Cor. *Otioſi ſunt qui miniſtris vtuntur.*

In epiſt 1. ad Cor. *Nemo erubeſcat ex his, qui ſunt artifices, ſed hi qui nihil agentes aluntur, & ſunt otioſi, qui multis vtuntur miniſtris Nam qui eſt otioſus multa temere loquitur, & multa agit temere, & toto die nihil operatur torpore. & veternoſo mentem repletam habens.*

758. Ambroſ. lib 1. de Abrah. c. 4.

Vnde interrogat D. Ambroſius, quare dixit Ezechiel cap. 1. num. 16. *Quod apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia, & aſpectus earum, & opera quaſi ſit rota in medio rotæ.* Et reſpondet lib. 2. de Abraham cap. 8. *Rota autem vita eſt ſuper terram, qua viuimus, ſi anima motibus quatuor eleuatur, eleuatur & vita noſtra.* Quaſi dicat, rota intra rotam, vita intra vitam, & ætatem hominis, quæ ſi à quatuor ventis, id eſt, ſemper mouetur, & rectè operatur anima eius vſque ad ſydera, & eſſentiam Dei finiendam eleuatur. *Quia qui ſemper adquirit nouos gradus virtutis leuauit ſe ſupra ſe.* Vnde Apoſtolus 1. ad Corinth. 16. num. 13. *Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite. & confortamini.* Et ibi Chryſoſtom. *ſiue quiſpiam increpet, ſiue imperet, ſiue obtemperet, ſiue diſcat, ſiue doceat, ſemper operetur; & ſale condiatur.* Quaſi dicat, omnes internas, ſiue externas operationes humanas attente operetur, & cum intentione diligendi Deum, & tunc opera non erunt otioſa, ſed gratia Dei condita. Ideò Chriſtus ambulans; & iter agens iuxta viam videns cæcum, operatus eſt miraculum, quia ſemper vtilis hominibus fuit, & hoc docere voluit Apoſtolos.

Ezech. 1. n.16. *Ætates hominis ſunt quaſi rota intra rotam.* Ier. Threnos cap. 3. n 38. 1 ad Cor.16. n 13. Chryſ ibi. *Omnes humanæ operationes, & occupationes gratia Dei condita ſint.*

DIFFICVLTAS X.

Quomodo ſentit cæcus prætereuntes per viam?

QVæretur, quomodo cæcus turbam prætereuntem attendit, & auſcultauit.

759. Abul. cit in litt. *Occaſio nõ perdenda.*

1. RESPONSIO fuit Abulenſis in littera citati, qui ait: *Quod ille ſolum attendebat ad eleemoſynam petendam, & noluit occaſionem prætereuntis Ieſu perdere.* Quaſi dicat, *occaſionis augendi gratiam Dei in noſtris cordibus ſemper quærenda, & nunquam perdenda ſuperbiendo.* Vnde Fulgentius epiſt. 3. ad Probam. c. 18.

Fulg. ep. 3. ad Probam. c. 18.

Non te in bonis præſumptione propria virtutis extollas. Quidquid enim ſpiritualium bonorum plus habueris, quàm habent alia anima non parua eſt iactura virtutis, ſi in ipſa principali virtute, quæ eſt humilitas non alias excellas. Quaſi dicat, nulla maior occaſio adquirendæ virtutis, quam cum alios conſidero ſiue virtute, quia tunc ſi occaſionem humilitatis meæ prætermitto proiectus vſque ad abyſſum maneo; quia debeo tunc conſiderare, quod ſi latroni, aut ſcelerato datum fuiſſet quod mihi gratis Deus dedit melius quam operaretur. Vnde Eccleſiaſt. 3. num. 20. dictum eſt: *Si magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo, inuenies gratiam*, Vel vt Lyra, *& addet Deus tibi gratiam.*

Occaſiones adquirendæ virtutis conſideratio aliorum. Eccl.3.n.21. Lyra.ibi.

760. Oleaſter.in Numer.c.16. n.5. Tranſlat. Pagnin. *Gratia non cadit ſub merito.*

Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Moyſes omni populo Numer. cap. 16. num. 5. *Mane notum faciet Dominus qui ſit ſuus?* Et reſpondet, *inſtrumentum non eſſe iudicij, aut meriti noſtri eſſe gratos Deo, ſed electionis eius. Quare autem illum alteri præferat non eſt noſtrum iudicare, ſed imitari nunquam arbitreris, quod bona tua emineant, ſed cum videris virtute aliqua pollere alium, ne,* (vt Antonius Abbas faciebat,) *perdas occaſionem, ſed imitare, & amplectare eum.* Vnde Hilarius in Pſalm. 14. verſ. 15. explicans: *Et opprobrium non accepit*

Hilar. in Pſ. 14. n. 15.

aduerſus

aduerſus proximos ſuos. Quid enim tam inane, tam miſerum, quam homo honoris ſuperbiens, de ſe confidans occaſiones virtutum perdere. Quaſi dicat, fomites peccaturum ſunt cogitationes ſuperbæ, & occaſiones non melius operandi prætermittere. Ideò cæcus ſedens in via cum illam inuenit ad Dominum clamauit.

Fomites peccati admiſſis, qui occaſiones virtutis relinquit.

761\. 2. Responsio Chryſoſtomi in littera citati. *Cæcus prætereuntes ſentit; quia qui multum neceſſitatur attendit ad omnia, & iſte nimis egebat, & ſolicitus attendebat.* Vnde interrogat Chryſoſtomus in Pſ. 117. citatus in Gloſſa: *Quare quatuor illi leproſi, qui neceſſitate famis perire videbantur tam copioſam, & abundantem miſericordiam inuenerunt Dei in caſtris Aſſyriorum?* Et reſpondet, *quia ſoliciti ad omnia attendentes dixerunt.* 4. Reg. 7. num. 12. *Quid hic eſſe volumus donec moriamur, ſiue ingredi voluerimus ciuitatem fame moriemur, ſiue manſe imus hic moriendum nobis eſt, venite, & transfugiamus ad caſtra Syriæ.* Quaſi dicat, neceſſitas caret lege, nos legem Dei obſeruauimus, attentè omnia proſpicimus, huc illucque eſt periculum famis & mortis. *Clamemus ad Deum, & ipſe neceſſitatem noſtram adhuc in caſtris inimicorum prouidebit.* Vnde Chryſologus, *in deſperatis cauſis eſt ipſa magiſtra neceſſitas.* Et addit: *In arduis laboribus dat crebro conſilium vis doloris.* Et Chryſoſtom. loco citato, *Tunc Deus maximè ſuam oſtendit potentiam, non à primordio, ſed quando res fuerint planè deſperata ab hominibus, hoc eſt enim tempus diuini auxilij.* Et Ambroſius in Luc. cap. 4 ait: *Quatuor illos cogente fame in caſtra Regis Syriæ tetenderunt tradit hiſtoria fuiſſe leproſos. Cur igitur Eliſæus non curabat fratres, non curabat ciues, non ſanabat conſortes, cum ſanaret alienos, non ſanaret eos, qui obſeruantiam legis, & Religionis conſortium non habebant? Niſi quia voluntas Dei, eſt medicina non gentis, & diuinum munus eligitur, non natura iure defertur.* Quaſi dicat, vera medicina, & efficax remedium eſt ſola Dei voluntas, quæ ſolum attendit ad neceſſitates illorum, qui ad omnia attendunt, & non ceſſant clamare, & rogare, vt ſaltem propter improbitatem, & inſtantiam perpetuam, beneficia, quæ poſtulant, conſequantur.

Chryſoſt. in litt. cit.

Pauperes multum attendunt ad ſua.

Chryſoſt. in Pſalm. 117. in Gloſſa.

4 Reg 7. n. 12.

Neceſſitas caret lege.

Chryſolog.

Chryſoſt. cit.

S. Ambroſ in Luc. 4.

Voluntas Dei vera medicina, quæ neceſſitates reſpicit.

Neceſſitas auſcultat omnia.

762\. Vnde Ambroſius loco citato *Diſce Chriſtiane rogare quod cupias impetrare, faſtidioſos viros, cœleſtium profectus munerum non ſequuntur, nec dormientibus diuina beneficia, ſed obſeruantibus deferuntur.* Quaſi dicat, auſcultare cæcum ſecus viam clamantem, qui increpationes diuitum non attendit, ſed ſuam tantum neceſſitatem reſpiciebat, & importunè ad Dominum clamabat, dicens, *Miſerere mei.* Et ſic munera diuinæ gratiæ conſequutus eſt. Vnde Seneca de beneficiis, *Neque gratis accepit, qui cum rogaſſet, accepit.* Quaſi dicat, importuna neceſſitas poſtulantis eſt quaſi meritum, quod premit dantem: quia vt ipſe Seneca cap. 11. de beneficiis ait: *Lacerat animum, & premit meritorum rogantium commemoratio.* Et Ambroſ. lib. 2. Offic. cap. 28. *Compatiamur alienis calamitatibus; neceſſitates aliorum, quantum poſſumus iuuemus. Et plus interdum quam poſſumus, melius eſt enim pro miſericordia, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclementiam.* Quaſi dicat, ideò Chriſtus neceſſitatibus cæci ſuccurrit, quia crudelitatem ſapiebat, cui tantum clamabat non ſuccurrere, etiamſi æmuli ſcribæ, & Phariſæi inuidia torquebantur. Et Caſſianus lib. 5. var. cap. 11. ait: *Optamus cunctum diem plenum beneficiis noſtris incurrere. Optamus vbique præſtita noſtra radiare, quia in annum viuit, quod munificentia principalis indulſerit.* Quaſi dicat, nulla dies ſine linea alicuius beneficij, quia in memoria æterna erit iuſtus, qui miſeretur, & commodat, & iucundus erit in perpetuum. Quid ergo Chriſtus Dominus cum cæco clamante, & omnia attente conſiderante non præſtaret cum iter ageret ad mortem ſufferendam, & tempus, & dies operandi cum miſeriis finiebatur.

Ambroſ. loc. cit.

Cæcus aures erigit ad audiendum.

Senec. lib. 2. de Benef.

Idem c. 11.

Precibus quod impetratur carum eſt.

Ambr. lib. 2. Offic. c. 28.

Neceſſitas poſtera humana cogit.

Caſſian lib. 5. var. c. 11.

Dies perditus qui non beneficiũ præſtat.

Mortis hora liberalis.

DIFFICVLTAS XI.

Quare cæcus clamabat dicens Ieſu fili Dauid miſerere mei?

QVæritur, quare vocibus impetrabat cæcus, & Chriſtum vocabat.

763\. 1. Responsio Chryſoſtomi in littera citati: *Quia nihil ſolutum habeat præter vocem.* Quaſi dicat, arma cæcorum, & afflictorum ſunt voces, & ideò geminant illas. Vnde interrogat Lyranus noſter ſua in Gloſſa, *Quare Sanſon ſitiens valdè clamauit ad Dominum dicens, en ſiti morior, incidámque in manus Philiſthinorum,* Iudicum c. 15. n. 18. Et reſpondet, *Actio enim erat Hebræorum in neceſſitatibus adeò maximis, vocem eleuare ad Deum. Et ideò Sanſon ſiti afflictus vociferatus eſt, & eleuauit maxillam, vt inſtrumentum occiſionis Philiſthinorum.* Quaſi dicat, ita defeſſus erat Sanſon ex prælio, & occiſione mille Philiſthinorum, quod vox, & reſpiratio tantummodo halituſque animæ in eo remanſerat. Vnde Ioſephus citatus in Gloſſa: *Dum ſitis fortiſſima illum tenuiſſet, conſiderans, quod nihil eſt virtus humana, & Dei cuncta eſſe teſtatus, rogabat, ne propter hæc iraſcens eum traderet inimicis, ſed vt potius ei in neceſſitate auxilium conferret, & à malis eriperet, & ideò voce lamentabili clamabat dicens, en ſiti morior.* Vnde Ambroſius epiſt. 70. *Dei miſericordia aperuit ſciſſuram maxillæ & fons erupit ex ea, bibit Sanſon, reſumpſit ſpiritum, & vocauit inuocationem fontis, eo quod victoria iactantiam inuocationis precibus emendaſſet.* Quaſi dicat, nulla tam ingens neceſſitas eſt, quod per voces, & preces non emendetur, & ſuccuratur.

Chryſoſt. in litt. cit.

Voces ſunt arma cæcorũ & afflictorum.

Lyran ſua in Gloſſa.

Iud c. 15. n. 18.

Voces in neceſſitatibus Hebræi dabant.

Ioſeph in Gloſſ. cit.

Voces ſuſpirij Deũ placant.

Amb. ep 70.

Oratio neceſſitatis auxiliatrix.

764\. Vnde interrogat Rupertus in Cant. cap. 2. quare Sponſus vocans Sponſam geminata voce, bis vocat illam: *Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni.* Cant. 4. n. 8. Reſpõdet eximia charitas non contenta eſt vna voce, ſed multiplicat affectus. Quaſi dicat, quia Sponſa geminauerat voces quærendo Sponſum, & vocando illum, *Num quem diligit anima mea vidiſtis? Et iterum, indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes? Et iterum mutuate dilecto, quia amore langueo. Et fulcite me floribus, ſtipate me malis,* quia voces iam deficiebant, & halitus, & Spiritus tunc

Ruper. in Cant. c. 2.

Cant. 4. n. 8.

animæ

Libanus candidatio interpretatur.

animæ voces. Ideò Sponſus vocat animam clamantem pro eo, vt coronetur, quia veniebat candidata, & pulchra lachrymando, & vociferando pro ſponſo. Ideò venit de libano, inquit Hieronymus, *Quia Libanus candidatio interpretatur, & preces, & orationes pro Deo candidatam reduns ſponſam.* Vnde Ioan. 7. de Chriſto dicitur, quod in nouiſſimo magnæ feſtiuitatis die ſtabat Ieſus, *Et clamabat, ſi quis ſitit, veniat ad me*, Ioan. 7. num. 37. id eſt, clamet ad me in neceſſitatibus ſuis, quia ſcriptum eſt, Pſalm. 90. n. 15. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum*; quia teſte Hugone clamor prouenit ex feruore charitatis. Quaſi dicat, voces & ſuſpiria cordis ſolum tantum ſunt in iis qui neceſſitatibus, & anxietatibus ſunt aſtricti, ſicut noſter cæcus quod vociferabatur, eo quod impeditus erat videre, & adire ad Chriſtum.

Ioan. 7. n. 37.
Hugo in Pſ. 90. n. 15.
Voces & ſuſpiria cordis ſunt affectus.

DIFFICVLTAS XII.

Quare cæcus Chriſtum filium Dauid vocauit?

QVæritur, quare Chriſtum obligare voluit vocando eum filium Dauid?

765. 1. RESPONSIO Abulenſis in littera citat, qui ait: *Fortè audiuit de turba aliquos ſic Chriſtum clamantes, & ipſe ſecutus eſt illos, & bona didicit, & retulit.* Vnde interrogat Lyranus quare dicitur Exodi cap. 1. n. 17. *Timuerunt obſtetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum legis, ſed conſeruabant mares?* Et reſpondet: *Informata ſunt obſtetrices per mulieres Hebræas oſtendentes eis offenſam Dei.* Quaſi dicat quamuis obſtetrices Ægyptiæ erant gentiles, & Deum verum non cognoſcebant, tamen propter ſocietatem fœminarum ſanctarum Iſraëlitarum, participes factæ ſunt timoris Dei, & execrabile ſcelus de ſuffocatione infantium non auſæ ſunt intentare.

Abul. cit. in littera.
Lyranus in Exod. c. 1. n. 17.
Societas Sanctorum participes nos facit virtutum.

766. Vnde interrogat Ambroſius Epiſt. 70. *Quare Sanſon obtulit ſe morti, & apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus dixit, moriatur anima mea cum Philiſthiim.* Iudic. c. 16. num. 30. Et reſpondet, *Quia hoc exemplo alienigenarum conſortia fugienda nos docuit: nam viuere, & mori naturæ functio eſt: ludibrio vero eſſe cum malignis indignum iudicauit.* Et addit: *Cupiens igitur tantam contumeliam, vel vltione ſolari, vel morte in reliquum peruertere. In morte ſe ipſum vicit, & inſuperabilem geſſit animam.* Quaſi diceret, tam periculoſa, & fugienda eſt mala ſocietas, quod Sanſon melius elegit ſeipſum cum praua Societate occidere, quam viuere: Et addit Ambroſius: *Et ideò eius ſepulchrum præſtantius, quam potentia fecit, non telis, ſed cadaueribus infectæ Societatis preſſus, quia humatus eſt proprio tectus triumpho.* Quaſi dicat, nulla maior victoria, neque ſepultura glorioſa, quam vincere ſe, & mori pro fugienda iniqua ſceleratorum ſocietate. Vnde Lyranus: *Occidit ſe Sanſon, quia molere eum fecerunt.* Iudic. cap. 16. *id eſt, coire cum magnis mulieribus, quas adducebant Philiſthæi, vt de illis magni homines, & robuſti naſcerentur apti ad prælium* Quaſi dicat, Sanſon ita ſentit ſociari cum idololatris, & peruerſis fœminis, quod vt ſepararet ſe ab illis, elegit ſeipſum occidere cum eis. Vnde Hieronymus comment. in c. 47. Iſai ait. *Ab Hebræis mola intelligitur ſingulariter; quod ſcilicet in modum ſcorti victorum libidini pareat.* Quaſi dicat, propter opprobrium tale, vt Sanſon ſcortis ſatiaretur occidit ſe, & omnes qui cum illo erant.

S. Ambroſ. ep. 70.
Iud. c. 16. n. 30.
Mors ſolatiū eſt in qua depranatam ſocietatē habet.
Ambr. cit.
Lyranus ſua in Gloſſa. Iudic. c. 16.
Societas mala mulierū morte fugienda, ſi alias non poteſt fieri.
Hieron. in c. 47. Iſ.

Vnde interrogat Caſſianus lib. 11. cap. 2. *Quare Samaritana impudica, quæ quinque maritos, & vnum de præſenti amicum habuit, tam ſupplex, & humiliter cum Chriſto loquuta eſt dicens*, Ioann. 4. num. 20. *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt?* Et reſpondet, *Quia, & molles mulieres ſunt, & de affectu, & cultu veræ Religionis cum Chriſto tractabat, & omnibus poſteris honeſtam conuerſandi, & loquendi tradidit formam, cum viro Religioſo de Religione, cum Sancto, de Sanctitate, cum honeſto de honeſtate, cum ſapiente de Diſciplina, & doctrina, cum bono de bonitate tractandum, & ſit cum malo*, Quaſi dicat, *ſemper contagia malorum adhærent.* Vnde Origenes lib. 2. contra Celſum, admiratus, quod Iudas retuliſſet triginta argenteos Principibus Sacerdotum Matth. 27. n. 3. ait: *Quod ſi auarus ille Iudas furari ſolitus reſtituit triginta argenteos ſatis apparet ſocietatem, & diſciplinam Chriſti efficacem in eo fuiſſe ad mouendam pœnitentiam.* Quaſi dicat, tanta, & ſalubris bona ſocietas, quod in ſcelerato Proditore conſcientiam impiam remouere videmus, vt Sacerdotibus redderet pecuniam pro venditione Chriſti malè acceptam. Quid ergo mirum, ſi cæcus noſter ex communicatione bona aliquorum vocauit Chriſtum filium Dauid, & miſericordiam peteret, & conſequeretur, quia ſociauit ſe bonis. 767.

Caſſian. lib. 11. c. 2.
Ioan. 4. n. 20.
Etiam meretrices & ſceleratæ cum Religioſis loquentes componuntur.
Mulieres propter ſocietates malas perduntur.
Origen. lib. 2. contra celſum.
Matth. 27. n. 3.
Societas Ieſu Iuda multum profuit.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare turbæ increpabant cæcum, vt taceret?

QVæritur, quare miſerum cæcum Turbæ tam crudeliter increpabant?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati: *Quia faſtidioſi diuites videbant cæcum ſordidas veſtes habentem, & non conſiderabant animæ claritatem.* Quaſi dicat, ſuperbi diuites veſtes in perſonis honorificant, non perſonas in veſtimentis ſordidis. Vnde interrogat Theodoretus, *Quare Noemi cum Ruth narraret ingentia beneficia, quæ à Sancto Patriarcha Booz acceperat* cap. 2. num. 20. Ruth dixit, *Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.* Vnde Interlinealis, *Mortuos vocat Gentiles, qui in peccato moriuntur, & quia Ruth erat gentilis, ideo Booz benedixit, quia cum Gentile idololatra tantam miſericordiam, quaſi eſſet Iſraelita, fecit?* Et reſpondet Theodoretus in Gloſſa: *Ad quæſitum gratiæ, & beneficij memori animo Noemi abſentem nurus benefactorem remunerata eſt benedictione;* 768.

Chryſoſt. in litt. cit.
Diuites faſtidioſi pauperes abhorrent.
Theodoret. in Gloſſa. Ruth. c. 2. n. 20.
Benedicti ſunt à Deo, qui veſtes ſordidas honorant.

Ruth.c.1.n.17. *benedictione, dixit enim, qui te agnouit ſit benedictus ſicut fecit cum quo fecit: ſatiauit animam inanem, non reſpexit ad paupertatem, ſed ad legiſlatorem, qui præcepit ut curam gereretur viduarum.* Quaſi dicat, Noemi repleta gratia Dei benedixit ſalutem Booz, eo quod ingentia beneficia feciſſet Ruth; non adtendens ad veſtes ſor- Ruth.c.3.n.7. didas eius, ſed ad legiſlatorem, qui præcipiebat viduis benefacere. Et omnibus creaturis dictum eſt, *Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris*; quia claritas animæ pauperis reſpicienda eſt; ideò dixit Chriſtus, coniuiæ non habenti veſtem nuptialem, id eſt, animæ Luc.22.n.5. claritatem. *Quomodo huc intraſti*, ſed cæcum clamantem, & veſtes ſordidas habentem iuſſit vocari ad ſe, & amicabiliter ei dixit, *Quid vis ut faciam tibi, & fecit omne quod voluit.* *Claritas animæ veſtis pretioſa.*

TRACTATVS XXIV AD MORES, In Caput XVIII. Luc.

De cæco ſecus viam Hiericho clamante.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare cæcus increpatus multo magis clamabat?

769. Cyrill.cit. in littera. *Pro reuerentia cultus diuini ſine pudore omnibus contradicamus.* Oleaſter.in Leuit.c.6.n.28. Tranſlat. Pagnin.

PRIMA Reſponſio eſt Cyrilli in littera citat. *Quia ſciebat fidē omnibus repugnare; utile enim eſt pro cultu diuino pudorem deponere.* Quaſi dicat, Sacerdotes, & miniſtri clamitent pro cultu Religionis, & altaris etiam ſi omnes remiſſi, & impij repugnent, & contradicant. Vnde interrogat Oleaſter in Leuitic. cap. 6. num. 28. quare præcipiebat Deus dicens in lege: *Induet ſe Sacerdos veſte linea, & tollet cineres altaris.* Sic legit Pagoinus? Et reſpondet, *Vt timeant Sacerdotes noſtri temporis qui dedignantur inferiora ſui muneris officia facere, cum audiant minus Sacerdotum eſſe cineres ab altari remouere.* Quaſi dicat, diſcant vilia facere in domo Dei, & credant, quod tunc magnificantur ne pudeat cultum diuinum cum omni curialitate adminiſtrare etiam ſi Pſ.83.n.11. ſuprema miniſteria exerceant, & audiant Prophetam: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Pſalm. 83. num. 11.

770. Chryſoſt. hom.1.in Matth. Vnde interrogat Chtyſoſtomus homil. 1. in Matth. *Quomodo honeſtiſſima Ruth abſque rubore, & verecundia in medio noctis ſilentio auſa eſt intrare in lectulum Booz, ita ut veste abſcondito, & diſcooperto pallio à pedibus eius ſe proiecit.* Ruth. cap. 3. n. 4. Ruth.c.3.n.4. Et reſpondet, *Niſi inſpiratio Dei fuiſſet in Ruth, non feciſſet, quæ fecit, quid primum laudetur in ea, quod pro cultu, & reuerentia legis diuinæ pudorem, & metum amiſit; quia deſiderabat filios ſuſcipere ex ſemine Iſrael, & vna fieri ex populo Dei. Laudatur etiam in ea ſimplicitas, quia vltronea ſub pallium Booz ingreſſa. Nec pudorem habuit, ne fortè ſperneret eum, quaſi iuſtus laſciuam, aut ne illuderet eum, & quod grauius erat contemneret deluſam, ſicut faciunt hodie. Sed obediens ſocrus ſuæ conſiliis confidenter credidit, quod proſperaturus eſſet Deus actum ipſius, ſciens conſcientiam ſuam.* Quaſi dicat, fides Ruth tanta, & tam ſuprema fuit, quod perhibente ſibi conſcientia ſua pro cultu diuinæ legis, quam deſiderabat, pudorem amiſit. Et ita adimpletum eſt, quia Deus honorificauit illam; ita vt ex progenie eius Verbum æternum carnem aſſumpſerit; quia ſcriptum eſt, *Sic nos tu viſita, ſicut te colimus.* Et ideò cæcus, quem homines increpabant, magis ſine pudore, & metu clamabat, fili Dauid miſerere mei, & Dominus gemitus compeditorum audiuit, & illuminauit eum. Pſal.101.n.25. Pſ.101.n.25.

Inſpiratio Dei audaciam præſtat. *Fœmina deluſa contemnitur.* S.Thom. in opuſc. de ſacrat.

2. RESPONSIO Abulenſis in littera citati, *Si cæcus dum increpabatur taceret, paruam fidem oſtenderet; ideò quanto magis increpabatur tanto magis clamabat, quia fides erat magna.* Quaſi dicat fides, quaſi argentum igne contradictionis probatur. Vnde interrogat Hieronymus Commentar. in cap. 1. Matth. quare proſapia Noemi tantum à Deo honorificata eſt, vt Verbum diuinum ex eius progenie naſci dignatum eſt? Et reſpondet, quia Ruth alienigena 771. Abulenſ.in littera.cit. *Parua fides cito extinguitur.* Hier.Com. in c.1.Matt.

Inſtructiones in fide nimis grata ſunt Deo. Hieronym. cit.

gena à ſuo latere non receſſit, & in fide diuinæ legis eam inſtruxit, etiam contradicentibus conſanguineis Ruth, vt non abiret cum illa. Et addit Hieronymus, vide quanti meriti ſit deſertæ perſtitiſſe ſolatium. Quaſi dicat, Ruth contradicentibus ſuis legem diuinam quæſiuit, & Noemi tanquam viduæ deſertæ, & deſolatæ illi ſolatium præſtitit; & ideò fides earum coronata eſt. Et Chryſoſtomus homil. 1. in Matth. loquens de difficultatibus, & diligentiis quas Booz præſtitit pro fide, & obſeruantiâ diuinæ legis, ait, Booz pro merito ſuæ fidei Ruth accepit vxorem, vt ex coniugio tali ſanctificato genus naſceretur Regale: nam Booz ſenior conſtitutus non ſibi vxorem accepit, ſed Deo, non propter paſſionem corporis, ſed propter iuſtitiam legis, ætate ſenex: iuuenis autem fide. Quaſi dicat, ſi effectus cauſæ correſpondere videtur, qualis fuit fides Booz, ſiquidem ea eius coniugio Verbum caro futurum reſultauit. Ideo fides cæci magis creſcebat, quanto difficultates maiores eum increpabant.

Chryſoſt. hom. 1. in Matth.

Fides fernoroſa corona Patriarcharum.

DIFFICVLTAS XV.

Quare Chriſtus interrogauit cæcum, quid vellet?

QVæritur, ſi Chriſtus ſciebat, quod illuminationem cæcus volebat quare interrogat eum, quid vellet?

772. Abul. cit. in littera. *Oratio gaudium grande Deo præſtat.* Cyrill. lib. 2. c. 28. *Oratio dilatata grata Deo.* Hugo in Cant. Aug. ſer. 5. de Verb. Dom.

1. RESPONSIO Abulenſis citat. in littera, *Vt amplius eum ad orationem, & rogationem excitaret.* Quaſi dicat, ineffabile eſt gaudium, quod Deus ex orationibus recipit. Vnde Cyrillus lib. 2. cap. 23. *Gratiora ſunt Deo, quæ petuntur ſi aliquantulum differantur.* Et Hugo. *Deus aliquando non exaudit, neque dat ſtatim quod petitur, vt auidius petatur, vt cum exaudierit, & petitum dederit diligentius cuſtodiatur.* Vnde Auguſtinus ſermon. 5. de Verb. Domin. *Cum aliquando tardius dat, commendat ſua dona, non negat: diu deſiderata dulcius obtinentur.* Quaſi dicat, ſi dilatat Deus precum, & orationum effectum eſt: quia de noſtris deſideriis, & orationibus, quaſi faſciculum florum fecit. Quia fides rogantium, & petentium, quaſi argentum per ignem probatur.

773. Ambroſ. ſer. 528. Iud. c. 13. n. 6. Interlin. in Gloſſa. *Oratio caſtitatem donat.* Ambr. cit.

Vnde interrogat Ambroſius ſerm. 528. *Quare ante decollationem Holofernis*, de Iudith dicit Scriptura cap. 13. num. 6. *Quod ſtetit ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in ſilentio.* Et reſpondet, Interlinealis, *quia ſupremum auxilium à Deo petebat, qui congratulabatur orationi Iudith.* Et addit Ambroſius loco citato: *Ideo orationis feruore caſtitas pudorem proprium ſeruauit intactum, & quietum, decepitque alienum.* Quaſi dicat, ſi effectus orationis fuit dilatus, ideò tam pignoratus, & abundans à Deo deſcendit, quòd caſtitatem, & fortitudinem Iudith obtemperauit, quia fides eius quaſi argentum per ignem examinata eſt. Vnde Hugo citatus ponderans diſſimulationem Chriſti ad prolixam orationem Chananeæ ait. *Primo nihil reſpondit Dominus. Poſtea reſpondit, quaſi negando quod petebat dilatione ſic excitans deſiderium.* Quaſi diceret, increpabat eam, ſicut turbæ cæcum, vt repulſionibus, & oblatihus deſiderium creſceret, & Deo congratularetur, Ideò Chryſoſtomus hom. 53. in Matth. ait. *Ideò certè repellebat Dominus, vt ad hanc vocem conſequentia rerum conueniret, vt fulgente corona mulierem coronaret.* Quaſi dicat, quod prolixè orat coronam lapidibus ornatam capiti ſuo texere videtur, ideo Chriſtus cæcum interrogat qoid vellet, vt deſiderium, & orationem magis excitaret.

Hugo cit. *Deſideria orationis dilata creſcunt.*

Chryſoſt. hom. 53. in Matth.

Oratio corona eſt pretioſa.

2. RESPONSIO Hieronymi in littera citati: *Interrogauit Chriſtus quid vellet, vt ex reſponſione cæci debilitas eius appareret.* Quaſi dicat, ecuretatam voluntatem exquirit Deus, & confirmatam in deſiderio conſequendi quod petitur, quia multi videntur efficaciter orare ore, ſed non corde, quia orant laboribus circundari, & poſt tormenta tranſacta promiſſis, & orationibus faſtidiantur, ſi ad memoriam reducuntur. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Pharao Moyſi Exod. cap. 9. num. 28. *Orate Dominum, vt non ſint tonitrua, & dimittam vos?* Et reſpondet: *fingunt impij ſe ideò velle à malis liberari, vt bene agunt, & cum fuerint liberati in ſuis impietatibus manent, multa enim pollicentur mali, dum flagellantur; ſed ſi flagellum auferas omnia mentientur.* Ideò Chriſtus à cæco ratificationem in petitione examinat, quia multorum oratio debilis, & fragilis eſt, & menticuloſa, & ſponſum quærere fingunt, ſed non inueniunt, quia tales orationes Deus non ſuſcipit. 774.

Hieron. cit. in litt.

Orationes ore & non corde Deus nō exaudit.

Oleaſter. in c. 9. Exod. n. 32. Tranſlat. Pagnin.

Nauigantes orationes in tempeſtatibus faciunt laudabiles.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare dixit Chriſtus cæco, Reſpice, fides tua te ſaluum fecit, & confeſtim vidit?

QVæritur, quare abſque vlla circunſtantia, ſed abſolutè dixit: reſpice.

1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in littera citati: *Vide quid aſſumat medicus ab eo, cui donata eſt ſanitas. Fides tua, inquit, te ſaluum fecit.* Quaſi dicat, ſolus Deus eſt, qui munera non accipiat pro quocumque beneficio collato, vt noſtro idiomate Hiſpano loquar, *Que todo el mundo ſe mueue por interes.* Vnde interrogat Ambroſius lib. de Dignitatib. Sacerdot. cap. 5. quare Giezi maledixit Eliſæus dicens, *Lepra Naaman* 775.

Chryſoſt. in litt. cit.

Hiſpano locutio todos ſu mueue por interes.

adhærebit

Ambroſ. lib. de dig. Sacerdot. c. 5. 4. Reg. 5. n. 17.

adhærebit tibi, & ſemini tuo in ſempiternum? 4. Reg. cap. 5. Et reſpondit, *Lepram, cum Giezi à ſancto ſuſcepiſſe ſe credant Eliſæo, qui gradum Sacerdotalem æſtimant pecuniis comparari.* Et addit: *Non tamen ſatis eſt, ſi lucrum ipſe non quæras; familia quoque tua cohibenda ſunt manus.* Quaſi dicat, caueant miniſtri, & Prælati, officia & dignitates eſſe venalia, neque vt innocentes lauent manus ſuas, quia munera non accipiunt, ſi tota familia ſua muneribus corrumpitur. *Videant, quod modo citò in Giezi ſeruo Eliſæi turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia malè quæſita corpus animumque commaculat.* Et Chryſoſtomus homil. de Naaman Syro, *Naaman Syrus curatur, & lepra Giezi perfunditur ſeruus; Syro fides attulit gloriam, & ſeruo perfidia ſuſtulit pœnam, alius ſuis redditur ſanus; alius cunctis oſtenditur maculatus, alius virtutis exemplum oſtendit, alius meritum fallacia demonſtrat.* Quaſi dicat, miniſter Eliſæus erat Dei fidelis, & ſeruus, cupidus, & damnabilis, vt ſua cupiditate gloriam, & honorem ab Eliſæo auferret: Perpende *alius meritum fallacia demonſtrat.* Quaſi dicat, quod fallaciæ ſpecie multi opera bona faciunt, ſed munera, commoditates, pecuniaſque quærunt.

Manus miniſtrorum muneribus repleta.

Chryſoſt. homil. de Naaman.

Mali cupidi miniſtri honorem Regi tollunt.

776. *Oleaſter in Exod. c. 8. n. 25. Tranſlat. Pagnin.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Pharao dixit Moyſi, & Aaron. Exod. cap. 8. num. 25. *Ite ſacrificate Deo veſtro?* Et reſpondet, *ſinit Diabolus homines facere bona opera, & ad ea inſtigat, ſed cum aliqua conditione, qua bonum opus malum faciat. Sic prædicare bonum non eſt? Maximè: vero ſi ſolum pro pane lucrando, & pecuniis adquirendis hoc fiat hoc non eſt Diabolicum, & condemnabile, confeſſiones audire optimum eſt, ſed ſolum vt pellem ab ouibus detrahant, & muneribus repleantur qui ſolutionem dant, hoc malum eſt? Sinebat Pharao Iudæos colere Deum ſuum, ſed in terra Ægypti, quæ ob cultum idolorum ei abominabilis erat. Volunt enim impij pios docere bene operari, qui melius ſe ſinerent à piis doceri. Sed iuſti non norunt ſic Deum colere neque facere opera bona propter ſtipendia tantummodo. Sed ſicut Chriſtus, qui cæcum illuminauit, & pro ſalute donata dixit illi, fides tua te ſaluum fecit.* Quaſi nullo alio præmio voluit ſolui niſi incrementa virtutum & fidei. Vnde Ambroſius 10. in Lucam, *Habes Domini præceptum gratis accipere, & gratis dare, nec vendere myſterium, ſed offerre.* Et addit: *non enim pretio taxatur Dei gratia, neque in Sacramentis lucrum quæritur, ſed obſequium Sacerdotis.* Et Chryſoſtom. homil. de Naaman: *Per Naaman Deus collaudatur per Giezi cæleſte iudicium metuitur.* Quaſi dicat: ô quanti lepram peccatorum tergunt, & ipſi ſcatentes remaneot per auaritiam, & cupiditates. Et addit Chryſoſtomus. *Inde ſalus naſcitur; hinc metus, inde gloria petitur, hinc fraudis moleſtia, formidatur, vt exemplis, & fides pretium, & perfidia ſupplicium cunctis gentibus monſtretur.*

Diabolus ſub ſpecie confeſſandi, & prædicandi multos habet.

Ambroſ. 10. in Luc.

Chryſ. hom. de Naaman. Syro.

Cupidi Sacerdotes ſcatent lepra.

DIFFICVLTAS XVII.

Quare Chriſtum ſequebatur cæcus laudans eum?

QVæretur, quare permiſit Deus, vt cæcus glorificans eum adiret?

1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in littera citati; *Quia oſtendebat clamando ſanitatem, quod non erat ingratus;* quia vt inquit Seneca: *Ingratus quoque pœna cum ipſo munere incurrit.* Quaſi dicat, nulla maior pœna vel ſupplicium animo ingrato ſubuenit quam recordatio beneficij accepti abſque vlla commutatione vel gratitudine. Vnde interrogat Origenes lib. 2. de Iob, quare tam impatienter patientiſſimus Iob ad vxorem ſuam loquutus eſt, dicens, *Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es?* Iob 2. num. 10. Et reſpondet; quia erat ingrata Deo, à quo, ſi bona acceperant, quare etiam mala non deberent æſtimare. Neque valet dicere, quod Adam peccauit, vt complaceret vxori. Ad quod reſpondet Origenes loco citato: *Ideò in laqueo ſerpentis incidit Adam, quia vt non diſpliceret vxori Deo ingratus fuit.* Verba Origenis ſunt: *Sic Iob reſpexit eam, qui ante ad Deum reſpiciebat, qui primum Dominum contemplabatur, qui dudum ad æternam incorruptionem ſinceriter intendebat.* Et addit Origenes; *Ipſe vero, ſcilicet Adam, reſpexit ad vxorem, ad inſidias inſidias, ad ſubuerſionem, ad ruinam.* Quaſi dicat, ingratus, vt Adamus ſolum reſpexit ad ſuas proprias commoditates, & delectationes, & in proſperis conſtitutus in iuſtitia, & gratia non recordatus eſt beneficiorum receptorum, & Iob tam in aduerſis, quàm in proſperis Deo gratias agebat. Et ita ſerpens per oſtium ingratitudinis ingreſſus eſt, vt Adamum vinceret: Iob autem accepit duplicia à Deo ex omnibus perditis, quia gratus extitit in aduerſis, ſicut & in proſperis. 777.

Chryſoſt. cit. in litt. Senec. lib. de Benef.

Origen. lib. 2. de Iob.

Ingrati beneficiis lacerantur. Iob. c. 2. n. 10.

Origen. cit. Ingrati ſe ſolos reſpiciunt.

Ingratitudo oſtium totius perditionis humanæ.

Vnde interrogat Rupertus in cap. 2. Geneſ. *Quare in tam breui temporis interuallo, quo creatus fuit Adam vſque ad ruinam totius generis humani, ſtatim vt in eo inſpirauit ſpiraculum vitæ, vel animam creauit, quare tam breuiter permiſit Deus, vt caderet, & quod ſerpens intraret in paradiſum, & colloqueretur cum Eua, & falleret illam, & illa dediſſet citò pomum Adæ, & Adam comederet, & cecidiſſet, & cùm eo omnes perderet? Vnde tam præceps, & inaudita ruina?* Et reſpondet, *Ex ingratitudine Adæ; quia cum tot beneficia recepiſſet, & immortalitatem, iuſtitiamque originalem à Deo cumulatus eſſet,* inquit Rupertus, *tamen periit, & cum inſpiraſſet in eo ſpiraculum vitæ, non reſpirauit gratitudinem.* Quaſi dicat, Prima hominis reſ- 778.

Rupert. in Gen. c. 2. n. 7. Tranſlat. Hebr.

Ingratitudo ruina fuit vniuerſalis.

Rupert. cit. Gen. c. 2. n. 7.

L 2 piratio

Nec reſpirare ante gratitudinem debemus. Senec. lib. de Benef.

pirario poſt tot accepta à Deo beneficia gratitudo debuit eſſe. Et quia Adam tacens præſtitit, citò cecidit quaſi ingratus; quia vt inquit Seneca: *Ingratum eſt beneficium quod diu inter manum dantis hæſitat; id eſt; non debet eſſe tardus, & negligens qui recipit, ſed ſtatim gratias immenſas Deo dare; ſicut contigit noſtro cæco qui poſt acceptum beneficium ſequutus eſt Chriſtum clamando, & gratias agendo pro beneficio accepto, ſicut antea clamabat deſiderans beneficium accipere.*

779. Hieron. cit. in litt. *Solliciti ſemper ſunt inquieti.*

2. RESPONSIO eſt Hieronymi in littera citati, *Cæcus ſequebatur Chriſtum iam non tam pedibus, quàm virtutibus.* Quaſi dicat, vita impiorum in ſolicitudine eſt, quia ſunt homines ita inquieti & ſolliciti pro rebus temporalibus, vt ſi aliquando venit, quod quieſcant, ſtatim moriuntur, quibus idem accidit quod trochis puerorum, quos in ſcutica vi pulſos rotare videmus, teſte Nazianzeno. Sic ſunt multi, qui die ac nocte inquieti ambulant, & nunquam gradum perfectionis adquirunt, etiam ſi in domo Dei aſſiſtant. Et iſti de ſe præſumere videntur, quod ſi requieſcant peribunt: ad quos loquitur Auguſtinus ſerm. 126. de tempore, *Quieſcite agere peruerſe*, Iſai 1. numer. 16. *Quia animus tantam de Deo ſuſcepit largitatem, quantum credulitas ſibi poterat vindicare. Perfecti autem, qui non pedibus, ſed vir-*

Naz. cit. *Scutica trochos rotare faciunt. Inquieti ſi quieſcunt pereunt.* Aug. ſer. 126. de tempore. Iſ. 1. n. 16. S. Nilus in Aſcet.

tutibus ſequuntur Chriſtum, inquit Sanctus Nilus in Aſcetico, *Animus perfectus lilium, inquit Sponſa, eſt inter ſpinas*, Canticor. 2. numer. 2. *Lilium enim in Euangelio*, Matth. 6. numer. 28. *quietum animum, & minimè ſolicitum ſignificat. Non laborant, inquit Dominus, neque nent.* Quaſi dicat, qui pedibus perfectionis, & virtutum ſequitur Chriſtum inter ſpinas, ſicut roſa germinat à quibus perforantur folia eius quia iuſti non laborant, neque nent, imò in tribulationibus, & non minus plagis ſuis gaudent quàm Regiis triumphis. Vt Chryſoſtomus ait: *Et de quodam Martyre dicebat* Baſilius homil. de Barlaam Martyre, *Flagella loco gaudij duxit, flagellis ſe tanquam roſis impeti arbitratus, efferatas ſatellitum acies riſit, pericula calcauit, ac ſi ſuper roſis tripudiaret.* Quaſi dicat, non laborat, qui gradus perfectionis quærit, ſed paradiſum, & gloriam inuenit in laboribus. Vnde Ambroſius: *Tum vincit Chriſtianus, cum perdere putatur, & tunc perdit perfidia cum ſe viciſſe gratulatur, plaudit ergo cum illi inſultatur, & ſurgit cum premitur, vt videre eſt.* Quaſi dicat, in cæco illuminato à Chriſto, qui eum ab increpantibus premererunt, vt taceret, ipſe ſurrexit inſultans, & gaudens gratulans, ſequebatur Chriſtum virtutibus, & non ſolum pedibus vt vetus Chriſti Diſcipulus.

Cant. 2. n. 2. Matth. 6. n. 28.

Chryſoſt. cit. Baſil. hom. de Barlaam Martyre.

Ambr. ſup. cit. in Luc.

TRACTATVS

TRACTATVS XXV.

AD LITTERAM, In Cap. VI. Matth.

De Ieiunio, & de Hypocritis.

TEXTVS.

16. CVM autem ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant
enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen di-
co vobis, quia receperunt mercedem ſuam. 17. Tu autem cum
ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, 18. Ne videaris
hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito, & Pa-
ter tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. 19. Nolite theſaurizare vobis the-
ſauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & fu-
rantur. 20. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo, neque
tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, neque furantur; 21. Vbi enim
theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum.

EXPLANATIO litteræ.

780. *Ab oratione excludenda inanis gloria.*

POSTQVAM Chriſtus inſtruxit nos circa orationem, quando erat actus latriæ, excludendo ab ea intentionem inanis gloriæ, hic excluſit eamdem intentionem circa ieiunium, quod eſt opus pœnitentiæ, & ad latriam poſſet pertinere. Huc vſque Abulenſis in Prologo ſuper cap. 6. Matth. Vnde Chryſoſtomus ſuper Matth. dicit, *Quod oratio non eſt fortis, niſi quando fit in ſpiritu humiliato, & corde contrito. Quando autem deliciis fruitur, ſpiritum humilem, & cor contritum non habet, ideo, oportuit, vt poſt orationem, de ieiunio tractaretur.* Cum ieiunatis, id eſt, cum ſeruare præcepta Eccleſiæ incipiatis, obſeruanda eſt forma quæ hic ſcribitur.

Abul. in prolog. ad c. 6. Matth.
Chryſoſt. in Matth.

781. Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, id eſt, nolite fieri triſtes ſicut hypocritæ ſe oſtendunt quando ieiunant, vt videatur eis prouenire hoc ex magnitudine ieiuniorum. exterminant enim faciem ſuam, vt appareant. *Demoliuntur* legit Hieronymus, Hilarius, *conficiunt*, Chryſoſtomus, *corrumpunt*, alij *obſcurant*, Maldonatus *ſimulant natiuum colorem*; melius Abulenſis citatus exterminant. *Ponunt facies extra terminos facierum humanarum.* Vnde Pſ. 79. dicitur, *Exterminauit eam aper de ſylua, id eſt, vineam Domini, vel populum eius.* Aper de ſylua, id eſt, expulit de ſua terra propria, & exules fecit.

Hieron. in Matth.
Hilarius.
Chryſoſt.
Tranſlat. alia.
Maldonat. in Matth. 6.

Vt appareant hominibus ieiunantes, quia videbantur facies eorum facies mortuorum præ nimio pallore, qualis non competit viuentibus, & talem colorem hypocritæ ex quibuſdam vnguentis, aut fumo aliquatum tetum aſſequebantur. Vnde Abulenſis citatus, *In hoc nihil aliud hypocritæ quærunt niſi inanem gloriam.* Amen dico vobis, in veritate aſſero, ſeu non dubitetis. Vel vt Hieronymus, *Verè dico vobis*, receperunt mercedem ſuam, id eſt, ſi aliquod bonum fecerunt ieiunando; quia ieiunare bonum eſt, nullam mercedem, ex hoc conſecuturi ſunt in vita æterna, quia hic receperunt eam, id eſt, gloriam humanam, quam deſiderauerunt. Et licet non iſtam conſequantur, ſed vituperationem, quia ab aliquibus cognoſcuntur, tamen iam in affectum hic receperunt mercedem. Huc vſque Hieronymus citatus. 782.

Abul. in c. 6. Matth.
Pſ. 79. n. 14.
Exterminare eſt exulare
Hypocritæ fumo & vnguentis colorē pallidū vertunt.
Merces hypocritæ vana gloria.

Tu autem cum ieiunas. Hic conditiones ieiunij vtilis aſſignantur. Vnge caput tuum, id eſt, oleo, vt in terra Chanaam, quia tum propter calores, tum propter iocunditatem vngebantur, & facies aquis ſubtilibus, & delicatis lauabant. Vt non videaris ab hominibus ieiunans. Tota ſententiæ intentio eſt, vt ieiunando fugiamus vanam gloriam. Et vt Hieronymus ait vt lætos & feſtiuos ieiunantes nos oſtendamus; intus autem corda contrita, & humiliata perſiſtant, & tunc Pater æternus, qui eſt in abſcondito penetrans renes, & cor reddet tibi. Reliqua per quæſtiones diſputabuntur, & poſtea ad mores applicabuntur. 783.

Hieron. in Matth.
Ieiunantes facies hilares habeant.
Hieronym.
Intus cor contritū, & humiliatum.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio.	1. Cum autem ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.
Tranſlatio Vatabli.	2. Porro cum ieiunatis, ne ſitis ſicut hypocritæ tetrici, obſcurant enim faeies ſuas.
Tranſlatio ex Syriaca.	3. Cum autem ieiunatis, ne ſitis atrati ſicut acceptores vultus. Hypocritæ deturpant enim vultus ſuos, vt appareāt hominibus ieiunātes.
Tertullianus libr. 2. contra Marc.	4. Lex ieiunij ſine triſtitia tranſigenda.
Caietanus in Enang. Matt. 6.	5. Nolite fieri ſicut hypocritæ tetrici, hoc eſt vultu mœſti.
n. 16. vbi Vulgata.	6. Receperunt mercedē ſuam.
Tranſlatio Vatabli.	7. Abſtulerunt mercedē ſuam.
Tranſlatio ex Syriaca.	8. Equidem ego dico vobis receperunt mercedem ſuam.
n. 17. ex Vulgata	9. Tu vero cum ieiunas ablue vultum tuum.
Trāſ. ex Syriaca.	
Tranſlatio Vatabli.	10. Et Pater tuus qui eſt in occulto reddet tibi in propatulo.
Tranſ. ex Syriaca.	11. Et Pater tuus qui videt in in abſcondito, ipſe rependet tibi.
n. 19. ex Vulgata nolite theſaurizare vobis..	
Tranſlatio Vatabli.	12. Ne recondatis vobis theſauros in terra vbi ærugo, & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt, & furantur, ſed recondite vobis theſauros in cœlo.
Tranſlatio ex Syriaca.	13. Ne reponatis vobis theſauros in terra loco vbi tinea, & ærugo corrumpunt, ſed reponite theſauros in cœlis.
Caietanus in Euangelia.	14. Ne recondas theſauros in terra.
Interlinealis in Gloſſa Lyrani.	15. Theſaurizate non mihi, ſed vobis?
num. 21. Tranſlatio Vatabli.	16. Non vbi fuerit theſaurus veſter, ibi, & cor veſtrum.
Tranſlatio ex Syriaca.	17. Vbi enim eſt theſaurus veſter, ibi, & cor erit.
Tertullianus.	18. Vbi erit cor tuum, illic erit theſaurus tuus.
Interlinealis in Gloſſa Lyrani.	19. Vbi pecunia, ibi cor tuum erit.

DIFFICVLTAS I.

Quid ſit Ieiunium?

QVæritur de quidditate, & definitione ieiunij qualis ſit?

1. RESPONSIO Iſidori qui ſic diffiniuit. *Ieiunium eſt parcimonia victus, abſtinentiaque ciborum.* Quaſi dicat, qui abſtinet ſe à carnalibus cibis, & cum parcimonia comedit horis ſtatutis ab Eccleſia, iſte verè ieiunat. 784. Iſidor. cit. ab Abul. *Definitio ieiunij ab Eccleſia determinati.*

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 124. in cap. 6. Matth. *Ieiunium* (dicit) *non ſolum requirit abſtinentiam à cibis; ſed etiam ab vnctionibus, & alijs delectamentis*, Vnde dicit Dan. cap. 10. n. 2. *Ego Daniel lugebam in diebus illis trium hebdomadarum diebus, panem deſiderabilem non comedi, caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque vnguento vnctus ſum donec complerentur hebdomadarum dies.* 785. Abul. q. 124. in c. 6. Matt. *Ieiunans ab omni re illicita abſtineat.* Dan. c. 10. n. 2.

3 RESPONSIO Origen. homil. 10. in Leuit. *Inuenimus in quodam libello ab Apoſtolis dictum, Beatus qui ieiunat, vt alat pauperem. Huius ieiunium valde acceptum eſt apud Deum; imitatur enim illum, qui animam poſuit pro fratribus ſuis.* Quaſi dicat: valde antiquiſſimus eſt mos ieiuniorum, quæ ab Apoſtolis obſeruabantur. Et optima ieiunij pars eſt ex proprio alimento alere pauperes. 786. Origen. homil. 10. in Leuit. *Ante Apoſtolos ieiunium inchoauit.*

4. RESPONSIO Ambroſij epiſtol. 81. *Qui ſunt qui meritum ieiunij excludunt? Nonne Gentilium vox eſt, manducemus, & bibamus; cras enim moriemur.* Quaſi dicat, *Contradictio ieiuniorum, & fugere obſeruantiam eorum, mos eſt Gentilium, vel Hæreticorum & Atheiſtarum, qui animas hominum ab equis non diſtinguunt.* 787. Amb. ep. 82. *Atheiſta illi qui negant ieiunium.*

5. RESPONSIO Cypriani ſerm. de ieiunio: *Quotquot viros virtutum vidimus, ſine ieiunio, non legimus aſcendiſſe, quotquot à Deo aliquid obtinere conati ſunt, ieiunio incubuere, &* 788. Cyprian. ſer. de ieiun.

lachrymis

Ad cœlum ſine ieiunio nemo ibit. *lachrymis nec defuit prouentus.* Quaſi dicat, ad cœlum aſcendere ſine ieiunio impoſſibile eſt. Vnde Athanaſ. de Virg. *Per ieiunium & obedientiam in Paradiſum,qui volet redibit.*

789. Chryſoſt. in cat.S.Th. 6. RESPONSIO Chryſoſtomi in catena Sancti Thomæ: *Quia oratio illa fortis eſt,quæ fit in ſpiritu humili, & corde contrito. Qui autem delicijs fruitur ſpiritum humilem, & cor contritum habere non poteſt,manifeſtum eſt,quod oratio ſine ieiunio gracilis eſt,& infirma.* Quaſi dicat, *Sine ieiunio oratio gracilis & infirma.* qui pro quacumque neceſſitate voluerunt orare ieiunium cum oratione iunxerunt; quia ieiunium adiutorium eſt orationis, & omnium virtutum fundamentum, ideo Eccleſia Catholica à ieiuniis in Quadrageſima incipit quia peccatores,qui ad cœleſtia anhelant, ab eleemoſyna, & ieiunio pœnitentiam incipere debent. Vnde Baſilius ait, *Ieiunium animæ noſtræ alimentum eſt, leuas ei alas producit, vt ſumma contemplari queat.*

DIFFICVLTAS II.

Quomodo ieiunantes non triſtes apparere poſſint.

790. QVæretur, quomodo macerando carnem ieiuniis vultus non triſtis apparere poſſit?

Chryſoſt. in cat.S.Th. citat. 1. RESPONSIO Chryſoſtomi in catena citati; *Sciebat enim Dominus gloriam vanam ex omni bono opere procedere; ideo ſpinam vanæ gloriæ, quæ naſcitur in terra bona, iubet præſcindere,ne ſuffocet ieiunij fructum; non autem poteſt fieri, vt non ſentiatur qui ieiunat ſed melius eſt, vt ieiunium te oſtendat,quam tu ieiunium.* Quaſi *Ieiunium te oſtendat, non tu ieiunium.* dicat,non poteſt fieri,vt ſit hilaris, qui ieiunat; ideo non dixit,nolite eſſe triſtes, ſed nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes,qui enim per impoſturas aliquas fallentes apparent, illi non ſunt triſtes, ſed fiunt; qui autem naturaliter propter aſſiduum ieiunium triſtis eſt, non fit triſtis, ſed vere eſt.

791. Tertul.lib. de ieiunio. 2. RESPONSIO Tertulliani lib.de ieiunio; *An vero quia ieiunium hypocritarum a Christo reiicitur, & prohibetur, ideo ieiunandum omnino non eſſe intellexit? Cur ergo docuit, quam regulam ieiunaturis dirigeret? Cur ipſe ieiunaſſet?* *Chriſtus regulas ieiuniorum præſtituit.* *Cur Apoſtolos poſt Aſcenſionem ieiunaturos prædixit.* Quaſi dicat, *quis vere Chriſtianus ſine ieiunio poteſt eſſe? ſeruando, & ſeparando quæ hypocritæ faciunt,& Chriſtus docet.*

792. S.Bern. ad Guillelm. Abbat. 3. RESPONSIO Bernardi ad Guillelm. Abbatem, *Qui magis impius,an profitens impietatem, an mentiens ſanctitatem? Nonne is, qui* *Hypocrita impius eſt.* *etiam mendacium addit,geminat impietatem.*

793. Lyranus ſua in gloſſa. 4. RESPONSIO noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *Hypocrita in Hebræo ſonat ſub & aurum, quia ſub auro exterioris conuerſationis habet abſconditum plumbum falſitatis.* Quaſi dicat: *Hypocrita moneta falſa.* Hypocrita eſt ſicut moneta, quæ imaginem habet Regis, & intus plumbum per quod damnatur. Sic hypocritæ Deum oſtentant,& intus eius habent offenſam viſionis inferni dignam.

794. S Leo ſerm. de Epiph. 5. RESPONSIO Sancti Leonis Papæ ſerm. de Epiphania; *Non ſunt autem caſta ieiunia, quæ non de ratione veniunt continentiæ, ſed arte fallaciæ.* Quaſi dicat,qui non ieiunat ſimpliciter,& vt fidelis Chriſtianus hic fallacias quærit hypocritas.

6. RESPONSIO Abulenſis q.175. *Chriſtus non vetat hic triſtitiam ieiunantium,quæ eſt quædam grauitas naturalis nam per ieiunium corpus affligitur,& non eſt poſſibile quod id quod in corpore eſt, non oſtendatur in vultu ſed prohibuit Chriſtus triſtitiam voluntariè aſſumptam, & oſtenſam per hypocriſim.* Quaſi dicat,quia hypocritæ deſiderant honores, volunt videri boni, cum ſint mali. Et ideo oſtendunt ſignis exterioribus id quod deſiderant & hoc contingit artificialiter, & aliquando naturaliter exterminando facies ſuas,vt quæſtione ſequenti patebit. 795. Abul.q.175. *Vultus oſtentat quid ſit in corpore.*

DIFFICVLTAS III.

Quomodo hypocritæ exterminant faciem ſuam, & ad quid?

QVæretur, quod ſit exterminare faciem, & hypocritæ ad quid exterminabant? 796.

1. RESPONSIO Hieronymi citati in catena Sancti Thomæ, *Verbum, exterminant, quod in Eccleſiaſticis ſcripturis vitio interpretatum tritum eſt aliud multo ſignificat quam vulgo intelligitur exterminantur quippe exules,qui mittuntur extra terminos. Pro quo ergo ſermone demoliuntur accipere debemus.* Quaſi dicat,demolitur hypocrita faciem ſuam,vt triſtitiam ſimulet & animo forti lætanti luctum geſtet in vultu. Hieronym. in cat.S.Th. *Exterminare eſt colorem faciei exulare.*

2. RESPONSIO Gregor. lib. 8. moral. *Nam ora palleſcunt, corpus debilitate quatitur; pectus interrumpentibus ſuſpiriis vrgetur, nihilque tanto labore aliud niſi æſtimatio humana cogitatur.* Quaſi dicat, tormenta quæ patitur hypocrita macerandi corpus ſuum inanis gloriæ lætitia,quæ latet in corde recompenſatur. 797. Greg.lib.8. moral. *Hypocrita corde refocillatur vana gloria.*

3. RESPONSIO noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *Sicut fiunt quædam vnguenta ad exterminandum prædicto modo faciem, & forte talibus vtebantur ad ſimulandam pœnitentiam, ſicut etiam Trutanni talibus vtuntur ad extorquendam pecuniam per quæſtum.* 798. Lyranus ſua in gloſſa. *Mulieres vnguentis & fuco vtuntur & hypocritæ.*

4. RESPONSIO Gloſſæ. *Exterminant faciem ſuam hypocritæ, id eſt, extra terminos humanæ conditionis obducunt ſicut de nitore veſtium iactantia eſt. Sic de nimio ſqualore & macie, demoliri eſt, quaſi diſſipare, & venuſtatem vultus quaſi ad nihilum redigere.* Quaſi dicat, grande ſecum portat periculum veſtes ſqualidas habere; quia diſſipare, & perdere intendant tales virtutem,quæ latet intrinſecus. Vnde Auguſt. ſerm. Dom. in monte. *Qui profeſſione Chriſtianitatis inuſitato ſqualore,ac ſordibus intentos in ſe hominum oculos facit,cum id voluntate faciat, & non neceſſitate patiatur cæteris eius operibus poteſt cognoſci,vtrum hoc contemptu ſuperflui cultus, an ambitione aliqua faciat.* Quaſi dicat,hypocrita, & fallax eſt, qui ſordidis veſtibus, & nudis pedibus ambulat, ſi aliquomodo dignitates deſideret,& prætendat. 799. Gloſſ.ordin. *Hypocrita vultum diſſipare conatur.* Aug.ſerm. Dom. in monte. *Veſtes ſordidas portare, & nudis pedibus ambulare, & ambire dignitates ſignum euidens Hypocriſis.*

800. Rhemig. in cat. S. Th. 5. RESPONSIO Rhemigij citati in catena Sancti Thomæ, *Fructus autem ieiunij hypocritarum manifeſtatur, cum ſubinfertur, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam, id eſt, quam deſiderabant.* Quaſi dicat, hypocrita ſi delectatur dignitatibus & complacet in Præſulatu, iam recepit mercedem, quam deſiderabat, & fructus ieiuniorum, & talis vt verus hypocrita contemnendus eſt, de quo poſtea ad mores latius.

801. Chryſoſt. in cat. S. Th. 6. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Si ergo qui ieiunat, & triſtem ſe facit, hypocrita eſt. Quanto magis iniquus eſt, qui non ieiunat, ſed argumentis quibuſdam in facie ſua fingit venalem pallorem, quaſi ieiunij ſignum.* Quaſi dicat, *Diuerſi gradus hypocritarum.* diuerſi ſunt gradus hypocritarum. Alius ieiunat, ſed in vanitate ſibi complacet, ſed multo iniquior eſt, qui non ieiunans faciem exterminat, vt intus lætetur, & foris honoretur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur; tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ne videaris?

802. QVæritur, vtrum neceſſarium, an voluntarium ſit vngere caput?

Lyranus ſua in gloſſa. 1. RESPONSIO eſt Lyrani ſua in gloſſa, qui ait, *Signa lætitiæ prætende, talibus enim vnguentis, & lotione corporis vtebantur Iudæi, diebus ſolemnibus & feſtiuis.* Quaſi dicat cum gloſſa *Hebræi vngebant capita ſua in diebus feſtiuis.* ecce nondum omnia in nouo teſtamento ad litteram; ridiculoſum enim eſſet in ieiunio videre homines oleo delibutos, ſed loquitur de ſpiritu amoris eius, quia Chriſtus factus eſt vnguentum, quod effuſum per paſſionem mortis Eccleſiam ſuam ſuo ordine impleuit; ideo non alicuius cauſa ieiunare debemus.

803. S. Ephren l. 1. de compunctione. 2. RESPONSIO S. Ephren, lib. 1. de compunctione cordis. *Si vis lauare faciem tuam, dilue eam lachrymis, & ablue eam fletibus, vt in conſpectu Dei, & Sanctorum Angelorum cum cum alacritate refulgeas.*

804. Aug ſerm. Dom. in monte. 3. RESPONSIO Auguſt. ſerm. Dom. in monte. *Quæri ſolet quid ſit hoc, quod dicitur hic; non enim quiſpiam recte perceperit, quamuis faciem quotidiana conſuetudine lauemus, vnctiſque capitibus, cum ieiunamus nos eſſe debere, quia turpiſſimum omnes faterentur.* *Lachrymæ corda lauãt.*

805. Chryſoſt. ſuper Matt. 4. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Simplex ergo interpretatio huius eſt; quoniam per aggregationem intelligenda ſunt iſta, ſicut cætera ante dicta, tanquam ſi dicat, ſic longe te facere debes ab oſtentatione ſerui tui, vt ſi poſſet fieri* *Apparentia hypocriſis fugienda.* (quod tamen non decet) *ea etiam facias, quæ ex diuerſo luxuriæ, & epulationis videntur eſſe indicia Vnde ſequitur, ne videaris ab hominibus.*

806. Abul q. 176. 5. RESPONSIO Abulenſis q. 176. *Chriſtus noluit obligare ad hoc faciendum: nam nemo iſtud obſeruat; neque enim eſt aliqua cæremonia, quæ ſecundum ſeipſam poſſet conferre aliquid bono operi, vt eſſet magis meritorium ſed voluit Chriſtus diſtrahere Iudæos, quibus prædicabat, à praua conſuetudine hypocritarum, quia de operibus ſuis gloriam humanam quærentes artificioſè* *Iudæi gloriã humanam indeſinenter quærunt.* *triſtitiam ſimulabant vt ieiunare viderentur.* Quaſi dicat, ſicut calida frigidis curantur; ita hypocritæ ſignis lætitiæ & alacritatis ab hominibus auferunt. *Remedia contra hypocriſiam.*

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur?

QVæritur, quare theſauros non ſeruare præcipiat Chriſtus? 807.

1. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa, qui ait; *Theſaurus enim nil aliud eſt, quam congregatio diuitiarum. Congregantur autem diuitiæ propter ſufficientiam vitæ habendam, ſed theſaurizatio indebita recte inducit contrarium quia reddit hominem inſufficientiſſimum, quia talis theſaurizatio fit ex auaritia, & ex amore diuitiarum in ſe. Ille autem qui ſic congregat diuitias non audet eis vti, ſed iuxta eas ducit miſeram vitam & dimittit eas putreficri.* Quaſi dicat cum D. Hieronymo ad Paulinum, *Auaro deeſt tam quod habet, quam quod non habet;* & talem modum theſaurizandi excludit Saluator, cum dicit, nolite theſaurizare. Lyranus ſua in gloſſa *Auaro deeſt id quod habet, quã quod non habet.*

2. RESPONSIO Abulenſis in Prologo ad cap 6. Matth. qui ait, *Hoc Chriſtus dixit ad excludendam auaritiam ex defectu rerum quas per auaritiam congregamus; ipſa enim theſauros congregat, quia putat per eos ſe habere plenam ſufficientiam & certam pro tota vita ſua. Chriſtus autem oſtendit, quod non ſic euenit, ſed potius in contrarium; quia ipſi theſauri deficiunt ex ſeipſis.* Quaſi dicat, expellite nimium conatum diuitiarum; quia vel à tinea conſumuntur, vel à latronibus, vel variis ſucceſſibus deficiunt. 808. Abulenſ. in Prolog. ad c. 6. Matth. *Auaritia excludenda propter varios caſus.*

3. RESPONSIO Chryſoſtom. ſuper Matth. *Quia ſupra Dominus nihil de eleemoſyna, vel de oratione, vel ieiunio docuerat, ſed ſimulationem eorum compeſcuit tantum, nunc ſecundum tria prædicta tres conſequentias inducit doctrina, quarum prima pertinet ad eleemoſynam.* Quaſi dicat, eleemoſyna eſt pars principalis ieiunij, quia eſt pars dilectionis proximi egentis. 809. Chryſoſt. ſup. Matth. *Eleemoſyna pars principalis ieiunij.*

4. RESPONSIO Auguſtini ſerm. Dom. in monte. *Si enim eo corde quiſque operetur aliquid, vt terrenum commodum adipiſcatur, non erit cor mundum, quod in terra voluitur. Sordeſcit enim aliquis, cum inferiori miſcetur naturæ, quamuis in ſuo genere non ſordidetur; quia etiam de puro argento ſordidatur aurum, ſi miſceatur. Ita & animus noſter terrenorum cupiditatibus ſordeſcit; quamuis terra in ſuo ordine munda ſit.* Quaſi dicat, pecunias theſaurizare ad pios vſus, & vitam ſubleuandam non damnatur, ſed ſi auaritia, aut nimia cupiditate adquiratur. 810. Aug. ſerm. Dom. in monte. *Auaritia condemnatur in congregatione theſaurorum.*

5. RESPONSIO Gloſſæ. *Qui ieiunat, vel ſeruando, quod non edit vel gloriam quærendo in terra theſaurizat, qui propter Deum gloriam quærit. Etſi ſpecialiter de eleemoſyna moueatur, tamen de omni opere virtutum accipitur, quia quidquid pro Deo fit, in eo æternaliter recipiemus.* 811. Gloſſ. ordin. *Eleemoſyna permanet in æternum.*

Quaſi

Quaſi dicat, ærugo metalla conſumit, tinea veſtes, quod ab his intactum eſt, tollunt fures. Et ideo omnis auaritia his tribus modis condemnatur.

812. Chryſoſt. ſup. Matth.

6. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Alia tranſlatio dicit, vbi tinea, & comeſtura exterminant, omnia enim bona mundi tripliciter tollit ſuſtentus; aut enim a ſemetipſis veteraſcunt, ſicut veſtimenta, aut ipſis Dominis luxurioſè viuentibus comeduntur, aut ab extraneis, vel dolo, vel vi, vel calumniis, vel alio inique modo diripiuntur, qui omnes fures dicuntur, quia pro iniquitate omnes feſtinant aliena facere ſua.* Quaſi dicat, ita hodie mundus in maligno poſitus eſt, quod vix aut nullus ſit, qui non fraudes, & fallacias in commerciis, quæ emuntur & venduntur non intentet, vt aliena ſua faciat: & ita omnes ſunt, vel fures, vel ærugo, vel tinea alienorum. De quo latius ad mores.

Qui vendūt, & qui emūt fures, vel tinea vel ærugo ſunt.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, theſaurizate vobis in cælo?

813. QVæritur, quomodo theſauros in cœlo poſſumus ponere?

Lyranus ſua in gloſſa.

1. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa. *Per hoc concluditur excellentiſſimum modum theſaurizandi eſſe, quando ſcilicet, bona temporalia, & tranſitoria conſumuntur in pios vſus, & ſic commutantur in bona ſpiritualia, & æterna, & per conſequens incorruptibilia, & hoc eſt theſaurizare in cælo.* Quaſi dicat, auarus non timeat expedire in pauperes pecunias, quas tanto amore diligit, quia in cæleſtes theſauros manus pauperum deportant illas, vt glorioſus Laurentius dixit Tyranno.

Pecuniæ auari non pereunt, ſed in cælo ſeruantur, ſi pauperibus diſtribuantur.

814. Aug. ſerm. Dom. in monte.

2. RESPONSIO Auguſtini de ſerm. Dom. in monte. *Cælum hoc loco non corporeum acceperim, quia omne corpus pro terra habendum eſt; totum enim mundum debet contemnere, qui ſibi theſaurizat in illo cælo, de quo dictum eſt, cælum cæli Domino, id eſt, in firmamento ſpirituali; cælum enim & terra tranſibunt.* Quaſi dicat, in nullo, quod tranſit debemus collocare theſaurum noſtrum, ſed in eo quod ſemper permanet.

In nulla creatura confidendum poſt mortem.

815. Chryſoſt. ſup. Matth.

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Matth. *Quid ergo melius eſt an ſuper terram reponere, vbi incertus eſt conſeruationis euentus? An in cælo, vbi eſt certa cuſtodia?* Quaſi dicat, quæ maior ſtultitia eſſe poteſt, quam illic relinquere, vnde exiturus es, & illic non reponere, quo iturus es? illic ergo ſubſtantiam tuam colloca, vbi patriam habes. Quaſi dicat, reſpice conſanguineos, amicos, & notos & videbis quam rationem de pecuniis, quas illis reliquiſti, dederunt, quaſi gratiarum actiones.

Conſanguinei & amici poſt mortem obliuiſcuntur omnium.

4. RESPONSIO Abulenſis in Prolog. ad cap. 6. Matth. qui ait, *Theſaurizare in cælo eſt theſauros expendere, vt illos ibi recipiamus, ſicut fit in pecuniis traiectitiis, quæ in vno loco dantur, vt alibi ſine periculo recipiantur. Ita nos quidquid pro Chriſto hic effuderimus, in cælo habebimus.* Ita dicitur, *ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & habebis theſaurum in cælo.* Matth. 19. n. 21. & Luc. 16. n. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Quaſi dicat, noſtro Hiſpano idiomate: *Dad vueſtro dinero a cambio ſeguro*, quia qui pauperibus diſtribuit, ſecurè, *& a letra viſta; y ciento por vno*, & æternam beatitudinem inuenietis. 816.

Abulenſ. in Prolog ad c. 6. Matth.

Matth. 19. n. 21. Luc. 16. n. 9.

A letra viſta los pobres ſon cambio ſeguro.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, vbi eſt theſaurus tuus, ibi, & cor tuum erit?

QVare cor humanum eſt, vbi theſaurus vniuſcuiuſque eſt? 817.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Matth. *Ponit nunc Chriſtus quæ vtilitas ſit in eleemoſyna facienda; qui enim collocat theſauros in terra, non habet quidquid ſperat in cælo. Et ideo ad quid reſpiciet in cælum, vbi nihil repoſitum habet? Vnde dupliciter peccat, Primo quia mala congregat. Secundo, quia cor habet in terra, & ex contrariis cauſis dupliciter benefacit, qui theſaurizat in cælo.*

Chryſoſt. in Matth.

Auarus pondere cupiditatum preſſus cælum non reſpicit.

2. RESPONSIO Gloſſæ, *Si in terra cor eſt deorſum; ſi in cælo cor eſt in Chriſto fixum.* Quaſi dicat, terrena ſemper meditatur, qui theſaurizare deſiderat; qui vero Chriſtum, ſemper cœleſtia. 818.

Gloſſ. ordin.

Surſum corda ſemper.

3. RESPONSIO Hieronymi in catena Sancti Thomæ. *Hoc autem non ſolum de pecunia, ſed de cunctis poſſeſſionibus ſentiendum; Guloſi enim Deus venter eſt, laſciui eſt theſaurus ſuus lubrica amatoris libido; huic ſeruit vnuſquiſque à quo vincitur; ibi ergo habet cor vbi theſaurus.* 819.

Hieronym. in cat. S. Th.

Libido theſaurus & vitiū vniuſcuiuſque.

4. RESPONSIO Lyrani. *Accipitur iſta ratio ex quodam affectu malo, qui eſt excæcatio mentis. Ad talem enim theſaurizationem ſequitur totalis conuerſio ad amorem diuitiarum. Et ad conuerſationem ſequitur auerſio a Deo. Et quia intellectus illuminatur per coniunctionem ad Deum, ideo ex tali auerſione obtenebratur. Et quia intellectus dirigit potentias in ſuis actibus, cum ſit oculus interior hominis, ad hoc ſequitur obtenebratio in omnibus operibus humanis. Ideo dicitur lucerna corporis tui eſt oculus, & quia totum cor habet homo, vbi theſaurum habet.* Quaſi dicat, *plus eſt, vbi amat, quàm vbi animat auarus miſer, & cupidus pecuniarum.* 820.

Lyran. citat.

Luc 11. n. 34

Cor plus eſt vbi amat, quam vbi animat.

TRACTATVS

TRACTATVS XXVI.

AD MORES,

In Cap. VI. Matth.

De Ieiunio, & de Hypocritis.

DIFFICVLTAS VIII.

Quid ſit Ieiunium?

821. QVÆRITVR, quomodo diffiniatur quidditatiue ieiunium?

> Iſidor citat. in littera.

1. RESPONSIO Iſidori in littera citati. *Ieiunium eſt parcimonia victus abſtinentiaque ciborum.* Quaſi dicat, non ſolum conſiſtit ieiunium in parcimonia alimentorum corporalium, ſed in abſtinentia cogitationum, & voluptatum, quæ vix prætérierunt. Vnde interrogat Oleaſter, quare tam lamentabiliter Moyſes de Domino conquerirur dicens Numer. capit. 11. n. 11. *Vt quid male feciſti ſeruo tuo?* Et reſpondet; *quia populus acceſſit ad eum dicens, quis comedere faciet nos carnes Ægypti:* Et addit, *quia maximum malum eſt hominem noxia dulcia fuiſſe aliquando expertum.* Quaſi dicat, in hoc enim pœnitentes maximè laborant vt vitiorum præcedentium è ſe memoriam expellant, & ieiunent ab abſtinentia harum turpium cogitationum præteritarum. Ideo Moyſes triſtabatur, eo quod remedium ad cogitationes tales adhibere non poterat; hoc enim vitia habent, quod recordatione lædant, cui non poſſunt ſua præſentia nocere, & triſtitia conſumuntur; ideo monet nos Chriſtus hodie, quod ieiunantes non triſtemur, ſed conſideremus, quæ ſint ſpecies, & phantaſmata, quæ præteteant tanquam vmbræ, niſi tantummodo cucumeres, & cæpæ Ægypti; quæ cito ſi perſeuerauerimus ieiunando in faſtidium conuertentur, quia teſte Tertulliano, *Nulla maior voluptas, quàm faſtidium voluptatis & per conſequens nulla maior delectatio, quàm obſeruantia ieiuniorum;* quia vt Baſilius ait; *Sunt Ianua ad ingreſſum Paradiſi.* Vnde Moyſes conſiderans difficultatem huius abſtractionis à cogitationibus Iſraëlitarum, clamabat dicens: *Vt quid male feciſti ſeruo tuo. Dans mihi officium Doctoris, & Gubernatoris abſque medicamentis neceſſariis ad medelam cogitationum iſtius populi memoriam retinentis carnis, & ollarum Ægypti.* Vnde Caietanus, *Magna afflictio eſt Paſtoris animarum peccatum quaſi incorrigibile.* Quaſi dicat, perfecta abſtinentia ieiunij & parcimonia ciborum in hominibus malè aſſuetis quaſi impoſſibilis eſt.

> *Cogitationes de præteritis peccatis cruciſices cordis.*
> Oleaſter in Num. c. 11. n. 11. Tranſl. Pag.
> *Ieiunio phantaſmata peccatorū obliuiſcuntur.*
> Tertul. lib. de ſpectac.
> Baſil. de ieiunio.
> *Prædicator medicus animarum.*
> Caietan. in Num. 11.

Vnde interrogat Lyranus, quare dicitur Daniel 5. n. 5. *Quod in eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis? Quænam hora eſt iſta?* Et reſpondet, *hora, in qua Rex Nabuchodonoſor præcepit tam temulentis, vt afferrentur vaſa templi; quia ebrietas, & commenſatio ſemper inducunt ad maiora mala. Ideo prædicta ſententia contra prædictos peccatores ſcribitur.* Quaſi dicat, qui ex præteritis ebrietatibus, & commenſationibus ita hodie attoniti remanſerunt videntes manus Sacerdotis ſcribentis in ſuperficie frontis eius non ieiunant, & timore mortis ad meliorem vitam reducuntur. Hi ſunt qui ad maiora mala ſemper inducuntur. Et in abyſſis cogitationum iniquarum remanent obcæcati. Vnde Theodoretus in gloſſa ait: *Si digitorum ſcribentium ſpecies ita perturbauerunt impium vt etiam articulorum compagines diſſoluerentur, quod non ſuſtinuiſſet Deo infelix, ſi præſteras (id eſt, fulminis genus) aut fulmina conſpexiſſet.* Quaſi dicat, ſi ſola imago mortis in puluere repræſentata hominem ita conturbat. Quid ſi videret, quæ ad diem mortis eum ſpectant. 822.

> 822. Lyranus ſup. in gloſſa. Dan. 5. n. 5.
> *Commenſationes actorum ad ingentia mala conducunt.*
> *Manus Sacerdotis ſcribit in pariete frontis humanæ.*
> Theodoret. in gloſſa.
> *Poſt mortem viſiones horribiles apparent.*

Vnde Lyranus, *Facies Regis commutata eſt, eo quod cogitationes eius conturbabant eum de præteritis illicitis, quid cum interpretatio litterarum, per Danielem audiuit dicentem cras morieris.* Quaſi dicat, *mane ſignificat numerationem, quia Deus certiſſimè numerat omnia mala peccatoris Thekel ſignificat appenſionem ſtateræ, quia Deus diligentiſſimè ponderat peccatorum grauitatem & circunſtantiarum. Phares ſignificat ſeparationem animæ a corpore, & à bonis terrenis, per mortem & corpus datur vermibus ad corrodendum; anima vero Dæmonibus ad torquendum, & bona temporalia exaltatoribus ad rapiendum, exaltatores iſti ex vna parte ſunt heredes peruerſi; ex altera executores cupidi; & ex tertia ſuperiores iniqui, qui partem ſuam volunt habere de bonis defuncti.* Hæc Lyranus. Quaſi dicat: O homo cum ieiunare incipias, & cogitationes cupiditatum præteritarum te torqueant, memento, quod ignoras, quando in puluerem reuerteris, & hæc omnia euenient tibi; & iſto modo, vt Iſidorus inquit, *Adimplebis leges ieiunij, quia à cibis, & cogitationibus te abſtinebis.* 823.

> 823. Lyranus ſup. in gloſſa Dan. 5. n. 6.
> *Memoria mortis ieiunium perfectum facit.*
> *Remedium contra cogitationes impias.*
> Lyran. citat.

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS IX.

Quomodo abſtinere nos præcepit Dominus à triſtitia ieiuniorum Hypocritarum?

824. QVæritur, qualis ſit peſtis hypocritarum, quod taliter fugienda præcipitur?

Chryſoſt. in litt. citat. Chryſolog. ſerm. 7.

1. Responsio fuit Chryſoſtomi in littera citati, *Quia ſpina vana gloria ſuffocat ieiunium.* Quaſi dicat cum Chryſologo ſerm. 7. *quia hypocriſis eſt ſubtile malum, ſecretum virus, vehemens peccatum, virtutum fucus, tinea ſanctitatis, quæ prætextu, & colore triſtitiæ omnia ieiunia, id eſt, fructus eius ſuffocat.* Vnde Sanctus Zeno ſerm. de ieiunio, *Qualis eſt mens, quam plus contriſtat interitus libidinis, quam lætificat vita virtutum. Læti itaque accedamus ad medium noſtrum medicamentum ieiunii ſuſcipientes.* Quaſi dicat, triſtitia Hypocritarum impiis pertinet, lætitia hodie peccatoribus contritis, quia hypocriſia crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum, ieiunium ieiunio perimit, oratione orationem euacuat, miſericordiam miſeratione proſternit. At vero peccator conneſſus, & puluerarus lætitia quaſi paſſer ſuper fontem erigit caput, & expergefactus canit alacriter, *Venite exultemus Domino, & lætemur in hac die, qua eduxit Deus de poteſtate tenebrarum.*

Zeno ſerm. de ieiunio.

Gladius virtutum hypocriſis.

Chryſol. cit.

Peccator cineratus quaſi paſſer ſumme mſus in fonte.

825. 2. Responsio Tertulliani in littera citati; *Quia ieiunium hypocritarum à Chriſto reiicitur, & prohibetur; ideo ieiunium non eſſe intellexit, abſit:* Quaſi dicat cum Ambroſio citato in littera, *Vox gentilium eſt dicere, comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Vnde Auguſtinus de ciuitate Dei, cap. 14. *De quibuſdam, qui fidem confitebantur, & doctrinam Euangelicam verebantur, palam confiteri ait de his.* Ioan. 12. n. 43. *Dilexerunt gloriam hominis magis quàm Dei.* Quaſi dicat, *hypocrita qui in occulto repletus, & lætus eſt, & foris triſtis apparet. De hoc poteſt credi, quod Deo contradicit; quia eius gloriam ſibi vſurpare præſumpſit.* Et Gregorius Nyſſenus de Scop. Chriſt. *Hypocritam, qui honoris hic collati appetens eſt Dominus inter infideles recenſet*, quia Ioan. 5. num. 44. De eis dixit Chriſtus, *Quomodo poteſtis credere, qui ab hominibus gloriam accepiſtis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.* Quaſi dicat: Quare ô Hypocritæ triſtes apparetis, ſi intus gloriam veſtram apportaris? Quomodo non vos infideles exiſtimem, ſi quæ præcipio vobis, contradicitis hilares, & læti non apparentes, ſed triſtes & tenebroſi.

Tertul. cit. in littera.

Ambroſ. citat.

Acriſto irridens de ieiuniis.

Auguſt. de ciuit. Dei c. 14.

Ioan. 12. n. 43.

Hypocrita Deo contradicit.

Greg. Nyſſ. de Scop. Chriſt. q. 5. n. 44.

826. Vnde Auguſtinus loco citato; *Tam eſt hoc vitium inimicum piæ fidei, vt Dominus dixerit* Ioan. 5. n. 44. *Quomodo poteſtis credere gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam, quæ a ſolo Deo eſt, non quærentes.* Quaſi dicat, impius hypocrita eſt, qui propter propriam æſtimationem triſtatur, & Dei præceptis contradicit; quiá hilares nos iubet apparere. Vnde Chryſologus ſerm. 7. *Hypocrita abſtinentia fructus intraſti, continentia conſcendiſti vndas, euaſiſti ieiunij pelagus, & in ipſo portu ieiunij naufragaſti.* Sed & fideli Chriſtiano poſſumus aliter dicere: *Miles Chriſti abſtinentiæ fructus intraſti, & continentias igitur obſerua, & triſtitiam apparentem hypocritam fuge, vt cum lætitia fructus ieiunij percipere merearis.*

Aug. loc. cit. Ioan. 5. n. 44.

Chryſolog. ſerm. 7.

Exhortatio ad ieiunium incipientes.

DIFFICVLTAS X.

Quare exterminant hypocritæ faciem ſuam?

QVæritur, de effectibus Hypocritarum, quare ſcilicet faciem ſuam exterminant? 827.

1. Responsio fuit Hieronymi in littera citati, qui ait, *Exterminare eſt extra terminum ponere, quare exules qui propter delicta exterminantur à patria ſua. Et Hypocrita diſſipans faciem ſuam exterminat illam ab humano colore, & naturali pro conſequutione inanis gloria, honoris, & dignitatis.* Quaſi dicat, hypocritæ ambitioſi mortificatos, & exterminatos ſe coram Regibus, & Principibus oſtentant, antequam ad dignitates aſcendant; ſed cum acceperunt fructus hypocriſis ſuæ lætantur, & cum amicis vident & de inimicis triumphantes oſtendunt ſe. Vnde interrogat Oleaſter in Numer. c. 11. n. 12. Quare Moyſes Domino dixit: *Non poſſum ego ſolus ferre vniuerſum populum hunc?* Et reſpondet, *quemcumque videris ſub Præfectura quaſi ſub onere gemere, crede illum optimè demandatum munus adminiſtrare; quem vero lætum, & gaudentem de hac re conſpexeris, dicito illum ex hypocriſi vtilitatem & vanitatem quæſiſſe.* Quaſi dicat, qui exterminabant faciem ſuam, & pallidos vultus oſtentabant ante conſecutionem dignitatis & ad omnia promiſſa ore dicebant, *Nolo, nolo, crede, quod nolendo dicunt volo.* Et ſic cum impiis miſeris hypocritis diiudicandi ſunt. Et addit Oleaſter, *vbi ſunt hypocritæ Prælati iſti, qui nunquam ſub onere gemunt, ſicut Moyſes, qui dicebat Deo non poſſum ego ſolus ferre vniuerſum populum. Sed quotidie onera multiplicare prætendunt, & muneribus, & pretioſis pignoribus conſequuntur dignitates maiores.* Quaſi dicat: O Hypocritarum inſatiabilis ſitis! O ambitioſorum fames inextinguibilis! O infælicitas ſanguineis lachrymis lugenda, quomodo ſcateat mundus hypocritarum, qui ſub prætextu paupertatis, & exterminationis facierum conſequuntur ſupremas dignitates, & poſtea ſunt auari, miſeri, impij, & crudeles contra pauperes exiſtentes.

Hieronym. cit. in litter.

Exules ſunt hypocritæ.

Hypocritæ callidi, & aſtuti ſunt.

Oleaſter in Num. c. 11. n. 12. Tranſlat. ex Syriac.

Poſt conſecutam dignitatem hypocritæ lætantur.

Oleaſt. citat. Num. c. 11.

Munera, impij ambitioſi, & pignora offerunt Prælatis indeſinenter.

2. Responsio Auguſtini citati in littera. 828.

Exterminare eſt diſſipare; quia ſicut in nitore veſtium iactantia eſt, ita de nimio ſqualore, & macie hypocriſis timenda eſt. Vnde interrogat Tertullianus lib. de idolatria, *Quare permiſit Daniel quod veſte purpurea indueretur*, vt dicitur Daniel cap. 6. n. 24. *Tunc iubente Rege indutus eſt Daniel purpura?* Et reſpondet: *Simplex igitur purpura erat ingenuitatis apud barbaros inſigne, ſed non vt ſuggeſtus ille Sacerdotis, quoque, aut aliquibus idolorum officiis adſtringeretur. Nam ſi ita eſſet vtique habitus tantæ ſanctitatis inquinatos recuſaſſent.* Quaſi dicat, ſi propter purpuram indutam

Auguſt. cit. in littera.

Veſtimenta honeſta in religioſis lucent.

Tertul. l. 4. de idolat. Dan. c. 6. n. 24.

Habitus non facit monachum.

indutam contagium vanitatis ſentiret, ſtatim recuſaret illam, ſicut de Apoſtolis dicitur
Actor.14. n.14.
Actor. 14. n. 14. *Conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas clamantes, quid hoc facitis?* Quaſi dicerent, ſi per Apoſtolicam veſtem, & nimiam paupertatem nos colitis, & adoratis, proiicite veſtimenta; quia neque purpura Regali, neque veſtibus ſordidis, & abiectis vanitas adquirenda, ſed ſtatim abigenda eſt, & moderata veſtimenta portare.

Aug. lib. 10. confeſſ. c. 37
Vnde Auguſtinus lib. 10. confeſſ. cap. 37. loquens cum Deo dixit, *Tu noſti de hac re gemitus cordis mei, & flumina oculorum meorum; neque enim tam facile colligo, quam ſim ab iſta peſte mundatior, & multum timeo occulta mea, quæ norunt oculi tui; mei autem non.* Quaſi dicat,
Laudes Sanctos torquent.
contriſtor laudibus meis, cum vel ea laudentur in me, in quibus ipſe non mihi diſpliceo, vel etiam bona leuiora pluris æſtimantur, quam
Veſtes ſordidæ non dant animi tranquillitatem.
æſtimanda ſunt. Quaſi dicat, ni ſi veſtimenta mea ſcinderentur, & interiora cordis mei viderentur, vbi neque veſtes ſponſificiæ extollunt me, neque cilicium intrinſecum laudaretur ex me. Sed animi tranquillitas quam deſidero, quæ non in veſtimentis ſordidis, aut ſplendeſcentibus conſiſtit, ſed abſtracto ſqualore, & ſorde occaſiones hypocriſis auferre.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dixit Chriſtus: Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum?

829. QVæritur, quare præcepit Dominus, vt capita noſtra vngamus?

Lyran. citat. in littera.
1. RESPONDETVR Lyrani citati in gloſſa, *Signa lætitiæ prætende talibus enim vnguentis; Iudæi in diebus vtebantur.* Quaſi dicat, vnguentum
Feſta & ſolemnitates vnguentis memoria mortis ſunt celebranda.
pretioſum Chriſtianorum ſit in medio feſtiuitatum, & delectationum huiuſmodi pulueræ, & cinere caput ſuum vngere. Ita vt memoria mortis ieiunia fæliciſſima feſta illi videantur & alacres appareant vnguentis cinerum delibuti magis, quam odoriferis, & pretioſis
Tertul. l. 4. contr. Marc. c. 9.
aromatibus. Vnde interrogat Tertullianus quare mulieres deuotæ, vt Marcus refert, *In ſolemnitate Paſchæ emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum in ſepulchro poſitum?* Marc. 16. n. 1.
Marc. c. 16. n. 1.
Et reſpondet, *vt conſueſcamus mori. Hoc eſt dum viuimus in terris erit illi cæleſti vitæ ſimile. Et cum illuc ex his vinculis emiſſi fuerimus, minus tardabitur curſus animarum.* Quaſi dicat: Paſcha Sanctarum
Caput Ieſu quomodo vngatur.
mulierum celebris & lætiſſima fuit vngendo caput & corpus Ieſu, & memoriam mortis eius celebrando, quis tunc mentes earum gratia replebantur, cum ad cœleſtia Regna ex memoria mortis eleuabantur. Ideo dicebat Apoſtolus, *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Vnde Ambroſ. de fide Reſurrect. *Quid eſt*
Ambroſ. de fide Reſurr.
vngere Chriſtum niſi mortem corporis meditari, ſpiritumque vitæ. Et ideo commoriamur cum eo, vt viuamus cum eo. Quaſi dicat, ſit quid in quotidianus vſus in nobis, affectuſque moriendi, vt
Memoria mortis voluptates ſubmittuntur.
per illam, quam diximus ſegregationem a corporis voluptatibus anima noſtra ſe diſcat extrahere, & tanquam in ſublime locata, quo terrenæ adire libidines, & eam ſibi glutinare non poſſint, ſuſcipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat.

Perpende *Suſcipiat homo mortis imaginem.* 830.
Ambroſ. citat.
Quaſi dicat Ambroſius; ideo capita hominum puluere vnguntur, & dicitur, *Memento homo, quia pulus es*, vt fragrantia huius balſami medullæ animæ penetrentur, & voluptates
Eccleſia antidotum, memento homo quia puluis es.
præteritæ in diebus carnis feſtiuis ſepeliantur ſub cineribus, & omia vanitatum, & delectationum præteritarum hoc vnguento ſubcinericio diſſoluatur, quod noſtro idiomate Hiſpano dicitur:
Hiſpana locutio Pon de la ceniza en la frente.
Pongan le la ceniza en la frente, paraque desbaga la rueda de ſu pensamientos vanos.

Vnde interrogat Nyſſenus hom. 11. in Cant. 831.
Nyſſen. hom. 11. in Cant. Cant. 5. n. 5.
quare cum feſtiuis, & deſponſabilibus, pretioſiſque ornamentis erat ſponſa ornata, vt ad nuptias inuitaret ſponſum dixit, Cant. 5. num. 5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meæ diſtillauerunt myrrham?* Et reſpondet, *quia myrrham, nemo eſt qui ambigat eſſe Symbolum mortis.* Et addit Sanctus: *Pulchrè ergo ſponſa*
Ornamentu pretioſa animæ memoria mortis,
ornata pretioſis veſtimentis ſe putat, quia manus eius diſtillant myrrham, id eſt, mortem, & tunc oſtium aperit Deo. Quaſi dicat, Eccleſia, quæ eſt ſponſa Chriſti, cum cinerem ſpargit digitis Sa-
Cinis & puluis vnguenta pretioſa Eccleſiæ.
cerdotum ſuper capita fidelium, tunc ſe ornatam monilibus, & pretioſis ornamentis oſtium aperit Deo quia per ieiunia & vnguenta ſubcinericia ſpargit fragrantiam ſuam & ianua Regni cœleſtis pœnitentibus aperitur. Vnde Ambroſ.
Ambroſ. lib. de Iſaac & anima.
lib. de Iſaac & anima. *Surrexit aperire ſponſo, quia opera eius, & facta mortificata erant mundo, quia talis debet eſſe anima, quæ verbum eſt receptura, vt moriatur mundo, & conſepeliatur cum Chriſto, id eſt, anima quæ feſtina recipit verbum Sacerdotis, cum caput vngitur, in puluerem reuerteris, ſtatim fragrantia odoramentorum, & puluerum fumorum pigmentorum, & moriuntur omnes*
Muſcæ ſunt cogitationes inquietæ.
inquietæ muſcæ ſuauitate odoris, memori quæ Sepulturæ cadaueribus noſtris præparata propter quod Chriſtus hoc vnguento pretioſo memoria mortis, vt vngantur capita ſuorum præcepit.

2. RESPONDETVR D. Ephrem citat. in littera. *Si vis lauare faciem tuam, dilue eam lachrymis, & ablue eam fletibus.* Quaſi dicat, ſunt ne 832.
D. Ephrem in lit. citat. Chriſtiani iniqui in Quadrageſima quaſi brutales vnguntur.
membra Chriſti, quæ in tempore Quadrageſimæ cum vexillum pœnitentiæ extollitur, capita ſua vnguentis pretioſis vngunt, & flere, & gemere cum Chriſto refugiunt? ſunt Chriſtiani, qui ieiunia abhorrent? ſunt Chriſmate delibuti, qui chartis pictis ludentes, in hoc ſacroſancto tempore perpetuo exiſtunt, & de memo-
Saluian. l. 6. de Prouid. Fletus animæ riſus.
ria paſſionis Chriſti nihil recolunt? Vnde Saluian. lib. 6. de Prouidentia, *Fletus eſt compunctio & animæ riſus.* Quaſi dicat, qui veſtigia Saluatoris ſequitur non in commeſſationibus, neque in impudicitiis, ludis, aut ebrietatibus exerceatur, ſed gemitibus inenarrabilibus profeſſionem Chriſtianam, quam in Bapiſmo profeſſus eſt,
Cyrill. Hieroſolym. Cath. 13.
obſeruet. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus Cath. 13. *Non ſis pacis tantum tempore amicus Chriſti, & in tempore belli inimicus.* Quaſi dicat,
Prophanare tempus Quadrageſimale iniqua res eſt.
accepiſti pecuniam Regis in Baptiſmate, Signatus ſigno ſanctæ crucis. Noli ergo prophanare nomen Chriſtianitatis in hoc ſacroſancto
Tertul. lib. de coron. milit. c. 14.
tempore. Vnde Tertullianus lib. de coron. milit. cap. 14. *Si ob hac caput es tuum debes, tale ſi potes, es tuum*

ei tuum repende qualo ſaum pro tuo obtulit. Quaſi dicat, recordare quomodo & quando caput Chriſti vnguentis pretioſis à ſanctis mulieribus vnctum eſt. Noone quando iam tranſfixum ſpinis erat? Noone pro te vulneratum, & mortuum? Igitur caput tuum cineratum, & puluerատum ad imitationem eius paſſionis rependere, & offerre debes. Et Cyrillus Hieroſolymitanus loco citato, *Non tu prius gratiam illi hanc exhibes; prior enim accepiſti, ſed gratiam illi reddis, redde vſuram illi.* Quaſi dicat, ille tibi promittit centum pro vno ieiunio & labore. Sed tu da illi in hoc ſacro tempore dolorem vnum pro centenario Chriſti: vnum flagellum pro quinque mille. Ille quadraginta diebus, & noctibus ieiunauit ſine cibo, & potu: tu eum & ſamonia comede ieiunando, & caput tuum pareiciem gemitibus & fletibus pro tuis peccatis vngendo.

Pia Chriſtiani conſideratio.

Cyrill. Hieroſolym. loco citat.

Vſurarij de bonis acceptis ſine Chriſtiani.

Fletus tempore accepto profluat.

DIFFICVLTAS XII.

Qui ſunt qui prohibentur à Chriſto theſaurizare ſuper terram?

833. QVæritur, quare dixit Ieſus, nolite theſaurizare vobis ſuper terram?

1. RESPONSIO Lyrani in littera citati, qui ait: *Theſaurus eſt congregatio pecuniarum, quod pertinet ad auaros, & hos reprehendit Chriſtus, quia auida auaritia, & cupiditas diuitiarum terribiles, & crudeles homines praſtat,* vbi S. Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 255. ait: *Latere ſub diuitiis ignem, flammaſque opes, & auaritia cumere his verbis eleganter comprobat. Imperfecti enim, & auari puerilis animi documenta prabent. Quandoquidem quoque, qui tenera atate ſunt ea qua verò horrenda & pertimeſcenda ſunt, nihil curant; imo etiam manus perſape in ignem iniciunt; inanes autem laruas ac ſpectra conſpicientes, metu percelluntur, & contremiſcunt. His porro non diſſimiles eſſe videntur homines pecunia, ac rapacitatis ſtudioſi, aut qui paupertatem quidem, qua non modo nihil habet quod metuendum ſit, verum etiam ſecuritatis, ac modeſtia materia eſt pertimeſcant; iniquas autem diuitias plurimi ducant; qua autem quouis igne magis timenda ſunt; ſiquidem Dominorum ſuorum, & animos & ſpes exurunt, atque in cinerem redigunt.* Et ſic Boëtius lib. 2. de conſolatione dicit:

Lyran. in litt. citat.

Auaritia fugienda.

Iſidor. Peluſ. l. 2. ep. 255.

Auari ſicut infantes igne non timent, & multam contremiſcunt.

Boët. lib. 2. de conſolat.

Sed ſauior ignibus Æthna
Feruens amor ardet habendi.

Quaſi vterque dicant, qui fatigantur theſaurizare ſuper terram vſque ad ignem inferni, non ſentient, neque quieſcent. Vnde interrogat S. Chryſolog. ſerm. 56 quare vociferabatur diues ille ſepultus in inferno dicens Lucæ c. 16. n. 24. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Sed quare non tu miſer auarus non recepiſti refrigerium anima, & corporis manum ad pauperem porrigendo. Et quare ad linguam refrigerandam, aquam ſolam petis? Nonne totum corpus, & anima ardet, quaſi reliquum corporis* (inquit Chryſologus) *ab incendio haberet immane, ſed lingua plus ardet. qua miſericordia, vt fieret, inbere neglexit. In lingua maius ſentit incendium, qua maledixit pauperi & miſericordiam contraxit* Et addit: *lingua in tormentis prima eſt, qua denegando pauperi, pauperis blaſphemauit auctorem.* Quaſi dicat, cum manus extendit, pauper eleemoſynam poſtulando, non tam ſibi remedium, quàm auaro diuiti præſtandum rogat; quia ſcriptum eſt: *Sicut aqua extinguit ignem; ita eleemoſyna peccatum:* Non quia flammas materiales, vel ſordes ſolum abluat; ſed quia æſtuantis diuitis refrigerium eſſe poteſt, ne diuitiarum amore veluti flamma torreatur, totuſque decineretur. Et hoc refrigerium diuitibus commendauit Sapiens Eccleſ. 3. n. 13. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.* Vbi Septuaginta, *Et eleemoſyna expiabit peccatum.* Vnde Sanctus Gaudentius Epiſc. tract. 13. ad Neophit. *Sicut aqua Baptiſmi ſalutaris extinguit flammam gehenna per gratiam, ita eleemoſynarum ſtatio omnis ille coaceruatus poſt acceptam fidem peccatorum ignis extinguitur.* Quaſi dicat, aqua Baptiſmi eſt veluti alueus aquarum, ex quo animæ candidæ ſicut nix egrediuntur. & eleemoſyna quæ poſt ſecundam tabulam poſt naufragium ſunt coaceruata incendia extinguit. Vbi Cyprianus de opere, & eleemoſyna, *Sicut lauacro aqua ſalutaris gehenna ignis extinguitur, ita eleemoſynis, atque operibus iuſtis delictorum flamma ſopitur.* Et Ambroſ. in Dom. 3. Aduentus: *Magna ergo eſt eleemoſyna qua ardentium criminum globos beneuolentia ſua fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum.* Quaſi dicat, diuites, quos Chriſtus reprehendit vt non theſaurizent in terra, audiant remedium, & medicamentum; maximè qui torrentur incendiis, & inter augmenta diuitiarum; diuitiarum amore æſtuant. Vnde Olchot, *extinguere peccata eleemoſyna dicitur, quia reliquias qua ex auaritia proſiliunt contra auarum extinguit.* Quaſi dicat, quod qui eleemoſynis ſe munit impetum rixarum, & inimicorum calumnias vincit; quia contra auarum miſerum, & qui ſemper theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea, lapides & terra contra eum clamant; quia non habet auarus amicos qui in aduerſitatibus, & periculis eum defendant.

Auari nil honoris habent.

Chryſolog. ſerm. 56.

Lucæ 16. n. 24.

Lingua inſtrumentum miſeri. cordia vel impietatis.

Chryſolog. citat.

Pauper diuiti promittit medicinam, quando manum extendit

Eleemoſyna flammas diuitis extinguit.

Eccl. 3. n. 13.

Tranſl. 70.

S. Gaudent. tract. 13. ad Neophit.

Baptiſmus a uetus animarum.

S. Cyprian. de opere, & eleemoſyn.

Ambroſ. in Dom. 3. aduentus.

Medicina contra auaritiam eleemoſyna.

Olchot.

Auari omnes ſunt inimici.

Vnde Nouarinus in vmbr. virg. lib. 4. ait, *Sicut radix omnium malorum, & peccatorum auaritia eſt, & ardens habendi amor; eleemoſyna igitur, qua habendi deſiderium temperat; catera quoque peccata, qua ab illo proficiſcuntur quodammodo ſua radice extinguit.* Quaſi dicat, ſicut Baptiſmi aqua carnis fomitem refrigerat, eiuſque flammas coërcet; ſic & eleemoſyna in pauperem incendia minuit. Vbi Bonauent. in ſpeculo, *Pauperes conſolationem inueniunt per paupertatem; diuites vero per liberalitatem, dum pauperes per paupertatem Chriſto conformantur.* Quaſi dicat, non deſperent diuites; quia ſi non theſaurizant in terra, ſed pauperibus ſubueniendo liberalitatem oſtendunt, & pauperes, & diuites conformantur, pauperes recipiendo, & ſeruando, quod diuites reponunt in cordibus eorum, & hoc modo theſaurizare optimum eſt. 834.

Nouarin. in vmbr. virg. lib. 4.

Eleemoſyna extirpat radices auaritia.

Bonau. in ſpeculo.

Conſolatio diuitum.

5. RESPONSIO Auguſtini in littera citati. *Praecepit Dominus, vt non theſaurizemus in terra, quia nunquam eſt cor mundum cum terrenis* 835.

Auguſt. in littera 5.

Plin.lib.11. cap.37. Cor in animalibus in medio conſtituitur.

rebus fatigatur. Vnde dicit Plinius lib.11. c.37. *Cor animalis cæteris in medio pectore eſt, homini tantum infra læuam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Palpitat certè, & quaſi alterum mouetur animal intra præmollis firmoque opertum membranæ inuolucro, munitum coſtarum, & pectoris muro.* Quaſi dicat, cor eſt origo, & fons vitæ; ideo ſemen, & fortalizum habet à natura inſitum, ne à quolibet læderetur; ideo operimentis ſepſit, quaſi muro inexpugnabili, vt diſciplina naturæ cor cuſtodiatur à ſordibus, & illecebris mundanarum rerum & ab omni labe peccati liberetur.

Cor natura ſepſit, ne læderetur.

Rhemig. in Pſ.

Vbi Rhemigius ad illa verba, *Beati mundo corde*, ait: *Cor mundum, qui ſeruat, beatus eſt cuius autem munditia ſic ſeruanda eſt, quemadmodum mulier muliebrem mundum in theca reponit, ne ſordes attingat. Sic anima cor ſuum in pura abſcondat conſcientia, ne labes inquinent peccatorum; qui vero theſaurizant in terra, id eſt, impuri qui rerum terrenarum amore ſunt correpti, reſpuunt hanc cuſtodiam, & ſe Diabolo cuſtodiendos, & poſſidendos tradunt Iudæ pares, ſuper cuius cor excubias Dæmon agebat, & etiam Diues ille auarus terrenis prouentibus plenus, cum ſolus eſſet dicebat* Lucæ 12. num.17. *Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos.* Quaſi dicat, auarus quærit, vbi reponat fructus ſuos, qui ſuus non erat, ſed diuitiarum.

Cor ab inquinamentis peccatorum ſeruandum.

Auarus cum Diabolo intra cor loquitur.

Lucæ 12. n.17.

836. Vnde interrogat S. Chryſologus ſerm.104. *An erat in illo alius, qui ad eius cor excubabat, ſicut ad Iudæ cor? Erat equidem, reſpondet, iſque Diabolus erat, qui vigilias ad auarorum, & impudicorum cor agit.* Verba ſunt ſequentia Chryſologi. *Quid faciam? Interrogantis vox eſt, & quem putas interrogabat iſte? erat in illo alter, quia ad eius penetralia iam Diabolus poſſeſſor inſederat, & qui intrauerat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcanum,* Quaſi dicat, infelix, qui talem poſſeſſorem admittit, & ſub Diaboli cuſtodia viuit malè cuſtoditus quia malus eſt qui cuſtodit. Excubias ad cor agit Diabolus, ne boni aliquid ad cor intraret; Spiritus Sanctus, ne quid mali; ille vt impurus, & pecuniarum cogitationes immittat; hic vt puras & ſanctas; Diabolus nunquam ſatiat appetitum auari, imo creſcit amor nummi; quantum ipſa pecunia creſcit, & eius theſauros in carbones conuertitur; ſed Spiritus Sancti diuitiæ manent in ſæculum ſæculi.

Chryſolog. ſerm.104.

Excubias Diabolus agit ad cor ne boni aliquid ad cor intret.

Poëtæ axioma.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur, theſaurizate vobis theſauros in cælo?

837. QVæreret, quales ſunt, qui theſaurum portant ad Regna cælorum?

Lyran. citat. in littera.

1. RESPONSIO Lyrani in littera citati, *Per hoc concluditur excellentiſſimum modum eſſe theſaurizandi, quando bona temporalia conſumuntur in pios vſus; quia ſic commutantur in bona ſpiritualia, & æterna.* Quaſi dicat, manus pauperum tranſmutant eleemoſynas in æterna tabernacula, & auarum liberant à pœnis æternis, & pro pœna, quam contra inclinationem liberalitatis habet, liberabitur à pœnis æternis.

Pauperes arcæ ſunt theſaurorū Dei.

Vnde interrogat Chryſoſtomus homil. 26. in Matth. apud imperfectum. Quare poſt intimationem ſententiæ diuinæ Regi Nabuchodonoſor factam per Danielem dicentem Daniel cap.4.num.22. *Eiiciet te Deus ab hominibus, & cum beſtiis, feriſque erit habitatio tua, & fœnum, vt bos comedes, &c.* Concludens Propheta ait, *Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime?* Et reſpondet, *ſi ille Rex idolorum cultor poterat eleemoſynis peccata redimere. Cui non proderunt eleemoſynæ?* 838.

Chryſoſt in Matth.26.

Daniel c.4.n.22.

Sententia Regis impij eleemoſynis reuocatur.

Vnde Ambroſius: *grandi plaga alta & prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus grandem neceſſariam habet ſatisfactionem.* Quaſi dicat, etiam ſi peccata innumerabilia ſint, eleemoſynis redimuntur pœnæ debitæ ad ingentia ſcelera.

Ambroſ.lib. ad virg lap.

Vnde Tertullianus lib. de patientia, *Rex Babylonis offenſo Domino cum ſqualore, & pudore ſeptennis ab humana forma exulaſſet immolata patientia corporis ſui, & regnum recuperauit, & quod optabilius eſt homini Deo per eleemoſynas ſatisfecit.* Vnde Ambroſius ſupra citatus ſerm. 5. *Magna eſt eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguæ largitatis obruit incendia delictorum, vt quamuis offenſus Deus, quamuis criminibus prouocatus cogitur liberare eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccato* Quaſi dicat, non eſt credibile incendium quod auarus, & pecuniarum cupidus in corde ſuo infatigabiliter habet, deſiderans omnia aliena rapere, & his incenſus cupiditatibus, neque manducat, neque dormit, neque bibit, quia abyſſus auari abyſſum aliorum peccatorum inuocat; ſed de cœlo miſit Deus iſtam ſalutarem medicinam, eleemoſynam inquam, quæ extinguit globos infernales cupiditatis ex corde auaro proſilientes. 839.

Tert.lib.de patientia.

Eleemoſynarum ingenium.

Ambr. ſer.5.

Eleemoſyna fons ſalutaris contra globos ignes auaritiæ.

Abyſſus peccatorum eſt cor auari.

Vnde Theodoretus in gloſſa ait: *Vis clementiæ fructus percipere. Hanc, id eſt, pietatem erga eos oſtendito, qui vnam tecum ſortiti ſunt naturam. Ita enim perſuaderi poteris, vt minas extinguas, neque ſinat eas ad exitum perduci.* Et Cyprianus ſerm. de Eleemoſyn. *Danieli Rex non obtemperans aduerſa quæ viderat, & infeſta perpeſſus eſt, quæ euadere, & fugere potuiſſet, ſi peccata ſua redimere eleemoſynis voluiſſet.* Quaſi dicat, ſententiam, quam notificauit Prædicator Regi, non executioni mandaret, ſi eleemoſynis peccata ſua redimeret; quod tandem poſt ſeptem annos, qui fœnum quaſi bos comedit, & credidit, & executioni mandauit, vt diſcant potentes & Reges Prædicatoribus, qui ex parte Dei loquuntur obtemperare, & pauperes non aggrauare, ſed benefacere. 840.

Theodoret. in gloſſa.

Cyprian. in gloſſa.

Reges tardè credunt, & citò pœnitent.

Prædicatores inſiſtant contra potentes.

Vnde Hieronymus in com.ſup. Dan.4. n.27. ait: *Fecit Nabuchodonoſor iuxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes, & idcirco vſque ad duodecimum menſem dilata eſt ſententia; ſed quia gloriabatur dicens: nonne hæc eſt Babylon, &c.* Daniel 4. n.27. *Bonum miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ propter humilitatem adhuc per annum manſit in regno; & quia benefecerat pauperibus ſecundum conſilium Danielis: ſed elatus in ſuperbia ſtatim eiectus, verſus eſt in inſaniam.* 841.

Hieronym. in com. ſup. Dan.4.n.27.

Eleemoſynæ iram Dei placant.

Dan.4.n.27.

Quaſi

Reges non ceſſent benefacere pauperibus.

Quaſi dicat, eleemoſyna theſaurizat dies vitæ, et auaritia dies iræ, & furoris, & dum eleemoſynis non ceſſauerit ira Dei non ſuperuenit peccatoribus. Sed quia Rex ceſſauit benefacere pauperibus tantùm vno anno; ideo ira Dei effundit ſuper eum.

842. *Chryſoſt. in littera.*

2. RESPONSIO eſt Chryſoſtomi citati in litera, *Quid ergo melius eſt, an ſuper terram theſaurum reponere, vbi incertus eſt conſeruationis euentus, an in cœlo, vbi eſt certa cuſtodia.* Quaſi dicat, qui caduca, & temporalia reſpiciens theſauros ſuos in cœlo non reponit, non eſt dignus, vt homo vocetur ſed ſicut Arbeiſti & hæreticus cum brutis viuat, & moriatur. Vnde interrogat D. Hieronymus in cap. 4. num. 31. Daniel citat.

Hieronym. com. ad 4. Dan. n. 31.

Quare ibi dicitur, igitur poſt finem dierum Nabuchodonoſor oculos meos in cælum leuaui, & ſenſus meus traditus eſt mihi. Quaſi dicat, dum oculos Rex in terram figeret beſtiarum more it cedebat, & paſcebatur; vbi oculos in cœlum leuat, hic ſuos theſauros quærit, & ad humanam formam redit. *Niſi oculos* (inquit Hieronymus) *leuaſſet ad cælum ſenſum priſtinum non recepiſſet.* Quaſi dicat, hominis non meretur formam, nec figuram, qui cœlum non ſpectat, & ibi theſauros ſuos reponit. Hinc homo in lingua Græca, *idem eſt ac ſurſum aſpiciens.*

Græcè homo, idem quod ſurſum aſpiciens.

843. *Bern. lib. de dilig. Deum. Pſ. 115. n. 15.*

Vnde Bernardus explicans Pſ. 115. num. 15. *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*, ſic exclamat; *quod ſi mors pretioſa, quid vita & vita illa?* Quaſi dicat, theſauros gloriæ æternæ quis niſi ſilentio poterit explicare? Paraphraſis Chaldaica vertit *Secretum præmium iuſtorum monſtratum eſt mihi. Secretum vindictæ impiorum reuelata eſt mihi.* Quaſi dicat, auari ſemper ſecreta loca ad reponendos theſauros quærunt, & ita in terra fodientes abſcondunt ſed pœna & ſupplicium iſtorum reuelata fuit Sanctis, ſicut ſecretum gaudiorum cœleſtium, vbi iuſti theſaurizant. De quibus dicitur Pſ. 1. n. 1. *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum*; quia auari ſemper de impietate cogitant contra pauperes & conſilium eorum contra liberalitatem non eſt obſeruandum imo fugiendum, quia pars beatitudinis conſequatur in hac vita, qui cæleſtia ſemper meditatur, & ibi cogitat reponere theſauros ſuos. Vide Baſilius *Quando Dauid per operis totius progreſſum tam multa admonuit, quibus obeundis operoſiſſimique labores, ſudoreſque innumeri impenderentur, his qui deſudaturi erant non leui pietatis ſuæ agone hac præuertens lucidiſſimis probat rationibus horum exitum felicem, ac beatum fore, vt bonorum nobis repoſitorum ſpe inuitati nihil grauatum aut moleſte quidquid occurret doloris, aut triſtitiæ perferamus.*

Paraphraſ. Chald.

Auarus quærit loca ſecreta pro pecunijs.

Pſ. 1. n. 1.

Conſilium auari fugiendum.

Baſil. in Pſ. 1. n. 1.

Sola ſpe cæleſtium theſauri nobis incipimus beatificari.

844. *Theſaurizare in cæleſtibus gaudium ingens.*

Perpende *bonorum repoſitorum ſpe.* Quaſi dicat vobis cum loquor, qui triſtitiam putatis afferre, & cauſare, pauperibus theſauros erogare. Non ſic impij, ſed qui theſaurizantur in cœlis ſpe repoſitorum. Hinc incipiunt eſſe beatos lætos hilares, & ſpe gaudentes, quæ ſurſum ſunt quærunt, non quæ ſuper terram. Vnde Gregor. Nazianz. *Videns de his, qui theſaurizant in terris, timendo quod pecuniæ eis deficiant ad aliud, in vnam aie, vt foliorum ſtrepitus lepores exterrent: ita vmbra neceſſitatum timidos auaros, ignauos, & miſeros.* Et Chryſoſtom. epiſt. 6. *quo aranea tela vmbra & fumus eſt, & ſi quid hu-*

Nazianz. in ſermone. Miſeri auari terram timent deficiendam eis.

Chryſoſt. epiſt. 6.

vilius fingi poteſt, omnes ſunt tibi inflictæ acerbitates, ſi cum iis præmiis conferantur, quæ hinc tibi tribuenda ſunt.

845. Perpende, *hinc tibi tribuenda ſunt.* Quaſi dicat, *pro theſauro hinc repoſito in cælo, illinc tibi tribuenda ſunt diuitiæ, quas nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit.* Et Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 5. *Nonne totius manipulus vitæ beatæ, ſi quid fortè accidit aduerſi atque amaritudinis, tanquam ſterilis auena abſconditur, aut tanquam lolij amaritudo frumenti ſuauitate obducitur.* Quaſi dicat, qui theſauros, quos adquirit in vſus pios, & charitatis plenos conſumere timet aliqualiter. Conſideret quod ipſe ſenſitiuus dolor minimus eſt, & ſicut granum auenæ, vel lolij in aceruum tritici ſaporem & guſtum panis non tollit. Sic talis ſenſitiuus affectus cum delectatione theſaurizandi in cœleſtibus Regnis nil & parum, in dulcedinem ſaporatam transformatur. Vbi Richardus cap. 13. in Cant. *O auari miſeri cogitate æternum theſaurum & leuiter fereris momentaneum amittendi pecuniam; cogitate pondus, id eſt, magnitudinem gloriæ, & leuis erit tribulatio, quam comitatur talis remuneratio, dum patimini, coronam intuemini.* Quaſi dicat, cum facis eleemoſynas, & conturbaris multitudine neceſſitatum, cito da, & cogita. Ad quod Seneca ait, *Quod ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſitat, & liberalitas tua coronabitur in cœlis, vbi theſaurizas.*

Ab[illegible] theſauri [illegible] eſt.

Ambroſ. l. 2. offic. c. 5.

Theſauri transformandi in pios vſus.

Granum auenæ in aceruo tritici [illegible] pauperes.

Rich. c. 13. in Cant.

Remuneratio pondera dat, cum beneficia ſunt.

Senec. lib. de benef.

846. Vnde Bernardus in Pſ. qui habitat, ſerm. 17. ait: *Latet gloria, fratres mei, abſcondita nobis eſt in tribulatione; in momentaneo hoc latet æternitas.* Quaſi dicat, amens ſupra modum eſt, qui fatigatus in congregatione pecuniarum, vbi eſt theſaurus, pro momentanea poſſeſſione, & fruitione, priuatur æternitate quæ eſt theſaurus abſconditus, quem cum inuenerimus præ gaudio libentiſſimè delectabimur vendidiſſe omnia temporalia, & pro cæleſtibus theſauris commutauiſſe. Vnde S. Aug. ſtenus ſerm. 109. monens auaros, vt non theſaurizent in terris, ſed in cœlo, quamuis innumerabiles ſecum patiantur repugnantiæ: quia ſemper caro, & amor proprius conſpicit, & militat aduerſus animam, ait: *Quoſi dura moleſta ſunt, horrent, quando narrantur, quæ quiſque valde grauia patitur intra ſe in hac vita, vt abneget omnia, quæ habet & det pauperibus; in comparatione autem æterni ignis, non parua, ſed nulla ſunt.* Quaſi dicat, diuites, & auari, ex contagio propriæ voluntatis plus aliis ſentiunt exinanire ſe, & theſauros expendere, & conſumere in vſus virtuoſos; ſed tales recordentur, quod vermis conſcientiæ malæ in æternum non extinguitur.

S. Bern. in Pſ. qui habitat, ſerm. 17.

Amens eſt auarus qui abſcondit hic theſaurum, & ignorat cui congregat.

S. August. ſerm. 109.

Conditio miſera auari torquet eum, ſed vermis conſcientiæ plus torquet.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, quod vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum erit?

QVæritur, quomodo ſtat cor, vbi amat plus, quam vbi animat? 847.

1. RESPONSIO D. Hieronymi, citati in litera, *Non ſolum de pecunia, ſed de cunctis poſſeſſionibus ſentiendum eſt, quia vbi eſt cor liga-*

S. Hieron. cit. in litt.

Cor vbi ligatum, ibi theſaurizat.

tum, ibi cura, vigilia, & theſaurus. Cuſtodiatur ergo cor, ne permittatur Dæmonum domicilium eſſe, ac diuerſorium, quod protectione tantum Spiritus Sancti eſt lectus, & quies eſt. Vnde interrogat Bernardus, ſerm. in illud, *Beatus homo, qui inuenit ſapientiam.* Quare Chriſtus Dominus dedignatus eſt naſci in diuerſorio, & reclinauit ſe in præſepio, inquit Lucas cap. 2. *Quia non erat locus in diuerſorio?* Et reſpondet, *vt inſinuaret ſe in corde, vbi multa paſſionum turba, vbi plurima ſordes, quodque inſtar diuerſorium ſe habet, ſe non quieſcere, non naſci, non habitare dignatur.* Quaſi dicat, cor, quod magis ſtat, vbi amat, id eſt, in theſauris, vel voluptatibus, quam in Chriſto, eſt cor, quod habet multos hoſpites, & aptum ad Chriſtum recipiendum non eſt, in ſtabulo, potius naſcitur, quam in diuerſorio; quia maior in illo ſolitudo minor ſtrepitus, quam in iſto. Vnde Anonymus citatus a Nouatino ait:

Bern. ſerm. in illud, Beatus homo qui inuenit ſapientiam.
Lucæ 2.
Chriſtus quare in diuerſorio naſci dedignatus eſt.
Anonym. citat. a Nouatino l. 4. ſacr. elec.

Sic pudica mentis ſacrarium
Chriſtum amans, non amat alium
Amore duplici.

Anſelm. in medit.

Vnde Anſelmus in meditationibus ait. *Aufer Domine à me, ſi velis ſubſtantiam, manus, pedes, oculos, ſolum relinque cor quo te diligam; hoc enim ſolum tibi placebo.* Quaſi dicat, non Domine mi permittas ita puniri vt cor meum ſit præter te; quia tu ſolus es theſaurus animæ meæ, vbi requieſcit, & præter te ſemper eſt inquieta, & in nullo quieſcit. Et Clemens Alexandr. lib. 2. ſtromat. *Ac mihi quidem videtur cor non diuerſorio non eſſe ſimile, quod effoditur, & ſtercore ſæpe repletur, cum homines ſe petulanter, & locum nihil omnino curent vt qui ſit alienus; eodem modo cor quoque, cum quamdiu nulla eius cura geritur ſit immundum, & multorum Dæmonum habitaculum.* Quaſi dicat, ideo iſta diuerſoria Chriſtus ignorat, quia corda, quæ perpetuis imaginationibus, curis, & ſollicitudinibus ambitionis, vel libidinis fatigantur, ſemper ſunt, vbi theſaurus eorum eſt, & ſordes omnium peccatorum admittunt; quia corda quamuis in corporibus eorum pulſent, & animent ſua non ſunt, ſed Dæmoniorum, qui poſſeſſores impiorum ſunt.

Cor mundū & liberum diligit Deus.
Clem. Alex. lib. 2. ſtrom.
Cor impiorū diuerſorium immunditiis plenum.
Cor auari Dæmonis eſt.

1. Responsio Gloſſæ in littera citatæ, *Si in terra cor eſt deorſum, ſi in cælo cor eſt in Chriſto ſurſum.* Quaſi dicat, ſunt peccatores cum paſſionibus, & vitiis ſuis fixi, vt ſemper terrena mediteutur & totaliter eorum obliuiſcitur Deus. Vnde interrogat Oleaſter in Geneſ. 3. n. 9. Quare cum Deus loqueretur Eliæ, qui in ſpeluncam ſe abdiderat, blandè loquutus eſt, dicens, 3. Reg 8. n. 35. *Quid hic agis Elia?* Cum vero alloquitur primo Parenti Adamo durius & increpans dixit illi, *vbi es Adam?* Geneſ. 3. num. 9. Et reſpondet, *hoc malum peccatum ſequitur quod faciat peccatorem, quaſi à Deo ignorari.* Quaſi dicat, cor Adami ita deorſum erat fixum, vt non diſpliceret vxori, quod neque replicauit Euæ neque aliquid de Deo loquutus eſt, neque de tranſgreſſione, & præcepto, ſed quaſi cæcus libidinoſus cum Eua dedit pomum viro ſuo, comedit, cecidit, & ſibi, & omnibus nocuit. Aliter Tertullianus: *Amicabiliter loquutus eſt Deus Eliæ ieiunanti quia abſconditum in ſpelunca reſeruabat theſaurum, id eſt, mercedem a ſolo Deo expectabat. Adam vero, qui non ieiunauit & cor ſuum deorſum habuit, & ad Euæ complacentiam peccauit durè aſpereque locutus eſt Deus.* Verba Tertulliani ſunt contra Pſychicos cap. 6. *Elias cum in ſpeluncam diuertiſſet, quam familiari congreſſu Dei exceptus eſt? Quid agis hic Elias? Multo amicitior iſta vox, quam Adam vbi es? iſta enim paſto homini minabatur, iſta ieiuno blandiebatur; tanta eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem parem re vera dari.* Quaſi dicat, Elias omnes circumſtantias ieiuniorum docuit, & obſeruauit, quia eius abſtinentia fuit indicibilis, & abſcondit ſe in ſpelunca hilaris, & lætus, ne videretur ab hominibus ieiunans, ſicut faciunt hypocritæ vnguento ſubcinericio, caput cum vngebat, cum ab Angelo refocillabatur, & tandem theſaurum ſuum in cœlo repoſuit, vbi raptus eſt. At vero Adam neque ieiunauit, neque ad Deum aduertit, & reſpexit, ſed cor eius ingratum deorſum fuit, ideo theſaurum Paradiſi perdidit; quia ieiuniorum amicus non erit, qui a ſuperis deliciis ieiunus eſt, id eſt, qui non theſaurizat in cœlo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur. 848.

Gloſſ. ordin.
Cor peccatorū deorſum.
Oleaſter in Gen. 3. n. 9.
3. Reg. 8. n. 35.
Gen. 3. n. 9.
Peccatorum deorſum reſpicientium Deus obliuiſcitur.
Adam quaſi brutalis peccauit.
Tertul. lib. contra Pſychicos.
Ieiunantis blandè, & amicabiliter Deus loquitur.
Exemplum & norma ieiunantium Elias.
Cæleſtes theſauros reſpicit, qui ieiunat.

TRACTATVS

TRACTATVS XXVII.

AD LITTERAM, In Cap. VIII. Matth.

De ſeruo Centurionis ſanato.

TEXTVS.

5. CVM introiſſet Ieſus Capharnaum acceſſit ad eum Centurio rogans
eum, 6. & dicens, Domine puer meus iacet in domo paralyticus,
& malè torquetur. 7 Et ait illi Ieſus, ego veniam, & curabo eum.
8. Et reſpondens Centurio ait: Domine non ſum dignus, vt intres
ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo & ſanabitur puer meus.
9. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub me milites, & dico
huic, vade, & vadit, & alteri veni, & venit; & ſeruo meo fac hoc, & facit.
10. Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: amen dico vobis,
non inueni tantam fidem in Iſraël. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, &
Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac & Iacob in regno cœlorum.
12. Filij autem Regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor
dentium. 13. Et dixit Ieſus Centurioni, vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi.

EXPLICATIO litteræ.

849. *Capharnaũ eſt ciuitas in terra Galilææ.*

CAPHARNAVM eſt in terra Galilææ iuxta mare quod vocatur Galilææ vel Tyberiadis, & in hac ciuitate ſæpe intrauit Ieſus, & fecit in ea multa ſigna, vt dicitur ſupra, quanta audiuimus facta in Capharnaum. Aliqui putauerunt, quod hæc hiſtoria eſt eadem cum illa, quæ narratur à Ioanne 4. Sed non eſt, ſed diuerſa; quia vero Lucas 7. dixit, quod non venit ipſe Centurio, ſed quod miſit amicos ſuos, ita credendum eſt, quamuis, quando dixit, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, repetere potuit Centurio, quando iam erat Chriſtus proximus, vt intraret in Domum, vbi feſtinanter Centurio exiuit ad recipiendum eum, & genuflexus dixit quaſi gratulando, & humiliter mercedem talem æſtimando.

Ioan. 4. Luc. 7

Centurio ſuas humilis, & obuiã exiuit Chriſto.

850. *Paralyſis eſt diſſolutio membrorum.*

Puer meus iacet Paralyticus, quaſi Legati, excuſationem darent quod erat impoſſibilitas veniendi ad petendam ſanitatem. Puer Paralyticus, id eſt, non poteſt puer moueri, quia paralyſis eſt diſſolutio membrorum, vt dicitur 1. Ethic. Ideo dixit, quod malè torquetur, quia patiebatur graues dolores, Et ideo non poteſt moueri ac per conſequens, nec ſella geſtatoria, vel alio modo poteſt portari.

Ariſt. 1. Ethic.

851. *Abulen. in proœm. ad c. 8. Matth.*

Domine non ſum dignus. Abulenſis dicit, quod ibant & reuertebantur legati, & dixit Centurio. Dicite, quod non ſum dignus, ego autem de approximatione Chriſti intelligo. *Nam & ego homo ſum habens milites, vel ſeruos, & dico huic, vade vadit.* Duo in iſta narratione declarantur. Vnum eſt, quod hæc ſuit narratio, cum progrederetur Chriſtus iter agens. Secunda, quod facit differentiam Centurio de Chriſto ad ſe. Quaſi diceat, ego purus homo habeo ſeruos vel milites, & obtemperant mandatis meis. Tu ergo qui Deus es, & homo, dic verbo, & ſanabitur puer meus, quia forſitan audierat, quod vno verbo leproſum ſanauerat, dicens volo mundare.

Homo purus Centurio, Chriſtus Deus & homo.

852. *Admiratio de re ſcita ſed feſtinanter operata.*

Audiens autem Ieſus verba Centurionis vel à ſe, vel per amicos miratus eſt, non quia audiſſet, quod ignorabat; ſed quoniam quæ executioni ponuntur, citò admirationem portant, vel vt ſequentibus cauſaret illam.

853. *Fides Centurionis fidem Iudæorum, & Gentiliũ ſuperans.*

Non inueni tantam fidem in Iſraël. Multipliciter poteſt intelligi, vel inter Iudæos Iſraëlitas, qui tenebant, & debebant ferre Chriſtum venturum eſſe Meſſiam; quia legebant ſcripturas. Vel in Gentilibus qui erant in tota terra Iſraël. Vel aliter cum Abulenſi citato inter gentes, quæ de Syria, & Samaria, & de omnibus partibus, quæ ad famam Ieſu Chriſti veniebant non inueni tantam fidem. Neque obſtat, quod dicitur de fide Apoſtolorum. Tum quia non loquebatur de eis Dominus, quia erant amici, & domeſtici ſui: tum etiam quia nondum erant robuſti in fide, ſed imbecilles & infirmi, & ſic in multis dubitabãt, & alia non intendebant Centurio autẽ fuit repletus gratia Dei, & diuinitatem eius credidit.

Centurio repletus fuit gratia Dei.

854. *Quia multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob.* Oriens vocatur principium Orientis; quia ſunt quædam puncta, a quibus incipit hemiſphærium, & iſta non ſunt habitabilia, & vocatur Oriens, id eſt, principium Orientis. Et Occidens, id eſt, principium Occidentis; quia ſunt circa puncta Orientis, & Occidentis. Et nos iſtam terram Iudæorum vocamus Orientalem, & vlti-

mam partem Hiſpaniæ vocamus Occidentem. Et de Oriente & Occidente, id eſt, de toto mundo venient, & recumbent, id eſt, ſedebunt in throno maieſtatis cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Filij autem Regni huius eiicientur in tenebras, id eſt, Iudæi, qui erant nati in illa terra, vbi Ieſus ſtabat, eiicientur in tenebras, id eſt, in infernum; quia Gentiles remoti condemnabunt Iudæos ſic de Regina Auſtri dicitur idem. Dicuntur autem damnati manentes in tenebras exteriores, quia in inferno ſunt loca tenebroſa, vbi in æternum manebunt ſedentes in tenebris, & in vmbra mortis. Et dixit Ieſus Centurioni, id eſt, legatis, vel amicis ſuis, quia ibant, & veniebant legati, vel forſitan cum iam prope domum eſſet. Sed Euangeliſtis attendendum & credendum eſt.

Recumbere eſt ſedere in throno maieſtatis.

In inferno ſunt loca tenebroſa.

Vade & ſicut credidiſti fiat tibi, id eſt, quia credidiſti, quod ego vno verbo & abſens poteram ſanare puerum, dictio illi, quod ſicut credidiſti, ita fiet, & ſanatus eſt puer in illa hora, id eſt, facta recta, & vera informatione, de hora, in qua Chriſtus hæc dixit, repertum eſt, quod in illo inſtanti, & hora puer paralyticus, qui doloribus torquebatur, vocibus, & clamoribus collaudantibus Chriſtum ſanus ſurrexit, & certum eſt, quod Centurio, & puer venerunt quærentes, & laudantes Ieſum, & multa alia dixerunt, quæ non ſunt relata; quia non omnia quæ Chriſtus fecit ſcripta ſunt. Cætera in quæſtionibus patebunt.

TRANSLATIONES *antiquiores, & recentiores.*

Vulgata editio. 1. Cum introiſſet Ieſus Capharnaum acceſſit ad eum, &c.

Tranſlatio Vatabli. 2. Porro cum ingreſſus fuiſſet Ieſus Capharnaum adijt eum Centurio obſecrans eum & dicẽs, Domine famulus meus decumbit domi paralyticus, ac grauiter diſcruciatur.

Tranſlatio ex Syriac. 3. Quum autem ingreſſus fuiſſet Ieſchua Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio quidam, & rogabat eum, inquiens, Domine mi, puer meus iacet domi, & paralyticus eſt, & male cruciatur.

Caiet. in Euang. Matt. 8. 4. Puer meus grauiter torquetur.

Abul. in prolog. ad c. 8. Matth. v. 7. ex vulg. &c. 5. Domine ſeruus meus iacet diſſolutis membris ſuis, & non poteſt moueri præ magnitudine dolorum.

Tranſlatio Vatabli. 6. Ego cum venero medebor illi. Et ait Centurio, Domine non ſum idoneus, vt tectum meum ſubeas ſed tantum dic verbum, & ſanabitur famulus meus.

Tranſlatio ex Syriac. n. 10. ex vulgata. 7. Ego iturus ſum, & ſanabo eum, & ait Centurio. Domine mi, non ſum dignus vt ingrediaris ſub tugurium meum.

Tranſlatio Vatabli. 8. Hæc autem cum audiſſet Ieſus, admiratus eſt, & ſequentibus dixit; amen dico vobis, nec in Iſrael talem fidem reperi.

Tranſlatio ex Syriac. 9. Et ait Ieſchua ſecum cunctibus, non in Iſraël inueni talem fidem.

Caietan. citatus. 10. Et Iudæis, quibus Ieſus ibat verſus domum dixit, non inueni, & non dixit non inueniam.

Tertul. lib. de idolatria verſ. 11. ex vulg. 11. Non inueni tantum fidei.

Tranſlatio Vatabli. 12. Multos ab Oriente, & Occidente venturos eſſe & accubituros cum Abrahamo, filios vero Regni eiciendos eſſe in tenebras exteriores.

Tranſlatio ex Syriac. verſ. 14. ex vulg. 13. Multi venturi ab Oriente, & Occidente & ſeſſuri cum Abraham, &c.

Tranſlatio Vatabli. 14. Abi, & ſicut credidiſti fiat tibi & ſanatus eſt famulus eius illa hora.

Tranſlatio ex Syriac. 15. Abi vt credidiſti fiat tibi, & ſanitati reſtitutus eſt puer eius in illa ipſa hora.

Caietan. citatus. 16. Et dixit Ieſus Centurioni, non in propria perſona, ſed amicis, vade, & ſicut credidiſti, fiat, & ſanatus eſt puer eius ex illa hora.

DIFFICVLTAS I.

Quare ad exaggerandam fidem Centurionis dixit Chriſtus, quod filij Regni huius eiiciendi erant in tenebras exteriores?

TRactauimus latè, & diffuse hiſtoriam ſerui Centurionis ſanati, & de eius fide, explicantes curationem leproſi à Matth. cap. 8. narratam, & ab Eccleſia Catholica relatam, ibi videatur tract. in cit. cap. 8. Matth. Nunc autem, quæ ibi non ſunt tractata; diſputabimus.

Quæretur,

Quæritur, quomodo filij regni huius eiiciendi ſunt in tenebras exteriores?

856. 1. Responsio ſit Abulenſis q. 36. in Matth. qui ait, *Hic intelligitur de pœna infidelitatis Iudæorum qui in Chriſtum non crediderunt, & inſuper eum vera dicentem occiderunt. Pro quo fuit duplex pœna inflicta: Vna quando Hieruſalem fuit deſtructa: alia quando fuerunt diſperſi. De primo, patet Lucæ 19. quando Chriſtus planxit futuram calamitatem Hieruſalem, quando flens dixit; ecce relinquetur vobis domus deſerta, id eſt, templum, & ciuitas. De ſecunda poteſt intelligi iſta littera, & erit ſenſus, filij regni huius eiicientur in tenebras exteriores, id eſt, regnum iſtorum per Duces Romanorum, qui eos vendent, & exulare cogent.* Quaſi dicat, cum Remigio citato in ipſo Abulenſi, tenebras exteriores appellat exteros nationes quia prædicebat Chriſtus interitum Iudæorum futurum, quia propter incredulitatem ducendi erant captiui, & diſpergendi per diuerſa regna terrarum.

Abu. q. 36. in c. 8. Matt. *Duplex pœna Iudæorum propter infidelitatem ſuam.* Luc. 19.

Remig. cit. in Abul.

857. 2. Responsio Sancti Hieronymi in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Tenebræ autem exteriores dicuntur, quoniam qui à Domino expellitur, foras relinquit lumen.* Quaſi dicat, noſtro Hiſpano idiomate: *Los Iudios ſe quedaron à eſcuras, porque mataron la luz.* Centurio autem recepit lucem in domum ſuam, & illuminauit eam, De quo latius poſtea.

Hieron. in Catena. S. Thom.

Hiſpana phraſis.

858. 3. Responsio Auguſtini ſerm. de Verb. Domin. *Sicut autem videmus Chriſtianos vocatos ad cœleſte conuiuium vbi eſt panis iuſtitiæ, potus ſapientiæ. Ita videmus, & Iudæos reprobatos, ideo dicitur; filij autem Regni huius eiicientur in tenebras exteriores, Iudæi ſcilicet, qui legem acceperunt, qui celebrant figuras omnium futurorum; qui tamen præſentiam non agnouerunt.* Quaſi dicat, quæ obſcuriores tenebræ, quàm lucem ante ſe poſitam non videre.

S. Auguſtin. ſer. de Verb. Dom.

Iudæi quaſi ... lumen non viderunt ſed occiderunt.

859. 4. Responsio Chryſoſtom. in hom. qui ait: *Filios Regni eos dicit, quibus regnum erat præparatum, quod & magis eos mordebat.* Quaſi dicat, his comminationibus Iudæi cremabantur; quia multoties Chriſtus dicebat eis, *Auferetur à vobis regnum Dei.*

Chryſoſt. in homil.

860. 5. Responsio Auguſtini contra Fauſtum, *Si ergo non commendauit Moyſes populo Iſrael Deum, niſi Deum Abraham, Iſaac, & Iacob, eumque ipſum Chriſtus commendat, non eſt conatus illum populum auertere à Deo ſuo, ideo minatus eſt eos ituros in tenebras exteriores, quod auerſos videret eos à Deo ſuo in cuius regno gentes vocatas ex toto orbe terrarum recubituras dicit cum Abraham, Iſaac, & Iacob, non ob aliud, quam quod fidem tenuiſſent Abraham, Iſaac, & Iacob.* Quaſi dicat: Chriſtus videbat Iudæos, quod erant rebelles lumini. Et ideo cum Abraham, Iſaac, & Iacob teſtificat ſuam doctrinam, dicens, vos nil aliud intenditis niſi recumbere, id eſt, in throno ſedere cum Patribus veſtris. Hanc ego etiam comminationem vobis inicio, vt caueatis ne ab oriente, & occidente veniant (ſicut ineffabiliter veniens,) & fidem recipiant, quam vos recipere renuiſtis, & vos exules maneatis, in tenebris exterioribus, id eſt, eiecti ab iſto Regno temporali, & ab æterno ſpirituali.

Aug. contra Fauſt.

Fidem Patriarcharum imitatus Chriſtus intredum [illegible] Iudæis.

Fidem amiſerunt Iudæi & regnum & cœlum.

DIFFICVLTAS II.

Quare Chriſtus dixit, ibi erit fletus, & ſtridor dentium?

Quæretur, quid ſit fletus, & ſtridor dentium? Sit

1\. Responsio circa dubium Aymon in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait: *Quas paſſuri ſunt per metaphoram deſcribit pœnas membrorum; ſolent enim oculi fumo tacti lachrymas producere dentes vero à nimio frigore ſtridere. Oſtendit ergo, quod reprobi in inferno, & calorem intolerabilem, & frigus ſuſtinebunt,* ſecundum illud Iob, tranſient ab aquis niuium, ad calorem nimium. Iob 24. n. 19. 861.

Aymon. in Catena. S. Thom.

Metaphora tormentorum inferni.

Iob c. 24. n. 19.

2\. Responsio Hieronymi in Catena citati: *Si autem fletus oculorum, & ſtridor dentium oſſa demonſtrat, vera eſt corporum, & eorumdem membrorum, quæ ceciderunt reſurrectio.* Quaſi dicat, verè & realiter frigus, & ignis erunt in inferno ad cremanda, & caſtiganda corpora non per exiſtimationem vſtionis, vt neotherici fingunt ſubtiliter, quia ex corporum vſtione ſequitur vera corporum reſurrectio. 862.

Hieron. in Catena citat.

Corpora damnatorum per ignē cremabuntur verè, & realiter.

3\. Responsio Rabbani in Catena citati, *Stridor dentium producit indignationis affectum, eo quod ſero vnumquemque pœniteat, ſero ſibi iraſcatur, quod tam tenaci improbitate deliquit.* Quaſi dicat, furorem, & indignationem damnatorum, contra ſeipſos oſtendit ſtridor dentium, quia pœnitentia deſperata ſignificatur de malis commiſſis, & toties exhortatis, ſed non emendatis. 863.

Rabban. in caten. cit.

Impij quare in inferno ſtrident dentibus.

4\. Responsio Abulenſis quæſt. 36. ad cap. 8. Matth. ad litteram: *Hoc intelligitur, quod Iudæi propter infidelitatem ducendi erant captiui, & diſpergendi per diuerſa regna terrarum; fletus enim ab igne fieri ſolet, ſtridor dentium à frigore: illis enim adſcribitur fletus, qui in calidioribus regionibus inhabitant, ſicut in India, & Æthiopia. Stridor autem dentium illis qui in frigidioribus locis commorantur, ſicut in Hyrcania, & Scythia.* 864.

Abul. q. 36. in Matth.

In Æthiopia intenſus calor: in Hyrcania frigus immenſum.

5\. Responsio meo videri fuit; *Quia Chriſtus oſtendebat, & manifeſtabat eximium fidem Centurionis, & per conſequens illorum, qui ab oriente, & occidente venturi erant, qui fidem Chriſti recipientes poſſeſſionem regni illius, & æterni obtinuerunt; quia hoc inſinuauit dicens, multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent, vel requieſcent cum Abraham, &c.* Et hoc videntes Iudæi infideles ſemper hic, & in æternum ſtrident dentibus. & lugebunt infelicitatem ſuam, & lacerabunt carnes ſuas dentibus ſuis, & proprias manus mordebunt, videntes fidem Chriſti exaltatam, & populum Iudæorum ſine Rege, & ſine imperio, & ſine terra, & dominio, imò in omni natione, & gente abominabiles, & odibiles, & audientes forſitan hoc Iudæi: *Stridebunt dentibus in Chriſtum;* quia inuidus contra æmulum ſuum intus igne crematur, & ſtridet dentibus, expectans tempus vindictæ. propter quod magis ac magis exaltabat fidem Centurionis Chriſtus, vt inuidia Iudæi magis torquerentur, audientes, *Non inueni* 865.

Auctoris mens.

Matth. 8.

Inuidus laudibus æmuli ſui torquetur, & vritur.

Ab inuidioſo ſemper cauere debemus. *ueni tantam fidem in Iſraël, adeſt inter vos, & totam veſtram regionem.*

866. Caietan. in Euangel. Matth. 8. 6. RESPONSIO Caietani in Euangelia Matth. 8. *Propter ſenſibiles pœnas, ſcilicet, tenebras, fletum, & ſtridorem dentium deſcribit, ad literam, vniuerſas pœnas ſenſus, quæ erunt in inferno; ternarius enim numerus perfectus eſt ad ſignificandam vniuerſitatem pœnarum; quia plures, & maiores ſine comparatione erunt pœnæ ſenſibiles damnatorum.* Quaſi dicat, ſpecies pro genere intellige, hoc eſt, per has ſpecies intellige pœnas ſenſibiles non minores iſtis. Sunt enim illæ immanifeſtæ nobis, & propter has manifeſtas nobis deſcribuntur.

Species pœnarum inferni pro genere accipiuntur.

3. RESPONSIO Lyræ ſua in Gloſſa. *In fletu duo ſunt, ſcilicet, triſtitia animi, ex qua procedit fletus, & ſecundum hoc fletus eſt in damnatis generaliter tam in Dæmonibus, quam in hominibus. Aliud eſt ex parte corporis, ſcilicet, lachrymarum reſolutio, & iſta poſt reſurrectionem erit, quia tunc in hominibus damnatis erit cerebri, & oculorum turbatio, ſed non erit ibi lachrymarum fluxus à capite, vel reſolutio; quia ceſſante motu cœlo ceſſabit omnis generatio, & corruptio. ideo dicitur, quod ibi erit ſtridor dentium, non per corruptionem, ſed per oſtenſionem doloris, id eſt, vermis conſcientiæ, qui non extinguetur in æternum.* 867.

Lyran ſua in Gloſſa.

Dãnati quomodo fleant, & ſtrideant dentibus.

TRACTATVS XXVIII.

AD MORES,

In Cap. VIII. Matth.

De fide Centurionis, & de pœnis Damnatorum.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur de peccatoribus, quòd eiicientur in tenebras exteriores?

QVÆRETVR, quales ſunt pœnæ exteriores peccatorum?

868. Abulenſ. in lite. cit. 1. RESPONSIO fuit Abulenſis in litera citati, qui ait: *Duplex fuit Iudæorum pœna, prima quando per Romanos Hieroſolyma fuit deuaſtata, ſecunda, quando ipſi Iudæi diſperſi ſunt per vniuerſum orbem.* Quaſi dicat, quando Deus impios vult punire, & alienis manibus, & propriis ſcit facere, quemadmodum impij mala fecerunt alienis manibus, & propriis. Vnde interrogat Oleaſter. *Quare dixit Rex Ægypti obſtetricibus Hebræarum, vt maſculos interficerent,* Exod. cap. 1. num. 16. Et reſpondet, *Vt ſunt impij callidi alienis manibus mala facere, id quid eis proſit oſtendit factum Dauid, qui cum Vriam gladio filiorum Ammon occidit et ſe innocentem arbitrabatur. Sed non ſuit, imò manibus propriis puniuntur, qui vxores ſuas coram omni populo violauit; quia impij per ea, quæ Deum eſſe dunt, puniuntur, quia ſe ipſum eſt domus ſupra dominum cadit; qui cauſa ſalutis ſibi erat contra proximum ſuum contra ipſos inimici inſurgunt, Secundum ſupplicium, peccatorum eſt, quando ipſi propriis manibus diſſipantur.*

Oleaſter in Exod. c. 1. n. 16. Tranſlat. Pagnin. Homines iniuſti manibus alienis vindictam ſumunt.

Cæterò calliditas ſerpentes iniquitate inſurgunt. Iob. 18. n. 17.

Vnde interrogat Hugo Carenſis, quare Iſaias cap. 9. num. 2. loquens de effectibus peccatorum ait, *Habitantibus in regione vmbræ mortis, quia ſicut vmbra dicit ad corpus, ſic peccata ad mortem.* Quaſi dicat, quemadmodum qui cum propria vmbra luctatur, impoſſibile eſt quod eam teneat, imò quo plus ambulat, plus eum perſequitor. Sic effectus peccatorum, qui ſunt iræ vindictæ, Zelotypia, iuramenta, & vermis qui ipſam rodit, & torquet conſcientiam, impoſſibile eſt, quod ſeparetur ab homine, quia quamuis omnia propria ſint illi, ipſe multoties homo triſtitiæ, & aliis ſuis manibus propriis laceratur, quia vt inquit Hugo: *Quemadmodum ſine corpore non eſt vmbra, ſic nec peccata ſine morte perpetua, qui ergo vult fugere hanc mortem, euitet hanc vmbram.* Quaſi dicat, ſicut eſt impoſſibile a corpore vmbram ſeparare, ſic a multitudine peccatorũ ſupplicia innumerabilia, quæ procedunt ex diſcordantia à Deo. Vnde Ambroſius loquens de iuſtitia, quæ iuſtum circumdat, & vallat fortitérque eum munit. Et ſi meminerit de inconſtantia, & perturbationibus, quibus inceſſanter impius affligitur, ait, ſcriptum eſt. Pſalm 45. num. 6. *Deus in medio eius non commouebitur, nec commotus eſt, quia nullius peccati prolapſione commotus eſt filius Dei.* Sed vbi aliquis peccat commouetur in eo Deus, vt ab eo tranſit. Vnde & Adæ peccanti deambulare viſus eſt & Sophoniſta e, quia ille in præuaricatione ipſis eſt, hi in ædificio ſiſteret. Quaſi dicat peccauit Adam, & ſtatim Deus ambulare ad auram poſt meridiem. Geneſ. 3. num. 8. Et iſta deambulatio ſignificabat

869. Hugo Carenſis in c. 4. Matth. 9. n. 2. Innumerabilia in tormenta & perturbationes ſequuntur peccatores.

Hugo dicit vmbra corpus ſequitur, & afflictiones peccatorum.

Ambroſ. in Pſ. 45. Deus à iuſtis nõ commouetur, ab impiis vero ſeparatur, & ideo profugi, & vagi ambulant.

Gen. 3. n. 8.

Deus ambulabat, quia vbique præſens eſt.

ſignificabat lapſum primi Parentis; quia ambulare dicitur Deus, non quia moueatur loco, qui vbique eſt, ſed in ſignum, quod Adamus ceciderat, & commotus in eo Deus ob peccati grauitatem erat. Stephanus autem, qui martyrium pro Chriſti amore ſubibat, non ambulantem,

Act. 7. n. 55.

ſed ſtantem Dei filium vidit Actor. 7. num. 55. *Et vbi Deus non ſtat quomodo quies, vel pax ſtabit? Quomodo non cor inquietum, & profugum, vagumque non trepidabit, quomodo ſuis manibus, & dentibus de ſe vindictam non ſumet multoties. Pro iuſto autem ſtans pugnabat Chri-*

Chryſolog. ſer. de Protomartyre.

ſtus immobiliter: quia vt Chryſologus ait, ſerm. de Protomartyre, *ſtare pugnantis eſt, atque bellantis*. Bene ergo Abulenſis inſinuauit pœnas Iudæorum duplices, exteriores tenebras alienis, & propriis manibus ſumptas.

870. Hieron. in litt. cit.

Expertes ſunt rationis, qui de peccatis gloriantur.

2 Responsio eſt Hieronymi in littera citati qui ait: *In tenebras exteriores eiiciuntur mali: quoniam qui à Domino expelluntur, foras requirunt lumen*; Quaſi dicat: ſic ſunt expertes rationis peccatores multi, & ita à Domino expulſi; quod de peccatis gloriantur, & & cum à Deo eiecti ſint, & in tenebris maneant abſque verecundia de tenebroſis operibus laudantur. Vnde interrogat Oleaſter in c. 1. Exod.

Oleaſter in c. 1 Exod. n. 23.

Quare dicitur, *Quod præcepit Pharao viris populi ſui, quod occiderent infantes Hebræorum*,

Tranſlat. Pagnin.

Infelicitas Regni quando Principes ſine verecundia peccant.

Si legit Pagninus? Et reſpondet, *Mirum valde eſt, quod fœminæ verecundia velatæ in malo obtemperare Regi noluerunt, viri vero gloriabantur, quod ſubmergerent, quod illæ ſeruauerant*. Quaſi dicat, quæ maior infelicitas Regni, & Prouinciæ, poteſt eſſe quam, quod potentes, insolentesque peccatores glorientur, & laudentur de innumeris ſcandalis perpetratis, nec ſentiunt ſe in tenebroſis, & obſcuris carceribus manere.

871. Nouarin. ſil. 4. ſacr. elect. Apoc. 13. n. 1.

Vnde interrogat Nouarinus, quænam eſt illa monſtruoſa beſtia, quam Ioannes videt, cum ait Apocalypſis 13. num. 1. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem habentem capita ſeptem, & cornua cum decem Diademata* Et reſpondet;

Potentes qui de ſceleribus gloriantur beſtiæ Apocalypſis ſunt.

per decem cornua vniuerſitas vitiorum, quæ potentes orbis perpetrant, intelligitur, quia ſuper cornua hæc decem diademata ſunt; quia proterua impudentia ſolent tales peccatores ſcelera ſua iactare, & laudibus ſua peccata redimere, ac de illis tanquam de ſuprema dignitate gloriari Quaſi dicat, iuſtè beſtia hæc crudelis, impia eſt, quia homo, qui de peccatis coronatur, & diademata vanæ gloriæ adquirit de iniquitatibus maledictis non eſt homo rationis capax; ſed horribilis beſtia. Vnde maledicens eis Rex Sanctus, &

Pſ. 108. n. 18.

Propheta Dauid, Pſalm. 108. num. 18. ait: *In-*

Impietas ingens laudare ſe de peccatis.

duit maledictionem, ſicut veſtimentum, quia nulla maior maledictio, quam peccatum quod ad modum veſtimenti ſe habet, & totum hominem ambit, ac operit. Et nulla maior infelicitas, quam hominem non habere aliquid Chri-

Impudentia hominum huius temporis.

ſtianitatis. Et vix Propheta hæc dicit cum addit, *Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur. An aliud eſt induere, & aliud operire. Et equidem, peccatorum impudentiam his verbis indicauit veſtimentum, quod induitur tegi poteſt: veſtimentum autem, quo quis operitur omnium oculis eſt expoſitum*. Extremæ igitur dementiæ eſt ac impudentiæ ſignum, cum quis peccati maledictionem velut pallium, quo operitur, circumfert illud omnium oculis explicans: ſic cum in hominum conſpectu de ſua iniquitate quis gloriatur. Audi Auguſtinum ſupra citatum in

Auguſtin. in Pſ. 118. cit.

Pſalm. 118. *Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur, &c cum ſuperius tam dixerat de veſtimento Quid eſt, quod repetit? An quia dixerat induit maledictionē ſicut veſtimentum; differt ab eo veſtimento, quod non induitur, ſed operitur; induitur enim quoq, tunica operitur pallio: Et quid eſt hoc,*

Pallium veſtimentū exterius per quod tenebræ exteriores ſignificantur.

niſi in conſpectu hominū gloriari. Quaſi dicat, hoc pallio induuntur, qui omnem verecundiam, & pudorem exuerunt, & ſcelera ſua, velut Sodoma prædicare audent; & quamuis à Deo ſint puniti, & ſine honore in tenebris exterioribus manent feſtiui & læti, & ſine lumine gratiæ Dei, quaſi gentiles viuunt.

872. Chryſoſt. in littera cit.

Curiales auliei propter apices honorum torquentur.

3. Responsio Chryſoſtomi in littera citati: *Filios dicit eiiciendos eſſe in tenebras exteriores, id eſt, priuandos à ſuo honore, & dignitate Iudæos, quod eos maximè mordebat*. Quaſi dicat, apices vanitatis, & honoris curiales, & viri profeſſione perfecti maximoperè attendunt, & propter illos immenſæ Dei offenſæ

Chryſolog. ſer. 142.

perpetrantur. Vnde Chryſologus ſer. 141. ait: *Deuotus animus inſulis beneficiorum creſcit, ad obſequium augetur, ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad ſuperbiam pertumeſcit*.

Aulici propter apices honoru dilacerantur.

Quaſi dicat, multi ſunt tam in ſæculo, quàm in cœnobiis ſeparati, qui mordere ſe non ceſſant, quia deſiderant dignitates, & officia conſequi. Et ſi in meliori loco ſint conſtituti ad arrogantiam proſiliunt, & inferiores contemnunt, tam verbis, quàm oculis, inſpectione. Similiter, & aulici ſemper in apicibus Curialibus cogitant, & quomodo alios meliores ſe præcedant. Vnde Bernardus hom. 4. ſuper miſſus eſt, ait: *Videas pleroſque de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos priſtinæ obliuiſci abiectionis; genus quoque ſuum erubeſcere, & infimos dedignari parentes*. Quaſi dicat. O miſera hominum

Ignobiles Religioſi de nobilitate vana gloriantur.

infirmorum conditio, quod vix reperies tam extra Religiones, quàm intra, qui in præſtantioribus conſtituti ſint, & non affirmet ſe de montanæis Pelagij Regis deſcendere, cum omnes pro vilioribus agaſonibus vel mechanicis officiis deſcendentes ab omnibus cognoſcantur & hinc naſcuntur murmurationes. Vnde proſe-

Bernard. cit.

Iuſti ad priorem vitam, de qua exceſſi ſunt, reſpiciunt.

quitur Bernardus loco citato: *Audiamus, qui tales ſumus, quid reſponderit, quæ Mater Dei eligebatur, ecce ancilla Domini*. Quaſi dicat, proprium eſt iuſtorum, cum ad maiores dignitates eleuati ſunt, non reſpicere maiora, ſed minora non obliuiſci. E contra ſuperbi, & qui in exterioribus tenebris habitant ſemper mordentur, & ſi de proximo ingentia, & mirabilia ſciant, & videant, hæc non conſiderant, ſed minimum defectum ſuæ proſapiæ, vel ſuorum, publicè coram omnibus detegant.

873. Rupert in Numer. c. 12. n. 1.

Vnde interrogat Rupertus, quare cum Maria ſoror Moyſis murmurauit contra fratrem ſuum gubernatorem populi Dei, dixit, quod cum Æthiopiſſa coniunctus eſſet Moyſes Numer. 12. n. 1. Cum reuera non eſſet Æthiops. Sed alba ſicut nix. Quare ergo dicitur, quod conturbati ſunt propter Æthiopiſſam? Et reſpondit,

Rixantes, & murmurātes viliorem ſolum reſpiciūt.

Hæc eſt amaritudo rixantium, quod ſemper è vicino rapit, quod noxium eſt ad augendum contemptum. Quaſi dicat, quia filia Iethro vxor Moyſis erat ex confinibus Æthiopiæ, inuidi, &

mordentes

mordentes contra eius honorem ad vilipendium murmurabant, & dicebant propter Æthiopiſſam vxorem eius. Serui autem Dei, non ſic, ſe omnes pluſquam ſeipſos æſtimant, & honorant.

874.
Oleaſter in Exod. 33. n. 15.
Translat. Pagnin.
Nobiles omnes pluſquam ſe omnes honorant.
Exod. c. 3.
Pſ. 81 n. 6.

Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 33. n. 15. *Quare dixerunt ſeni Iſrael Moyſi niſi tu ipſe præcedas, non educas nos de loco iſto, quia nomen tuum in medio tui?* Sic legit Pagninus? Et reſpondet. *Conſidera, quam largus ſit Dominus ad honorandos ſeruos ſuos, vt non ſolum dona ſua illis communicet, ſed & nomen, vt Dij etiam vocentur. Neque ſolum Angelis hoc communicare dignatur, ſed hominibus, quemadmodum fecit Moyſi, quem Deum Pharaonis conſtituit, & omnibus ſeruis ſuis, quos Deos dicere non dedignatur, ego dixi Dij eſtis.* Quaſi dicat, non ſic Principes, & potentes aulici, qui propter apicem ꝑſonalitatis vitam, & animas ſolent perdere, & vt Hiſpano idiomate loquuntur. *Los pundonores, y corteſias tienen perdida la antiguedad, y valentia de los Eſpañoles.* Omnes ſunt ſicut Pharao, qui quamuis Ioſephum multum diligebat, ſed tamen dixit. *Solio te præcedam*, Geneſ. 41. num 40. Et propter hoc vere bum multi perfectionis ſtatus, & qui videntur mundum contempſiſſe, in tenebras exteriores eiicientur; quia in perpetuo motu, & Spiritu ambitionis laborant, & ſe & alios torquent quærendo modos illicitos, quomodo poſſint ire, & dicere, *Sicut Pharao ſolio te præcedam, & loco.*

Hiſpano locutio.
Pundonores de trayen los honores.
Gen. c. 41. n. 40.
Ambitioſi Religioſi propter præ ſedentiam torquentur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dixit Chriſtus, ibi erit fletus, & ſtridor dentium?

QVæritur, quare Chriſtus exagerans fidem Centurionis Iudæis qui non crediderunt in eum, dixit, ibi erit fletus, & ſtridor dentium?

875.
Aymon in litera cit.

1. RESPONSIO eſt Aymon in litera citati. *Per metaphoram, inquit, ſignificauit Chriſtus membrorum pœnam damnatorum.* Quaſi dicat, non eſt lingua ſufficiens neque imaginatio humana poteſt excogitare, quales ſint inferi pœnæ. Sed nihilominus ſuper eas ſemper ratio præmeditatur. Vnde Chryſoſtomus homil. 2. in epiſt. 2. ad Theſſ. ait; *Ne fugiamus ſermonem de gehenna, vt gehennam fugiamus, ne fugiamus pœna mentionem, ut non puniamur, ſi diues illum ignem cogitaſſet, non peccaret; quoniam autem eius nunquam meminit ideirco incidit.* Quaſi dicat: ante oculos, qui habet gehennam ſemper haud eam videt, cogitans ſemper gehennam, vix in illam vnquam cadet. Vnde idem Chryſoſtomus homil. 32. in epiſt. ad Rom. ait: *Non ſines in gehennam cadere gehennæ meminiſſe, quia facilè cadet in ipſam ipſius oblitus.*

Chryſoſt. hom. 2. in epiſt. 2. ad Theſſ.
Diuites, qui pœnas inferni non meditantur in illum cadunt.
Chryſoſt. hom. 32. in ep. ad Rom.

876.
Ingrati ſunt, qui pœnas inferni non præmeditantur.

Hinc quaſi ingrati puniendi ſunt, vt ait idem Sanctus) *Cogitemus qui Deo immenſas non referant gratias pro noſtram ſalute, & gloria æterna, vbi tanta bonitate, & miſericordia creauit, & eum habitatoribus inferorum non deſtinauit, vbi multi adhuc ſunt, forſitan minoribus peccatis mancipati*, Verba Chryſoſtomi ſunt in Pſalm. 48. *Æquè laudandus eſt Deus, & cum punit, & cum à ſupplicio eximit, vtraque enim ſunt curationes, vtraque bonitates. Oportet ergo eum æquè laudare, & quod poſuerit Adam in paradiſo, & quod eum expulerit, & gratias agere, non ſolum pro regno, ſed etiam pro gehenna, eam enim & fecit, & minatus eſt, vt a vitio liberaret.* Quaſi dicat, quanta pro paradiſo ipſo agendæ ſunt gratiæ, quam eximiæ laudes Deo dicendæ, etiam tales dicendæ ſunt, & pro gehenna quia minatur Deus cruciatus, ne poſtea inferat; & ideò dicit per metaphoram, impij infideles eiicientur in pœnas exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Chryſoſt. in Pſ. 48.
Æquè laudandus eſt Deus pro paradiſo æterno, & pro liberatione gehennæ.

877.
Auct. imperf. hom. 34 in Matth.
Gen. c. 1. n. 4.
Lux paradiſi nox inferni ſignificat.

Vnde interrogat Auctor operis Imperfecti homil. 34. in Matth. quare Geneſ. cap. 1. n. 4. dicitur, *Quod Deus diuiſit lucem a tenebris, & lucem vocauit diem, & tenebras noctem.* Et reſpondet vtrumque infernum & cœlum deſcribi quaſi modicum guſtum inter lumen, & tenebras habitanti, nomen de inferno, lumen de cœlo, nox tibi referat de tenebris inferorum lux tibi referat de ſplendore cœleſti. Quaſi dicat; æqualis tibi ſit eductio, & materia gratias Deo agendi; quia ſicut nox dies ſucedit, & dies nocti ſucedit, ſub eadem viciſſitudinis lege, vt dies lumen cœli, & paradiſi nemo iam carcerti noctis tenebræ inferorum tenebrarum. Sed diu, noctuque, ſpem timoremque, & pœnas, & ſupplicij cogitatione foueremus.

878.
Oleaſter in c. 7 Iſa. n. 11.

Vnde interrogat Oleaſter, quare eum per Iſaiam Regi Achaz diceretur, c. 7. n. 11. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Ipſe Achaz renuit petere dicens, non petam?* Et reſpondet: *Aliqui dicunt eum noluiſſe petere, ne Dominus à populo glorificaretur propter datum ſignum.* Quaſi dicat, hoc vſque peruenit hominum malitia, vt diuinæ laudes impediant, & quia de ſigno in cœlo conſiderato, & de inferni meditati ne tormenſas Deo gratias conſequuntur erant, renuit idololatra malitia petere, quia de paradiſi conſideratione, & de ſtridore dentium, & de fletu damnatorum innumerabilia beneficia conſequuntur erat hominibus, ideo renuit petere malus homo. Vnde Guerricus Abbas ſerm. 3. de Annunt. ait: *Signum quod illi recuſauerunt, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra, nos fide plena ac veneratione deuota agnoſcentes filium incarnatum, in profundo inferni ſignum nobis eſſe liberationis, & veniam excelſum ſupra ſignum, & ſpem exaltationis & gloriæ.* Quaſi dicat, nullum admirabile ſignum, & excellens fuit nobis futuræ ſpei regni cœleſtis, quam incarnatio Verbi diuini: nam per hoc ſignum mens impletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur, & per conſiderationem infernorum, & liberationem pœnarum, quibus animæ impiorum ibi cruciantur ab inſidijs Diaboli piæ animæ liberabuntur. Ideò Chriſtus hodie mentionem facit, & ſignum ponit illarum quæ ibi patiuntur, quæ ſunt fletus, & ſtridor dentium.

Impij laudes Dei impediunt.
Guerr. Abb. ſer. 3. de Annunt.
Paradiſi cogitatio, & inferni liberatio ſignum admirabile.

879.
S. Hieron. in litera.

2. RESPONSIO Hieronymi in litera citati, *Fletus oculorum, & ſtridor dentium demonſtrant vera membrorum eſſe tormenta damnatorum.*

Membra damnatorum puniuntur ſicut delectabãtur in vita.

natorum. Quaſi dicat, quomodo non in membris damnatorum pœna durabit in æternum; ſiquidem illi, dum vitam habuerunt voluptabantur totis viribus, & ſenſibus in peccatis. Vnde Cyrillus Alex. lib. 11. in Leuit. *Nunc vero non infertur pœna corpori ſeu in inferno inferetur; quia ſunt multi qui locum pœnitentiæ non quærunt, neque refrigerium, ſed cum ceciderint ſurgere nolunt, ſed ſemper delectantur in Luto, quo cœperunt delectari.* Quaſi dicat, qui membra ſua ſemper peccatis ſubiecerunt, & delectationibus voluptati ſunt, quomodo tormentis in membris, & medullis non torquentur? Et Ambroſius: *Sicut enim ea, quæ conculcamus nullius momenti pendimus. Sic & qui liberè peccant abſque timore, & abſque pœnitentia Christum nullius momenti exiſtimant, nec eum iudicem futurum formidant,* (Et addit:) *factus eſt per gratiam Corpus Chriſti, & ſeipſum facit corpus Diabolo. Quid ergo mirum erit, ſi corpus eſt Diaboli, quod membra eius cum eo in inferno torqueantur, & vrantur.*

Ambroſ. ſup. cit.

Impij Chriſtũ conculcãt, & corpus ſunt Diaboli.

880\. Et Auguſtinus lib. 16. de ciuitate Dei c. 2. tom. 5. *Omnes qui Chriſtiano vocabulo gloriantur; & perditè viuunt, non abſurde poſſunt videre in filio Noe Cham figurari; paſſionem enim Chriſti, quæ illius hominis nuditate figurata, & annuntiant confitendo, & malè agendo exhonorant.* Quaſi dicat, impij Chriſtiani, qui male viuunt, ſimiles ſunt Cham qui Patrem ſuum nudum exhonorauit. Ita peccatores Chriſtum nudum, & in cruce poſitum exhonorant, & ſunt cauſa, vt ab aliis blaſphemetur nomen ſanctum eius. Et Bernard. ſerm. Fer. 4. Hebdomadæ pœnoſæ, *Si veſtigia Chriſti non ſequor exquiretur à me ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram nec immunis ero ab illo tam ſingulari ſcelere Iudæorum, quod videlicet tantæ charitati ingratus fuerim, quod ſpiritui gratiæ contumeliam fecerim, quod ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerim, quod conculcauerim filium Dei.* Et Ambroſius, *Qui beneficium dantis grata mente non ſuſcipit iniuriam facit benefacienti; ille facit te filium, tu vero fieri vis ſeruus peccati; venit enim ad habitandum in te; tu vero non præparas ei domum dignam habitationis ſuæ: alium, id eſt, Diabolum habitatorem conciliãs.* Quaſi dicat, *ſi talem habitatorem in vita habuiſti, quomodo poſt mortem, in domo eius non te recipiet, & torquet. Si te fecit omnium voluptatum participem, & ei omnibus membris ſeruiſti, quomodo in inferno propria domo ſua, non dentes tui frigore non ſtridebunt, & oculi fletu lamentabili non ceſſabunt, vt Chriſtus impiis Iudæis cum aſſeueratione promiſit?*

Auguſt. lib. de ciuit. c. 2. tom. 5.

Blaſphemantes & perientes nomen Dei Chriſtũ illudunt.

Bernard. ſer. Fer. 4. Hebdomadæ pœnoſæ.

Pœna Chriſtianorum ingratorũ crudeliſſima.

Ambr. cit.

Hoſpites Diaboli impij ſũt.

Membratim damnati puniuntur.

881\. 3. Responsio Rabbani in littera citati, qui ait, *Stridor dentium indignationis affectum ſignificat, eo quod vnumquemque ſero pœnitent, & ſero, eo quod tenaci improbitate deliquit.* Quaſi dicat, tempus veniet, & citò quàm cogitas veniet, quando linguam dentibus tuis dilacerabis, & dentibus ſtridebis, eo quòd à peccatis tuis caite tenuiſti. Vnde interrogat Oleaſter, quare Iſai cap. 1. num. 2. dicitur, *Audite cœlo, & auribus percipe terra. Quare igitur ſignatè refert cœlum & terram?* Et reſpondet, *Quia diuturnitate præaliis præſtant, & quia omnium hominum geſtis, & factis adſunt, præcipuè quæ clam fiunt coram cœlo, & terra fieri neceſſe eſt, vt niſi ſole, & terra teſtibus non fiant.* Quaſi dicat, poſuit Deus teſtes cœlum, & terram peccatoribus, vt negare non poſſint eius patientiam, & tolerantiam, in tam continuatis ſceleribus, à quibus tenebræ, & noctes tanto tempore admonuerunt, vt deſiſteret à viis peſſimis, & ipſe renuit. Et addit Oleaſter; *Aptiſſimè autem cœlum, & terram in teſtes vocat ſequentium admonitionum, in quibus populi ingratitudinem ad immenſa eius beneficia arguit; quoniam cum illo temporalia bona, vt plurimum eſſent, quæ cœlorum ac terræ munere communiter dantur, nihil aptius in teſtimonium vocari poterat, quàm illa quorum officio, & largitate hæc illis miniſtrata ſunt.* Quaſi dicat, vt impij in die iudicij ingratitudinis arguantur. Cœlum & terram quaſi teſtes adhibet Dominus, quia ipſi illis tanquam, & hoſtis fructus, & beneficia ingentia præſtiterunt, & quotidie fracaſſibus, & mortibus repentinis admonuerunt eos, & ipſi renuerunt, & de hoc in inferno recordantes ſtrident dentibus, & pœnitentia iniqua ſe ipſos dilacerabunt.

Rabban. in litt. cit.

Sero impij in inferno pœnitent.

Oleaſter in c. 1. Iſ. n. 2.

Cœlum & terra teſtes ſunt contra ſceleratos.

Idem Oleaſter cit.

Fructus terræ & beneficia cœlorũ teſtes contra impios.

Teſtes impiorũ fracaſſus; & repentinæ mortes.

Vnde Paraphraſtes Chaldæus ad locum præfatum Iſaiæ ait: *Audite cœli, qui commoti eſtis, quando dedi populo meo legem meam.* Quaſi dicat, cœlum & terra teſtes eſtote quod legem meam populo meo do: quoniam ſi eam tranſgrediatur, vos ipſi tortores, & carnifices conſcientiæ ſuæ eritis, quia tenuerunt obedire præceptis meis, cum diu noctuque per inſpirationes, prædicationes, & varios rerum euentus, eos certiores feci ſcelerum ſuorum. Ideò addit Oleaſter David Pſalm. 49. verſ. 4. ait: *Aduocauit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.* Vel vt legit Oleaſter, *vocauit cælos deſuper & terram, vt iudicent populum ſuum.* Quaſi dicat: attendite popule meus legem meam, inclinate aures ad verba oris mei, & à peccatis vos Domini vos expeditos inueniat, cum ad iudicium vocare dignabitur; quia melius eſt hic pœnitere, & fletibus peccata delere, quàm in æternum dentibus ſtridere. Vnde dure in ſeipſum ſæuit qui cum deliquerit non ſæuit, & ille ſibi paret, qui quod Dei legem violauerit, non parcit.

882\. Paraphraſt. Chald.

Ipſa conſcientia teſtis bonitatis Dei.

Oleaſter. in Pſ. 49. n. 4.

Voces Prædicatorum ſunt citationes cõtra ſceleratos.

4\. Responsio fuit meo videri; quia Chriſtus exaltauit fidem Centurionis, & omnium Gentilium, & de hoc ſtridebunt dentibus Iudæi; *Quia inuidus laudibus æmuli ſui intus torquetur, & linguam propriam remordet, & adiungens pœnas dixit, quod ab oriente, & occidente venturi erant, vt recumberent cum Abraham, Iſaac, & Iacob, & Iudæi inuidi eiiciendi erant exules, & diſperſi per vniuerſum orbem.* Quaſi diceret, ſi de ſupplicio à Deo vobis dato, ſcilicet, vt Romani vobis præcipiant, & dominentur, tam impatientes ſtatis, maiora ſupplicia adiiciet, vt præſentem miſericordiam acclametis.

883\. *Auctoris Sententia Inuidus laudibus æmuli ſui torquetur.*

Supplicia à Deo data non impatienter ferantur.

Vnde interrogat Oleaſter, quare tam acriter lamentabatur populus, quia Dominus per Moyſem dixit Filiis Iſraël: *Non eiiciam à facie tua vno anno inimicos tuos.* Exod. 23. num. 29. Sic legit Pagninus. Et reſpondet: *Arbitrantur homines ſibi beneficia negari, cum differuntur, aut paulatim conferuntur, quod non ita eſſe oſtendit locus iſte, ſed propter bonum noſtrum conferuntur, & ob duas cauſas ſolet Dominus nobis* inimicos

884\. Oleaſter. in Exod. c. 23. n. 29.

Tranſlat. Pagnin.

Patienter labores è manu Dei ſuſtineamus, ne forte grauemur.

Si Chananæi non eſſent inter filios Iſraël fera horribilis eſſent.

inimicos relinquere vt ſua inuidia nos exerceant, & ſibimetipſis noceant, dilacerantes corda ſua noſtra patientia à Deo coronata, & præmiata. Altera eſt, ne ſi impatienter labores ſuſtineamus fortiores, & deteriores patiamur. Relinquit enim Iudæis Chananæos, vt bellum, & feras paterentur infelicioris. Quaſi dicat, *Diſce, ô homo acceptare, quæ tibi pius Pater mala immittit, ne maiora, & deteriora patiaris.* Vnde Philo de ſacrificio Abelis, & Caini ait: *Quia ſicut ſine luce videre non poſſumus; quia neque colores, neque oculi ad videndum ſufficiunt; hanc enim ſeu tunculam natura præparauit, quæ coaptaretur colori oculus: nam in tenebris neuter ſuam vim exerit; eodem modo anima oculus nullam virtutis actionem poteſt attrectare niſi à labore ſeu luce adiutus.* Quaſi dicat, vnuſquiſque ſua luce contentus ſit, & qui parum videt ne querelas prorumpat in cœlum; *Ne fortè cæcus remaneat; quia licet nemo ſua ſorte contentus ſit, hoc inſipientium adagium eſt; quod tam iuſtus, quam improbus, impoſſibile eſt, quia ſine labore ſit; ſed malus torquetur, & querelas prorumpit; iuſtus autem pro ſuppliciis quaſi pro beneficiis acceptis gratias immenſas Deo dat.*

Philo de ſacrificio Abelis & Cain.

Quod lux eſt oculo hoc labor menti.

885. Iob 36.n.32. Vnde interrogat D. Thomas, quare patientiſſimus Iob cap. 36 num. 32. *Dixit in manibus abſcondit lucem, & præcipit ei vt rurſus adueniat?* Et reſpondit, *quia per opera virtutis ſuæ facit Deus, vt quandocumque lux ſolis, & ſtellarum nubibus occultetur. Sed quia hæc occultatio non eſt perpetua, ſed ad tempus præcipit ei, vt rurſus adueniat, videlicet, deſcendentibus nubibus.* Quaſi dicat, eodem modo facit Deus, homines in manibus ſuis lucem abſcondere, & lucem oſtendere; nam laborando operi manum admouent, lucemque oſtendunt, ſi otio non torpeant. Hoc eſt, ſicut qui inceſſanter laborat, paucis contentus, non multum ſupplicia, & labores ſentit; ſic qui ſemper otio torpet, & delitiis, & potibus delicatis, cibiſque pretioſis vtitur, cum flagella minima Dei euenerunt illi, clamat ad cœlum, & quia impatienter ſuſtinet, quod ad medicinam illi exhibitum eſt, & tunc, Multiplicare ſolet Deus flagella, & ſupplicia.

Iuſtus tacet, & abſcondit ſupplicia Dei patienter.

Delicati, & idiotæ neſciunt laborare.

886. Oleaſter.cit. in cap.23. Exod. Vnde Oleaſter in Exod. 23. *Audi huius rei ex ipſius ſcripturæ fonte exemplum mirabile, cum enim Achaz Rex Iudà ægrè ferret duos Reges, qui aduerſus ſe dimicabant, Raſin ſcilicet, Regem Syriæ, & filium Romeliæ audiuit à Domino* per Iſaiam cap. 8. num. 6. *Pro eo quod abiecit populus hic aquas Siloach, quæ vadunt quietè; (quod ſtatim explicat, gaudium, ſcilicet, Raſin, & filij Romeliæ,) Aſcendere faciet Dominus ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, Regem videlicet, Aſſur, & omnem gloriam eius, & aſcendet ſuper omnes torrentes eius, & ſuper omnes ripas eius, & tranſibit Iehudah: & inundabit vſque ad collum pertinget. & erit extenſio alarum eius, plenitudo terræ tuæ, ô Emmanuel.* Quaſi dicat, quoniam abieciſtis malum præſens, quod cum gaudio ſuſtinere debuiſſetis, maius eueniet vobis, id eſt, quia fidem Centurionis, & exaggerationem quàm protulit dicens, *Non inueni tantam fidem in Iſraël, quod cum gaudio audire debeatis; ideo dico vobis, quod ab Oriente, & Occidente, venient innumerabiles iuſti fideleſque,* qui fidem meam recipient cum gaudio, & vos eiiciemini in tenebras exteriores, id eſt, exules, profugi, & vagi, ambulabitis ſine Duce, & ſine Rege viles, & abominabiles ſine honore ante omnes nationes proſtrati, & abiecti, & ſine honore.

Tranſlat. Pa. nin. Iſ c 8.n.6.

Superbi Reges qui patienter ſupplicia Dei non ſuſtinent flagella maiora percipiunt.

Iudæi abiecti & viles in omni populo, & natione.

Vnde interrogat Chryſoſtom. homil. 33. in Matth. quare Chriſtus Diſcipulis ſuis laboribus, & afflictionibus repletis dixit, Ioan. 4. num. 36. alij laborauerunt, *& vos in labores eorum introiſtis?* Et reſpondet; quia cum magnos labores iam præceſſiſſe oſtenderet, promptiores eos reddebat. Quaſi diceret, perfectiſſimos diſponebat Apoſtolos, & ita poſt magnos labores, eos lætos, & hilares inueniebat, & hoc prætendit Chriſtus iuſtos flagellis perficere, & impios, ſi patienter ferant, emendare, & ſi impatienter addere. Vnde Bonauent. in Pſalterio ait, *Venite ad Chriſtum omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & inuenietis refrigerium promptum animabus veſtris, quia ſapientia ater à ita flagella diſpenſat diuidens ſingulis prout decet, & videt neceſſitatem; iuſtis, vt famoſiores fiant, impiis vt emendentur,* vt cum ſanati, & emendati ſint immenſas gratias, non querelas prorumpant, ſicut infirmus, cui medicus actiorem, & amariſſimam recelat potionem. Sed iam cum ſanus ſit infirmus, non querelas, ſed immenſas refert illi gratias.

887. Chryſoſt. homil.33. in Matth. Ioan 4.n.36.

Iuſti flagellati à Deo hilariores apparent.

Bonau. in Pſalterio.

Medicus potionem amariſſimam recelat infirmantibus.

TRACTATVS

TRACTATVS XXIX.

AD LITTERAM

In Cap. V. Matthæi.

De inimicorum dilectione.

TEXTVS.

43. AVDISTIS quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. 45. Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. 46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & publicani hoc faciunt. 47. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm quid amplius facitis, nonne, & Ethnici hoc faciunt. 48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt

EXPLANATIO Litteræ.

888. LEVITICI cap. 9. ſcriptum eſt, diliges amicum tuum ſicut te ipſum. Nolibi autem in tota lege inuenitur ſcriptum odio habebis inimicum tuum: ſed Dominus Ieſus dixit, hic etiam dictum hoc fuiſſe, vel quia Iudæi intelligebant hoc dictum fuiſſe implicitè; determinando enim obiectum dilectionis eſſe amicum, inſinuabatur inimicum obiectum eſſe odij, quod contrariatur amori. Vel quia in Deuteronomio inter benedictiones continetur ruina inimicorum à conſpectu populi Iſrael. Dicitur enim Deut. 28. n. 7. *Dabit inimicos tuos corruentes in conſpectu tuo per vnam viam contra te, & per ſeptem fugient à facie tua. Per hoc enim, & per alia ſimilia verificatur dictum eſſe odio habebis inimicum tuum.* Vnde benè ait Caietanus, (cuius tota hæc ſententia eſt) *Perſecutio, & proſtratio effectus eſt odij.*

Leuit. c. 9. Dilectio amicorum multis in locis præcipitur.

Deut. 28. n. 7. Perſequutio & proſtratio effectus eſt odij. Caietan. in Euang.

889. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. Perficit Ieſus præceptum de dilectione hominis dupliciter, priùs præcepto deinde conſilio. Quaſi dicat, cum Patribus antiquis, & recentioribus, quòd in dilectione inimicorum, & ſunt quædam ex vi præcepti, & quædam perfectionis tantum. Et primo ſatis clarè Chriſtus declarat confuſionem; quam ex antiquis obſeruationibus Iudæi habebant, quia cum in lege toties promitteret Deus Iſraelitas de inimicis ſuis vindicare, illi pro traditione infallibili reputabant, quod poterant inimicos Dei, & ſuos odire, & maleſacere. Vnde Chriſtus, *Vt verus legiſlator declaret, quod fuit, eſt, & erit; id eſt, nunquam inimicum odio habendum; quia Deus non volens iniquitatem puniebat, & odiebat malitiam peccati. Et hoc omnibus non ſolum licitum, ſed neceſſarium eſt; non vero propter hoc inimicum compoſitum ex corpore & anima odiendum eſſe videatur, & hoc eſt ex vi præcepti.*

Chriſtus ignorantiam vincibilem Iudæorum declarat.

Formale peccati odiendũ.

Ex vi autem conſilij inducit de nouo Chriſtus perfectionem, ideò dicitur Diſcipulis perfectis, vt ſitis ſicut, & Pater veſter perfectus eſt. Quæ autem ſint occaſiones adimplendi conſilium ſignificantur à Theologis, & longè diſputantur. Præcepta inquiunt, ſunt, ne odio nos habentes odio habeamus, ne reddamus malum pro malo; ne quid illis optemus mali, vt eos charitate generali complectamur, & communibus orationibus, eleemoſynis, beneficiis, quæ in omnes fiunt, non excludamus. Conſilij vero, vt eis etiam, non ad extremam neceſſitatem indigentibus benefaciamus, vt eos nominatim ſalutemus, vt familiariter alloquamur, vt ſitis filij, ſcilicet, per imitationem; quia iam eſtis filij per gratiam Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, Oſtendit, 890.

Perfectio eſt dilectio inimicorum.

Theologorum axioma.

Præcepta diligendi inimicos.

Conſilia dilectionis inimicorum.

in quo poſſumus eſſe ſimilea Patri cœleſti, faciendo bona tam amicis, quàm inimicis.

891. *Fili Dei quomodo poſſumus fieri.*

Si enim diligitis eos, qui vos diligunt. Probat hic Chriſtus quod diligere inimicos debeamus; aliàs non faciemus aliquid in quo Patrem cæleſtem imitemur. Nonne publicani hoc faciunt; hoc eſt., peccatores publici, etiam diligunt amicos ſuos. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros; tantum ponit ſigna dilectionis; quia dilectio eſt in voluntate, & per ſe parere non poteſt; *Quia nemo ſcit, quæ ſunt in homine niſi Deus, & ſpiritus hominis qui in ipſo eſt*, 1. Corinth. 2. num. 11. Ideò per ſigna oſtendi debere dicitur; & iſta ſunt benefacere, & benèloqui, & conuerſari, ſalutare & omnia communia facere cum inimicis, quæ ſunt in lege introducta, & per conſuetudinem. Nonne Ethnici hoc faciunt. Quaſi dicat, gentiles hoc faciunt, & nullam excellentiam habebitia ſuper illos, ſi ſolum quod illi faciunt, facitis. Eſtote ergo perfecti, id eſt, non ſolum habeatis iuſtitiam ſufficientem, ſed etiam ſuperabundantem, quæ eſt perfectio, nam in præceptis continetur iuſtitia neceſſaria, & ſufficieua; in conſiliis autem iuſtitia ſuperabundans.

Similes ſumus, & ſigna dant amicitiæ etiã inimicis, 1. Cor. 2. n. 15.

Salutare, & ab oratione Dominica nõ excludere debemus inimicos.

892. *Ex iuſtitia debemus non odire inimicos ex perfectione diligere.*

Sicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt, id eſt, ſicut Deus, eſt perfectus, qui eſt Pater veſter; quia aliàs non eritis filij eius per imitationem, niſi eum in hac perfectione imitemini, ſcilicet, quod benefaciatis inimicis veſtris, ſicut & ipſe benefacit malis, ita & nos inimicis bona faciamus, in his, quæ poſſumus, hoc eſt in his, quæ pertinent ad ſalutem animæ, nam ad bona temporalia, ſi eis benefecerimus perfecti erimus; non autem ſi contra faciamus peccatum. Et idcirco ſicut, & Pater veſter, id eſt, per quandam ſimilitudinem proportionabilitatis, & non æqualitatis; quia nemo poteſt eſſe perfectus ſicut Deus. Vnde Abulenſis in prolog. ad cap. 5. Matth. ait: *Et tamen aliqua proportionabilitas, ſcilicet, quia ſicut Deus multa bona facit malis ex ſola clementia: Ita & nos aliqua bona faciamus malis, ſecundum modum noſtrum, ex noſtra bonitate, & nobilitate Chriſtiana perfectionis.* Vnde Damaſcenus, *iſte modus incitandi ad bonum, & ad perfectionem erat in veteri teſtamento, cum ſæpè Deus dicat Iudæis; Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum*, Leuitici cap. 11. & 20. cætera per quæſtiones diſputabuntur.

Similitudo non tenet in omnibus, ſed in aliquo.

Abulenſ. in Prolog. ad c. 5. Matt.

Damaſc. cit. in Abul. Leuit. 11. & 20.

TRANSLATIONES antiquæ, & neotherica.

Vulgata editio. 1. Audiſtis, quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, &c.

Tranſlatio Vatabli. 2. Audiſtis dictum eſſe, diliges proximum tuum: at ego dico vobis diligire inimicos veſtros, & bene precamini deuouentibus vos; benefacito iis, qui vos odio proſequuntur, & orate pro iis qui lædunt, & perſequuntur vos.

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Audiſtis dictum fuiſſe: diliges proximum tuum; &c. Ego vero dico vobis bene precemini ei qui imprecatur vobis, & benè facite ei, qui odio vos perſequitur, & orate pro iis, qui vexant vos cum violentia.

Tertullianus. libr. aduerſus gentes. 4. Diligire inimicos veſtros, & maledicentibus benedicire; orate pro inimicis, & perſecutoribus veſtris bona precamini.

Caietanus in Euangelio Matthæi 5. numer. 47. ex Vulgata. 5. Orate pro offendentibus, & calumniantibus vos.

Tranſlatio Vatabli. 6. Namſi dilexeritis eos, qui diligunt vos, quod præmium habebitis, & ſi complexi fueritis fratres tantum, quid eximium facitis: nonne & publicani ſic faciunt.

Tranſlatio ex Syriaca. 7. Etenim ſi dilexeritis eos, qui vos diligunt quænam vos manet merces? Et ſi poſtulaueritis pacem fratrum veſtrorum tantummodo quid vos amplius facitis, nonne, & publicani idem faciunt.

Caietanus citatus numer. 49. Vulgata. 8. Quam mercedem habetis, diligere enim diligentes ſe, eſt rependere vices.

Tranſlatio Vatabli. 9. Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum Pater veſter, qui eſt in cœlis perfectus eſt.

Tranſlatio

Tranſlatio ex Syriaca. 10. Vos igitur eſtote perfecti, ſicut Pater veſter, qui eſt in cœlis perfectus eſt.

Caietanus citatus. 11. Vos igitur perfecti eritis ſicut Pater qui in cœlis eſt.

Tertullianus citatus. 12. Eſtote perfecti ſicut Pater veſter qui in cœlis eſt.

DIFFICVLTAS I.

Quomodo dicitur hic, quod ab antiquis dictum eſt odio habere inimicos?

QVæritur quomodo, vel quando lex præcipiebat odio habere inimicos?

893. *Gloſſa ord. Deus inimicos ſuos præcepit occidere, & traditio erat quod odio haberentur.*

1. Responsio Gloſſæ, ſciendum eſt in toto corpore legis non eſſe ſcriptum, odio habebis inimicum tuum, ſed hoc dicitur quantum ad traditionem ſcribarum, quibus viſum eſt hoc addendum; quia Dominus præcepit Iſrael. *Perſequi inimicos ſuos, & delere Amelec de ſub cælo.* Quaſi dicat, quomodo poterant homines diligere inimicos, Dei, quos præcipiebat perſequi, occidere, & delere eorum memoriam. Ideò intelligebant, quod debebant odio inimicos habere.

894. *Chryſ. ſuper Matth. Caro quidem inimicos odit; ſpiritus vero parcit.*

2. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Sicut autem quando dictum eſt, non concupiſces, non dictum eſt ad carnem, ſed ad animum. Sic & in hoc loco caro quidem inimicum ſuum diligere non poteſt; anima autem poteſt; quia dilectio, vel odium carnis in ſenſu eſt; anima vero in intellectu.* Quaſi dicat, quando nocemur ab aliquo, & ſi ſentimus odium, non tamen exequi volumus. Ergo cognoſcitur, quia caro noſtra odit inimicum; anima vero diligit.

895. *Aug. contra Fauſt. Ad Timoth. ep c.3.n.2. & 5.*

3. Responsio Auguſtini contra Fauſtum. *Quæro autem, à Manichæis, cur proprium eſſet legis Moyſi, quod dictum eſt ab antiquis, oderis inimicum tuum.* An & Paulus non dixit, *homines quoſdam odibiles? Quærendum ergo eſt quomodo intelligatur exemplo Dei, cui dixit Paulus quoſdam odibiles; odio habendos inimicos. Et rurſus exemplo Dei, qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos, & malos, diligendos inimicos.* Quaſi dicat, hæc itaque eſt regula, qua & oderimus inimicum propter id quod in eo malum eſt, id eſt, iniquitatem, & diligamus inimicum propter id quod in eo bonum eſt, id eſt, rationalem creaturam. Audito ergo, & non intellecto, quod antiquis dictum erat, oderis inimicum tuum quia vitium hominis ſolum addendum eſt.

Regula diligendi inimicos propter bonum, & odiendi propter malum.

896. *Abul.q.144.*

4. Responsio Abulenſis quæſt. 144. in Matth. *Ad ſecundum gradum iuſtitiæ Phariſæorum dixit, ſcriptum, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, & dixit, quod iſta vox non eſt tanquam iubentis, ſed tanquam permittentis infirmo.* Quaſi dicat, primo loco permittebatur diligere amicum, & ſecundo inimicum odire, hoc eſt, malum, quod in eo erat, & ſi hoc dicebat traditio antiqua, erat non violata, & corrupta ea parte infirmorum: nam perfecti, vt Dauid inimicum Saul dilexit valdè; mala autem, & peccata debent odio haberi, ſicut dixit, *Iniquos odio habui.* Pſalmus 118. num. 113.

Gradus iuſtitiæ ſeruandus in amore proximorum.

Pſal. 118; n.113.

5. Responsio Lyrani ſua in Gloſſa: *Omnis homo ex charitate diligendus, in quantum ad imaginem Dei creatus eſt, & capax ipſius per cognitionem, & amorem. Amicitia enim charitatis fundatur ſuper communicationem Beatitudinis. Et ideò omnis creatura intellectualis, quæ in actu vel potentia eſt beata, eſt ex charitate diligenda; mali autem homines, quamdiu ſunt in potentia veniendi ad hanc Beatitudinem; & ideò licet eorum malitia ſit odienda; ipſa tamen natura poſſibilis beatificari eſt diligenda.* Et hoc eſt, quod docet Saluator diligite inimicos. 897.

Lyran. ſua in Gloſſa. Creaturæ rationales ſunt in potentia beatitudinis; & ideò diligendæ.

6. Responsio Sancti Leonis in Gloſſa citati: *Proximi nomine non tantum diligendi ſunt, qui nobis amicitia & propinquitate iunguntur, ſed omnes homines cum quibus nobis natura communis eſt, ſiue illi hoſtes, ſiue ſocij, ſiue liberi, ſiue ſerui.* 898.

S.Leo cit. in Gloſſa.

7. Responsio Tertulliani lib. ad Scapulam, *Amicos diligere omnium eſt; inimicos autem ſolum eſt Chriſtianorum.* Quaſi dicat, quo quis inimicos plus diligit, plus magis Chriſtianus oſtenditur. 899.

Tertull. lib. ad Scapul. Chriſtiani inimicos diligunt.

DIFFICVLTAS II.

Quomodo intelligatur, benefacite his, qui oderunt vos?

QVæritur, quomodo poſſum benefacere his, qui me abhorrent?

1. Responsio Gloſſæ: *Miniſtrando cibum mentis, vel corporis; quod facit etiam, qui docet eum huiuſmodi cibum ſumere; omnia enim eo ſpectant, vt fratres fiant; ſingula ſingulis opponuntur, vt omnes partes malitia bonitate vincantur; videntur enim contra eſſe imprecationes Prophetarum; quæ non dicuntur voto optantium; ſed ſpiritu prævidentium.* Quaſi dicat, benefacere inimicis in extremis poſitis non repugnat ad malitiam illorum deteſtandam, & odiendam; quia ex motiuo charitatis procedit cibum dare, & reliqua neceſſaria; odium autem malitiæ ex præcipua Dei dilectione ſuper omnia, quæ ſunt in mundo. 900.

Gloſſa ord. Cibare inimicum eſt illi beneficere motiuo charitatis.

2. Responsio Lyrani ſua in Gloſſa. *Benefacere eſt effectus dilectionis: & ideo ſicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratiæ, & gloriæ. Ita tenemur in effectu ſalutem eorum modo debito, & poſſibili procurare.* Quaſi dicat, prudentia ſal eſt virtutum, & ita neceſſitas inimicorum conſideranda eſt, ita vt leges naturæ, & gratiæ adimpleantur. 901.

Lyranus ſua in Gloſſa.

Prudentia ſal virtutum, & eum inimicis conſideranda.

3. Responsio Auguſtini lib. 2. contra epiſt. Parmenij: *Præcepta Euangelica de dilectione inimicorum, & miſericordia impenden-* 902.

Aug. lib. 2. contra epiſt. Parmenij.

da proximis, catenus intelligenda ſunt, non vt peccata relaxentur impunita, ſed vt delinquenti correctio, & naturæ miniſtretur ſubſidium, donec per ſententiam iudicis adepta ſpe correctionis malorum tollatur exercitium. Quaſi dicat, naturæ non eſt ſubſidium etiam inimicorum tollendum, ſed cibare illum, quia carbones ignis congeret ſuper caput eius ad Rom. 12. n. 13. & nihilominus malitia eius non eſt ſine ſupplicio derelinquenda, & abhorrenda.

Naturæ inimicorum ſubueniendum. Ad Rom 12. n. 13.

903. Hieron. in Catena S. Thom.

4. Responsio Hieronymi in Catena citati: *Multi præcepta Dei impoſſibilitate ſua non Sanctorum viribus æſtimantes impoſſibilia putant eſſe, quæ præcepta ſunt, & debent ſufficere virtutibus non odiſſe inimicos. Cæterum diligere plus præcipi, quam humana natura patiatur, ſed ſciendum eſt Chriſtum non impoſſibilia præcipere, ſed perfecta, &c.* Quaſi dicat, ſicut ſunt gradus amoris amicorum, ſed ille plus perfectus eſt, qui inimicos crudeliores, & peruerſiores plus diligit. Sed hoc eſt, quantum ad perfectionem: nam quantum ad obligationem ſufficit ab oratione communi inimicos non excludere, & in naturalibus neceſſitatibus ſubuenire, & in aliis quæ ab Abulenſi quæſt. 346. ſignantur, & recentioribus. Caietanus in Euangelia, Maldonatus ibi, & alij.

Chriſtus non impoſſibilia præcepit, ſed perfecta.

Abul. q. 346. in Matth. Caietan. & Maldonat.

DIFFICVLTAS III.

An poſſit quis licitè gaudere de malis inimici, & triſtari de bonis eius?

QVæretur, ſi liceat delectari de malis inimici, & gaudere de bonis?

904. Abul. q. 346. in c. 5. Matt.

1. Responsio eſt aliquorum, quos citat Abulenſis quæſt. 346. in cap. 5. Matth. qui aiunt, *Quod eſt licitum lætari de malis inimicorum; quia in Scriptura Sacra ſæpe inuenitur, quod Sancti inimicis ſuis mala optabant*, vt Ieremiæ 17. num. 13. *Confundantur illi, & non confundar ego, paueant illi, & non paueam ego.* Et alibi: *Da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij.* Quaſi dicant, Sancti modo deprecatorio, quod mali puniantur propter maiorem gloriam Dei, non intelligendum eſt, quod condemnationem ſpiritualem deſiderent inimicorum, ſed correctionem.

Ier. 17. n. 13. Idem c. 18. n. 21. *Sancti correctionem, non condemnationẽ inimicorum deſiderant.*

905. Gregor. in Abul. cit.

2. Responsio eſt Gregorij ibi, citati, qui ait: *Inimici autem dilectio, tum veraciter cuſtoditur, cum non pro eius profectu dejicimur, neque illius ruina lætamur: non enim amat aliquis eum quem non vult eſſe meliorem.* Quaſi dicat, tunc non eſt amiſſa charitas inimici, cum naturaliter nos in eius ſucceſſibus portamus, neque delectando de inimici ruina, neque de profectu triſtando, ſed merè paſſiue vnuſquiſque ſe habens.

Paſſiue merè ſe habere in inimicorum prog eſſibus.

906. Abul. q. 346.

3. Responsio eſt Abulenſis q. 346. citati, qui ait: *Poteſt quis manente charitate optare malum temporale alicui, & gaudere de malo temporali, ſi illi eueniat, & triſtari de bono temporali eius. Ita tamen quod quando gaudet de malo alterius non gaudeat de malo in quantum eſt malum illius, ſed in quantum eſt impedimentum malorum alterius, ſcilicet, quia per hoc quod inimicus meus mala patitur, mihi non poteſt mala inferre. Et etiam poteſt quis delectari de malo pœna alterius, in quantum ipſa excuſat de malo culpæ. Vt ſi quis gaudeat, quod latro occidatur, quia mala innumera cuitantur. Sic poteſt quis contriſtari ſi inimicus ſuus temporaliter proſperatur; quia per hoc poteſt illum deprimere.* Quaſi Abulenſis dicat, charitas eſt amor Dei directè, & amor proximi propter Deum in quantum tendit in Deum: tendit autem homo in Deum in quantum eſt beatificabilis, ad quam beatitudinem non eſt via niſi per gratiam, ideo ex charitate tenemur velle gratiam & gloriam eis quos diligimus, ſiue in generali, ſiue in ſpeciali, & quantum ad hoc odium non habet locum; nemo enim poteſt manente charitate velle alicui, quod habeat pœnam æternam, vel quod non habeat gratiam Dei: neque poteſt gaudere quis de pœna æterna alicuius, neque deprinatione gratiæ. Bona autem temporalia per accidens ſe habent ad vitam æternam, & ad charitatem, & ſic bona temporalia poſſunt impedire; quia proſperitas vnius inducit aduerſitatem alterius. Et quia in charitate ſeruatur ordo debet quis ſe ipſum prius diligere, quàm alios, & cognatos ſuos quàm remotos, & per conſequens deſiderare ſibi bona, & triſtari de inimicorum proſperitatibus, in quantum impedimenta ſunt mihi, vel meis. Vnde concludit Abulenſis, *Sed quantum ad hoc ſeruandum eſt diſcretionis examen, ne cum noſtra odia exequamur, fallamur ſub ſpecie vtilitatis alienæ*; oportet enim penſare quid debemus ruinæ peccatoris, & quid iuſtitiæ ferientis; nam cum peruerſum quemque omnipotens percutit, & congaudendum eſt de iuſtitia Iudicis, & condolendum eſt de miſeria pereuntis.

Poteſt quis ſe malo inimicorum lætari hoc modo in quantũ mihi bonum impediebat.

Abul. cit. *Charitas eſt dilectio Dei & proximi propter ipſũ.*

De pœna æterna inimici nequaquã gaudere licet.

Ordo charitatis à me ipſo incipit.

Abulenſ. in fin. q. 346.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligatur, orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos?

QVæretur, quando pro inimicis ſit orandum, cum ab oratione à ſanctis expellantur?

907. Lyran. ſua in Gloſſa. *Oratio pro inimicis in generali obligat.*

1. Responsio eſt Lyrani. *Orare pro perſequentibus debemus, optando ſcilicet, eis bona gratiæ, & gloriæ; alia autem bona in ſpeciali optare vel facere non eſt neceſſitatis, ſed ſupererogationis.* Quaſi dicat, ad prædicta Saluator monet modo explicato, id eſt, orando in generali pro inimicis, & non in particulari excludendo eos ab oratione Dominica.

2. Respon

908. 2. RESPONSIO Auguſtini lib. 1. de ſer. Dom. in monte non ait, *Hoc pro fratribus, in quibus ſunt aliquando peccata perſecutione inimicorum grauiora.* Vnde cum Ioannes dixit: *Si quis ſcit fratrem ſuum peccare, non ad mortem, orct dabit Deus illi vitam*, 1. Ioan. c. 5. num. 16. Et ſubdit: *Eſt autem peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis, vbi aperte ſequitur quoſdam fratres eſſe, pro quibus orare non iubemur.* Quaſi Auguſtinus dicat, peccatum ad mortem eſt, cum poſt agnitionem Dei per gratiam Chriſti oppugnat aliquis fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiam, quas reconciliatus eſt Deo, inuidiæ facibus agitatur, quod fortaſſe eſt peccatum in ſpiritum Sanctum.

August. lib. 1. de ſer. Domin. in mōte.
Ioan. 5. n. 16.
Quando non eſt orandum pro inimicis.

909. 3. RESPONSIO Tertulliani in Apolog. cap. 31. *Scio præceptum eſſe nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare.* Quaſi dicat, orare pro calumniantibus eſt ardua, & difficilis res; quia inter inimicos calumniatores inſupportabiles ſunt. Sed tanta ſolet Deus gratia replere ſeruos ſuos, quod ex redundantia benignitatis; & auxilij Dei pro calumniatoribus exorent.

Tertul. in Apolog. c. 30.
Abundantia gratiæ eſt neceſſaria ad calumniatores ſupportandos.

910. 4. RESPONSIO Gregorij, qui ait lib. 34. Moral. cap. 16. *Quid aliud pro inimicis orandum eſt, niſi hoc quod Apoſtolus ait, vt det illis Deus pœnitentiam, & reſipiſcant à Diaboli laqueis à quo tenentur ad ipſius voluntatem.* Quaſi dicat, cum Auguſtino in Pſalm. 108. num. 4. *Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam, quia ſunt homines ita ingratitudine repleti quod omnia quæ pro illis fiunt etiam ingentia beneficia, quæ dilectionem leonibus cauſarent, ipſi detractione, & murmuratione, & inuidia ſoluunt: & de his vindictam non ſumere, & calumniatores non occidere, ſingulare donum Dei eſt.*

Gregorius lib. 34. mor. c. 16.
Pſal. 108. n. 4.
Dignæ beneficia poſt . . . ſunt.

911. 5. RESPONSIO eſt D. Baſilij orat. 9. de ira: *Quale enim ſpectaculum quam graue, & admirabile, ac ſane non nihil etiam ipſam humanam naturam exuperans hominem multis contumeliis lacеſſitum, & qui vulnus in facie accepit, quique alia multa perpeſſus eſt, quæ re ipſa ad extremam infamiam tendunt non ira incendi, neque vltionem parare, ſed manſuetum pro eo, qui ſibi iniuriam intulit preces adhibere.* Quaſi dicat: illa verè oratio cœlos penetrat, quæ pro calumniantibus, & perſequentibus efficaciter funditur.

Baſil. or. 9. de ira.
Oratio pro perſequentibus, & calumniantibus cœlos penetrat.

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt?

QVæritur, quomodo homines poſſint eſſe filij Patris æterni?

912. 1. RESPONSIO Auguſtini de ſer. Dom. in monte. *Si quis præcepta Dei cuſtodiat filius Dei efficitur, ergo non in natura filius eſt hic, filius eſt, de quo loquitur, ſed arbitrio ſuo.* Quaſi dicat: quod Ioan. 1. n. 12. dicit: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, quia vnus naturalis eſt filius Dei, nos autem poteſtate accepta efficimur, inquantum illa quæ ab eo præcipiuntur implemus.* Itaque non ait, facite iſta, quia eſtis filij, ſed facite, vt ſitis filij. Cum autem ad hoc nos vocat, ad ſimilitudinem ſuam vocat.

Aug. de ſer. Dom. in mōte.
Chriſtus Filius Dei naturalis, nos adoptiui per gratiam.
Ioan. c. 1. n. 12.

913. 2. RESPONSIO Diui Paſchaſij lib. 3. in Matth. *Vulgo dicitur fac vt ſis filius Patris tui, non igitur, natura quodeam eſt, ſed imitatione, quod nondum eſt.* Ita etiam ſi iuſti ſint filij adoptiui per gratiam Dei, tamen diligendo inimicum, & orando pro illo imitatione fit æterni Patris filios.

D. Paſchaſ. lib. 3. in Matth.
Imitatione æterni Patris filij qui inimicos diligūt.

914. 3. RESPONSIO Gloſſæ, quæ ait: *Non degeneres.* Quaſi dicat, accepta poteſtate operibus agite, vt ſitis filij renaſcendo per charitatem.

Gloſſa ord.

915. 4. RESPONSIO Gregorij Nyſſeni libr. de Profeſ. *Nulli eſt natura diuina, nulli potentia, nulli ſapientia mirabilis, bonitatis tamen, manſuetudinis, iuſtitiaque humanitatis diuinæ typos aliquos, quomodo effingi poſſe, non dubites.* Quaſi dicat, non eſt natura Dei comprehenſibilis tamen in dilectione inimicorum typus filiationis eius repræſentatur, quia vt Clemens Alex. ait lib. 4. Strom. *Deum oportet imitari quoad eius fieri poteſt, ab eo qui eſt cognitione præditus.*

Greg. Nyſſ. lib. de prof. Chriſt.
Natura Dei incomprehenſibilis.
Clem. Alex. lib. 4. Strom.

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo intelligitur; ſi enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?

QVæritur, ſi ſit meritorium diligere eos qui nos diligunt.

916. 1. RESPONSIO Gloſſæ quæ ait: *Amare autem amantem naturæ eſt, inimicum vero amare eſt charitatis. Ideò dicitur ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, ſcilicet, in cœlo nullam. De his enim dicitur receperunt mercedem veſtram.* Quaſi dicat Hiſpano idiomate, *Si amor con amor ſe paga, quæ ergo merces in cœlo pro dilectione amicorum retribuenda eſt?*

Gloſſa ord.
Axioma Hiſpanum, amor con amor ſe paga.

917. 2. RESPONSIO Rabbani in Catena citati; qui ait: *Si ergo peccatores erga dilectores ſuos verſa vice volunt eſſe benefici, multo magis maioris dilectionis ſignum amplecti debetis etiam non amantes; & ideo ſequitur nonne, & publicani hoc faciunt.* Quaſi dicat, ſi beneficia naturaliter operata mercedem expectant beneficiorum, ſi vos inimicos diligitis, ſupernaturalem, & maximam mercedem habebitis.

Rabbanus in catena S. Thom.
Amare inimicum ſummè magni fundus.

918. 3. RESPONSIO eſt Abulenſis quæſt. 355. in Matth. 5. vbi ait: *Dilectio amicorum, aut eſt ſola, ita vt quis diligat ſolos amicos, aut diligit omnes proximos. Si primo modo nullo modo eſt meritoria, quia meritum ſolum competit charitati; dilectio autem, qua ſolos amicos diligimus, non pertinet ad charitatem; quia idem habitus*

Abul. q. 355. in Matth. 5.
Præcisè diligere amicos non eſt actus meritorius.

Virtutes morales, & iuſtitia ſunt bona ſed non meritoria.
Abul. cit.

charitatis eſt per quem diligitur Deus, & proximus; & quia proximi non ſolum ſunt amici, ſed etiam omnes homines, quandiu viuunt, ideò non eſt meritoria talis ſola dilectio, quia propter fines particulares diligit. Quaſi dicat Abulenſis, quod quamuis diligere amicum ſit opus iuſtitiæ, & per conſequens, ſit virtus moralis. Tamen ad hoc reſpondetur, quòd virtutes morales ſunt bonæ, non ſunt autem meritoriæ. Ratio eſt, quia meritum dicitur reſpectu præmij, & demeritum reſpectu pœnæ: præmium autem & pœna quæ a nobis expectantur ſolum ſunt à Deo; quia ipſe punit, & glorificat: neceſſe autem eſt, quod meritum, & demeritum ſint reſpectu Dei; virtutes autem morales non habent pro obiecto Deum; ſed quaſdam paſſiones, vel operationes, ſecundum inclinationes vniuſcuiuſque. Et ideò diligere amicum præcisè non eſt meritorium: quia ſolum ſe & ſuas commoditates reſpicit. Si autem obiectum mutetur, hoc eſt diligere amicum propter Deum, iam mutatur obiectum, & incipit eſſe charitas, & per conſequens meritorium eſt.

DIFFICVLTAS VII.

Quomodo homines poſſunt eſſe perfecti ſicut Pater æternus perfectus eſt?

QVæritur, an iuſti perfectiones Patris æterni poſſint habere?

919. Lyran ſua in Gloſſa. *Lex Chriſti lex amoris, & dilectione perficitur.*

1. Responsio Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait. *Perfecti eſtote legem, ſcilicet Euangelicam, quæ eſt lex amoris, conſeruando, vt ſitis perfecti.* Quaſi dicat, *imitamini Patrem æternum, qui beneficia largitur, etiam malis hominibus. Ita quod propter eorum malitiam non deſeras beneficentiam circa ipſos. Ita & vos circa inimicos modo tamen prædicto, quia aliquando eſt neceſſitatis, aliquando ſupererogationis.*

920. Remig. in Catena citat.

2. Responsio Remigij in Catena, citat. *Quia vera perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non poteſt procedere, ideò poſtquam Dominus præcepit diligere inimicos, ſubiunxit. Eſtote ergo, & vos perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt.* Quaſi dicat; ipſe quidem perfectus eſt, vt omnipotens, homo autem, vt ab omnipotente adiutus. nam ſicut quandoque in ſcripturis pro veritate, & æquitate accipitur, vt ibi, ſicut fui cum Moyſe, ita & ero tecum, aliquando pro ſimilitudine, vt hic, vt ſitis perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt.

Per dilectionem inimicorum participes ſumus eſſentiæ Dei.

3. Responsio Ambroſij in Matth. *Sicut enim filij carnales aſſimilantur Patribus in aliquo corporis ſigno. Ita filij ſpirituales Deo in dilectione inimicorum.* Quaſi dicat noſtro Hiſpano ſermone, *Cotada la cabeça parece a ſu Padre.* Ita qui verè diligit inimicos ſuos, ſtatim dicimus, *verè filius Dei adoptiuus eſt iſte.* Vnde Ambroſius lib. 1. de Offic. cap. 48. *Ideò Paulus perſecutionem patiebatur, & ſuſtinebat; quia vincebat, & mitigabat humanum affectum propoſita mercedis gratia, vt filius Dei fieret ſi dilexit inimicum.* 921. Ambroſ. in Matth.

Hiſpano locutio [illegible] *parecido a ſu Padre.*

4. Responsio Chryſoſtomi in Imperfecto homil. 13. *Si ſimiles aut diſſimiles Patribus carnalibus fuerimus nullam laudem aut vituperationem meremur: quia non eſt in poteſtate hominis qualem accipiat qualitatem; ſi* [illegible] *autem Dei, ſi ſimiles fuerint homines laudandi ſunt, ſi autem diſſimiles nimis vituperandi, quia in poteſtate vniuſcuiuſque eſt menſura facienda iuſtitiæ.* Quaſi dicat, talem poteſtatem dedit Deus hominibus, vt filij Dei nominentur, & ſint per dilectionem inimicorum. Si autem oderimus eos, & calumniatores tigres ſimus filiationem Dei perdemus, & filij iræ, & indignationis ſiemus. Vnde Chryſologus ſer. 2. de Prodigo. *Ego perdidi quod erat ſi* [illegible] *quod Patris eſt non amiſit.* Quaſi dicat, viſcera miſericordiæ in Deo non poſſunt deficere ad recipiendos lapſos. Et Sanctus Paſchaſius lib. 3. in Matth. loquens de Prodigo filio Lucæ 15. num. 18. *Non ſum dignus vocari filius tuus* addit Pater relatus, ac ſi diceret, *Tu nunquam Pater fore deſtitiſti, neque viſcera paterni affectus vnquam prætermiſiſti, homo verò, qui inimicos abhorret ſupra modum, iam filiationem amittit.* 922. Chryſoſt. Imperfect. hom. 13.

Imago [illegible] *per odium inimicorum culpabile* [illegible]

Chryſolog. ſer. 2. de Prodigo.

S. Paſchaſ. lib. 3. in Matth. Luc. 15. n. 18.

TRACTATVS

TRACTATVS XXX.

AD MORES,

In Cap. V. Matthæi.

De inimicorum dilectione.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur; audiſtis, quia dictum eſt antiquis odio habebis inimicum tuum?

QVÆRETVR ſi verum eſſet, quod in Sacris Literis, tale præcipiebatur?

1. RESPONSIO Gloſſæ citatæ in littera, quæ ait, *In toto corpore legis non eſt [illegible] tum, ſed per traditionem viciatam erat ab antiquis, quia Dominus præcipiebat inimicos perſequi vt Amalec.* Quaſi dicat, cauendum eſt ab impiis Conſiliariis, qui oſtium procurant [illegible] aperire amicis, vt vindictam inimicorum ſumant, quia reuera hoſtis ſuæ ſalutis eſt, qui [illegible] ſe credit hoſti, & cordis oſtium Diabolo [illegible] aperienti eſt, qui inferni oſtium Diabolo per traditiones, & dicta inimicorum aperit.

914. V[illegible] interrogat Auguſtinus, quare dicitur L[illegible] *Quod intrauit Sathanas in Iudam, non dixit, irrapit in cor Iudæ, non pulſauit eius cor, & vi illud ſubiuit, ſed intrauit, quia illud apertum repererat, & locum Diabolo Iudas fecerat, vt vindicaretur de Chriſto Magiſtro ſuo, & eum Iudæis de eo malè loquentibus [illegible] auſcultauerat, & audierat, (vt mali homines, qui traditionibus vel Chiſmoſos,* vt loquar Hiſpano ſermone credunt, *Vt de inimicis vindictam ſumant. Quomodo Diabolus intrauit in cor Iudæ,* (inquit Auguſtinus,) in Pſalm. 136. *Vt traderet Dominum; non autem intraret, niſi ille locum daret. Sic multi mali homines per deſideria carnalia, & illicita locum dant Diabolo, & Angelis eius in cordibus, vt in illis, & de illis operetur, quia oſtium aperuerunt loquutionibus, & traditionibus inimicorum, vt conturbentur corda pacifica.* Vnde ſcitè Anonymus tanquam ſenex expertus in apophthegmatis Patrū lib. 11. dicebat: *Sicut nemo poteſt lædere eum, qui ad latus Imperatoris eſt: Ita neque Sathanas poteſt aliquid nobis nocere, ſi anima noſtra dilectioni Dei, & proximi inhæſerit.* Quaſi dicat immobiles columnæ ſunt contra ſuggeſtiones inimici amor Dei, & proximi.

Traditiones ſunt loquutiones malè interpretatæ & [illegible]

A[illegible] in L[illegible] [illegible] vindictam inimicorum.

Hiſpana locutio a los Chiſmoſos creen los malos.

Anonym. in Apophth. Patrū [illegible]

915. 2. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati. *Sicut caro concupiſcit aduerſus carnem, ſic vindictam inimicorum, caro concupiſcit, ſed anima contradicit; quia odium carnis in ſenſu eſt; anima vero in intellectu.* Quaſi dicat, anima rationalis dilectionem Dei, & proximi diligis, caro vero vindictam quærit. Vnde interrogat Oleaſter, quare Moyſes eum populus vitulum adorauerit, & inimici Dei facti ſunt, quare Moyſes iratus contra Aron fratrem ſuum dixit, Exod. 32. num. 21. *Quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper eos peccatum grande.* Et reſpondet, *ſunt qui iniurias ſuas vindicare volunt inducendo ad peccatum eum, à quo iniuriam ſunt paſſi, quod peſſimum genus vindictæ eſt; non ſic Sanctus Vir curauit fratrem ſuum, ſed omne peccati pondus in eum reiecit, vt diſcant multitudinis rectores ab eis omnia peccata plebis eſſe exigenda.* Quaſi dicat, ſunt multi, qui iniurias quas proximis ſuis faciunt fragilitati ſuæ carnis accumulant, & non malitiæ ſuæ mentis, vbi odium, & vindicta coagulatur. Ideò Phariſæi, & ſcribæ legi tribuebant odium inimicorum, quod reuera erat deſiderium animarum ſuarum per traditionem corruptam interpretatum, quia tales ſunt homines, vt ea, quæ ſua ſunt, a ſuóque cerebro inuenta, excelſa, & alta velint æſtimari, & reputari, ac ſi à Deo data, & promulgata; ideò commentum de odio inimicorum non ſolum eſſe licitum dicebant, ſed eſſe in lege incluſum affirmabant, ſed ideò a malis præſulibus ratio exigenda eſt.

Chryſoſt. in littera. cit.

Odium inimicorum caro concupiſcit non anima.

Oleaſter. in Exod. 32. n. 2.

Tranſlat. Pagnin.

Inimicorum iniuria anima, non carnē remouenda.

Malitia eſt domus vbi coagulatur odium.

Prælati, & Prædicatores rationem arctā reddant.

926. Vnde interrogat Theophylactus, quare cum Chriſtus diceret Iudæis Ioann. 12. num. 34. *Oportet exaltari filium hominis, ſcandalizati ſunt, dicentes, nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum & quomodo tu dicis exaltari oportet filium hominis.* Vbi Caietanus dicit, quod ex lege cogitabant talia, & reuera paſſim ſcriptura dixit, quod Chriſtus paſſurus erat Iſai. 53. num. 7. *Tanquam ouis ad occiſionem ducetur.* Et Pſalm 3. num. 6. *Ego obdormiui, & ſoporatus ſum?* Et reſpondet Theophylactus, *Iudæi negabant paſſionem Chriſti, & maligna mente infamabant.* Quaſi dicat, peccatum Doctorum, & Magiſtrorum in vtroque iure, hoc eſt, quod textus & opiniones ad ſuam voluntatem extorquent, & male interpretantur, & coercebant deſideria ſua ad vindictas & voluptates & lætas & peſtiferas opiniones & breui temporis interuallo dicunt, quod ex mei-

Theophyl. Ioann. 12. n. 34.

Iſ. 53. n. 7. Pſ. 3. n. 6. Theophyl.

Doctores elatè opiniones loquuntur propter vanitatem ſequuntur.

quis dictum eſt, & eum vno, vel duobus Doctoribus probabilem ſuam opinionem faciunt.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, Beneſacite his qui oderunt vos?

917. QVæritur, quod remedium eſt benefacere his qui oderunt vos?

Gloſſ. ordin. in litter. cit.

Medicina cordis noſtri eſt benefacere inimicis.

Oleaſter in Num. 21. n. 8. Tranſl. Pag.

1. RESPONSIO fuit Gloſſæ citat. in littera, *Quia miniſtrando inimico cibum mentis & corporis vulneribus noſtri cordis medetur.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Numer. 21. num. 8. præcepit Dominus Moyſi dicens, *Fac tibi ſerpentem, & pone eum ſuper perticam, omnis qui morſus fuerit, videbit eum, & viuet.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet. *Expende quæſo, quomodo Dominus eodem malo, quo Iſraelitas propter peccatum puniuit, eodem eos ſanare curauit, ſerpente momordit, & ſerpente à morſibus ſanauit, nihil vtilius, nihil ſalubrius iſta potione amara, ſi modo ea æquo animo læta Deo tuo honeris offerre.* Quaſi dicat, ſerpentes inimici tui, te momorderunt, & honorem famamque veneno infectauerunt, ſed ſalutifera tibi erunt hæc omnia, ſi ſcias eum eleuare in altum, & honorificare, & laudes eius vſque ad cœlum eleuare reddendo bonum pro malo, & ſic inuenies, quod nihil vtilius, nihil ſalubrius illa potione amara, id eſt, benefacere his, qui nos oderunt.

Inimici ſerpentes ſunt, qui venena diffundunt.

Eleuare ſerpentes eſt laudare inimicos.

918. Vnde interrogat idem Oleaſter, quare 1 Reg. cap. 6. n. 4. dicitur, *Quod ſatrapæ Philiſthinorum fecerunt quinque mures aureos, vt liberarentur à plagis immenſis, quæ circumdabant eos?* Et reſpondet, *quia cum arcam Domini in bello cepiſſent Philiſthæi à Iudæis, & Dominus eos hac de cauſa muribus omnia corrodentibus, & ficus ſecretas natium partes vexantibus flagellaret, à ſuis ſatrapis edocti mures aureos, & ficuum imagines faciunt. Deoque præſentant, vt his quibus ab inimicis flagellati erant Domino præſentatis plaga immiſſa ceſſaret.* Quaſi dicat, cognouerunt nihil plus in mundinis Dei valere quam mala ab eo immiſſa per manum inimicorum cum patientia tolerare, & inimicos, qui quaſi mures rodunt famam, vitam, & honorem aureos eos Deo offerre, & ita plaga diſcordiarum ceſſauit propter hoc, quaſi pro medela dixit hodie Chriſtus, *Benefacite his qui oderunt vos.*

Oleaſt. citat. 1. Reg. c. 6. n. 4.

Mures ſunt inimici, qui famam, & honorem derodunt.

919. Vnde ad quæſitum de ſerpente in altum eleuato, *Vt ſanaret quos venenoſi infectauerat*, ait Oleaſter, *ſolet enim homo à ſerpente percuſſus ſtatim mori, ſi ei candem videri contingat, ipſe vero ærea aſpexit, ideo ſanatur, vt videas quam mirabilia ſint opera Dei, ſi quod ſerpens iſte ſuſpenſus adumbrat velis, cernes te viuificatum paſſione eorum inimicorum à paſſionibus liberum.* Quaſi dicat, ſerpentem qui te momordit, & veneno ſuo occidit, reſpice in eum, & viuificatus manebis. Si ex corde ad Deum clamaueris, cum multa mala inimicis tui perpetrauerit, & pœnitens cum Ezechia dicas, Iſai. 38. n. 15. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et cum Oleaſtro legeris, *Conſiderabo omnes ſerpentes meos (id eſt inimicos) ad ſanitatem animæ meæ.*

Oleaſt. citat.

Serpentes inimici ſunt.

Reſpicere benouole inimicos cordis medicina.

Iſai. 38. c. 15.

Vnde Chryſoſtomus homil. 18. ait: *Reſpice, obſecro, quemadmodum vltimam poſuit coronidem bonorum; propterea quidem docet non modo cæſum palmis ferre patienter, ſed alteram maxillam parare. Sed his maius eſt iſta facientem non hoſtem exiſtimare; ſed potius etiam aliquid maius, quod hoc maius eſt benefacere his, qui nos oderunt.* Quaſi dicat, vidiſtis quantis ad perfectionem gradibus aſcenderit, & quemadmodum nos ad ipſius virtutis cacumen eduxerit, quia perfecti viri ibunt de virtute in virtutem, & inter virtutes nulla maior eſt charitate, & cum inimicis benefaciendo illis vſque ad vltimum gradum perfectionis exercetur. 930.

Chryſoſt. hom. 18.

Corona virtutum benefacere inimicis.

2. RESPONSIO eſt Lyræ ſua in Gloſſa citata in littera qui ait, *Benefacere eſt effectus dilectionis, & debemus modo probabili temporalia miniſtrare in neceſſitatibus inimicis noſtris, ne pereant fame propter noſtram vindictam.* Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 32. num. 19. *Quare Moyſes deſcendit de monte Sinai, & duæ tabulæ in manu eius?* Et reſpondet, *quia idololatræ inimici Dei non retinuit beneficium ſcripta legis, non confregit tabulas teſtimonii, non prohibuit ad populum deferri.* Et addit Oleaſter: *audiant hæc, qui ob paruum ingrati hominis crimen beneficia ſubtrahunt. Peccauerat populus peccatum grande, & dignus perditione erat, & pius Pater non ſubtrahit beneficium legis.* Quaſi dicat, inimicis peccantibus in nos beneficia ſalutaria animæ ſuæ nequaquam neganda ſunt, imò & temporalia in caſu neceſſitatis benefaciendo illis. Vnde Rupertus lib. 1. de Trinit. ait, *Audiri debet præceptum, quod præceptoris roborauit exemplum: ecce filius Dei præceptor, & Doctor de cœlo venit, quod præcepit fecit, quod docet, opere oſtendit. Dilexit inimicos*, vt ait Apoſtolus Rom. 5. n. 8. *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Quaſi dicat, quis ita benefecit his, qui oderunt eum, & quis pro calumniantibus, & perſequentibus creauit, ſicut Chriſtus, pro his, qui crucifixerunt eum cum clamore valido & lachrymis. 931.

Lyran. citat. in littera.

Effectus dilectionis benefacere.

Oleaſter in Exod. 32. n. 15. Tranſl. Pag.

Legem diuinam vollicita inimico denegandam ſed prædicandam Chriſtus docet.

Rupert. l. 1. de Trinit.

Magiſtri, & Prædicatores exemplo quod prædicant faciant.

DIFFICVLTAS X.

An poſſit quis gaudere de malis inimici ſui & de bonis contriſtari?

QVæritur, ſi liceat ſicut Prophetis & Sanctis de occiſione inimicorum Dei lætari? 932.

1. RESPONSIO fuit in litter. citatorum, qui aiunt, *Quod eſt licitum lætari de malis inimicorum, id eſt poſſumus lætari de punitione inimicorum propter maiorem gloriam Dei.* Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Moyſes Exod. 32. num. 27. *Occidite vnuſquiſque fratrem ſuum amicum, & proximum?* Et reſpondet, *quia propter iniuriam Dei vindicandam non eſt curandus frater, non amicus, neque filius, aut vxor.*

Auctores ab Abul. citati in littera.

Oleaſter in Exod. 32. n. 27. Tranſl. Pag.

Quaſi

Lubita eſt letitia punitionis inimicorum.
Ioſue c.7.n.1

Quaſi dicat, ſi de vindicta peccatorum poteſt quis lætari etiam amicorum, & fratrum, quanto plus de malis inimicorum, in quantum ſunt inimici Dei. Vnde dixit Dominus Ioſue, *Non poterit ſtare Iſrael coram inimicis ſuis niſi de medio tollatur, qui abſtulit anathema.* Quaſi dicat, triſtentur omnes de gaudio quod habet, qui aurum furatus, & lætetur de eius morte; quia inimicus eſt Dei, & omnium. Vnde in eodem cap. Exod.32.num.19. dixit Moyſes conſecraſtis manus veſtras hodie. Vnde Oleaſter, ſi iudex, aut tortor malorum es non putes te irreligioſum, aut prophanum; quoniam non minus Deum hoc opere colis, quam ſi donaria, & ſacrificia manibus ſacratis offerres, ſacrificium Deo acceptiſſimum eſt peccatores punire quemadmodum Sanctos colere. Nec minus benedicitur, qui iuſtum necat, quam qui iuſtum extollit. Quaſi dicat, ad maiorem gloriam Dei lætantur Sancti de malis inimicorum ſuorum & triſtantur de bonis, & voluptatibus eorum. Vnde Numer.25.num.8. dicitur, *Quod triſtitia affectus Phinees de voluptate Iſraelita impudici, occidit illum, & conſequutus eſt gloriam, & ſacerdotium perpetuum.*

Exod.c.32. n.19.
Oleaſt. citat.
Non eſt profanus tortor, qui inimicos Dei punit.
Num.25 n.8

933. Abulenſ. in littera citat.

2. Responsio Abulenſis in littera citat. *Poteſt quis lætari de malo inimici, in quantum illum excuſat de malo culpæ; vt quando quis lætatur de morte homicidæ Patris ſui, vel latronis.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Moyſes, vt placaret iram Dei, cum populus idololatrauit feſtinus pſallens, & canens coram vitulo, Exod.32. n.20. *Tulit vitulum, & combuſſit igni, & cineres dedit ad potandum idololatris?* Et reſpondet ad primum quæſitum; *Expende prudentiam Moyſis prius in peccatum ſæuit, quam in peccatores, vt peccati radicem prius extirparet.* Quaſi diceret, de combuſtione vituli, tanquam de radice peccati lætatus eſt Moyſes; de ſupplicio vero in peccatum idololatrarum conſecututo gauiſus. Et ad ſecundum quæſitum, *Cur cineres fecit potare idololatris?* Reſpondet, *vt appareat quod nihil reliquiarum peccati odij inimici debet amplius apparere, ſed penitus obliuiſci debemus iniurias acceptas, & lætari de combuſtione illorum, qui nobis ſunt obices ad ſeruiendum Deo.* Quaſi qui lætantur bibendo aquam dulcem, & claram in ſiti, & ardore itineris defeſſi. Vnde dicebat Auguſtinus explicans illud Pſalmi, *Cucurri in ſiti.* Pſ.61.n.5. *Illi (id eſt inimici) currebant, vt Chriſtum occiderent; Chriſtus autem volebat eos in ſe transferre, id eſt, penitus manere immemor iniuriarum, & opprobriorum inimicorum ſuorum.*

Oleaſter in Exod.32. n.20.
Quare cineres vituli potauerunt idololatræ.
Inimici delibati potandi ſunt, vt obliuiſcantur.
Auguſt. in Pſ.61.n.5.

934. Chryſoſt. ſerm. Deum laudamus tom.5.

Et Chryſoſtomus ſerm. Deum laudamus tom.5. *Fuit quiſquam tibi iniurioſus, ingemiſce, ne maledictum inceſſeris, funde lachrymas, non iniuria gratia, ſed ob iniuriam inferentis interitum, quemadmodum Dominus tuus Iudam deplorauit non enim, quod cruci ſuffigeretur deflebat, ſed quod ſe ille eſſet ad ſui perniciem proditurus.* Quaſi dicat, Chriſtus non mortem ſuam, neque pœnam inimici ſui doluit, ſed culpam propter quam animam perdidit. Ideo de inimicorum pœnis licitum eſt lætari, non de condemnatione animarum, vt Abulenſ. citat. defendit.

Lætari de pœnis non de culpis inimicorum.

***

DIFFICVLTAS XI.

Quomodo intelligatur, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos?

QVæretur, qui ſunt iſti calumniatores, & quando obliget iſta inimicorum oratio? 935.

1. Responsio Auguſtini in littera citati, qui ſecundum dictum Ioannis Euangeliſtæ ait, *Quod ſi eſt peccatum ad mortem, non quis oret pro eo, id eſt, pro calumniatoribus, qui aduerſum Dei gratiam & fraternitatem repugnant, & inuidiæ faucibus agitantur & peccant contra Spiritum Sanctum pro his non eſt orandum.*

Auguſt. in littera citat. Ioan. Apoſt. vt ſupra.

Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer.21. n.6. *Quod miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes?* Et reſpondet, *quia optimè pœna correſpondet culpæ perpetratæ, mordet detractor, veluti ſerpens in abſcondito ei, cui detrahis, & quaſi ignis deuorat famam eius, & ſicut qui incendio totam ſiluam comburit, ſic ſua deprauata intentione totum deſiniterium eſt, commune bonum vrit, fraternitatem, & vnionem lacerando, & diuidendo. Immittit igitur Dominus in eum ignitos ſerpentes, qui & carnem mordeant, & præcordia incendant.* Quaſi dicat, qui inter fratres ſuos diſcordias diffundit & pacem communitatis, & Religionis conturbat, caueat, quia ſæuiſſima pœna dignus eſt, & repugnat gratiæ Dei vnitæ, & inter fratres vinculatæ, & eſt peccatum contra Spiritum Sanctum, & pro eo non eſt orandum tanquam pro calumniatore, qui faucibus inuidiæ agitatur, & eſt peccatum ad mortem multorum. Pro quo inquit Apoſtolus, quod non eſt orandum.

936. Oleaſter in c.21. Num. n.6. Tranſl. Pag.
Qui diuidũt fraternitatẽ peccãt contra Spiritum Sanctum.
Serpentes igniti cauilloſi, & inquieti, perturbatoreſque pacis.
Non eſt orãdum pro inquietis.

Vnde Chryſologus, *Reprehendit adoleſcentem, qui acceſſit ad Ieſum dicens, Magiſter dic fratri meo, vt diuidat hæreditatem:* vbi Chryſologus, *Non poteſt Chriſtus diuidere, qui dixit, ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum; quia non eſt hæreditas, vbi eſt ruina, nouerca & non eſt mater,* inquit Chryſologus. Et Auguſtinus ponderans ruinam calumniatorum operum Dei volentes fabricare turrim, inquit, *Quod diſcordia diſſipauerat eos.* Quaſi diceret, *quod nullum flagellum Dei maius quam permittere diſſeminatorem, & calumniatorem in vna Republica, vel communitate, qui ſemper calumnioſis, & falſis verbis omnes fallere conantur, & pacem oſtentant, & ſunt in corde, ſerpentes igniti.* De quibus dicit D. Valerianus hom.13. de bonis pacis, *Sine dubio hic Dominus homines ficti cordis admonuit; ſciebat enim dilectionem verbis compoſitam ac licet largam, erogationis expenſam fieri frequenter ingratam.* Quaſi dicat, ingratum eſt beneficium, id eſt, non dignum gratitudine, neque gratia Dei, quod lingua fingitur & verbis compoſitis, & Aulicis oſtentatur, ſed intus in corde remanet venenum, & coagulata malitia, & hic eſt calumniator, pro quo non eſt exorandum, quia reſiſtit gratiæ Spiritus Sancti inſpirantis ad vnionem pacem, & concordiam.

937. Chryſolog. ſerm. de eo qui hæreditatẽ noluit. Lucæ c.12. n.13. Pſ.132.n.1.
Auguſt. de ciuit. Dei. Geneſ. c.11. n.4.
Scrutator callidus flagellum Dei in vna communitate.
S. Valerius hom.13. de bonis pacis.

2. Responsio Tertulliani in littera citati, 938. Tertul. cit. in littera.

Sic

Sic præceptum eſſe nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum exorare. Quaſi dicat, ineffabiles ſunt gratiæ, & fauores, quibus repleti ſunt, qui pro perſecutoribus ſuis orant. Vnde interrogat Oleaſter, quare poſt tantas iniurias, & opprobria Moyſi à populo ingrato perpeſſas, cum Dominus delere populum vellet, dixit Moyſes, *Vt quid iraſcitur furor tuus in populum tuum?* Et reſpondens Dominus ait: *Et tu dimitte me*, Exod. 32. n. 11. Et reſpondet, *Quis te ligat Domine Deus? ligatum habent, qui rogant pro inimicis Deum.* Et addit Oleaſter: *Et ſummè hic aduerte Dei miſericordiam, vt ſe ſolus roget, vt ligetur.* Quaſi dicat, oratio pro inimicis, & perſecutoribus complacet ita Domino, vt roget rogantem ſe, vt iterum orationibus, & precibus eum liget; quia contumeliæ amicorum ſuorum ſunt quaſi ſpeculum, vbi Deus pretioſis gemmis ornatum & ſui ipſius imaginem reſpicit. Vnde Bernardus opuſculo de charitate; *Quid ita diuinæ tranquillitatis imaginem gerit, quam anima, quæ ſic ad omnium iniuriarum tolerantiam ſe obfirmat, vt eam contumeliæ illatæ non moueant, & mentem eius ab ſtatu ſuo nulla comminationum, aut iniuriarum machina deiiciant.* Quaſi dicat, aliquid maius homine eſſe videtur, & multum diuinitatis portare, qui ab homine iniuriis laceſſitus non ſentit iniurias, iniuriis non concutitur, neque mouetur.

Oleaſter in Exod. 32. n. 11. Tranſl. Pag.
Orantes pro perſecutoribus ligant Deum. Authoris pensi.
Bern. opuſc. de charitate.
Imago Dei eſt orans pro inimicis.

939. Vnde interrogat Hugo Charenſis, quare cum perſecutionibus repletus erat Iſaias dixit, c. 51. n. 16. *In vmbra manus meæ protexi te?* Et reſpondet, *quia ſicut aliquis opponit manum ſuam contra lumen, ſic Dominus faciebat Prophetæ vmbram contra omnem ardorem perſecutionis.* Vbi Bonauent. in Pſalterio ponderans afflictiones, quas inimici, & calumniatores contra iuſtum perpetuo machinantur ait: *Deriſerunt me inimici mei vndique; tu autem ſub vmbra manus tuæ contuliſti mihi refrigerium.* Quaſi dicat, aliàs perirent iuſti, niſi Deus contra opprobriantes inimicos, & deridentes exſurgeret. Ideo Dauid cum anxietate cordis dicebat, *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.* Hinc cum vna die nimis anxiaretur, opprobriis & iniuriis inimicorum Sancta Brigitta: apparuit ei, vt conſolaretur ancillam Chriſti mater eius, & dixit, lib. 1. Reuelat. cap. 22. *Nunquam vinum ſeruatur bene in bonitate ſua, niſi in fæce, nec boni, & iuſti in virtutibus ſtare & proficere poſſunt, niſi probentur tribulationibus, & iniquorum perſecutionibus.* Quaſi dicat, multi præclariores euadunt cum orant pro illis, pro quibus perſequuntur, & contumeliis afficiuntur; ideo ad redundantiam benignitatis præceptum eſt orare pro inimicis.

Hugo Charenſ. in c. 51. Iſai. n. 16. Manus Dei vmbra at perſequentes.
Bonauent. in Pſalt.
Pſ. 67. n. 2.
In reuelat. S. Brigittæ lib. 1 c. 22. Vinum in fæcibus melius: & iuſtus in perſecutionibus perfectiſſimus efficitur.

940. Vnde interrogat D. Ambroſius, quare Apoſtolus Paulus 2. Cor. 3. n. 7. *Loquens de mirabilibus Moyſis, dixit, quod vultus eius ita ſplendebat, vt non poſſent filij Iſrael intendere in faciem eius propter gloriam vultus eius?* Et reſpondet, lib. 2. offic. cap. 7. *Quantas Moyſes à populo ſuſtinebat contumelias, & cum Dominus in inſolentes vindicare vellet, ſe tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi diuinæ plebem ſubduceret: quàm miti ſermone poſt iniurias appellabat populum, ſolabatur in laboribus, deliniebat oraculis, fouebat operibus, & cum Deo conſtanter loqueretur, homines tamen humili, & grata appellatione affari ſolebat.* Et concludit Ambroſius, *meritò æſtimatus eſt ſupra homines, vt vultus eius non poſſent intendere.* Quaſi dicat, ecce homo in quo gratia Dei redundabat; & quia tam aſſiduè pro inimicis exorabat, vultus eius transformatus ſplendoribus diuinis apparuit, vt eum tanquam ſpeculum, in quo imago Dei reſplendebat, omnes venerarentur. Hinc apparet, quam bonus eſt ille, qui malos fert, nec malis infert mala, omnique laude dignus, qui laudem reperit etiam in contumeliis, vt Tertullianus inſinuat.

Ambr. lib. 2. offic. c. 7. 2. Cor. 3 n. 7
Moyſes magiſter patientiæ in tolerantia iniuriarum.
Præmium inimicorum benefactori.
Ambr. citat.
Speculũ Dei qui pro inimicis orat.
Tertul. cit.

941. 3. RESPONSIO Gregorij in littera citati, *Quid aliud pro inimicis orandum eſt, niſi vt Deus det illis pœnitentiam, vt reſipiſcant à Diaboli laqueis, à quo tenentur ad ipſius voluntatem.* Quaſi dicat, ô quam difficile eſt homines à vecordia, & mala voluntate ſeparare. Vnde interrogat Oleaſter, quare idololatræ inimici Dei tam celeriter Aaron dixerunt Exod. 32. n. 1. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant?* Et reſpondet, *conſidera inimicorum Dei ſecordiam, vt eos Deos credat, quos hominem poſſe facere videt, & quia vitulum in Ægypto adorabant ſculptum in corde præfigebant.* Quaſi dicat, qui falſis Diis adhærent, vix aut nunquam ab eis dimoueri poſſunt, & quia vindictam inimicorum impij tam præfixam habent in corde, vix aut nunquam à mala voluntate dimoueri poſſunt, niſi orationibus, & exorciſmis, quibus deprecamur Deum, vt ſpiritum alicuius Dæmonis ab humano corde ſequeſtret. Vnde dicitur cap. 2. num. 10. Ieremiæ, *Tranſite ad inſulas Chetim, & videte ſi fuit ſimile, non mutauit gens Deos ſuos, & ipſi non ſunt Dij; populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum vindictæ ſuæ.* Et pro his hominibus qui ad vindictam anhelant orandum eſt, vt à Diaboli laqueis, à quo tenentur diſſoluantur.

Gregor. cit. in littera.
Mala voluntas difficilè mouetur.
Oleaſter in Exod. 32. n. 1.
Vitulus in corde idololatrarum præfixus.
Ierem. c. 2. n. 10. Tranſl. Pag.
Idolum eſt vindicta, & odium inimicorum.

942. Vnde Dauid de his perſecutoribus dicebat Pſ. 7. verſ. 3. *Sagittas ſuas ardentibus effecit*, vel vt ex Hebræo vertit Marinus Brixenſis, *Sagittas ſuas operatus eſt perſequentibus*, nam verbum *Ledo lichen*, à verbo *Idalach* deriuatur, quod idem eſt, *quod ardere, & ardenti animo aliquem inſectari.* Quaſi dicat Dauid, inquit Lorinus, ardentes habere animos, qui velociſſime inſequentes illum conſequi moliebantur. Vnde Septuaginta vertunt in Ieremiæ lamentationibus, *Leues facti ſunt perſecutores noſtri ſuper aquilas cæli ſuper montes exarſerunt.* Vel vt legit Ambroſius, *Accenſi ſunt in deſerto, inſidiati ſunt nobis. Exarſerunt, id eſt, velociter inſequuti ſunt.* Et ſenſus omnium eſt, quod calumniatores malæ intentionis ſunt, quaſi ſagittæ ardentes veloces, & virus ferentes, quo corda inimicorum vulnerant, & transfigunt, ita vt niſi orationibus, & auxiliis maximis Dei remoueri non poſſint.

Pſ. 7 verſ. 3. Tranſlat. Hebr. Marinus Brixenſ.
Lorinus in Pſ. 7.
Tranſl. 70. Ierem. in Lament.
Ambr. citat. in Lorino.
Virus eſt odiũ perſecutorum.

943. Quia re vera ignem ab omni parte perſecutores ſpirant, flammamque euomunt, atque adeo igni implacabili comparat idem Propheta Pſ. 117. num. 12. *Circumdederunt me ſicut apes, exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* Quaſi diceret, quanto impetu ignis ſpinas aridas corripit, ac comburit, tanto corripuerunt me perſecutores mei, vt me conſumerent, & velut in cinerem redigerent. Cum igitur, & ardeant, qui perſequuntur, & vt ignis ſæuiant, ſequitur vt illi, quos inuadunt, grauem ſuſtineãt æſtum, vt quærendum refrigerium ſit, quo harum flammarum impetum coërceant, temperent hunc æſtum, & velut

Pſ. 117. n. 12.
Perſecutores vſque ad cineres non deſiſtunt.

veluti quodam igne irrigent. Irrigabat Paulus cum illis benefaceret, a quibus afficiebatur iniuriis, verbum Dei illis prædicabat, & inceſſanter orabat pro illis, à quibus contumelioſis opprobriis petebatur. Vnde ait Gregorius lib. 19. moral. cap. 3. *Hunc perſecutionis aſtum Paulus & tolerabat, & irrigabat cum diceret, laboro vſque ad vincula, quaſi male operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum.* Quaſi dicat, fallitur qui igni flammis occurrit, & in ardentes perſecutores ſæuit; quia beneficiorum imbre, & lachrymis, & orationibus orando pro perſecutoribus extinguitur, & qui rogat, lauteatur.

Greg. l. 19. moral. c. 3. 2. Timot. 2. n. 9.

Cor inflammatum perſecutorum, orationibus & lachrymis irrigatur.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, vt ſitis filij Patris veſtri?

944. QVæritur, quomodo qui inimicos diligunt fiunt filij Patris cœleſtis?

Auguſtinus in litter. cit.

1. RESPONSIO Auguſt. in littera citati, *Qui præcepta diuinæ legis cuſtodit, filius Dei fit.* Quaſi dicat, quia nouit Dominus conditionem hominis, quod pro pacto minimo ſeruitio mercedem ſtatim poſtulat: ideo propoſito conſilio de diligendo inimico, ſtatim ſine mora mercedem grandem ei promittit dicens, *Vt ſitis filij Patris veſtri.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Abraham iam celeriter dixit Domino, eo quod exierat de domo Patris ſui, & de cognatione ſua, hæc verba, *Domine Deus, quid dabis mihi,* Gen. cap. 15. n. 2. Et reſpondet, *commune malum eſt hominum plus facere miniſterium, quàm mercedem.* Et addit Oleaſter, *vide nequitiam humanam, quidquid Deus pro nobis facit nihil pendimus, pluris vero, ſi quid propter eum faciamus.* Audi Dominum ad Dauid dicentem. 2. Reg. 12. *Ego vnxi te, vt eſſes Rex ſuper Iſrael, eruique te de manu Saul, dedique tibi domum Domini tui in ſinu tuo, & tradidi tibi domum Iſrael, & ſi parum eſt, adiiciam tibi; nos vero, ſi quid parum pro eo facimus ſtatim oſtendimus ſudores, labores exhibimus.* Audi Iſraël labores extollentem in Pſ. 43. *Propter te mortificamur tota die & inimicos diligimus, æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis.* Quaſi dicat, Chriſtianus etiam ſi inimicus opprobria ſempiterna dicat, & vilipendat, & exhonoret nos propter te, *Et propter legem tuam, ego cuſtodiui vias duras,* quales ſunt benefacere his, qui nos oderunt. Quid dicis, ô Chriſtiane, nonne propter peccata tua pateris hæc? Nonne ſcriptum eſt, *Priuſquam humiliarer ego deliqui,* non opus eſt Domino, tam attentè miniſteria noſtra iactare, ſed noſtra pro nihilo reputare, vt ipſe ea pluris faciat, quam ſint, vt hodie tam apertè patet; quia pro dilectione inimicorum, quam commendat, ſtatim mercedem tam grandem promittit, dicens, *Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt.*

Merces eſt pro dilectione inimicorum filios Dei fieri. Oleaſter in Gen. 15. n. 2. 2. Reg. 12. *Pluris æſtimamus id quod facimus.* Pſ. 43. n. 22. *Homo proclamat pro quocumque labore operato.* Pſ. 1c. n. 4. Pſ. 118. n. 67. *Opera noſtra pro nihilo apud nos reputanda.*

945. Vnde Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 48. explanans verba illa Pauli 1. Cor. 4. *Maledicimur, & benedicimus.* ait; *Ideo Paulus perſecutionem patiebatur, & ſuſtinebat; quia vincebat, & mitigabat humanum affectum propoſita mercedis gratia, vt filius Dei fieret, ſi dilexiſſet inimicum.* Quaſi diceret; ita humana fragilitas humana corda conturbat, vt omnia quæcumque operatur niſi propoſito præmio, & acclamato labore non moueretur, quia plus quæ ſua ſunt, quærunt homines.

Ambroſ. l. 1. offic. c. 48. 1. Cor. 4.

Etiam ſancti mercede, & præmiis operantur.

2. RESPONSIO Paſchaſij in littera citati, qui ait, vulgo dicitur, *Fac vt ſis filius fratris tui; non igitur dicitur, vt filius Dei fias natura, quod iam es, ſed imitatione, quod nondum es.* Quaſi dicat, qui Dominis ſuis gratulari deſiderant, toto animo conantur, conditionem, & proprietates indiuiduales eorum cognoſcere & illas imitari; quia non ſunt natura filij, ſed ſerui; & ideo aſſimilantur in proprietatibus his, quibus deſeruiunt, quod noſtro Hiſpano ſermone dicimus, *Conociale la condicion a ſu amo, y ſiguele el humor, y es ſu valido, y priuado.*

946. Paſch. citat. in littera.

Aulici conditionem Regum, & priuatorum ſequuntur. *Hiſpanum axioma.*

947. Vnde interrogat Oleaſter, quare vt Moyſes Deum placaret, cum populus idololatraret dixit Exod. 32. n. 31. *Obſecro Domine, peccauit populus iſte peccatum grande.* Nonne melius diceret, culpam minorando, ex ignorantia, & neceſſitate peccauit, & quia ego retardaui ad promiſſa, hoc fecerunt, & aliquis ex Ægyptiis eos fefellit, & non eſt tam graue delictum; ideo veniam merentur? Et reſpondet, *vſus eſt Moyſes ſumma prudentia exaggerans populi peccatum; quia Deus iratus erat nimis, & ipſe iratus eſt etiam eo tra Iſraelitas dicens; peccauit quidem peccatum grande populus quia ſumma prudentia eſt Dominorum conditionem ſequi, vt aſſimilentur voluntati eorum.* Et addit Oleaſter, *cum hominem iratum videris, non illi dicas eum ſine cauſa iratum, ſed iræ pauliſper indulge, & eum maxima ratione iratum prædica; quoniam ſic eum facillimè placabis, quod nequaquam perficies ſi ei abſiſtere velis, ſicut contigit Moyſi deprecanti pro idololatris coram Deo irata.* Et hoc eſt, quod D. Paſchaſius inſinuat. *Facite opera Patris veſtri inimicis benefaciendo, ne degeneres ſitis.*

Oleaſter in Exod. 32. n. 31. Tranſl. Pag.

Prudentia ſeruorum humorem dominorum ſequi. Oleaſter in Exod. citat. D. Paſchaſ. citat. ſupra.

948. Vnde interrogo, quare cum Diſcipuli ſui Iacobus, & Ioannes non reciperentur hoſpitio in Samaria irati contra Samaritanos dixerunt Chriſto Lucæ 9. *Domine vis, vt ignis deſcendat de cœlo & eos conſumat, Chriſtus increpauit eos dicens, neſcitis cuius ſpiritus eſtis,* Lucæ 9. n. 55. Quaſi dicat, neſcitis cuius Patris filij eſtis ne degeneretis à Parente veſtro, cuius filiorum eſt, non uotum iræ, ſed ſpiritum dilectionis in inimicos exhibere, & ſic nolite contra Samaritanos, qui vos non receperunt, iraſci, ſed cum ſpiritu manſuetudinis, & lenitatis ſuſcipite opprobria, & verba indecentia, quæ vobis dixerunt. Vnde Antiochus Monachus homil. 71. ait: *Diſcipuli rogant ſicut inclementes ignæ cœlitus miſſa cauſam Samaritanas. Et reſpondit Dominus, & increpauit eos, neſcitis cuius Patris eſtis, nimirum manſueti, clementis, & benigni.* Quaſi dicat, ſequimini ſpiritum, & conditionem Patris veſtri, orando pro veſtris inimicis, & ſimiles ei fiatis, & eritis filij Dei.

Auctoris dubitatio Lucæ 9. *Filij mundi iræ filij.* Luc. 9. n. 55. S. Antiochus hom. 71. *Perfecti conditionem Chriſti ſequuntur.*

***

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS XIII.

Quomodo intelligatur, ſi diligitis eos, qui vos diligunt quam mercedem habebitis?

949. QVærent, quare pro his quæ à Publicanis fiunt non eſt retribuenda merces in cœlo?

Gloſſ. in lit. citat.

1. Responsio fuit Gloſſæ in littera citat, quæ ait, *Amare amantem natura eſt, inimicum vero amare eſt charitatis.* Quaſi dicat, inimicos debemus amare ex charitate Chriſtianitatis, ne dicant Gentiles, & Publicani, quæ eſt lex Chriſtianorum? vbi perfectio eius? vbi charitas, quam prædicant? nam nos idololatræ, & publicani non ita viuimus, neque vindictam tam crudelem, & venenoſam de inimicis ſumimus, & hoc ſcandalum Deus maximè punit.

Amare amãtem natura eſt.

Scandalum Chriſti amor ingens.

950. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur, Exod. 32. *Vidit Moyſes populum, quod detectus eſſet, id eſt, ſpoliatus vitulus?* Et reſpondit, *Timuit Sanctus Moyſes, ne inimici Dei blaſphemarent nomen Domini dicentes idololatras eiecisse, vt idololatras plantaret, ideo voluit peccatum punire.* Quaſi dicat, ſi Gentiles, & Ethnici vident, quod ſicut ipſi vindictam de inimicis ſumimus dicent, non eſt Religio Chriſtianorum melior quam idololatria. Ad quid ergo extirpare nos voluit Chriſtus, vt vindicatores iniuriarum plantet? Qua in re docet nos, non eſſe diſſimulandum cum peccatoribus ſcandaloſis, qui venenoſa viſcera habent, & à generatione in generationem odia parentum obſeruant, & partialitates in ciuitatibus introducunt, vt in Regno Cathaloniæ, & alibi videmus, vbi innumerabilia mala ſequuntur ex odio, & mala hæreditaria voluntate.

Oleaſter in Exod. 32. n. 25. Tranſl. Pag.

Odium inimicorum, ſi eſt ſcandaloſum puniendũ grauiter.

Cathaloniæ vindictæ ſunt hæreditariæ, & ſcandaloſa.

951. Vnde Oleaſter, cum hoc tamen ſtat quod peccata & ſcandala publica non ſunt occultanda, ſed debet Prælatus, quantum poteſt ſubditorum commiſſa occultare, ſed cum viderit publicata vindicare, & publicè punire. Sic dicitur de Moyſe, qui cum detectus eſſet vitulus, dixit, *Occidat vnuſquiſque fratrem, & proximum ſuum*, Exod. 32. num. 26. *Propter ſcandalum quod Iſraelitæ iuſti ſumerent, ſi non punirentur idololatræ.* Et exemplo Dauid hoc patet 2 Reg. 12. n. 14. *Quia quamdiu peccatum eius occultum fuit noluit illud Dominus punire; cum autem fuit detectum voluit vindicare, quia blaſphemare feciſti nomen Domini* (dixit Nathan) *filius qui natus eſt tibi morte morietur.* Ideo nullam mercedem Chriſtus promittit, ſi amicos diligamus; & ſi Ethnicis, & Publicanis ſcandalum damus noſtris vindictis, ſupplicium ingens, non mercedem dabit. Vnde Chryſoſtomus in imperfecto hom. 13. *In quo enim alio cognoſcetur quia filij ſumus Dei, niſi fuerimus ſimiles Deo? filij enim carnales frequenter ſimilamur carnalibus parentibus in facie, aut in aliquo corporis ſigno; filij autem ſpirituales in ſanctitate.* Quaſi dicat, ô quantis ſuppliciis in inferno puniendi ſunt Chriſtiani, qui idololatris ſcandalum præſtant ſua impia, & ſcandaloſa vita, præſertim odium deteſtabile reſeruando, & in omnibus vitæ ſuæ actionibus diſſimiles Chriſti veſtigiis diſſimiles apparendo.

Oleaſt. citat.

Peccata publica Prælati punire debet.

Exod. 32. n. 26.

2 Reg. 12. n. 14.

Merces vindictæ ſupplicium eſt.

Chryſoſt. in imperfecto hom. 13.

Principes auctes ſcandaloſi legem Chriſti inhonorant.

2. Responsio fuit Abulenſis in littera citati, qui ait: *Si dilectio eſt ſola & naturalis, non eſt meritoria, quia amare amicum etiam Publicani, & Gentiles amant amicos ſuos; ſi autem dilectio ſit ad omnes proximos eſt meritoria; quia procedit ex habitu charitatis reſpiciente ipſum Deum vnde de amatorio, & mutuo, mundano amore, quod non ſit meritorium,* audiamus Auguſtinum lib. 2. Confeſſ. cap. 1. *Qui dolentem, & ingemiſcentem dolorem talis amoris dicebat: Silueſcere auſus ſum variis & vmbroſis amoribus.* Quaſi dicat, anima mea turbata eſt, cum recordatur amoris vani & infructiferi, quemadmodum ſilua, quæ nullum fructum profert. 952.

Abul. citat. in littera.

Amor humanus non meritorius.

Auguſt. l. 2. Confeſſ. c. 1.

Vnde Chryſoſtomus homil. de Dauid, interrogat, *Quare Dauid amore Saul, & Ionathæ, cum audiret triſtem nuntium de morte eius, clamauit dolens, & dicens,* 2. Reg. cap. 1. n. 23. *Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita ſua?* Et reſpondit, *quoniam præſentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorum coniuncta complexus eſt, ſuum dolorem hiſce modis, quantum licuit leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans.* Quaſi dicat, amicorum amor immeritorius eſt; quia vel eſt prophanus, & hic damnabilis, vel pro funeſtis caſibus condolens de pœnia rei amatæ, & hoc ſupernaturalem charitatem non inducit, ſed obiectum eſt temporalia immeritoria. 953.

Chryſoſt. hom. de Dauid. 2. Reg. c. 1. n. 23.

Dolor amicorum in funeſtis triſtatus ſine merito.

Amor pudicus damnabilis.

Amor vero proximorum *ex habitu charitatis ſemper eſt meritorius, & ſi ſit amor inimicorum magis ac magis meretur quia quo difficiliora eo ſunt meritoria, imo diligentibus Deum nihil eſt durum, nihil aſperum, quia iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus leue.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Ioan. 14. n. 23. dicitur, *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat?* Et vt in primo tomo huius cathenæ diximus, *diligenti lex diuina ita contrahitur, vt ſermo vnus videatur, & vnum præceptum; at vero non diligenti plures ſermones, & plura præcepta, & grauia videntur.* Et ſic reſpondet Oleaſter, *multi ſermones ſunt, & leges iis, qui non diligunt me; qui vero diligit vnicum, & leuem ſermonem reputauit;* modo vero, quia addere facile eſt dictis. Dico quod amor inimicorum, ſi intenſiuè ex vera charitate procedit ita ſuperat intellectum amantis, quod non ſentiat calumniatorum, & inimicorum inſidias, imo flores illi apparent, vt Beatus Iob cap. 6. n. 4. amicis ſuis exprobrantibus ei, reſpondit: *Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, id eſt, calumniatores properate opprobriis transfigere corda iuſtorum; quia quo ardentiores fuerint ſagittæ, & dolores opprobriorum, eo altius ebibunt, & eleuant ſpiritum eorum, quia ſunt muniti ſancti, qui iniurias omittunt ſupernaturali charitate ingenti & eximia.* 954.

Oleaſter in cap. 3. Gen. Ioan. 14. n. 24.

Amor Dei multa præcepta vnum facit.

Iob 6. n. 4.

Iuſti opprobriis deſideriis ſaturati.

Vnde interrogat Rupertus lib. 5. in Cant. quare proclamat ſponſa Cant. 5. num. 8. dicens: *Adiuro vos filiæ Ieruſalem ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo!* Sed quid ais: *O ſponſa, num dilectus, quem nihil latet amorem tuum neſciebat? nonne ipſi ſponſo Chriſto Petrus dixit* Ioan. 21. n. 16. *Tu ſcis Domine, quia amo te. Cur igitur amoris vulnus oſtendi quæris Dilecto, quorſum hæc coniuratio ſponſæ? Credo alios ad amorem inimicorum inducere;* Et ideo dicebat, *quod vulnera opprobriorum ipſa non ſentiebat, quia charitate ſponſi, & amore eius vulnerata.* 955.

Rupert. l. 5. in Cant. Cant. 5. n. 8.

Ioan. 21. n. 16.

Iuſtorum animæ vulneratorum iniurias non ſentiunt, imo alacriter ſponſas alias inuitant ad idem. Rupert.cit. *Charitas non ſolum ſibi ſed omnibus proficere deſiderat.*

herata erat. Et ideo dicebat, *quaſi inuitando ſponſas,id eſt,animas, vt munirentur amore ſeruiendo,ita vt languerent proſponſo.*Et ita quaſi iuſiurando aſſirmabat, *Adiuro vos filia Ieruſalem,* quod ideo opprobria, & ludibria inimicorum, non ſenſi, quia vulnerata maneo charitate dilecti ſponſi. Vnde ait Rupertus: *Quorſum ergo tendis, vel quid efficis hac adiuratio*; Et addit: *ego, nimirum vt percuſſa percutias, vulnerata vulneret, mater filias ſalubrium vulnerum ſuorum hoc inſinuat adiurando.* Quaſi dicat, quod Abulenſis inſinuat, quod amor proximi procedens ea habitu charitatis,nimis exaltatus, & meritorius eſt, quia non ſolum ſibi, ſed & aliis proficere vult,quia amore Dei languet.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, eſtote ergo perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt?

956\. QVæretur, quomodo iuſti poſſint eſſe perfecti,ſicut Pater æternus?

Lyranus ſua in gloſſa.

1\. Rasponsio fuit Lyræ citat.in litteris, qui ait; *Perfecti eſtote, legem ſcilicet, Euangelicam,quæ eſt amoris conſeruandi, vt ſitis perfecti.* Quaſi dicat, amor Dei, & proximi perfectiſſimos vſque ad ſummum facit. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Dominus Moyſi Exod.32. *Conſumam eos, id eſt, peccatores idololatras, faciamque te ingentem magnam?* Et reſpondit, *Ducem Moyſem tentare Dominus voluit, vt experiretur amorem eius circa proximos, & an pro ſuo bono ſineret commune perire.* Quaſi dicat, ſumma dilectionis probatio eſt, quando ſuperiores, & miniſtri pro ſubditis proprias anteponunt vtilitates. Sed proh dolor! quod non eſt, *qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum,*ſed vice verſa pro amore proprio, & pro incrementis dignitatum temporalium oues Paſtores perire permittunt,neque de aliquo niſi de regno temporali euigilare videmus.

Amor impoſſibilia facilitat & omnia perficit. Oleaſter in Exod.32. Tranſl.Pag. *Probatio dilectionis proximi cum bonū commune attenditur.*

957\. Aliter autem inquit Bernardus, *Qui legem diuini amoris operatur, quia quaſi inebriatus calefacit acuit, audaces facit & fortes, obliuioſos, diſcretos, ſomnolentos.* Et ipſe Bernardus ſerm. citato, explicat ſe dicens: *Amor Dei ad contemptum mundi calefacit, quia feruentes facit in dilectione proximi. Acuit quia erudit. Facit audaces contra aduerſa. Fortes à carne: mundo & Dæmonibus inuincibiles: obliuioſos, & immemores iniuriarum & eorum quæ retro ſunt, & in futuro extentos. Diſcretos erudiens ad iuſtitiam. Somnolentos ad temporalia, & tædioſos, & ad inuiſibilia contemplanda pronos, & propter hoc amor lætificat cor hominis, hoc à te, & per te ſperamus.* Quaſi dicat Sanctus,vt ſitis perfecti,ſicut Pater veſter perfectus eſt præſcripiam legem amoris obſeruate, quibus amorem proprium abiicietis.

S. Bern.ſer.4. ſuper Salue Regina. *Amor Dei perfectos homines ad ardua facilitat.*

958\. 2. Responsio Rhemigij in littera citati, *Quia perfectio dilectionis vltra dilectionem proximorum non poteſt procedere. Ideo dixit Chriſtus, eſtote perfecti,ſicut Pater veſter perfectus eſt.* Quaſi dicat, Deus omnipotens, & perfectus ex ſe eſt; homo autem perfectus, vt ab omnipotente adiutus. Ideo homines perfectiones, non à ſe,ſed à Deo diſcant, & propter hanc regulam gubernentur,non propter arbitrium ſuum, quia perfectionem profitentur.

Rhemig.cit. in littera. *Dilectio proximorum ſumma perfectio.*

959\. Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 32. n. 7. quare cum Moyſes cum Domino in monte ſtaſet fruens colloquio diuino,dixit illi Deus,*Vade deſcende,id eſt,celeriter feſtina?* Sic legit Pagninus. Et reſpondet, *quia licet nihil iucundius diuino colloquio; hoc tamen priuatur Dux ob populi peccatum,& amorem proximorum.* Quaſi dicat, addit Oleaſter, diſcant ex hoc loco,qui docent, vnitos,& contemplatures liberos eſſe ab omnibus aliis,quæ in bonum proximorum eueniunt, nec tunc præceptis eius aſtringi Cum videant hic Dominum Ducem Moyſem à ſuo colloquio reiicere,vt proximis ſuis ſubueniat; quia ſuprema norma dilectionis eſt amor proximorum, vt imitemur perfectionem Patris æterni. Et iterum addit Oleaſter; *Nonne apud Lucam legimus Saluatorem non tantum ſemel, ſed etiam ter orationem reliquiſſe,vt tentationi ſuorum Diſcipulorum ſubueniret.* Quaſi dicat, qui contra iſtam dilectionem proximorum, dogma ſeminant tanquam hæretici puniendi ſunt; quia ſupra perfectionem æterni Patris intentant inſtruere libertatem, & proprij amoris voluntatem non Dei. Vnde D.Dorothæus doctrina 12. citatus à Franciſco Lucas ait: quod vbi Matthæus dixit, *Vt ſitis perfecti,*Lucas dixit, *Vt ſitis miſericordes, ſicut Pater veſter miſericors eſt*, vbi in radice Hebræi,*Beneficium ſignificat. Et optimè inter ſe cohærent; nam in remittendis, & condonandis iniuriis, & in beneficiis largiendis erga ingratos ac inimicos pro eiſque exorare magna miſericordia viſitur.* Ibique etiam eximia perfectio apparet; dum præcellens bonitas declaratur, quæ nullius iniuria tangitur nullius ingratitudine, vel malitia reprimitur, ſed in omnes beneficia ſua diffundit, & rectè Sancti Euangeliſtæ aiunt, ſicut Pater perfectus eſt,vel ſicut miſericors eſt; quia in hoc negotio dilectionis inimicorum Dei perfectio ac miſericordia mirificè relucet. Et vbi Dei miſericordia reſplendet,ibi eius perfectio ſingulariter manifeſtatur, ac eius infinita bonitas irradiatur, qua omnibus ſua dona communicat, beneficia largitur, gratiam confert, & qui hanc benignitatem imitatur, veluti quadam imaginem cæleſtem imitatur parentem; ſicut qui obicem titulo perfectionis ponit abolere, & fœdare conatur. Audiamus D.Dorothæum citatum ſupra; *Non dixit Ieſus ieiunate, vt Pater cæleſtis ieiunat,non dixit orate,vel pauperes eſtote vt Pater cæleſtis inops eſt. Sed quid ait? Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter miſericors eſt: propriè enim virtus iſta imitatur Deum ipſum, exprimit,& ſignificat.* Legatur Rupertus explicans verba illa; *Aperi mihi ſponſa mea*, quæ ſponſo reſpondit, *Laui pedes meos, & quomodo coinquinabo illos*; vbi ſatis acutè declarat, quod ab oratione,& omni ſpirituali colloquio ceſſandum eſt, vt proximis faueamus.

Oleaſter in Exod.32. n.7. Tranſl.Pag. *Oratio vocatiua,& colloquia Dei pro amore proximi relinquenda.* Oleaſt.citat. *Sopir hæreſim & ... & proximo non ſubuenire in rebus fidei.* Doroth. doct.12. Franc.Lucas in Lucam. *Perfectus, & miſericors ex eadē radice.* *Vbi eſt miſericordia, ibi ſumma perfectio.* *Ab oratione ceſſandum propter miſericordiam.* D.Doroth. Rupert. in Cant. *Omne virtutis exercitiū poſtponendū propter charitatem.*

960\. 3. Rasponsio Chryſoſtomi citati in littera,qui ait: *Filij perfecti ſunt & laudandi, qui ſimiles Patri ſunt, ſicut vituperandi diſſimiles, quia in poteſtate vniuſcuiuſque eſt menſura faciendæ iuſtitiæ.* Quaſi dicat,ô miſera,& ineffabilia humana conditio, quàm facilis eſt ad ruinam quam difficilis ad perfectionem,quam prompta

Chryſoſt in littera citat. *Homo ad ruinā promptus,ad perfectionem ponderoſus.*

ad odium inimicorum quàm difficilis ad benefaciendum, & orandum pro calumniatoribus.

Oleaſter in Exod. 32. n. 2.
Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare iam cito mulieres Iſraëlitæ pretioſa quæque, & deſiderabilia pignora ad formationem vituli obtulerunt, tam celeriter, quod vt Exod. 32, n. 2. dicitur, ſecundum tranſlationem Pagnini, *Et ſeparauerunt ſe omnis populus ab inauribus aureis?* Et reſpondit; *Conſidera peccatorum omnium in vitia liberalitatem, qui tenaciſſimi ſunt, & parciſſimi ad virtutes. Quis enim vnquam propter pauperis inopiam ſubleuandam tam facilè vxoris, aut filiæ inaurem, aut annulum, aut armillam in maſſam conuertit, vt ei tribueret, quam facilè omnia hæc iſti expendunt ad idolum fabricandum? Quot ſunt hodie in mundo, qui effundunt pretioſiſſima bona in meretrices, qui vxorem, aut filiam induere negligunt, quot ad ludum alearum, & taxillorum prodigi, à quibus pauperes vix obulum habere, & impetrare poſſunt. Videbis etiam hominem qui non vxori debitum reddit inexplicabilis libidinis in concubinam. Imperat virtus, & dormimus, annuit vitium, & iam currimus.* O quam faciles ſumus ad vitia quam deſides ad opera virtutum. Vix Aaron verba finierat quando iam omnia iocalia & pretioſa ſua ad eum adducunt: clamat autem pauper per horam ad oſtium, & vix fruſtum panis porrigere dignaris.

Homines miſeri vt pauperibus ſuccurrant, illiberales ad ludos & meretrices.

Oleaſt. vbi ſupra.

Auditum Dei claudit ad ſua, qui auditũ ſuum claudit ad pauperes.

961. Vnde dicebat Chryſologus ſerm. de rogatio, *Auditum Dei non aperit ſibi, qui ſuum auditum claudit ad pauperes.* Et Oleaſter loco citato in Exod. 32. *Vtinam ſic ſe ſineret homo à vitiis rogari, quemadmodum ad opera virtutum.* Quaſi dicat, ſi pro miſero, Regi, aut Principi loquendum eſt multis precibus, & mediatoribus opus eſt. Si inimico parcendum pluribus opus eſt, qui pacis negotium vrgeant. Amicus enim ille, cuius Lucas cap. 11. meminit multa importunitate ab amico tres panes potuit obtinere; quam vero noſtra ſponte curramus in vitia, noſque ſemper paratos inueniant. Pulchrè Sanctus Hieremias depinxit dicens: *Omnes, qui quærunt eam, non laborauerunt in menſe ſuo inuenient eam.* Ac ſi apertius dicat: iam procax eſt meretrix hæc, id eſt, anima ingrata Deo, & tam parata ad omnium concubitum, id eſt, propera ad omne peccatum, vt non oporteat eos aut laborare, aut tempus expectare, ſed etiam tempore menſtrui, quando fœminæ, aut congreſſum fugiunt, aut abhorrent, paratam inuenient, id eſt, tempore, quo impij, & abominabiles peccatores timent peccare; quia celebrantur obſequiæ paſſionis Chriſti. Tunc ſunt ita ſceleratiſſimi, & præſidi Chriſtiani qui quærunt voluptates, & ſocios ad ſcelera, inimicos Dei, ad ludos & ſcandala perpetranda ornamentis prophanis in ſacroſancta meditatione Chriſti miſcentes titulo pœnitentiæ, diſciplinæ, liuoris, & mortificationis. O infelicitas, & calamitas huius infelicis ſæculi! O lachrymanda væcordia & permiſſio craſſa & ſupina ſuperiorum, miniſtrorum, & Principum, vbi mille impedimenta in opere bono, & ſcandala inueniuntur, vbi paruuli cadentes pereunt, & vix ad perfectionem adiutorium, & refugium inuenitur. Ad vitia vero & noxia innumeri ſunt, & vitia omnia celeriter executioni mandantur. *Non patitur populus*, inquit Oleaſter citatus, *quadraginta dies ſine Duce eſſe, neque tardas inaures afferre Sacerdos ſtatim idolum ſculpſit, & fundit, vitulus ſtatim egreditur, & à populo adoratur, & clamoribus, & laudibus extollitur.*

Chryſolog. ſerm. de rogatio.
Oleaſter in Exod. 32.
Luc. c. 11.
Hierem.

Impij ſceleratis ſimiles meretricibus ad omnia mala parati.

Prophana ornamenta miſcere diuinis malum grande.

Miniſtri remiſſi populũ perdunt.

Oleaſt. citat. in Exod. 32.

962. Vnde Rupertus in Exod. celeritatem defectus admirans, ait: *Cito fecerunt, & obliti ſunt beneficiorum Dei.* Quaſi dicat, ingrati ò quanta celeritate tantorum beneficiorum obliuiſcimini, & quanta difficultate ad parcendum defectoi vnius horæ, qua Moyſes tardauit expectare tenuiſtis. *O ad inſtar æternitatis ingrati*, inquit Tertullianus, *quam memores defectus ſtatis, & immemores beneficiorum! O fragilitas humana*, inquit Rupertus, *quia eiſdem manibus & pedibus, quibus mare tranſierant Iſraëlitæ, coram tali figura idoli ſaltauere. & eiſdem vocibus, quibus cecinerunt Deo laudes poſt tranſitum maris rubri, dixerunt vitulo, hi ſunt Dij tui Iſrael.* Quaſi dicat, hucuſque ingratitudo hominum poteſt pertingere, quod in vno inſtanti perfectiones & virtutes altiſſimas perdat, & imaginem, qua aſſimilabatur æterno Patri abominabilem faciat, quia vt Chryſoſtomus dixit, *In poteſtate vniuſcuiuſque eſt facienda iuſtitiæ menſura.*

Rupert. in Exod.

Ingrati celeriter voluntatem adimplent.

Tertullian.
Rupert.

Manus Deo conſecrata iniquum polluuntur.

Chryſoſt. in lite. cit.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXI.

AD LITTERAM, In Cap. VI. Marci.

De apparitione Chriſti ſupra mare ambulantis.

TEXTVS.

47. ET cum ſero eſſet erat nauis in medio maris, & ipſe ſolus in terra 48. Et videns Ieſus eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra mare, & volebat præterire eos. 49. At illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare putauerunt phantaſma eſſe,& exclamauerunt; 50. Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt, & ſtatim loquutus eſt cum eis, & dixit eis, confidite, ego ſum, nolite timere, & aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus.

EXPOSITIO littera.

963. *Caluiniſta frenetici fingunt aquas ſolidatas eſſe.*

HIc ponitur tertium miraculum de calcatione maris, & quia ambulauit Ieſus ſiccis pedibus ſupra aquas maris. Miror doctos viros deliriis hæreticorum Caluiniſtarum, tempus conſumere, reſpondendo; quia timentes Caluiniſtæ, ne corpus Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ poſſe eſſe, dicunt non effeciſſe, quod graue ſuum corpus in liquidis aquis mergeretur, ſed aquas ita ſolidaſſe, vt graue ſuſtinerent corpus;Sed ſi graue eſſet mare (ô inſipientes hæretici) quomodo Petrus clamaret,quod mergebatur,& Diſcipuli,quomodo clamarent timentes mergi, & perire ſub aquis ſolidis? inſuper quotidie non legimus Sanctos virtute Chriſti fluuios, & aquas ſolo pallio extenſo ſuper aquas ambulare. Legantur Chronicæ omnium Religionum, & paſſim hoc reperies, ſed ratione non loquendum eſt cum hæreticis;quia non eſt licitum Sanctum dare canibus.

Abulenſis in prolog. ad cap 14. Matth.

Sancti multi per vndas aquarum liquidas ambulauerunt.

964. *In tribulationibus ad Deum clamare.*

Et volebat præterire eos, oſtendens quod Ieſus volebat ire in nauicula illa; ſed quod poſtea in alia nauicula adiret. Et hoc dixit, vt non expectarent eum,ſed procederent nauigando quia volebat, quod ventus contrarius eſſet, & laborarent Diſcipuli nimis in remigando, & incœpiſſent iactari fluctibus, vt clamarent ad eum, vt ipſe faueret illis.

965. Abulenſis in prolog. ad cap.6. Matth.

Et illi vt viderent eum ſupra mare ambulantem,id eſt,quod pedibus ambulabat ſuper liqui-

das aquas, & non mergeretur, quia Ieſus acceſſit prope nauem;& ideo licet nox eſſet,& tenebræ, videbant eum, quomodo ambulabat ſuper aquas. Putauerunt,quod phantaſma eſſet,id eſt, quod habebat ſolam apparentiam, & non habebat aliquam exiſtentiam ſed putabant quod Dæmon in phantaſmatibus per illuſionem ſuper aquas ambulabat, vt terreret eos. Et exclamauerunt, quaſi petentes auxilium, ideo contra phantaſma,quod putabant ſibi nociturum.

Phantaſma eſt apparentia aërea qua non habet exiſtentiam.

966. Matth.c.6.

Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt; erat enim iuxta nauiculam; & ita omnes potuerunt eum videre. Et aſcendit ad illos Matth.14.Addit quod Ieſus dixit,nolite timere, id eſt,nullum eſt periculum,quieſcite,& ceſſauit ventus, id eſt, facta eſt tranquillitas magna. Quod autem Petrus dixit, Marcus tacuit, & Matthæus narrauit cap.14.cætera poſtea.

Colloquium Petri cum Chriſto in mari Marcus tacet.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Et cum ſero eſſet erat nauis in medio maris, &c.

Tranſlatio Vatabli. 2. Cumque adueſperauiſſet erat nauis in medio maris.

Tranſlatio ex Syriac. 3. Cum autem eſſet veſpera nauis erat in medio maris, & ipſe ſolus in terra.

O 2 Caietan,

Caietan. in cap. 6. Matth. 4. Cum ſero factum eſſet erat nauis in profundum mare.

Tranſlatio Vatabli. 5. Viditque eos laborantes: erat enim ventus aduerſus eis.

Tranſlatio ex Syriac. 6. Et videt eos vexatos, dum ſulcarent mare, erat enim ventus eis contrarius.

Caietan. in Marc. n. 49. ex vulgata. 7. Cum nauigaſſent quaſi viginti quinque ſtadia.

Tranſlatio Vatabli. 8. Et illi vt viderunt illum ambulantem ſuper mare putauerunt ſpectrum eſſe, & clamauerunt.

Tranſlatio ex Syriac. n. 50. & ſtatim loquutus eſt cum eis, & dixit eis, confidite, ego ſum nolite timere. 9. Omnes enim videbant eum ambulantem ſuper aquas, & reputauerunt apud ſe viſionem eſſe fallacem & ſpectrum.

Tranſlatio Vatabli. 10. Bono animo eſtote, ego ſum, ne terreamini

Tranſlatio ex Syriac. 11. Et ipſo momento colloquutus eſt eis, & dixit eis bono eſtote animo, ego ſum, ne timeatis.

Abul. in prolog. ſuper Matt. 14. 12. Non timeatis malum aliquod, quia nullum eſt periculum.

Tranſlatio Vatabli. 13. Et aſcendit ad illos in nauim, & conquieuit ventus ſupra modum.

Tranſlatio ex Syriac. 14. Et aſcendit ad eos in nauem & conquieuit ventus, & vehementer admirabantur, ac obſtupeſcebant apud ſe.

Caiet. in Euang. citatus. 15. Omiſit Euangeliſta Marcus verba & geſta inter Ieſum & Petrum.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus permiſit nauigare Diſcipulos, & ipſe ſolus remanſit in terra?

QVæritur, quare abſentare ſe Chriſtus à Diſcipulis voluit? 967.

1. Responsio Chryſoſtomi citati in catena S. Thomæ, *Coëgit Diſcipulos abſentari, quia non de facili poterant ab eo ſeparari, tum propter nimium affectum, quem ad eum habebant; tum quia ſollicitabantur qualiter ad eos veniret.* Quaſi dicat, abſentia auget deſiderium inter amantes. Et ideo vt Diſcipuli plus deſiderarent videre Ieſum receſſit ab eis, vt anxius eum quærerent. *Chryſoſt. in cat. S. Th.* *Abſentia torror amantium.*

2. Responsio eſt Bedæ in gloſſa citati. 968. *Remanſit ſolus Chriſtus, quia aliquando omnino in periculo Eccleſiam deſeruiſſe videtur, ſed quamuis differt auxilium, non aufert ſubſidium.* Quaſi dicat ſcriptum eſt, *vt quid Domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, & in tribulationibus.* Sed hoc eſt, vt corda fidelium in anguſtiis examinentur, ſecus argentum per ignem examinatur. *Beda in gloſſ. citat.* *Abſentia probat electos ſuos Dom.* Pſ. 10. n. 1.

3. Responsio Abulenſis q. 149. in Matth. 14. 969. *Abſentauit ſe Chriſtus à Diſcipulis, ad oſtendendum, quod omne bonum, quod habebant, ab ipſo habebant; & ideo eo abſente mala incumbebant eis, à quibus non poterant liberari niſi per Chriſti præſentiam.* Quaſi dicat, voluit Chriſtus abſentare ſe, vt adimpleretur adagium Hiſpanum, *El bien no es conocido haſta que es perdido.* Et Diſcipuli adhuc erant rudes, & ignari diuinitatis Chriſti, & cognouerunt, quod ſine ipſo factum eſt nihil & omne bonum per ipſum habebant. Et addit Abulenſis, *Abſentauit ſe Chriſtus, vt inſtrueret Diſcipulos de ſe non confiderent, tanquam à ſe nullum bonum haberent.* *Abul. q. 149. in Matt. 14.* *Auctoris mens.* *Hiſpanum adagium.* *Nemo de ſe habet niſi peccatum.*

DIFFICVLTAS II.

Quare Chriſtus exercet Diſcipulos ſuos in periculo maris?

QVæritur, quare Dominus permiſit, quod laborarent Diſcipuli tempeſtate? 970.

1. Responsio Theophylacti in catena citati. *Permiſit autem Dominus periclitari Diſcipulos vt patientes fierent, vnde non ſtatim eis aſſiſtit, ſed per totam noctem periclitari permiſit, vt doceret eos patienter expectare, & non ſtatim à principio ſperare in tribulationibus ſubſidium. Ideo dicitur, & videns eos laborantes in remigando.* Quaſi dicat, videns Chriſtus ſuos laborare lætatur, & de pœnis iuſtorum quaſi faſciculum florum facit, vt ei fragrantiam emittant. *Theophil. in caten. cit.* *Patientia impaſſibiles facit.* *Labores flores ſunt apud Deum.*

2. Responsio

971. Chryſoſt. in Matth. *Patientia ſcala virtutum.* 2. RESPONSIO Chryſoſtomi in Matth. *Rurſus autem Diſcipuli tempeſtatem ſuſtinent, ſicut quando Chriſtus dormiebat in naui. Sed tunc quidem habebant eum in nauigio; nunc autem ſolos exiſtentes ad maiorem eos perfectionem ducit, & ad ferenda omnia mala vere ſimiliter inſtruit.*

972. Abul. q. 149. in Matth. *Tempeſtas Diſcipulorũ occaſionem dedit miraculo.* 3. RESPONSIO Abulenſis q. 149. in Matth. *Vt eſſet ſibi cauſa ambulandi ſuper aquas videntibus Diſcipulis: nam ſi Diſcipuli non periclitarentur in mari, non eſſet cauſa vlla Chriſto veniendi ſuper aquas ad illos.* Quaſi diceret, volebat Dominus oſtendere ſuam poteſtatem coram Diſcipulis, & ſi non periclitarentur, & tempeſtas oriretur, ipſi non affligerentur, neque clamarent ad Dominum cum tribularentur.

973. Chryſoſt. in Abul. citat. q. 152. *Dilatata deſideria obtenta plus aeſtimantur.* 4. RESPONSIO Chryſoſtomi citati in Abulenſi q. 152. *Tota autem nocte dimittit eos fluctuari, erigens eorum cor poſt timorem in maius deſiderium ſui, & in memoriam continuam & propter hoc non ſtatim aſſiſtit.* Quaſi dicat, quanto aliquid magis deſideratur, & ad illud laborioſius conamur, dulcius illo conſecuto fruitur; ideo non ſtatim Chriſtus aſſiſtit, vt diu optarant & poſtea magis eius facti recordarentur.

974. Abul. q. 152. *Quæ citò impetrantur, citò contemnuntur.* Chryſolog. ad Anaſtaſ. 5. RESPONSIO Abulenſis citati q. 152. *Vt magis ſit nobis charum donum Dei: nam ſolent accipientes contemnere ea quæ nullo cum labore faciliter obtinentur.* Quaſi diceret, ſi citò darentur, quæ à nobis poſtulantur, contemneremus ea & contemnentes indigni efficeremur recipiendi alia dona, vel per ingratitudinem, à nobis auferrentur. Vnde dicebat Chryſologus ad Anaſtaſiam; *Quia Deus ideo beneficium ſuum extremitatibus protrahit, vt non ſit nobis vile quod præſtat.*

DIFFICVLTAS III.

Quare venit Ieſus ambulans ſupra mare, & volebat præterire illos?

975. QVæretur ad quid Chriſtus ambulans ſupra mare præcedebat Diſcipulos ſuos?

Hieronym. cit. in Abul. q. 153. 1. RESPONSIO Hieronymi. *Qui putant Domini corpus ideo non eſſe verum; quia ſuper ſubtiles, & tranſparentes aquas quaſi molle, & aereum inceſſerit.* Reſpondeant, *quomodo ambulauit Petrus, quem vtique verum hominem non negabunt.* Beda Rabb. Error Theodos. Epiſc. Sic enim Beda, & Rabbanus dicunt contra Theodorum hæreticum, *qui carnem Domini non habuiſſe pondus affirmabat: Sed fides Catholica pondus ſecundum carnem eum habere prædicat.* Vnde Dionyſius ait *ignoramus qualiter non infuſis pedibus, id eſt, non merſis in aquam corporale corpus habentibus, & materiale onus deambulat in humidam & inſtabilem aquam.* *Corpus Chriſti habuit pondus realiter.*

976. Abul. q. 154. in Matth. 24. 2. RESPONSIO Abulenſis q. 154. in Matth. 14. qui ait, *Chriſti corpus pondus habuit, & potuit ambulare ſuper aquas; quia poteſtas diuina potuit ſuſtentare grauitatem, & tranſire ſuper vndas, ſed calcans eas, & ita factum eſt in ipſo Chriſto bis, ſcilicet, quando Diabolus aſſumpſit eum de deſerto & cõſtituit ſupra pinnaculum templi; & iterum eum de pinnaculo eum tollens conſtituit ſupra montem excelſum*, vt Matth. 4. & Lucæ 4. patet: nam tunc neceſſe eſt, quod per aërem eum portauerit. Et in Abacuch hoc patet Daniel 14 & hoc Angeli boni, & mali faciunt, imo grauius eſt hoc quam ſupra aquas ambulare; quia iſti ſuper aërem ambulabant. Et tamen aër rarius elementum eſt, minus tolerans pondus, cum ſuper aquam homines natare ſaltem poſſint, nulla alia re adhibita, & magna onera nauium in aqua ſuſtinentur, ſed in aëre nihil eorum, & de viris bonis dicitur Pſ. 90. *Angelis ſuis Deus mandauit de te in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Matth. 4. Luc. 4. Dan. 14. *Aër elementũ cum eſt ſubtilius aqua. Natare ſuper aquam facilius eſt, quam per aera ambulare.* Pſ. 90. n. 12.

3. RESPONSIO Caietani. *Et volebat præterire illos, hoc eſt diſpoſuit greſſus ſuos ad ſimilitudinem volentis præterire, talem enim exhibebat ſe in ambulatione, qualis apud eos erat in mente.* 977. Caietan. in Euang.

4. RESPONSIO Lyrani citati ſua in gloſſa, *Volebat præterire eos, quia erant parua fidei ſecundum quod dicitur in textu, quia putabant phantaſma eſſe, & tamen iam viderant tanta miracula feciſſe, quod credere debebant poſſe Chriſtum ſuper aquas ambulare.* Vnde Auguſtinus de concord. Euangeliſt. *Quomodo autem hoc intelligere potuerunt, niſi quia in diuerſum ibat eos volens præterire tanquam alienos, à quibus ita non cognoſcebatur, vt phantaſma putaretur.* Quaſi dicat, nulla maior prudentia, quàm ingratos immemores beneficiorum præterire, & derelinquere eos; quia vt Seneca dixit lib. de Beneficiis. *Ingratis quoque pœna cum ipſo munere incurrit.* 978. Lyranus ſua in gloſſa. *Parua Diſcipulorum fides reprehẽditur tranſitu Ieſu ad Diſcipulos.* Auguſt. de concord. Euang. Senec. de Benefic.

DIFFICVLTAS IV.

Quare timuerunt, & clamauerunt Diſcipuli exiſtimantes, quod phantaſma eſſet?

QVæretur, ſi timebant phantaſma, quomodo potuerunt clamare. 979.

1. RESPONSIO Abulenſis q. 157. *Timuerunt, quia putabant, quod eſſet Dæmon veniens ad ſubmergendum nauim, quia phantaſma, & ſpiritus pro eodem vſurpantur, & quia ſpirituales iſtæ ſubſtantiæ nunquam apparent, niſi ad malum agendum, & poteſtas earum magna eſt,* vt Iob. 41. n. 24. dicitur, *non eſt poteſtas ſub cælo, quæ comparetur ei.* Quaſi dicat; adhuc poſt reſurrectionem Diſcipuli putabant ſpiritum videre, Lucæ 24 cum eis Chriſtus apparuit. Vnde Beda ait: ſtupebant, quia adhuc carnales erant, & virtutem diuinæ maieſtatis adhuc agnoſcere non valebant. Abul. q. 157. citat. *Phantaſma ſemper apparet, vt malum faciat.* Iob 41. n. 24.

2. RESPONSIO aliquorum Auctorum in Abul. citat. qui aiunt, *Clamauerunt petentes Chriſti auxilium, quia licet non putarent eum quem videbant eſſe Chriſtum, ſed phantaſma tamen ad Chriſtum clamabant vbicumque eſſet, quod eos adiuuaret.* Quaſi dicat, clamabant ad eum tanquam ad verum Deum dicentes intra ſe, *Si eſt vere filius Dei ipſe nos exaudiet clamando,* quia ſcriptum eſt Pſ. 106. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos; anima* 980. Auctores diuerſi in Abul. cit. *Neceſſitas impoſſibilia intentat, & ad omnes clamat.* Pſ. 106. n. 13. & 23 & 26. & 28. & 29.

autem eorum in malis tabeſcebat. Et ſequitur, *clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.* Et iterum, *poſuit procellas in auram, & ſiluerunt fluctus*
Ionæ c. 2. n. 2. *aquarum*, & Ionas cap. 2. n. 2. *de ventre piſcis clamaui.*

981. Hieronym. cit. in Abul. 3. Responsio Hieronymi: *Confuſus enim clamor, & incerta vox magni timoris indicium eſt.* Quaſi dicat, timor enim quando eſt
Timor cogit clamare. magnus cogit homines ad clamandum, etiam ſi ille clamor nihil eis proſit; quia non poſſunt ſe continere hi qui acerrimos dolores patiuntur, clamant etiam ſi non proſit clamare. Et ſic dicitur in litera, quod præ timore clamauerunt, id eſt, vrgebat eos timor, & non alia de cauſa, quia clamor eſt vox confuſa, & incerta.

982. *Auctoris mens.* 4. Responsio, *Forſitan clamauerunt ad expellendum timorem quem eis incuſſerat phantaſma apprehenſum; quia multoties vociferamus lupum, vel vrſum, quem videmus, & timemus,*
Hiſpana locutio. quia vt noſtro axiomate Hiſpano dicitur, *Es Valentia hazer de las tripas corazon.* Niſi fortè dicamus, quod clamauerunt, vt corda illorum
Hippocrat. *Dolores cordis vocibus mitigantur.* reſpirarent, & non perirent timore & dolore, quia teſte Hippocrate, *Dolor clamore mitigatur, quia cor reſpirat.*

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus loquutus eſt dicens, confidite, ego ſum nolite timere?

983. Auctores citati in Abul. QVæritur, quare mox loquutus eſt Chriſtus, & non prius quam Diſcipuli clamarent?
1. Responsio aliquorum citat. in Abulenſi; *Ad oſtendendum, quod Deus non exaudit,*
Math. 7 n. 7. Idem c. 11. n. 24. Apoc. 18. n. 22. *niſi oremus. Et ſic Chriſtus non locutus eſt quouſque illi clamauerunt.* Quaſi dicat, pulſate orationibus, & aperietur. Et alibi *quodcumque petieritis, petite, & accipietis*; quia orationes ſunt voces
Orationes repetitas audit Deus. cytharœdorum, citharizantium in cœlo, vt in Apocalypſi dicetur.

984. Chryſoſt. in Math. 2. Responsio Chryſoſtomi in Math. *Chriſtus non ſe reuelauit Diſcipulis donec clamauerunt; quia quanto magis timore affligebantur,*
Gaudia per tribulationes plus æſtimantur. *tanto magis lætati ſunt in eius præſentia.* Quaſi dicat, vt magis gauderent, quanto diutius ſuſtinuiſſent iſtum timorem.

985. Abul. q. 159. 3. Responsio Abulenſis q. 159. in Math. 14. qui ait, *Ante hoc Chriſtus nunquam voluit loqui; quia per loquutionem eius ceſſaturus*
Tentationes ad maiorem gloriam Dei permittit Deus. *erat timor Diſcipulorum, & fluctuatio, nolebat autem illico eos liberare de anguſtia; ſed diu pati propter rationes ſupra allegatas, nunc autem afflictio Diſcipulorum ad tantam magnitudinem peruenerat, quod eam tolerare amplius non poterant, quod patet, quia clamauerunt; ideo noluit quod*
1. Cor. 10. n. 13. *plus paterentur,* Quaſi dicat, cum Apoſt. 1. Cor. 10. n. 13. *Fidelis eſt Deus, qui non permiſit nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed faciet cum*
Chryſoſt. in Math. *tentatione prouentum.* Vnde ait Chryſoſtomus in Math. *Statim in voce cognouerunt eum, & timor ſolutus eſt.*

986. Hieronym. cit. in Abul. 4. Responsio D. Hieronymi in Abulenſi citati, qui ait; *Quod autem dicit, ego ſum; neque ſubiungit, quis ſit, quia vel ex voce ſibi nota poterant eum intelligere, quia per obſcuras noctis tenebras loquebatur, vel ipſum etiam ſcire poterant,* *Per vocem homo in tenebris cognoſci poteſt.*
quoniam loquutum eſſe ad Moyſem nouerant: hæc dicens filiis Iſrael, qui eſt miſit me ad vos,
Exod. 3. n. 14. Quaſi dicat, ego ſum. Cui eſſe competit propriè, quia alij licet videantur eſſe Exod c. 3. n. 14.
non ſunt, & pereunt, ſed ego ſum, qui vere ſum, & non expreſſit quid eſſet, ſed per eſſe ſe ſignificauit. *Deus ſolus eſt qui eſt.*

5. Responsio Abulenſ. q. 162. *Dixit Chriſtus, ego ſum, confidite, quia loquebatur, ſicut* 987. Abul. q. 162.
conueniebat Diſcipulis audire, erant enim Diſcipuli conſtituti in maximo timore, quoniam iam tolerare non poterant: nam præ timore clamare coacti fuerant. Voluit ergo de hoc timore eos liberare, & quia per clamorem ſuum oſtenderant ſe *In deſperatis cauſis Deus ſubuenit, ne pereamus.*
deſperare de ſalute & vita dixit eis, habete fiduciam, quia euadetis periculum. Et addidit *ego ſum ad tollendum cauſam timoris quia timebant exiſtimantes, quod eſſet phantaſma illud quod videbant.* Quaſi dicat, in deſperatis cauſis ipſe magiſter eſt Deus, & ſubuenit ad menſuram fragilitatis noſtræ, ne fortè deſperemus, & ideo dixit, *Conſolationes lætificant multum.*
ego ſum magiſter veſter, non phantaſma, quomodo putatis, & ſtatim cognouerunt, & timor eſt ſolutus.

6. Responsio, quod autem addidit 988.
Chriſtus, *Nolite timere, hoc fuit ad confirmandos Diſcipulos timentes: nam dixerat, confidite, &* *Auctoris mens.*
quia eſt conditio paſſionatorum, quod eaſdem ſententias crebro repetant per exaggerationes, eo quod deſideriis, vel affectibus ſuis ſemel dicendo, non ſatisfaciant. Sic cum quis viro paſſionato loquitur, non ſufficit, quod ei ſemel dicat ſententiam, ſed quod multoties repetat, & imprimat, & ſuadeat conturbato; & quia Diſcipuli erant nimio terrore conterriti ad fortificandum, & placandum eos non ſufficit dicere, habete fiduciam, & ita *Conturbatis & paſſionatis animis multoties ſatisfaciendũ.*
Marcus 6. ait, *Confidite, nolite timere, ego ſum.* Marc. 6.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quod aſcendit Ieſus in nauim, & ceſſauit ventus?

QVæritur, quare audientes, & videntes 989.
Ieſum Diſcipuli ceſſauit ventus?
1. Responsio Theophylacti in catena Theophil.
S. Thomæ citati, *Per introitum in nauiculam* in cat. S. Th.
Dominus compeſcuit tempeſtatem, magnum quidem miraculum eſt, quod ambularet Dominus ſuper mare, ſed tempeſtas, & ventus contrarietas oppoſita fuerat propter maius miraculum. Quaſi dicat, ad corda Diſcipulorum ſedanda, & confirmanda in fide geminata prodigia adhuc non ſuffierunt, neque videre Chriſtum ambulantem ſupra mare, neque tempeſtatem ſedatã experire. *Cor induratum neque multiplicatis miraculis conuertitur.*

2. Responsio Hieronymi in catena, 990.
quando Ieſum videamus ſicuti eſt, ceſſabit ventus, & procella, & nunc ſedente in Eccleſia & gubernante hæreticorum tempeſtas nil eſt. S. Hieron. in caten. citat.

3. Responsio Bedæ in catena, in quo- 991.
cumque etiam corde Chriſtus per gratiam ſui, Beda in cat. S. Thom.
id eſt, amoris, & mox vniuerſa vitiorum, & aduerſantis mundi ſpirituum malignorum bella compreſſa quieſcunt. Sed de hoc ad mores latius.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXII.

AD MORES, In Caput VI. Marci.

De apparitione Chriſti ſuper aquas ambulantis.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Chriſtus permiſit Diſcipulos nauigare, & ipſe remanſit ſolus?

QVÆRETVR, quare sbſentatur Chriſtus à ſuis Diſcipulis, quos diligebat rantum?

992.
Chryſoſt. in littera cit. Amor nimius filios perdit.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi citati in littera: *Quia non facilè poterant ab eo ſeparari propter nimium affectum.* Quaſi dicat, neque innumerabilibus miraculis Chriſti corda Diſcipulorum in amore, & firmitate fidei confirmabantur, & ita voluit ab eis ſeparari, vt timore, & neceſſitatibus coacti ipſum quærerent. Vnde interrogat Oleaſter quare præcipiebat Deus Leuit. 19. num. 3. *Vnuſquiſque matrem ſuam, & patrem ſuum timeatis.* Sic legit Pagninus. Et reſpondet, *Solet amor præcipuè nimius timorem expellere*, iuxta illud B. Ioannis 1. cap. 4. num. 18. *Perfecta Charitas foras mittit timorem. Et hinc eſt, quod filij ſcientes ſe à parentibus diligi parum, aut nihil eos timent, quod Dominus agnoſcens eis parentum timorem commendat, quo eos ad offenſas eorum deterreat.* Quaſi dicat, nimius, & immoderatus amor ſolet filios perdere, & ſic timore, & reuerentia ſunt enutriendi. Hinc eſt, quod Chriſtus Diſcipulos, quos diligebat, à ſe ſeparauit, & ad pericula maris expoſitos dereliquit, vt laboribus affligerentur, & magis ſuam dilectionem æſtimarent.

Oleaſter in Leuit. 19. n. 3.
1. Ioan. c. 4. n. 18.
Educatio mala filiorū Parentes cōdamnat.

993.
Rupertus in Gloſſa. 1. Reg. 2. n. 12. Tranſlat. Chald. Rabb. Dauid. Rabb. Leui. Sacerdotes Prælati propter cibos delicatos, & menſas ſplendidas filios maledictos nutriunt.

Vnde interrogat Rupertus, *Quare filij Heli Sacerdotis vocantur in Scriptura ſacra filij Belial neſcientes Dominum*, 1. Reg. 2. num. 12. Et reſpondet cum tranſlatione Chaldæa; *Quia timore Domini erant deſtituti.* Quaſi dicat, *quia nimio paterno amore erant nutriti; ideo diuino amore erant deſtituti.* Vel vt Rabbi Dauid legit, *quia viam Domini neſciebant, hoc eſt, ius diuinum, & veras miniſterij ſacri leges.* Vel vt Rabbi Leui. *Curabant prius ſuam menſam, quàm altare Dei.* Quaſi dicat ſubditi, & filij, qui nutriti ſunt, de abyſſo in abyſſū progrediuntur vſquequo neque viam Dei attendunt, & propter menſas, & cibos delicatos legem Dei, & ſuæ profeſſionis contemnunt?

Ruper. cit.

Vnde Rupertus citatus: *Tria ſcelera filiorum Heli ſcriptura præſentat, propter quæ nominat eos filios Belial. Primum in eo quod ait, omne quod leuabat fuſcinula, tollebatur: non enim quaſlibet, ſed certas quaſdam portiones debebat Sacerdos tollere ſibi; quia ſunt impij ſuperiores.* (Quaſi diceret,) *qui omnia pretioſa, & honorifica volunt ſibi; ſubditis vero deteriora vilia, & lachrymis adquiſita.*

Subditi ſemper pane lachrymarum cibantur.

994.
Ex vi cōtractiōis & rationis Sacerdotes tenētur ad tantum pretium pro ſacrificiō Miſſa.

Secundum peccatum filiorum Heli, inquit Rupertus, *quod adipem accipiebant, prius quam hoſtia incenderetur.* Quaſi dicat, *quod ex adipe, & frumento Sacramentorum multi crudeles Sacerdotes cibantur, & de pretij contractu commutatiui pro ſacrificio celebrando non curant. Tertium peccatum quod dormiebant cum mulieribus.* Vnde Gloſſa Heli interpretatur extraneus, *quia à Deo nimis alienus eſt, qui ſubditos impudicè viuentes non curat, attendit, corrigit, & punit.* Et addit Gloſſa: *Ophni infamia conuerſionis interpretatur; merito autem ſic vocatur ſubditus qui differt conuerti in melius. Phinees oris obduratio vel ori parcens.* Quaſi dicat, *duos Phinees Sacerdotes legimus, alterum iuſtum Eleazari filium, alterum iniuſtum filium Heli. Quia Sacerdotes, qui cuſtodiunt os, ne exeat inde aliquod prauum, in filio Eleazari figurantur; qui vero os habent obſcuratum imperitia, vel peccatorum conſcientia in filio Heli figurantur.*

Gloſſa Heli idem quod extraneus. Ophni infamia conuerſionis. Phinees oris obduratio.
Canes muti Prælati ſdiotæ non valētes latrare.

995.
Theodoret. in Gloſſa. Fili ſcelerati Patres exhonorant. Eucher. Commēt. in 1 Reg. 2. Prælati remiſſi damnātur.

Vnde Theodoretus in Gloſſa: *Heli fuit ex genere Thamar, ſed propter filiorum nequitiam, totum genus fuit priuatum honore Pontificali; Docet enim ſcriptura quanta admiſerint flagitia.* Et Eucherius Comment. in 1. Reg. 2. *Filij Heli diuina ſacrificia temerantes peccabant coram Domino, & deridebant per eos multi ſacrificia Domini. Vnde Heli Sacerdos pro eorum iniquitate damnatus eſt, quod eos peccantes minus ſeuera animaduerſione plectebat.* Quaſi dicat, Heli Pater coercuit filios, ſed propter nimium amorem nimia lenitate, non ſeueritate. Vnde ait Eucherius. *Diſcant Prælati, & parentes, quomodo propter filiorum ſcelera puniuntur. (Et quamuis ſancti alias ſint,) culpa tamen ſubditorum eiſdem ſi non coerceant, imputatur.* Vnde ait Gregorius in Paſtorali, *Cum Paſtor per abrupta graditur, neceſſe eſt, vt Grex ad præcipitia ſequatur.*

Gregor. in Paſtor.

996.
Chryſoſt. hom. 9 in 1. Timoth.

Vnde Chryſoſtomus homil. 9. in Timoth. *Audite hæc fratres veſtroſque filios in Diſciplina, & correptione Domini erudite cum ſumma*

 diligentia:

Cura filiorum ſugens. Hier. lib. 1. Dialog. aduerſ. Pelag. *Vo matribus quæ filias peccare conſentiunt.*

diligentia: Eſt enim iuuentus fera, plurimiſque indiget inſtitutoribus, magiſtris, pedagogis, affectu. Et Hieronym. lib. 1. Dialog. aduerſ. Pelagian. *Heli corripuit filios, & punitus eſt, quia non corripere debuit, ſed abſcidere, quod facit qui gaudet ad vitia, quæ emendare non audet, ideo Chriſtus, hodie Diſcipuli, quia non poterant facilè ſeparari ab eo, illos coegit, vt abirent, & intrarent in nauem, & vt laborarent in remigando, & tribularentur; quia ſigna, quæ fecerat non multum æſtimabant, & erant adhuc increduli, præ nimio Chriſti in eos amore oſtenſo, quod noſtro idiomate Hiſpano dicitur, Es meneſter deſte sarlos y que ſepan de todo.*

Hiſpana locutio. De setar los pojes regalo pos.

997. Abul. cit. in littera. *Sine Deo omnia mala apprehendunt nos.* Oleaſter. in Exod. 35. n. 1.

3. Responso Abulenſis citati in littera: *Abſentauit ſe Chriſtus à diſcipulis ad oſtendendum, quod eo abſente mala inuenient nos.* Quaſi dicat, pro infallibili re peccatores apprehendunt, quod deficiente Deo in ſemetipſis vitam non habebunt, pacem, neque gaudium. Vnde interrogat Oleaſter, quare illi ſcelerati Iſraëlitæ, tam celeriter Aaron dixerunt Exod. 32. num. 1. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant?* Et reſpondet *adnotare debes non poſſe hominem ſine Deo vero, aut falſo eſſe. Peccator, quam primum à Deo vero recedit, ſtatim ſe conuertit ad commutabile bonum gaudens, quaſi ad idolum ſuum.* Et addit: *Conſidera huius populi ſocordiam eu Diis credit, quos homines facere videt.* Quaſi dicat, quis talia audiuit, quod qui idolo ſui cordis adhæret inter talia gaudia, vix aut nunquam ab eo dimoueri poſſit; qui autem Deo vero faciliimè ab eo ſeparatur. De qua re Deum ipſum audite Ierem. 2. num. 4. *Tranſite ad inſulas Chetim, & videte, & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte, ſi ſit ſimile, non mutauit gens Deos ſuos, & ipſi non ſunt Dij; populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum.* Quaſi dicat, audiatur clamor meus in finibus terræ, & dicant, ſi eſt malum ſimile huic, quia in idolis operibus manuum ſuarum pacem, & gaudium quærant peccatores, & me abſente aliquid boni, vel accidij conſequi arbitrentur.

Peccator ſine aliquo Deo non ſtat. *Idolum cordis multos, quæ mille tormentis torquet.* Ier. 2. n. 4. *Sine Deo bella, & inſortunia.* *Falſa ſunt omnia mundi gaudia.*

998. Origen. homil. 10. in Gen. Ioan 8. n. 56. *Spei gaudia cumulat.*

Vnde interrogat Origenes homil. 10. in Geneſ. quare Chriſtus dixit Iudæis Ioann. 8. n. 56. *Abraham Pater veſter exultauit, vt videret diem meum?* Et reſpondet, *non gaudebat de præſentibus Abraham, neque de diuitiis mundi, & actibus ſæculi. Sed vis audire, vnde gauderet? Audi Dominum ad Iudæos dicentem, Abraham Pater veſter deſiderauit videre diem meum, vidit, & credidit, & gauiſus eſt, quia ſpes gaudia cumulabat.* Quaſi dicat, habuit Abraham diuitias, ſed non illis gauiſus eſt. Reſpexit Chriſtum in hoc ſolo gauiſus eſt; quia in hoc ſæculo verum gaudium non eſt, & ſolo à Deo eſt gaudium verum, & Deo deficiente mala inuadunt nos. Vbi interrogat Gregor. lib. 15. moral. cap. 12. quare Lucæ 1. *Angelus dixit Mariæ Dominus tecum?* Lucæ 1. Et reſpondet, *Vera lætitia mentis creator eſt, & ſic cum Maria ſtabat omne gaudium; ideo dixit Dominus tecum.* Et ſic Paulus ad Philipp. 3. num. 1. dicebat: *De cætero fratres mei gaudete in Domino.* Quaſi dicat, ne quis in iis, quæ infra Deum ſunt verum gaudium ſe recepturum arbitretur, vbi Primatus non in rebus ſecularibus, vel in aliquo præter Dominum. Et Dauid Pſalm. 4. num. 7. *Dediſti lætitiam in corde meo.* Vbi Chryſoſtomus, non dixit; *ſimpliciter dediſti lætitiam, ſed in corde meo oſtendens, quod nulla eſt in rebus externis lætitia.* Et Auguſtinus in eodem Pſalmo: *Non ergo foras quærenda eſt lætitia, ſed intus, vbi ſignatum eſt lumen vultus Dei.* Quaſi dicant omnes iſti Sancti, deficiente Deo nemo quærat gaudium in humanis; quia ſine Deo non habebit vitam in ſemetipſo.

Greg. lib. 15. mor. c. 12. Ad Philip. 3. n. 1. *Primatus.* Pſ. 4. n. 7. Chryſoſt. Aug. in eodẽ Pſal.

999. S. Bernard. ep. 114. *Sola gaudia cæleſtia vera ſunt.*

Vnde Bernardus epiſt. 114. *Magnum eſt mihi gaudium, quod te ad verum, & perfectum gaudium velle tendere comperi, quod non eſt de terra, ſed de cælo, id eſt, non de hac conualle ploratiouis, ſed de illa, quæ fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & reuera illud ſolum eſt verum gaudium, quod non eſt de creatura, ſed a creatore concipitur.* Ideo Chriſtus à terra cogit ſeparari diſcipulos, & in nauim aſcendere, vt corda à terrenis rebus eleuarentur. Vnde Sanctus Laurentius Iuſtinianus in lib. MS. in Pſalm. 85. num. 4. ait explicans illud, *lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te animam leuaui;* addit *leuaui affectu à terra, vbi eſt amaritudo, ad te, à quo eſt vera lætitia ipſam animam meam; lætifica leuatam.* Quaſi dicat, lætifica me nihil extra te quærentem, & nulli hærentem creaturæ, quia in omnibus reperi prauitatem, vel vanitatem, id eſt, vanum gaudium, quia ſine Deo omnia ſunt nociua, noxia, vana mutabilia, & miſera, voces, & afflictiones, tempeſtates, & pericula, vt Apoſtoli Chriſto abſente experti ſunt.

P. Laurent. Iuſtinian. in MS. ſup. Pſal. 85. n. 4. *Leuatum cor à terrenis in Deo omnia gaudia inuenit. Sine Deo omnia mala inuadunt cor.*

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Chriſtus exercet Diſcipulos in periculo maris?

QVæretur, quare abſente Chriſto Diſcipuli tanta pericula inuenerunt?

1000. Theophyl. *Patientia ingratitudinum probatur.*

1. Responsio Theophylacti in littera citati, *Vt patientes Diſcipuli fierent.* Quaſi diceret: *patientia ſua voluit docere Diſcipulos: nam protinus, vt famoſum miraculum fecerat ſaturando quinque millia hominum quinque panibus. Cum tempeſtas oriretur, ipſi non crediderunt, quod abſens, ſicut & præſens Chriſtus poterat eos liberare, & tolerantia ingratitudinis eſt ſumma patientia.* Vnde interrogat Oleaſter, *Quare tam impatienter fregit Moyſes tabulas legis?* Et reſpondet, *quia nuntiatum eſt illi, quod ingrati Iſraelitæ vitulo idolo peruerſo cecinerunt dicentes, hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti?* Et addit Oleaſter, *parum ingratus fuit, idolum ſuum ſummis honoribus, & laudibus attollere, niſi potentiſſimum Dei Beneficium, quod illis impenderat in eum collocarent.* Quaſi dicat, magna ingratitudo eſt beneficium non referre, maior non cognoſcere, ſed omnium maxima, ea quæ ſunt benefactoris ei tribuere: & vt idolum ad ſequentum ducatum allicerent præcedens beneficium liberationis in eum referre, & hoc patienter ſuſtinere homines impaſſibiles facit, mala ſcilicet, pro bonis acceptis referre, aliis tribuere beneficia, ſola Dei patientia poteſt ſuſtinere.

Oleaſter. in Exod. 32. n. 19. *Beneficia in lapides conuertere contra benefactorem, ſumma ingratitudo.*

Vnde

1001. Vnde Gregor. homil. 7. in Euang. *Si Sancti Viri, etiam cum agunt fortia, id eſt, cum ingratos tolerant, de ſemetipſis viliа ſentiunt, quid in ſua excuſatione dicturi ſunt, qui ſine operatione virtutis intumeſcunt.* Quaſi dicat; quæ enim patientia neceſſaria ad tolerandos ingratos, ſocios, impios, ignorantes qui ſolum tempore felici dicuntur amici; ſi vero fortuna eſt aduerſa, ingratitudinem oſtentant, & immemores beneficiorum ſolum quæ ſua ſunt quærunt. Vnde dixit Guarricus Abbas ſerm. 1. de Purificat. *Vtinam nos illam haberemus humilitatem in peccatis noſtris, quàm verè Sancti habuerunt in virtutibus ſuis.* Quaſi dicat, vtinam peccatores ingrati ſe cognoſcerent, & patienter ſuſtinerent res aduerſas; quemadmodum Sancti habent in virtute ſua ſufferendo, & tolerando eorum ingratitudines. Vnde S. Bernard. ſerm. 3. de circumciſ. explicans illud: *Verumtamen Deo ſubiecta eſto anima mea; quoniā ab ipſo patientia mea* Pſalm. 61. num. 6. ait: Conſidera quam manifeſtè Propheta doceat patientiam poſt ingratitudines illatas dō ait: *Nonne videtur hic occaſione patientis tentationem fuiſſe?* Quaſi dicat, verumtamen conſidera, quoniam in forti tentatione ab ipſo Deo procedit patientia mea, & neceſſe eſt quod radius gratiæ Dei illuminet cor tuum in tam graui tolerantia, & forti patientia ingratitudinis. Et Auguſtinus explicans, Pſalm. 35. num. 15. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*: ait, *iā iam dixerat Dauid ſub vmbra alarum tuarum ſperabunt filij hominum, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Quaſi dicat, cum ingratos impios, qui ipſis beneficiis receptis, non ſolum obliuiſcuntur, ſed aliis gratias tribuunt, neceſſe eſt vt ſub vmbra alarum tuarum protegas eos, vt patientiam habeant, & quod ſint inebriati ab vbertate totius gloriæ tuæ, vt mites, & quieti permaneant, quia ingratitudinibus penè moti ſunt pedes Sanctorum ad vindictam malefactorum.

Gregorius hom. 7. in Euang. Ignorantes ingrati ſemper ſunt, quia ſemper quærunt nouos benefactores.

Guarr. Abb. ſer. de Purif.

Ingens tolerātia eſt eorum ſufferendo ingratos prouentus.

Bern. ſer. 3. de Circumc. Pſ. 61. n. 6.

Fortiā tentatio ingratos tolerare.

Auguſt. in Pſ. 35. n. 15. *Ingens Dei protectio ad ingratitudines ſupportandas neceſſaria.*

Gloria cœleſtis inebriatio neceſſaria ad iniurias ingratorū ſufferendas.

1002. Vnde interrogat Theodoretus; *Cur Elias cum tot tantaque beneficia in Iezabel operatus eſſet, fugit afflictus à facie iræ ſuæ mortis metu ſtupefactus*, 3. Reg. 19. Et reſpondit, *Conceſſit Deus, vt timorem ſuſciperet, vt ſuam agnoſceret imbecillitatem.* Quaſi dicat, nihil profuiſſet Eliæ in zelo mirabilia facere, ſi vindictæ Iezabel ingratæ non parceret, & timens ſuam imbecillitatem fugit, quia videre, & loqui cum ingratis ingens tentatio eſt. Ideò Chriſtus receſſit à Diſcipulis, & in terra ſolus remanſit; quia poſt tot, tantáque miracula, & poſt miraculum de ſaturatione quinque millia hominum obliti, adhuc increduli erant non credentes; quod abſens poterat ſedare tempeſtatem ſicut præſens.

Theodoret. q. 57. in lib. 3. Reg. 3 Reg. 19. n. 3. *Iezabel ingrata & crudelis fugiēda.*

Marc. 6.

1003. a. Responsio fuit Chryſoſtomi in littera citati, qui ait: *Tota autem nocte dimittit eos fluctuari erigens eorum cor poſt timorem in maius deſiderium ſuum.* Quaſi dicat, homo in maximis periculis conſtitutus, ſolet Deum anxiè quærere, & timere, qui antea in proſperis omnes inſpirationes poſt terga proiiciebat. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 32. num. 6. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere?* Et reſpondet, *quia deteſtantur homines Deum aſtringentem, & prohibentem, & ſequuntur liberiorem, qui habenas gaudiorum, & vitiorum permittat; hiſque delicietur. Sed quia adhuc eſca erant in faucibus eorum, & ira Dei deſcendit ſuper illos. Ideò tunc clamauerunt ad Dominum cum tribularentur.* Quia miſera hominum hæc eſt conditio niſi in calamitatibus, & laboribus, ſint poſiti, non recordentur Dei.

Chryſoſt. in littera cit. *Homo in aduerſis recordatur Dei.*

Exod. 32. n. 6. *Deum quæ aduena ſunt victoriā commenda.*

Pobres homines ad Deum conducunt.

1004. Vnde de inanibus rebus, quæ ſub cœlo homines fatigant, ſed ſine præmio, quia non perducunt eos ad gratiam, & amicitiam Dei ſaltim fatigatos fallaciis, dicebat Sanctus Macharius homil. 26. *Requirit Deus ab homine laborem, fatigationem, ac operationem.* Et addit: *Niſi tamen deſurſum apparuerit nubes cœleſtis, & pluuia gratiæ nihil iuuabit labor coloni.* Quaſi dicat, inanis omnis labor eſt, qui pro gratia Dei acquirenda non patitur, & tunc omnis labor amanti labor non eſt; quia ſolum laborat, qui amat, cum non laborat pro amato Deo. Hinc interrogat Sanctus Hieronymus in c. 9. Amos quare dixit ſponſa Cant. 1. verſ. 5. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol?* Et reſpondet, *Quia corpora vmbræ, otioque marcentia tentationes, & æſtus ſæculi ferre non poſſunt; quæ autem ad luctam, & ad certamina præparantur ſole ſiccata ſuperant mundi iniurias, & benedictionem Spiritus Sancti conſequuntur.* Quaſi dicat, iure autem ſe à ſole decoloratam dicit ſponſa ne quis arbitretur ſe ſub otij, & torporis vmbra caſtitatem ſeruauiſſe, quæ laboribus fouetur, & conſeruatur, alioquin, qui corporis laboribus non exercet, vix caſtitatem tueri poteſt. Vt hinc aduertant, qui tota die, & nocte otioſi ſunt clauſtra flagitando abſque vſu, & labore, & ſtudio litterarum, quia neque libros videre, neque manibus tangere poſſunt. Quomodo non in his luxuria pullulabit? cogitationibus impudicis quomodo non laborabunt? Lingua otioſa in perpetuo otio & torpore, quomodo perſiſtet? Imò quomodo omnibus non nocebit, & nulli proderit. Vnde dicebat Ambroſius lib. de Virgin. *Digna virginitas, quæ apibus comparatur ſic laborioſa, ſic pudica.* Quaſi dicat, non erat apis quæ otio torpet, & non ferenda ignauia certo diſcrimini obiicit caſtimoniæ theſaurum.

Omnia quæ ſub ſole fiunt fruſtratis labores.

S. Machar. hom. 26.

Inanis labor qui non acquirit Deū.

Maior labor amantis non laborare pro re amata.

Hieron. in c. 9 Amos. Cant. 1. v. 5.

Qui otio marceſcunt tentationibus replentur.

Religioſi otioſi periculoſi.

Ambroſ. lib. de Virg. *Virginitas apibus cōparatur & quare.*

1005. De his vero qui ſemper Chriſtum, & Angelos lætificant laboribus continuis interrogat Chryſoſtom. homil. de Diuite, quare de moriente Lazaro. Lucæ 16. dicitur num. 22. *Factum eſt, vt portaretur ab Angelis, cur tot occurrunt Angeli pro vno paupere portando, non ſufficiebat vnus?* Et reſpondet, *Ne ſaltem ambulans laboraret, portabatur poſt tantos labores, quia defecerat.* Quaſi diceret; quia pauper viuens laborauerat otium fugiens, iuſtum fuit, vt amplius quam ab vno Angelo portaretur; ideò Chriſtus ſolus remanſit in terra, & diſcipulos videns laborare in remigando delectabatur, quia per labores, deſideria videndi Deum plus ac ardentius creſcunt.

Chryſoſt. homil. de diuite. Luc. 16. n. 22.

Laborans nō ab vno ſed ab Angelis portatur.

***

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS IX.

Quare Chriſtus volebat præterire Diſcipulos ſuos?

QVæritur, quare celeriter ſupra mare ambulans Chriſtus volebat præterire diſcipulos ſuos?

1006. Caietan. cit. in litt. *Dubius in fide hæreticus eſt.*

1. RESPONSIO Caietani citati in litteta: *Talem enim exhibebat ſe in ambulatione, qualis apud eos erat in mente.* Quaſi dicat, Diſcipuli conturbati, & inquieti in fide erant ideò Chriſtus non ſtans, ſed ambulans, & prætereuns illos erat, vt eorum curaret infirmitatem. Vnde interrogat Oleaſter, quare Noe, & filiis eius poſt diluuium dixit Dominus Geneſ. c. 9. num. 3. *Omne calcans, quod eſt viuens erit vobis in eſcam.* Sic legit Pagninus? Et reſpondit, *Quia egit medicum noſtrum Dominus ab initio mundi, cum enim homines eſſent ſani, & iuſti omnia concedit, cum vero ægrotare cœperunt, multa nobis animantia interdixit; videns autem Iudæos in prohibitione, & ciborum abſtinentia grauius infirmari, iterum laxauit omnia.* Quaſi dicat, *omnia nobis Chriſtus eſt, ſi vulnus curare deſideras, medicina eſt, ſi grauaris iniquitate medicus eſt; ſi vires habes, ieiuna; ſi infirmaris, comede.* Cum Adam erat in gratia, & iuſtitia conditus, omnia animalia ei ſubiiciuntur. Peccauit, fugiant ab eo: Puniuit diluuio mundum, & homines de nouo multiplicari cœperunt, omnem eſcam comedant: Faſtidiati ſunt manna in deſerto. Cadant de cœlo volatilia, & ciconiæ, quorum non erat numerus. Sunt Diſcipuli in mari conturbati, exhibeat ſe Chriſtus in ambulatione ſimilis illis, & non quieſcens vult præterire eos, quia ſic erat in Diſcipulorum mente.

Oleaſter in Geneſ. c. 9. n. 3. Tranſlat. Pagnin. *Medicus peccatorum eſt Chriſtus.* Gen. 1. n. 16. Numer. 25. n. 5. Pſ. 114. n. 34. Marc. 6. Caietan. cit.

1007. Vnde Philo lib. quis rerum diuinarum hæres ſequentia dicit, *Quàm difficile eſt ſoli Deo credere, res nimirum mortales quibus circumdati ſumus, ſuadent nobis, vt credamus, & fidamus non in creaturis, ſed in ſolo Domino habeamus ſpem, & opes collocatas.* Et Dauid clarius Pſ. 90. num. 4. *Sub pennis eius ſperabis,* Vbi Chaldæus vertit, *Sub vmbra vmbra eius ſecurus conſiſtet.* Quaſi dicat, ipſa fiducia ſecuritas eſt. Et forſitan Chriſtus præterire fingebat à naui Diſcipulorum fatigantium in remigando, vt ſaltem in vmbra eius ſperarent, quia in ſacris litteris ſpes, & ſecuritas idem eſt, ſicut Pſalm. 111. num. 8. dicitur: *Paratum cor meum ſperare in Domino.* Vbi Symmachus legit, ſtabilis eſt animus eius, & ſecurus in Domino; quia apud Hebræos nomen Betheth fiduciam ſignificat, & ſecuritatem. Vnde Prouerb. 28 num. 25. dicitur: *Qui ſperat in Domino, ſanabitur.* Vbi Aquila vertit, *fidens in Domino impinguabitur.* Quaſi dicat, *ſpes, & fiducia ſunt medicamenta quibus Chriſtus infirmos, & imbecilles curat, & impinguat;* ideò quia eius diſcipuli infirmi erant in fide ſimulat ſe velle tranſire, ambulãs ſuper aquas, vt infirmi vocarent eum, ſicut clamauerunt, & Chriſtus recitauit dicens: *Confidite, nolite timere;* quia ſciebat quod in mente conturbati erant, & vt vetus medicus conformauit ſe in ambulatione, qualis in mente erat apud eos, vt Caietanus inſinuauit?

Philo lib. quis rerum diuin. hæreſ. *Spes ſola in Deo.* Pſ. 90. n. 4. *Ipſa fiducia ſecuritas.* Tranſlat. Chald. Pſ. 111. n. 8. Tranſlat. Symmach. Tranſlat. Hebr. Prou. 28. n. 25. Tranſlat. Aquil. *Spes & fiducia medicina ſalutares.* Marc. 6. Caietan. cit.

2. RESPONSIO eſt Lyrani in littera citati: *Volebat præterire Diſcipulos, quia erant paruæ fidei.* Quaſi dicat, mercedes, & præmia illorum, qui paruam fidem habent, nil amplius merentur, niſi quod Deus tranſeat ab eis: nam teſte Ruperto in Geneſ. *In ſciſſura mentium non eſt Deus*: at vero qui magnam fidem habent montes transferre facient, & ipſe Deus merces illorum eſt. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Dominus Abrahæ Geneſ. 15. num. 1. *Ego ſcutum tuum, & merces tua multa valdè?* Sic legit Pagninus? Et reſpondet, *Quia difficilè eſt, mala iuſtum attingere; cuius ſcutum eſt Deus, & ſimul aduerte non ſemper mercedem à Deo dari propter labores, & ſudores ſed propter fidem, aut fiduciam, quam in Deo habemus, & propter obedientiam, qua in arduis voci eius obedimus.* Quaſi dicat, non reſpiciebat Chriſtus ad labores, quos in remigando Diſcipuli patiebantur, ſed fidem, & fiduciam illorum ſollicitabat, & quia parum erant volebat pertranſire illos. 1008.

Lyranus in litt. cit. Ruper. in Geneſ. *In ſciſſura mentium non eſt fides.* Oleaſter in Geneſ. Tranſlat. Pagnin. Gen. 15. n. 1. *Merces non propter ſolos labores, ſed propter fidem datur.*

Vnde dicitur Eccleſiaſtici 2. n. 15. *Vae diſſolutis corde, qui non credunt Deo; & ideò non protegentur ab eo,* Vbi Vatablus legit, *Cum nullam habeant fiduciam, defenſione quoque carebit, ſcilicet Deo.* Quaſi dicat, qui hæſitat in fide, neque vmbram, aut auxilium habebit in Deo, quia pertranſiuit à corde vario, & dubio tanquam ab hæretico; quia dubius in fide hæreticus eſt. Hinc Auguſtinus explicans Pſ. 2. verſ. 3. *Beati omnes qui confidunt in eo, tanquam hoc ſolum habeant, quod non pereant qui confidunt in eo. Sed Beati dixit, vbi eſt bonorum omnium ſumma, & cumulus.* Quaſi dicat; ſicut qui paruam fidem habent non ſunt ſecuri in tribulationibus, & laboribus etiam ſi in remigando totam vitam conſumant. Ita qui verè confidunt in Domino, & fide repleti ſunt tã in proſperis quam in aduerſis, quaſi pignus, & inchoatam beatitudinem incipiunt in hac vita habere, & Dominus non tranſit ab eis, ſed vt ipſe dixit: *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus,* quia tota Sancta Trinitas requieuit in corde fideli, & fiducia repleto. 1009.

Eccl. 2. n. 15. Tranſlat. Vatabli. *Dubius in fide Hæreticus eſt.* Auguſtin. in Pſ. 2. n. 3. *Fides perfecta eſt pignus beatitudinis.* Ioan. c. 14. n. 23. *Sacrariũ totius Trinitatis fides perfecta.*

DIFFICVLTAS X.

Quare Diſcipuli timuerunt exiſtimantes quod eſſet phantaſma?

QVare, cum Chriſtus vellet ſubuenire Diſcipulis, exiſtimarunt quod eſſet phantaſma?

1. RESPONSIO Abulenſis in littera citati, *Quia exiſtimarunt, quod eſſet Dæmon, qui veniebat ad ſubmergendos eos.* Quaſi dicat: talis erat ingratitudo Diſcipulorum, quod quando approximabat ſe, vt illis faueret, exiſtimarent quod eſſet Dæmon, qui ad nocendum eis veniebat. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 32. num. 1. *Et vidit populus, quod tarderet ille Moyſes in deſcenſu de monte?* Sic legit 1010.

Abul. cit. in littera. *Ingrati ſemper ſugiunt, & cogitare beneficium.* Oleaſter. in Exod. 32. n. 1.

Tranſlat. Pagnin. *Ingratitudinis ſymbolum Iudæi, & eorum ſucceſſores.*

legit Pagninus? Et reſpondet, *Expende iſtorum cogitationem, & Dei bonitatem, vt eo tempore iſ[?] digito ſuo leges quibus dirigeremur, edat, quo ipſi alium Deum, qui nos præcedat, ſibi proponere non verentur, ille occupatur in eorum gubernatione, illi in idoli ſui cultura.* Quaſi dicat, ſolet enim talis eſſe hominum ingratitudo, vt eo potiſſimum tempore aduerſus benefactorem male cogitent, quo ille in eorum beneficiis occupatur. Vnde Chryſoſtomus citatus apud Oleaſtrum annotauit de Chriſto & Iudæis, vt ſcilicet, *Ea nocte eum tradere cogitarent, qua ille tractabat, qualiter eis corpus ſuum in cibum traderet viuificatiuum.* Sic & Iſraelitæ, quando Dominus cogitabat, qualiter illos gubernaret, & gubernatorem inſtrueret, illi tractabant, qualiter eum à ſe reiicerent, & alium eius loco ſubrogarent, & quando maximum beneficium illis faciebat, tunc illi præcipuum cultum idolo ſuo exhibebant, ideò de ingratitudine illorum ſcriptum eſt in Pſalmo 147. num. 9. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Et Chriſto Domino hodie idem contigit cum Diſcipulis ſuis, quod Dæmonium exiſtimabant eſſe quando ambulabat iuxta illos ſuper aquas, vt à tempeſtate liberaret eos.

Chryſoſt. cit. in Oleaſt. ſuper Exod. 32. *Impii ſceleratiſſimi qui tempore Quadrageſima & paſſionis peccant.*

Pſ. 147. n. 9.

1011\. Iſid. Peluſ. epiſt. 19 ad Heraclidem Epiſcop. Dan 3. *Beneficia ſoli Deo tribuenda.*

Vnde interrogat Iſidorus Peluſiota, *Cur Deus Danielem exemerit, nolueritque cruciatum comitem eſſe cum tribus pueris*, Daniel 3. *Qui comes erat, & magiſter illorum?* Et reſpondit, *Ne aliquis ex gentilibus Danieli tribueret, quæ diuinæ virtuti tribuenda erant.* Quaſi diceret, ne beneficium illatum pueris tribus occaſionem daret, vt Danieli qui vt Deus putabatur, commodaretur. Verba ſunt Patris ſequentia; *Quia opinio apud gentiles vrgebat, nempe ipſorum Deum, ſi vel duntaxat eius nomen pronuntiaretur res miras perpetrare videretur. Deus igitur vt hanc opinionem comprimeret, in hoc iudicio Danielem ab aliis ſeiunxit, inuentaque eſt ſola iuuenum continentia, Deique auxilium, quo intonans, ille fornax conſopitus, & extinctus eſt.* Quaſi dicat, tanti apud Deum momenti eſt Deo auferre quod Dei eſt, & creaturæ ingentia beneficia quæ operatur alteri tribuere.

1012\. B. Laur. Iuſt. Pſ. 7. n. 9. *Reuelationes & phantaſmata ſunt.*

Hinc B. Laurentius Iuſtinianus interrogat, quare Dauid dixit, Pſal. 7. num. 9. *Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me:* Reſpondet, *Iuſtitia, & innocentia non à me ſunt, ſed ſuper me.* Quaſi dicat, non eſt iuſtitia, neque innocentia, neque virtus, quæ fit à me, neque ab alio præter Deum; quia omnes actiones noſtræ ſunt quaſi pannus menſtruatus, & reuelationes, & apparitiones, quas noſtris actionibus tribuimus phantaſmata ſunt, Dæmones ſunt. Vnde Auguſtinus in Pſalm. 7. citatus: *Illo additamento demonſtrat id ipſum quod anima iuſta eſt, & innocens non per ſe habere, ſed per illuſtrantem, & illuminantem Deum. De hac enim dicit in alio,* Pſalm. 17. num. 19. *Tu illuminabis lucernam meam Domine.* Quaſi dicat, ideò illuminabatur Dauid, quia omnia referebat in Deum, à quo omne bonum eſſe cogitabat.

Auguſt. in Pſ. 7.

Pſ. 17 n. 19. *Illuſtrationes à Deo ſolo.*

1013\. Bernard. ep. 135. *Prædicatores, & Doctores nihil ſibi arrogent.*

Et Bernardus epiſt. 135. *Ego ſane gloriam Chriſti alteri non dabo; multo vero ſcrupuloſius vſurpabo mihi, profectò lex Domini conuertit animas, & non ego, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis: non ego.* Quaſi dicat: Et qui magis paruuli, quam Diſcipuli laborantes in remigando, & Chriſtum ante ſe per aquas ambulantem, & videntes, & nihilominus phantaſma vel Dæmonium putantes? Vnde dicebat Dauid Pſalm. 25. num. 3. *Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in veritate tua.* Quaſi dicat, immenſas tibi referam gratias Deus meus, quoniam complacui in veritate tua quæ ante oculos meos quotidie eſt, & non in phantaſmatibus ab hoſte maligno propoſitis, vt animam meam comprimat, & demergat me in profundum maris, propter quod indeſinenter in remigando laboro, vt non confundar in æternum, quoniam inuocaui te, & tu de excelſo exaudiſti me, & liberaſti me de profundis aquarum.

Marc 6.

Pſ. 25. n. 3.

Innumerabiles ſunt cogitationes, quæ opprimere mentem conantur.

Oportet ſemper inſtare laborare & orare.

1014\. Primaſ. in ep. 1 Cor. 1. n. 29. *Dæmon paruulorũ phantaſma.*

Vnde Primaſius explicans dictum Apoſtol. 1. Corinth. 1. num. 29. ait: *Non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Carnales ſunt, miſeri ſunt, excæcati ſunt, qui de ſuis meritis gloriantur, ſed cito cadent ſicut flos fœni.* Quaſi dicat, qui bona ſua, & beneficia, quæ Deus operatur, illi non tribuit, ſed creaturæ, pluſquam cæcus eſt, paruulus eſt, qui phantaſma fugit, & timet quia ſua laus, vel vituperatio citò decidet, ſicut flos fœni, & ſola bona, vel mala, quæ facimus, vel patimur propter Deum, permanent, & propter tolerantiam laborum inſurgentium contra nos, vt opprimamur fluctibus impetuoſis cogitationum noſtrarum Deus maiora beneficia nobis tribuit, quia qui gratus eſt beneficiis Dei, ſeminat bonum ſemen, vt centuplum accipiat, & vitam æternam poſſideat; qui vero ſicut ingratus obliuiſcitur beneficiorum Dei, procellas, & tempeſtates patitur, & Dæmones, & phantaſmata innumera obiiciunt ſe intellectui eius, vt eum in profundum maris demergant.

Grati ſeminant, vt abundanter colligant.

Dæmones cogitationum fomes.

1015\. Auctoris. mens. *Voces animũ & valorem præſtant.*

2\. Responsio Clamauerunt ad Dominum, ad expellendum timorem, quem ceperant, *Quia multoties lupum, & taurum vel canem vociferamus, quem valdè timemus.* Quaſi dicat, *vocibus, & clamoribus pori aperiuntur, vt euaporari queant anguſtiæ, quibus corda opprimuntur.* Vnde Caſſiodorus dicebat, *medicamentis imaginis illud optimè quadrat, vociferatur multoties, vt aliquid de moleſtiis irruentibus cor euaporet.* Quaſi dicat, tunc timoris moleſtia maximè augetur, cum animum premit, maximéque augetur, cum per vociferationem euaporari nequit. Hinc Bernard. ſerm. 26. in Cant. *Suppreſſus dolor altius introrſus radicauit, eo acerbior factus, quo non exire permiſſus.* Quaſi dicat, qui fortes animo ſunt metum, & timorem expellunt, motibus & intonationibus vocis: nam metus frigidiſſimus eſt, & indiget calore; vocibus autem frigiditas expellitur; quia potius aperit vigor, & valor, & ſic expellitur metus. Ideò dicebat Ariſtoteles problem 27. *Metus qui frigus eſt ſpiritu indiget, & calore.* Quaſi dicat, voces & animus iuuant hominem in tribulationibus poſitum. Quia ſi verum eſt quod Publius Mimus dixit, *Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam,* (hoc eſt,) *quòd vel puſillum commodum iuuat hominem, quamtumuis exiguum delictum noceat.* Quare voces, valor & animus in tribulationibus, & metus afflictionibus hominem non iuuabunt?

Cor euaporatur vocibus.

Bern. ſer. 26. in Cant. *Metus frigidiſſimus eſt, & conglutinatur intra oſſa.*

Ariſt. problem. 25.

Publius Mimus. *Capillus iuuat vmbra ſua hominẽ.*

1016\. Hinc eſt nihil fruſtra natura poſuit, quod hominem

Natura nil fruſtra poſuit.

Suidas de habitatoribus Lydiæ.

Sciapodes pedibus ſe obumbrant.

hominem non iuuauerit. *Suidas de habitatoribus Lydiæ qui vocantur. Sciapodes, aſſerit, quod in æſtu vmbra ſe pedum protegunt apud occidentalem Oceanum iuxta torridam Zonam, hos dicunt habere plantas toto corpore maiores; quod vere non habeant domos, ſed æſtu conſumantur quadrupedum inſtar ingredientes, altero pede erecto reliquum corpus obumbrare. Si ergo vmbra pedum, hominem iuuat, & fouet, quare in neceſſitatibus metus, & timoris voces, & clamores contra feras, & phantaſmata non iuuabunt.* Admirabile eſt, quod ex Euagrio refert Nicephorus in Hiſtoria Eccleſiaſt. lib. 39. *Vmbram ſcilicet hominis ſitim eiuſdem hominis ſedare, & extinguere,* Vnde de Sancto Machario, quæ ſequuntur, ſcribit. *Adueni aliquando ipſe meridionali tempore ad Sanctum Patrem Macharium, & quod ſiti admodum arderem, aquam ab eo petij. Et ille cum non haberet,* ait: *contentus eſto vmbra; multi enim viatores, & nauigantes hac nunc carent.* Quaſi dicat, ſolatium in vmbra inueni, quia vt Macarius ait, *Fruſtra nihil natura ordinauit.* Quid mirum ſi in voce, & clamore timibundi animum in tribulationibus inueniant.

Euagrius Niceph. in Hiſtor. Eccl.

S. Machar. cit.

1017. *Singulare eſt, quod de Elephante traditur aquam proboſcide colluctari, ne videre vmbram ſuam cogatur, Quam ob cauſam illum nocte per mare traiici ab Indiis.* Audiatur Symochata quæſt. 3. Phyſica, hæc dicens, *Elephantum fertur non prius bibere, quam proboſcide colluctauerit.* Et addit: *non eſt fictum quod fertur, exhorret vmbram ſui in aqua viſam Elephas. Et ſi quæramus, quare in aquis elephas vmbram ſuam abhorreat?* Reſpondet, *quia putat elephas vmbram ſuam eſſe, vel balenam eſſe, quæ expectat eum ad deuorandum; & ideo conturbat aquas ne vmbram videat, & in hoc nocet ſibi, ne aquas claras, ſed turbidas bibat;* quia vmbra nulli nocere poteſt, imò multis prodeſſe videmus. Hinc Diſcipuli in aquis maris poſiti videntes vmbram Chriſti vociferantur timentes, & exiſtimantes, quod eſſet Draco, quem creauit Deus in mari, qui veniebat ad ſubmergendum eos in tempeſtate, & ſic fugiebant ab illo tanquam à phantaſmate, vel Dæmone, & ideo conturbati, & timorati, vociferabantur, vt timorem ſuum expellerent ab eo quem reuera timebant valde.

Elephas ſuã vmbrã abhorret.

Symochata q. 3. Phyſica.

Elephas vmbram putat eſſe Balenã, ideo conturbat aquas.

Marc. 6.

Diſcipuli turbati à phantaſmate fugiunt.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Chriſtus dixit, confidite, nolite timere?

QVærerent, quare tamdiu dilatauit Chriſtus ſubſidium?

1026. 1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in littera citati, *Vt plus de eius præſentia gauderent; quia deſideria dilata creſcunt, & in gaudio dilationem præteritam recompenſant.* Vnde interrogat Chryſoſtomus homil. de Anna, & Samuele. Quare Heli Sacerdos Elcanæ dixit, & vxori eius, 1. Reg. 2. num. 22. *Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac pro fœnore, quod commodaſti Domino?* Et reſpondit, *quia initio non dixerat, reddat tibi, ſed det tibi Dominus. Sed poſtquam illa Deum fecerat Debitorem dixit, reddat tibi bonam de futuris ſpem multiplicatam præbens.* Quaſi dicat, *ſi gaudia Deus dedit, cum nihil deberet, multiplicata redditurus eſt poſtquam accepit; quia deſideria Annæ multo tempore dilata fuerunt.* Et addit Chryſoſtomus citatus: *Talis eſt negotiatio, quæ cum Deo geritur, gaudia multis partibus multiplicata reddit; quia Annæ, quæ cum Deo habebat commercium reddidit ei Deus non vnum, ſed multos filios.* Quaſi dicat, quanto dilata fuit pœna, & deſiderium filiorum creuit, tanto gaudio recompenſata, & multiplicata fecit Deus lætitiam.

Chryſoſt. in littera cit.

Deſideria prolongata creſcunt, & gaudiis recompenſatur.

Chryſoſt. homil. de Anna, & Samuele 1. Reg. 2. n. 22.

Gaudia diu ſperata creſcunt.

Chryſoſt. citat.

Dilatio ſpei gaudiũ multiplicat.

Vnde interrogat Diuus Auguſtinus, quare Pſalm. 9. num. 3. geminata lætitia repetitur, dicens, *Lætabor, & exultabo in te?* Et reſpondet, *Non in hoc ſæculo, neque in vanitatibus laudis humanæ, neque in ſuperfluis temporalium diuitiarum geminatur lætitia, imo extrema gaudij luctus occupat. Sed in ſolo Deo poſſumus dicere, lætabor, & exultabo in te.* Quaſi dicat, infra ſe non eſt gaudium, quod duret, neque in quo quieſcere poſſit humana mens, neque verè lætari; ſed tu es Deus veri gaudij fons, extra te amaritudo, in te deliciæ, ſed defæcatæ in te multiplicantur gaudia, vt experti ſunt, qui nouerunt nomen tuum. 1019.

Auguſtin. in Pſ. 9. n. 3.

Fons omnis lætitiæ Deus à quo rimulè innumerè emanant.

Hinc Hieronymus, quaſi ridendo miratur de queſtu fratris filij prodigi dicentis Patri ſuo, Lucæ 15. num. 29. *Nunquam dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis epuler. O quam fatuus, quam delirus, epulari cum amicis volebas gaudere cum amicis, cur non cum patre, ſine quo nulla vera lætitia eſſe poteſt? Et cum quo labores agreſtis multiplicatis gaudiis compenſares?* Quia in creaturis non geminantur gaudia. Imò ſicut Penelope extant Aulici dilata, & diu promiſſa, & vix adimpleta etiam ſi iuxta fontem gaudiorum ſint in Palatio Regum. *Erras Iſrael,* (inquit Hieronymus,) *cum prodigo, & Aulicis imperitis loquens: Erras Iſrael, dic potius, vt tecum epuler, quia non poteſt tibi eſſe aliqua lætitia, aut iucunditas, niſi Patre tecum celebrante conuiuium Reuerſo filio iuniori, & pater lætatur, & pueri, quia deſideria prodigi filij dilatata fuerunt, quando lachrymis, & gemitibus inenarrabilibus ſuſpirabat dicens, quanti mercenarij in domo Patris abundant pane. Et iterum gemebundus, ibo ad Patrem meum.* Hæc autem deſideria dilata germinata lætitia in Patre, pueris, & Domeſticis compenſata eſt. *Neque mirum,* inquit Hieronymus, *ſi maior filius, gaudia non ſentiat,* quia vt Lucæ 15. inquit, *erat filius ſenior in agro.* Quaſi dicat, erat addictus rebus terrenis, erat expers veri gaudij, quia hærebat terræ, & cœleſtia negligebat, nihil ſpiritwale ſapiebat, terrena tantum deſiderabat in agro. Adeamus Hieronymum, *cum terrenis operibus labore deſudans, longè à gratia Spiritus Sancti, & à conſilio Patris extorris erat. Iunior vero filius quanto plus deſiderabat ad Patrem redire, tanto plus lætatus eſt, gaudiiſque immenſis repletus.* Ideo Chriſtus dilatabat manifeſtare ſe Diſcipulis, vt plus de præſentia eius gauderent. 1020.

Hieronym. ep. 146.

Luc. 15. n. 29.

Gaudia mũdi vana, & tranſitoria.

Aulici gaudia ſicut Penelope expectant.

Hieron. cit.

Peccatores quando conuertuntur recuperata gaudia inueniunt.

Hieron. cit. Luc.

Terrenis rebus implicati veris gaudiis nõ fruũtur.

2. RESPONSIO Abulenſis citati in littera, dixit illis, *Ego ſum, quia in deſperatis cauſis ipſe magiſter eſt Deus.* Quaſi dicat, Diſcipuli 1021.

Abul. cit. in littera.

tempeſtate,

In deſperatis cauſis Deus eſt magiſter.

tempeſtate, & periculis per totem noctem laborantes in remigando, quaſi deſperati ſtabant clamando, & tunc ſubuenit illis Deus; quia multoties prodeſt Deum precibus, & orationibus premere. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum filij Iſrael deſperati dixerunt, *Vt quid aſcendere feciſti nos ex Ægypto.* Tunc clamauit Moyſes ad Dominum Exod. 17. n. 3. Et reſpondit, *Quia prodeſt nonnunquam ſanctos vrgere, & quaſi cogore, quoniam tunc feruentius orant, & facilius impetrant.* Quaſi dicat, memento, quam piè Sunamitis illa cuius hiſtoria lib. 4. c. 4. Regum nertatur, ſanctum Eliſæum ad filij ſuſcitationem arctauerit, neque dimiſerit, quouſque mortuum filium Prophetæ precibus recuperauerit. Sic & ſanctus Iacob Geneſ. 32. n. 26. Angelum ad ſe benedicendum aſtrixit, neque dimiſit ante benedictionem: *Non inquit, dimittam te, niſi benedixeris mihi*, Et ſponſa Cant. 3. *Se dilectum non dimiſſuram profitetur, niſi prius in cubiculum genitricis eum includas.*

Oleaſter. in Exod. 17. n. 3. Tranſlat. Pagnin.

Orationes vrgent Sanctos vt feruentius orent ad Deũ. 4. Reg. c. 4. n. 30. Geneſ. 32. n. 26. Cant. 3. n. 4.

1022\. Et quemadmodum Sancti à nobis vrgentur, ſic & ipſi quaſi vrgere Dominum videntur, vt eum non dimittant, niſi prius poſtulata concedant, neque te putes minus religioſum, ſi pie Domino, aut Sanctis eius vim facias. Non enim de irreligioſitate taxatur Chananæa illa, quæ filiæ ſalutem à Domino extorſiſſe videtur, aut hæmorroiſſa, quæ ſalutem à profluuio ſanguinis ſuffuratur. Imò te tanto religioſiorem crede quanto maiorem ei vim feceris, non quidem impie, ſed plorando. Et addit Oleaſter, *Neque puto Sanctum Moyſem tanti ſuam propter ſe lapidationem feciſſe, ſed eam Domino obiectaſſe, vt quod poſtulabat facilius impetraret, vt ſi viſa populi iniquitate negaret, conſiderato periculo, quod ſibi à populo imminebat concederet.* Quaſi diceret, proni etiam erant Iudæi ad lapides, quoniam lapidei cordis erant, de quibus Bernardus tractans eorum in Chriſtum ſæuitiam dicit. *O Iudæi lapides eſtis, ſed lapidem percutitis molliorem, qui pro vindicta miſericordiam vobis poſtulat.* Iſraelitæ lapides in Moyſem parant, quaſi deſperati; ille vero vt mitis, & manſuetus preces pro eis fundit ad Deum, illi lapidibus eum impetere volunt, ille orationibus precatur Deum, vt eis indulgeat. Sic & Chriſtus dum illi clamarent, tolle, tolle, crucifige: clamabat, *Pater ignoſce illis.* Ex quo patet, quod Sanctos nonnunquam, & Deum ipſum prodeſt vrgere, non quidem impie, ſed plorando, *Quia Deus in deſperatis cauſis eſt magiſter, & ſuccurrit*, Vt cum Diſcipulis feciſſe patet, quibus cum quaſi deſperati clamarent, dixit: *Ego ſum, confidite, nolite timere. Perpende: vim feceris, non quidem impie, ſed plorando.*

Non impie, ſed plorando vrgere Deũ. Oleaſt. cit. *Pericula imminentia proponere ante Deum.* Bernard. cit. ab Oleaſt. in Exod. 17. *Pro inimicis ſemper orare & quod duriores nos meliores facimus.* Matth. cap. Marc. 6.

1023\. Vnde Arias Montanus explicans illa verba Iſaiæ cap. 1. num. 15. *Cum extenderitis manus, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, & non exaudiam, &c. Venite, & arguite me dicit Dominus*, inquit, quod Græcè; *arguite me, idem eſt, ac conuincere.* Quaſi dicat, propter improbitatem orationis conuincetur Deus. Et in Hebræo eſt, *Niunacha*, quod interpretatur *increpare.* Quaſi dicat, Deum orationibus increpari, ſed non impie, ſed implorando. Quaſi dicat, cum Cypriano lib. de oratione: *Orantes autem non in-*

Arias Mõt. in c. 1. Iſ. n. 15. Tranſlat. Græc. Tranſlat. Hebr. *Vim facere Deo non impiè, ſed implorando.*

fructuoſis, aut nudis precibus ad Deum veniamus Inefficax petitio eſt, cum precatur Deum ſterilis oratio Quaſi dicat, impie orat qui ſine charitate orat.

Cypr. lib. de orat. *Sterilis oratio Deum non mouet.*

1024\. Vnde Gregorius Nyſſenus orat. 5 in orat. Dom. ſic ait: *Irrita, atque inefficax eſt eiuſmodi vox, & ad aures diuinas non pertinet, ac penetrat, niſi conſcientia vna nobiſcum clamet, quod rectum bonum, & decorum ſit miſericordiam impertiri.* Quaſi dicat, impie orat qui miſericordiam facere proximo ſuo recuſat. Contra quam orationem clamat Iſaias 58. n. 3. *Omnes debitores veſtros repetitis, &c. percutis pugno impiè, nolite ieiunare vſque ad hanc diem, vt exaudiatur in excelſo clamor veſter.* Vnde Gregorius Nyſſenus citatus ait: *Delere tibi Chirographum aduerſus te ſcriptum precaris qui diligenter ſeruas obnoxiorum pacta atque contra eos? Tabulas nouas, & abolitionem, atque remiſſionem debitorum petis, qui per vſuras æs alienum nutris, & auges.* Quaſi dicat, tum licet remiſſionem peccatorum in confeſſione petis, qui nummis, & pecuniis viduarum, & pupillorum ingentibus vſuris diues nimis factus es. Neque deſunt, qui abſolutionem concedant. Et pergit inde Nyſſenus loco citato: *Tuus debitor eſt in carcere, & tu in oratorio. Ille ob debita cruciatur, & tu remitti tibi debitum vis exaudiri oratio tua non poteſt; ſuperat enim ſonus, & ſtrepitus eius qui cruciatur.* Quaſi dicat, non facit Deo vim impia oratio illius, qui in oratione diu noctuque orat, & ſeruis ſuis debita ſeruituris negat, & ſinit eos fame perire, vt ipſe vanitates nutriat, & maieſtatem habeat. Clamitant pauperes oppreſſi vexationibus & gabellis, & volunt Principes, vt orationes & flagella Religioſorum pro eis exaudiantur, non attendentes, quod ſuperant gemitus pauperum, & clamores viduarum, voceſque oppreſſorum orationibus, & deuotionibus eorum.

Gregor. Nyſſen. in orat. Dom. *Impie orat qui non miſeretur proximi.* Iſ. 58. n. 3. Nyſſ. cit. *Vſurarij humiliter orant, & confitẽtur, ſed fruſtra ſi nõ reſtituunt aliena.* *In oratoriis ſuis Principes, & non parcunt miſeris, & ad nihilum valet eius oratio.* *Gemitus pauperum opprimunt orationes Principum.*

1025\. Vnde Cypr. lib. de orat. Dom ponderans orationes impias illorum, ſcilicet, qui nõ habent charitatem cum fratribus, & ſeruis ſuis ait: *Chriſtus charitatis fœderis incorrupta, atque inuiolata ſeruari mandauit, & exhibere ſe non poteſt martyrem qui fraternam non tenuit charitatem, quæ ſi orationes inutiles ſunt illorum qui crudeles ſunt cum ſeruis ſuis, & debita inſoluta relinquunt, & ſi illa petant, crudelitates inauditas exercent potentia & vi freti, non charitate muniti; imò obliti totaliter* Et addit Sanctus. *Loquens de ſterilitate orationis, & virtutum iſtorum, qui charitate carent, ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti beſtiis animas ſuas ponant, non erit illi fidei corona, ſed pœna perfidiæ neque religioſo virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus, occidi talis poteſt, coronari non poteſt.* Quaſi dicat, attendant hoc Principes, & potentes, Magnates, & Prælati Religioſi, Doctores, & Magiſtri quod impia, & ſine fructu eſt oratio, quæ ſine charitate operatur; quia occidi pro fide quis poteſt, ſed ſine charitate coronari non poteſt. Et ita Bernardus dicere ſolebat epiſt. 42. *Quod enim abſque charitate bonum ſuſcipitur fides? Sed nec ſi montes transferat ſcientia, ſed ne illa quidem, quæ loquitur Angelorum martyrium? Nec ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeat, nec abſque illa quodlibet bonum ſuſcipitur? nec cum illa quemlibet exiguum reſpuis caſtitas ſine charitate lampas eſt ſine oleo; ſubtrahe oleum,*

S. Cypr. lib. de or. Dom. *Potentes qui non ſoluunt debita ſeruis ſuis potenter patientur.* *Nõ eſt virtus nec perfectio ſine charitate.* Bernard. ep. 42. *Oratio ſine charitate lampas ſine oleo.*

clauum, lampas non lucet, tolle charitatem, caſtitas non placet, neque oratio ſonat, nec auditur. Quaſi dicat, inefficaces ſunt orationes, & omnes at parentes ſunt virtutes tam cardinales, quàm Theologales, ſi charitas deficit. Vnde E[l]igius homil. 8. *Qui hæc implere noluerit ipſe ſibi ianuam diuinæ miſericordiæ claudit.* Quaſi dicat, auditum Dei non aperit ſibi, qui ſuum auditum pauperi denegauit, quia non exaudietur etiam ſi ſanguineis lachrymis oret; qui vero non impiè, ſed cum humilitate orauerit in deſperatis cauſis Deũ coget, & opprimet vt exaudiatur, ſicut contigit Diſcipulis nauigantibus, & remigantibus contra tempeſtatem, qui clamantes ad Chriſtum coëgerunt, vt loqueretur, & diceret, *Nolite timere, ego ſum, confidite.*

Eligius homil. 8.

Deus aures ſuas manibus claudit ad orationes ſine charitate.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur, quod intrauit Ieſus in nauem, & ceſſauit ventus?

QVæreret, ad quid fuit neceſſarium, quod intraret Ieſus in nauem, vt ventus ceſſaret?

1026. 1. Responsio Theophylacti in littera citati, *Quia geminata miracula, qualia fuerunt ambulare ſuper aquas, & ceſſatio venti neceſſaria fuere ad corda in fide excæcata conuertendum.* Vnde interrogat Oleaſter, quare cum tanta prodigia, & miracula Deus cum Moyſe, & virga eius feciſſet, poſtmodum reſpondit Moyſes, Exod. 4. n. 1. *Ecce non credent mihi, mitte quem volueris.* Quaſi diceret, ad Regem Pharaonem? Et reſpondit. *O quam magna eſt hominis peccatoris erga Deum diffidentia, cum enim Deus facile fidat homini, & illi omnia ſua credat, homo tamen præſertim iniquus cum maxima difficultate Deo fidit.* Cogitaui non ſemel penes me. Vnde hominis tanta diffidentia ad Deum ſuum, & cognoui ex eo eſſe, quod quales nos ſumus erga Deum; talem eum arbitramur erga nos; quia enim nos frequentiſſimè Deo promiſſa mentimur arbitramur Deum nobis etiam non ſeruaturum promiſſa, & hinc etiam eſt fiducia iuſtorum erga Deum. Cum enim ipſi promiſſa Deo ſeruent, & faciant voluntatem Dei, talem erga ſe Deum arbitrantur.

Theophyl. cit. in litt.

Duriora corda difficiliter conuertuntur.

Oleaſter in Exod. 4. n. 1. Tranſlat. Pagnin.

Peccatores promiſſis Dei non credunt quia ipſi mendaces ſunt.

Authoris Sententia

Iuſti facile impoſſibilia de Deo credunt.

1027. Vnde Paulus ad Rom. 4. de fiducia Abrahæ loquens dicit iuxta tranſlationem Pagnini, *Et non infirmatus eſt fide, neque conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ in promiſſione vera Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confirmatus eſt fide dans gloriam Deo pleniſſimè ſciens, quod quæcumque promiſerit Deus potens eſt, & facere.* Quaſi dicat, talis eſt enim fragilitas humana in rebus fidei, quod cum ſcriptum ſit de de fide iuſtorum; *Iuſtus autem ſicut leo confidens ſine terrore erit.* tamen quia Moyſes homo erat, & iuſtus, & ſecurus reddiderat de populi credulitate, & obedientia; ipſe tamen vt homo imbecillis diffidebat dicens: ecce non credent mihi, mitte quem miſſurus es quia ad corda excæcata gemina miracula non ſufficiunt.

Ad Rom. 4. Tranſlat. Pagnin.

Tentationes in fide in iuſtis maiores.

Prou. c. 28. n. 1.

Exod. c. 4.

1028. Vnde D. Proſper lib. 2. de vita contemplatiua c. 12. ait: *Heu quam ſubtiliter nos ille decipiendi artifex fallit, quanta cæcitate oculos noſtra mentis obducit, ne diſcernamus gaudendi modos. Vnde iuſtius gaudeamus.* Quaſi dicat, decipit mortales Diabolus, eorum operit oculos, ne videant, quæ videnda ſunt, & credant quæ digna ſunt, vt credantur. Hinc Chryſoſtomus hom. 23. ad populum Antiochen ait: *Vnde quæſo potero te fidelem agnoſcere dictis omnibus cõtraria proteſtantibus? Quid vero fidelem dico; neque enim es homo, ſi manifeſte te potum videre, cum tanquam aſinus recalcitres, laſciuias, vt taurus, tanquam equus poſt mulierem hinnias? Ventri tanquam vrſus indulgeas, & vt mulus carnes impingues, & malum memoria teneas tanquam camelus. Rapias vt lupus, vt ſerpens iraſceris, ferias, vt ſcorpius. Sis ſubdolus vt vulpes, nequitiã vero tanquàm aſpis, & vipera venenum ſerues, vt elephas vmbra tuam fugis, quia fugit impius nemine perſequente, vt talpa miracula non videas, & peior es quam Dæmon, quia Dæmones credunt, & contremiſcunt.* Et addit Chryſoſtomus, *quomodo te cum hominibus connumerare valeam, ſalis in te natura ſigna cum non intuear? Varias habes in variis peccatoribus feras, quia induratum eſt ſicut Pharaonis cor tuum. Et ideo geminata prodigia, & multiplicata miracula non credis, ſicut Diſcipuli excæcati, qui videntes Chriſtum ſuper aquas ambulantem, & ventos contrarios ſedare,* adhuc timidi, etiam cum illis Chriſtus loquens, ſtabant ſtupefacti, & increduli.

D. Proſp. lib. de vita contemplat.

Diabolus excæcat corda, vt innumerabilia miracula peccatores nõ videãt in ſe.

Chryſoſt. hom. 23. ad popul. Antioch.

Peccatores indurati omnium ferarum crudeliores.

Ioann. 2. n. 19.

Exod. c. 6.

Geminata miracula irridens impij.

2. Responsio Bedæ citati: *In quocum que enim corde Chriſtus per gratiam ſui adeſt amoris, & procella ſpirituum malignorum ſedata, ineffabiliter anima gaudet.* Quaſi dicat, *ineffabilis eſt lætitia, qua fruitur cor, cum ſe à tempeſtate vitiorum liberatum videt, & Chriſtus aſcendit in nauim animæ eius.* Vnde docuit Philo lib. de Cherubim. *Nihil purificatam mentem maiori afficit lætitia, quam apud Dominum habet, quem agnoſcit Regem regum omnium.* Quaſi dicat, *vera lætitia perfunditur, qui Sathanã negligit, Deo ſeruit, quem Dominum, & Regem nouit.* Vnde Iſaias cap. 41. n. 16. ait: *In ſancto Iſrael lætaberis,* vbi Oleaſter legit ex Hebræo, *In ſancto Iſrael laudabis te, id eſt, ſaltabis te, & lætitia non capiet in te,* quod ſeruus ſis ſancti Iſraelis. 1029.

Beda in litt. cit.

Lætitia ſecuræ conſcientiæ ineffabilis.

Philo lib. de Cherub.

Phãtaſmata quaſi muſcas abigere.

Iſ. 41. n. 16. Oleaſt. ibi. Tranſlat. Hebr.

Vnde interrogat S. Auguſtinus, quare Pſ. 46. 1030.
n. 1. dicitur, *Omnes gentes plaudite manibus,* Et reſpondit, *quid eſt plaudere, niſi gaudere? Sed quare manibus, quia bonis operibus.* Quaſi dicat, non ore gaudeatis, ſed corde, & opere. Vnde Philo lib. de ſacrific. Abel: *Feſtum animæ eſt perfectè lætari virtutibus. Cui affine, & illud* Senecæ epiſt. 59. *Gaudium non naſcitur niſi ex virtutum conſcientia. Non poteſt gaudere niſi fortis, niſi temperans:* Et addit: *Quid ergo inquis? ſtulti, ac mali non gaudent? non magis ac prædam nacti leones.* Quaſi dicat, falſum eſt omne gaudium, quod præter Deum conatur. Et progreditur Philoſophus dicens, *Cum fatigauerunt ſe vino, & libidinibus, cum illos nox inter vitia deficit, cum voluptates anguſtè corpori vltra quam capiebat ingeſtæ ſuppurare cœperunt,* tunc exclamant miſeri Virgilianum illum verſum:

Auguſt. in Pſ. 46 n. 1.

Bona quæ agimus laudanda.

Lætitia impiorum lætitia leonis nacta præda.

Virg. Poëta.

Námque vt ſupremam inter gaudia noctem
Egerimus noſti.

Quaſi dicat, *Omnem luxurioſi noctem inter falſa gaudia, & tanquam ſupremam agunt.* Ideò felix nimis ille eſt, qui cum Symmacho poteſt dicere: *Corporis caduca gaudia calcauiſſe.* Et infelix,

Senec. cit.

Symmach. citat.

Infelix; & plus qnam miſer, qui perpetuis gaudiis huius ſæculi lætatur omni, & feliei fortuna Beatus in hoc ſæculo, ſemper alacer, ſemper diues, ſemper in ſupremis poſitus, & in caducis adoratus æſtimatur ab incunabulis de quibus lacrymatur lamentabiliter noſter Sanctus Antonius de Padua ſerm. Domin. 3. poſt Paſcha dicens, *in hoc mundo bibunt vinum lætitiæ, ſed in alio bibunt vinum gehennæ.* Et Sanctus Auguſtinus in Pſalm. 125. *Nolite ſeduci gaudio rerum mundanarum, flenda in rebus humanis aduertite.* Quaſi dicat, fortunatis, & ſemper in dignitate conſtitutis nolite inuidere, ſed flere, quia terribile iudicium Dei illos expectat.

Infelices qui proſpera ſemper fortuna gaudent.

S.Anton.de Padua ſer 3 Dom poſt Paſchaſ.
Auguſtin. in Pſ.125.

1031. Interrogat S. Gregor. lib. 14. moral. cap. 4. quare cum Sanctus Iob repletus eſſet miſeriis, & in ſterquilinio poſitus, teſta ſaniem radens, dicebat, *Lucerna, quæ ſuper eum eſt extinguetur* Iob c.18. n.6. Et reſpondet, *Benè de lucerna, id eſt, lætitia, non dicitur, quæ apud eum eſt, ſed quæ ſuper eum eſt; quia iniquorum mentem terrena gaudia poſſident. Sic eam in voluptatibus abſorbent, vt ſuper ipſum ſint, non apud ipſam; iuſti enim cum proſperitatem vitæ præſentis habent, eam ſub ſemetipſis premere nouerunt.* Quaſi dicat, non eſt iuxta, ſed ſupra mundanos homines lætitiæ mundanæ lucerna, eoſque à mundanæ voluptatis gaudio calcari, ac poſſideri. Iuſti autem è contra inania gaudia calcant; neque fortonam proſperam deſiderant, ſed fugiunt, cum venit Et ſic Sanctus Paſchaſ. lib. 2. in Matth. dicere ſolebat, *magnum gaudium, non alibi quàm in Deo propter ipſum accipitur.* Quaſi dicat, fugienda inania gaudia, quæ corda noſtra premunt, & omni conatu ſolus Chriſtus quærendus eſt, & lachrymis, & orationibus acclamandus, vt aſcendat in nauem noſtri cordis, vt gratia Sancti Spiritus, & amoris perfuſi procellas malignorum ſpirituum auertat, & fugiat, Quod accidet ſi puro corde clamauerimus dicentes: Pſal. 67. num. 7. *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius, vt liberentur dilecti tui,* ſicut hodie Diſcipuli ſedata tempeſtate, & præſentia ineffabili Chriſti lætati ſunt.

Greg. lib 4. mor. c.4.
Iob c.18. n.6.

Fortunati impij gaudia ſupra ſe ponūt, & quærunt.
Iuſti fortunā proſperam fugiunt.

S.Paſchaſ. lib. 2. in Matth.

Procellas imaginationum expellenda.
Pſ.67.n.7.

TRACTATVS XXXIII.
AD LITTERAM
In Cap. IV. Matthæi.

De tentationibus à Diabolo, Chriſto illatis.

TEXTVS.

1\. TVNC ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo. 2. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. 3. Et accedens tentator dixit ei: ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. 4. Qui reſpondens dixit, ſcriptum eſt non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. 5. Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi. 6. Et dixit ei, ſi filius Dei es, mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim quia Angelis ſuis mandauit de te, & in omnibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi Ieſus, rurſum ſcriptum eſt: non tentabis Dominum Deum tuum 8. Et iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia Regna mundi, & glorlam eorum. 9. Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo ſi cadens in terram adoraueris me. 10. Tunc dixit ei Ieſus vade Sathana, ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. 11. Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

EXPLANATIO
Litteræ.

1032. POSTQVAM baptizatus eſt Dominus à Ioanne in aqua ducitur ab Spiritu Sancto, id eſt, impulſu fortiori in deſertum, vt baptizaretur igne tentationis. Hæc Chryſoſtomus ſuper Matth. In deſertum. Iſtud deſertum, inquit Abulenſis in prolog. ad cap. 4. Matth. *Non multum diſtat à Iordane, & ſolet vocari vulgariter Quarantana, id eſt, locus in quo Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus, & ſolent ire Peregrini ad locum illum ex deuotione, &*

Chryſoſt. in Matth.
Abulenſ. in Prolog. ad c. 4. Matt.

Quarantana deſertum vbi Chriſtus ieiunauit 40. diebus.

non longe ab iſto loco eſt mons ad quem Diabolus duxit Ieſum, non vt, aut coaltum nec per aera, ſed deprecans,& conuerſans cum illo,& ibi oſtendit omnia regna mundi, non ſingulares ciuitates, & oppida, ſed regna in generali, neque per viſionem imaginariam vt aliqui dixerunt, quia ad hoc non erat neceſſarium ſuper montem ſtare.

1033. *Species enim ieiunij hominibus datur in Christi ieiunio. Naturaliter nemo poteſt 40. diebus nõ manducare.* Chryſoſt. in Matth.

Ieſus autem ad deſertum ſe contulit, vt tentaretur à Diabolo, & primo voluit ieiunare quadraginta diebus ad eruditionem noſtram; quia vt tentationes vincamus ieiunium magnum remedium eſt, Lucas expreſsè dicit, *Quod nihil manducauit in diebus illis*; hoc autem ſupernaturale fuit, quia per vires naturæ eſt impoſſibile; & ſic ieiunauerunt Elias, & Moyſes miraculoſe. Vnde Chryſoſtomus ſuper Matth. ait: *Diabolus videns per quadraginta dies Christum ieiunantem deſperauit, id eſt, pluſquam homo putauit, quod Chriſtus eſſet. Poſtquam autem eſurientem ſentit, iterum cœpit dubitare, ideo dicitur, & accedens tentator dixit ei, ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Quaſi dicat, inquit Abulenſis, iube quia non eſt neceſſarium niſi vt iubeas cum omnis creatura Deo obediat, quia Pſalm. 32. dicitur, *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt.*

Abul. cit. Pſ. 32. n. 9. *Verbo Domini omnia facta ſunt.*

1034. Deut. 8. n. 3.

Scriptum eſt enim non in ſolo pane viuit homo. Chriſtus noluit poteſtate conuincere Diabolum, ſed ſuis verbis confundere illum, quia non ſolo pane poteſt homo ſuſtentari, ſed ex omnibus alijs rebus comeſtibilibus, quæ creatæ fuerunt à Deo, & de ore eius procedunt, id eſt, vegetantur, viuunt & ſunt in terra ad ſeruiendum hominibus.

1035. Abul. cit. *Quare Hieruſalem dicebatur ciuitas ſancta.* *Hiſpana lingua.*

Tunc aſſumpſit eum, id eſt, finita prima tentatione cum in illa Diabolus videretur victus, voluit aliter tentare. Et portauit eum in ſanctam ciuitatem id eſt, in Ieruſalem, quia propter templum, & arcam teſtamenti vocabatur ſancta, & cum eſſent ambo Chriſtus, & Diabolus in deſerto, perſuaſit vt venirent in Hieruſalem, & venerunt, & poſuit illum ſuper pinaculum templi. Pinnaculum eſt locus quidam altus in templo, *Quod Hiſpanicè Chapitel de la Torre vocatur, & iuxta templum erat maxima, ampla platea, vbi innumerabiles gentes congregabantur.*

1036. Pſ. 90. n. 12. Deut. 6. *Quid ſit tentare Deum.*

Si filius Dei es mitte te deorſum non deſcendas, ſed præcipita te de ſummo; ſcriptum eſt enim Pſalm. 90. num. 12. *In manibus portabunt te Angeli, & eſt modus loquendi*; quia Angeli non habent manus, ſed ſua virtute defendunt iuſtum; non tentabis Dominum Deum tuum. Ita habetur Deuter. 6. non intelligitur, quod Chriſtum Dæmon tanquam Deum ſuum non tentaret; quia Chriſtus volebat ſe occultare Diabolo, & ita de ſe non dixit, ſed de Deo ſcriptum eſt, quod petere miracula, & intentare impoſſibilia eſt Deum tentare, cum more, & modo humano poſſit deſcendere per ſcalam templi, & hoc modo excuſauit ſe Chriſtus, & Dæmonem confuſum reliquit, vt coniecturabiliter conturbaretur.

Remig. cit. in Abul.

Aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna; id eſt, in quibus locis erant regna mundi, & gloriam eorum, id eſt, diuitias, & nemora, & loca delectationum, vel vt Rhemigius, *Gloriam appellat aurum, & argentum, & lapides pretioſos, & bona temporalia.* Vnde Chryſoſtomus: *Loquebatur Diabolus, quia apparuit in forma humana, quia facile eſt Dæmoni, quando voluerit formas tales fabricare.*

Chryſoſt. in Matth.

Hæc omnia tibi dabo, omnia quæ oſtendo in tua poteſtate ponam, vt ſis magnus Rex, ſi cadens in terram ad magnificandum Dæmonem, & humiliandum Chriſtum ante ipſum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerui es. Deuteron. 6 Vnde Hieronymus, *Neceſſaria teſtimonia Deuteronomij tantum protulit, quia Deuteronomium lex noua interpretatur, vt cognoſceret Dæmon, quod noua omnia facienda erant per legem Euangelij.* Tunc reliquit eum Diabolus, id eſt, fugit, & euanuit ab illo loco. Et acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei, id eſt, deſcenderunt de cœlo; quia ibi non ſtabant, & tanquam ſuperiori, & Domino ſuo ſeruierunt Chriſto, portando aliquid quod comederet, quia eſuriebat. Reliqua patebunt per quæſtiones. 1037.

Regem promittit Diabolus facturũ Chriſtum. Deut. 6. Hieronym. *Deuteronomium lex noua interpretatur.*

TRANSLATIONES antiquæ, & recentiores.

Vulgata editio.	1	Tunc ductus eſt in deſertum à ſpiritu.
Tranſlatio Vatabli.	2.	Tunc ſubductus eſt in deſertum à ſpiritu & cum ieiunaſſet quadraginta dies, & totidem noctes, tandem eſuriit.
Tranſlatio ex Syriaca.	3.	Tunc Ieſchua ſubductus eſt ab ſpiritu ſanctitatis in deſertum ab accuſatore, id eſt, Diabolo.
Tertullianus lib. de Baptiſmo.	4.	Ipſum Dominum poſt lauacrum ſtatim tentationes circumſteterunt quadraginta diebus ieiunijs functum.
Caietanus in Euangelia. Matthai 4.	5.	Effectum Spiritus Sancti perſpiciens nõ iuit velut ſola humana ratione vtens, ſed ductus à Spiritu Sancto inſpirante, regente, & agente ipſum.
Lyranus ſua in Gloſſa ad c. 4. Matth. num. 3. ex Vulgata.	6.	Poſt Baptiſmum Chriſti immediatè ductus eſt à Spiritu Sãcto, quia humanitas Chriſti erat organum Spiritus Sancti, & ideò ad omnia agenda mouebatur ab inſtinctu Spiritus Sancti.
Tranſlatio Vatabli.	7.	Cúmque acceſſiſſet ad eum tentator dixit; ſi filius Dei es, iube vt hi lapides panes fiant

fiant non pane ſolo, victurus eſt homo, ſed omni verbo egrediente per os Dei.

Tranſlatio ex Syriaca. 8. Et accedens tentator ille dixit, ſi es filius Dei, dic, vt iſti lapides panes fiant, &c. non tantum modo pane viuit homo, &c.

Caietanus citatus 9. Suadendo protulit hanc ſententiam, quæ explorationem cotinet, an ſit filius Dei.

Tertullianus citatus. numer. 8. ex Vulgata. 10. Quadraginta diebus ieiunauit Chriſtus, poſtea eſuriit.

Tranſlatio Vatabli. 11. Proiice te ipſum deorſum, & Angeli manibus deferent te, ne quando impingas ad lapidem pedem tuum.

Tranſlatio ex Syriaca. 12. Deorſum te dede præcipitem, Angelis ſuis præcipiet de te, vt manibus ſuis te ſubleuent.

Tertullianus citatus. fol. 844. Vulgata n. 10. 13. Si tu es filius Dei deiice te dehinc, ſcriptum eſt enim, quod mandauit Angelis ſuis ſuper te, vt manibus tollant necubi ad lapidem pedem tuum offendas.

Tranſlatio ex Syriaca. 14. Abi tibi inimice, ſcriptum eſt enim Dominum tuum adorabis, & illum ſolum coles.

Tranſlatio Vatabli. 15. Hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus adoraueris me. Abi Sathana, quia ſcriptum eſt ſolum Deum coles.

Tertullianus libr. aduerſus Praxeã. 16. Recede Sathana ſcandalum mihi es, ſcriptum eſt enim Dominum Deum tuũ adorabis, & ſeruies ſoli illi.

DIFFICVLTAS I.

Quis fuerit ſpiritus, à quo Chriſtus ductus eſt in deſertum?

QVæretur, an à Spiritu Sancto vel malo Chriſtus doctus fuit in deſertum.

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Eſt autem ductus à Spiritu Sancto, non quaſi minor maioris præcepto; non enim ſolum ductus dicitur, qui alicuius poteſtate ducitur, ſed etiam ille, qui alicuius rationabili exhortatione, ſicut ſcriptum eſt de Andrea, qui inuenit Simonem ſuum, & adduxit eum ad Ieſum?* 1038.

Chryſoſt. in Matth. Precibus, & rogationibus ducuntur homines.

2. Responsio Hieronymi ſuper Matth. *Ducitur autem non inuitus, aut captus, ſed voluntate pugnandi.* Quaſi dicat, & ſi Chriſtus ſemper fuit repletus Spiritu Sancto; tamen efficaciter ab ipſo Spiritu Sancto ductus eſt; quia iam erat tempus pugnandi cum Diabolo. 1039.

Hieronym. ſupr cit. Impulſu Spiritus Sancti ductus eſt.

3. Responsio Auguſtini libr. 4. de Trinitate, *Cur ſe ipſum quoque tentandum præbuit? Vt ad ſuperandas tentationes mediator eſſet, non ſolum per adiutorium, ſed etiam per exemplum.* Quaſi dicat, nullum adiutorium ita prodeſt laborantibus ſubditis, quam exemplum, & operatio ſuperioris. 1040.

Aug. lib 4. de Trinit. Prælati adiutorium non verbis ſolum ſed opere.

4. Responsio Gregorij in homil. *Dubitari enim à quibuſdam ſolet, à quo ſpiritu ſit ductus Ieſus in deſertum. Sed reuera, & abſque vlla quæſtione conuenienter accipitur, vt à Spiritu Sancto ductus eſſe credatur, vt eum ſuus ſpiritus duceret, quo hunc ad tentandum ſpiritus malignus inueniat.* Quaſi dicat, Spiritus Sanctus duxit Chriſtum ad locum aptum ieiunio, & tentationi. 1041.

S. Gregor. in hom. Spiritus Sanctus duxit Ieſum.

5. Responsio Abulenſis quæſt. 2. in cap. 4. Matth. *Ab illo Spiritu Chriſtus in deſertum ductus eſt, qui ſuaſit ieiunare; ſed Diabolus non ſuadet ieiunare, ergo neque ab illo ductus eſt.* Quaſi dicat, ſi tentator acceſſit ad tentandum, ergo ad acceſſum Diaboli, iam Ieſus erat ieiunans; quia Diabolus ad ieiunium non ſolicitat; *Imò mea videri, ſi non eſuriret Chriſtus nunquam Diabolus accederet ad tentandum; & ita inuenta occaſione famis, & eſuritionis venit, vel acceſſit Diabolus ad tentandum.* 1042.

Abul. q. 2. in c. 4. Matt. Diabolus non ſuadet ieiunare. Auctoris mens.

6. Responsio Caietani in Euangelium Matth. 4. *Coniunctio, vt, non ſolum conſecutiue, quia locum deſerti conſecutura erat tentatio, ſed etiam cauſaliter; quia ſicut ad hoc venit vt pateretur, ad hoc iuit in deſertum, vt tentaretur: nam neque pati nec tentari malum eſt, ſed vtrumque pro nobis ſubiit.* Quaſi dicat, ſicut Hieruſalem elegit pro loco paſſionis, ita deſertum pro loco tentationis. 1043.

Locum ad paſſionem, & tentationem Chriſtus elegit.

DIFFICVLTAS II.

Quare Diabolus Chriſtum tentauit in deſerto?

QVæritur, quare tentationes habitantibus in deſertum maiores ſint?

1. Responsio Chryſoſtomi in homil. *Quicumque ergo poſt Baptiſmum maiores* 1044.

Chryſoſt. in homil.

Tentationes quare Deus permittit. *tentationes ſuſtines, non turberis etenim propter hoc accepiſti arma, vt non vaces, ſed vt prælieris; ideò autem tentationes Deus à te non prohibet. Primum quidem vt diſcas, quoniam multo factus es fortior, deinde vt magnitudine donorum non extollaris. Tertiò, vt Diabolus experientia cognoſcas, quòd perfectè ab eo obſeſſiſti. Quarto vt credidiſti tibi theſaurum, ſignum accipias.* Et addit Sanctus; *Neque enim Diabolus ſuperueniret tibi ad tentandum, niſi maiori honore effectum videret.* Quaſi dicat, in deſerto ſemper Diabolus tentat; quia ibi ſunt fortiſſimi milites Chriſti ad pugnandum cum eo.

In deſerto ducos militia ſpirituales aſſiſtunt.

1045. *Hilarius citatus in Catena. Heremita magni pretij apud Deum.* 2. RESPONSIO Hilarij in Catena citati; *In ſanctitate enim maximè Diaboli tentamenta graſſantur; quia victoria eſt magis optata de Sanctis.* Quaſi dicat, vincere habitatores deſerti ſumma victoria eſt, quia hoſtem propriis armis necare ſingulare eſt, inſignéque virtutis, & armis ſanctitatis, & pœnitentiæ vincere bonos grandis victoria eſt.

1046. *Gloſſa ord.* *Deſertū tentationis Chriſti inter Hieruſalem, & Hiericho ſitū.* 3. RESPONSIO Gloſſæ. *Hoc deſertum inter Hieruſalem, & Hiericho eſt, vbi morabantur latrones, qui locus vocatur Dorohim, id eſt, ſanguinis propter effuſionem ſanguinis, quam ibi latrones faciebant. Vnde & homo cum deſcendiſſet ab Hieruſalem in Hiericho incidiſſe dicitur in latrones gerens figuram Adæ, qui à Dæmonibus victus eſt.* Quaſi dicat, conueniens fuit, vt Chriſtus ibi Diabolum ſuperaret, vbi Diabolus hominem ſub figura ſuperare dictus eſt.

1047. *Chryſoſt. in Matth.* 4. RESPONSIO eſt Chryſoſtomi in Matth. *Quid enim opus habet ad certamen exire, qui non deſiderat vincere, qui autem glorioſiores filij Dei extra ſines carnis exeunt contra Diabolum; quia victores gloriam concupiſcunt. Propterea Chriſtus exit in deſertum, vt tentaretur à Diabolo.* Quaſi dicat, qui voluptatibus carnis deſeruiunt, & ſatiantur, certamen cum carne non habent, quia implent deſiderium ſuum cum propria vxore; qui vero ſunt perfecti, & virtutibus repleti in deſertum habitantes non ſunt otioſi, quia luctamen contra nequiſſimos ſpiritus inhiant, & ſemper ſunt præliantes, & vincunt Diabolum, quia Chriſtus ſtat cum ſuis in tribulationibus, & ipſe vincit cum illis.

Qui vxores habent inſcij ſunt tentationum. Iuſti in deſerto no otioſi, ſed præliātes.

1048. *Abul. q. 5. in c. 4. Matt.* 5. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 5. in Matth. *Faciebat hoc Chriſtus vt ſuo exemplo nos doceret fauorem humanum vitare, & quod non vellemus facere omnia magna, quæ faceremus ad captandum fauorem plebis, & honorem.* Quaſi dicat, in deſertum ſeceſſit Chriſtus ad vincendum Diabolum; quaſi hoc faceret vt coram populo magnam de ſe opinionem ſanctitatis, & diuinitatis gigneret. Vt nos in altiſſimis rebus noſtris fauorem plebis non quæreremus, ſed ſoli Deo intra cor placere ſtudeamus, Chriſtus iſtud facturus in deſertum ſeceſſit, vt nullam laudem conſequi poſſet.

Prædicator laudes, & honores populi fugiat. Fugienda hominum laudatio.

1049. *Ambroſ. in Luc. Adam erat exul in deſerto.* 6. RESPONSIO Ambroſij ſuper Lucam, *Chriſtus agebatur in deſertum conſilio vt Diabolum prouocaret: nam niſi ille certaſſet, non ſic viciſſet myſterio, vt Adam de exilio reuocaret., vt liberaret, qui de paradiſo eiectus eſt. Exemplo vt oſtenderet nobis Diabolum ad meliora tendentibus inuidere.* Quaſi dicat: myſterio, & exemplo nos docuit Chriſtus ductus in deſertum: myſterio, vt Adam de deſerto reduceretur, exemplo vt cautè, & attentè, cum virtutes operamur, inſidias, & tentationes Diaboli attendamus.

Perfecti attēdant ad Diaboli tentationes.

7. RESPONSIO Chryſoſtomi in quadam homilia; *Tunc Diabolus maximè inſtat ad tentationem, cum viderit ſolitarios. Vnde etiam in principio mulierem tentauit ſine viro eam inueniens.* Quaſi dicat, ſolicitudo omnimoda non eſt, niſi pro viris perfectis; minores autem non poſſunt illam ſuſtinere, & incidunt in multa pericula. Vnde recte dicit Chryſoſtomus primo Politic. *Quod homines agentes vitam ſolitariam, aut ſunt Dij, aut ſunt beſtiæ, id eſt, aut ſunt omnino perfecti, & accedentes ad imitationem naturæ Dei, aut ſunt omnino beſtiales, periculorum ignari, & ſeueri in ſemetipſos bonorum inſenſibiles.* 1050. *Chryſoſt. in quadā hom.*

Vita ſolitaria aut Sanctorū, aut beſtiarū.

Chryſoſt. 1. Polit.

DIFFICVLTAS III.

An Chriſtus in his diebus aliquid comederit?

QVæretur, quomodo quadraginta dies naturaliter loquendo potuerit natura humana non eſurire, & ſi aliqualiter eſuriuit, quomodo non Euangeliſtæ narrauerunt?

1. RESPONSIO eſt aliquorum Auctorum quos refert Abulenſis, & refutat quæſt. 13. qui aiunt quod Marci 1. dicitur, *Quod Chriſtus erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Sathana, eratque cum beſtiis, & Angeli ei miniſtrabant.* Ergo videtur quod in iſtis quadraginta diebus Angeli miniſtrabant ei; iſta autem miniſtratio erat in cibo, & potu, vt omnes exponunt, ergo comedebat, etiamſi ieiunaſſet in his diebus. 1051. *Auctor. cit. ab Abulenſ. q. 13. in c. 4. Matth.*

Angeli quomodo miniſtrabant Ieſu quando eſuriebat.

2. RESPONSIO Gregorij in quadam homilia, qui ait: *Ipſe Auctor hominum omnium in quadraginta diebus non comedit, nec vllum omnino cibum ſumpſit.* Quaſi dicat, cum Euangeliſta Luca cap. 4. agebatur à ſpiritu in deſerto quadraginta diebus, & nihil manducauit in diebus illis, & conſummatis illis, eſuriit. 1052. *Gregor. in quadā hom. Luc. 4.*

Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nō comedit Ieſus.

3. RESPONSIO Hilarij in Catena Sancti Thomæ citati, qui ait: *Non in quadraginta diebus eſuriit, ſed poſt. Igitur cum Dominus eſuriit non inediæ ſubrepſit operatio, ſed natura ſua hominem dereliquit.* Quaſi dicat, ieiunium tam prolixum, & longum ſuſtinere non humanæ, ſed diuinæ fuit poteſtatis. 1053. *S. Hilarius in catena S. Thom.*

40. diebus ieiunare diuinæ fuit poteſtatis.

4. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 13 in Matth. 4. qui ait: *Ieiunium Chriſti ex aliqua parte fuit nobis traditum in exemplum ſcilicet, quod quia ipſe ieiunauit, nos ieiunemus. Sed ex aliqua parte fuit ad probationem poteſtatis ſuæ, & ex hac parte non proponit nobis ſuum ieiunium tanquam imitandum, ſed ſolum ad credendum, quod ipſe erat tantæ poteſtatis & dignitatis, quantum erat neceſſaria vt quadraginta diebus ieiunaret.* Quaſi dicat, non elegit extendere plus ieiunium, ne in dubium verteret 1054. *Abul. q. 13. in Matth.*

Ieiunium 40. dierum non ad imitandū ſed ad admirandum.

veram

veram ſe habere carnem; miraculoſum tamen fuit & in Chriſto,& in Elia,& Moyſe ieiunium quadraginta dierum,& non ad imitandum, ſed ad admirandum proponitur mundo.

1055. Caietan. in Euang.

5. Responsio eſt Caietani, qui ait, *An infra tempus illorum quadraginta dierum eſurierit, vel non eſurierit, nihil dicitur. Si interim non eſuriit multiplicantur miracula: nam miraculo ieiunij dierum quadraginta adiungitur miraculum, quod tanto tempore ſeruatum fuit Ieſu corpus abſque indigentia alimenti. Eſuries ſiquidem eſt naturalis appetitus alimenti ſicci animalium, quando indigent alimento ſicco, ſicut ſitis eſt appetitus alimenti humidi.* Quaſi dicat, Ieſus ex tanto ieiunio non eſt afflictus ſecundum corpus, quia non affligitur corpus ex ieiunio, donec deducatur ad hoc quod indigeat alimento, eſuriat, & careat alimento, vt experientia teſtatur, quocirca ſi Ieſus intra tempus quadraginta dierum non eſuriit, conſequens eſt, quod non indiguerit alimento, & quod non fuerit ex tanto ieiunio afflictus, ſi interim quoque eſuriit, cur Diabolus interim non tentauerit, cur Euangeliſta poſuit additamentum, poſtea eſuriit?

Eſuries eſt naturalis appetitus alimenti ſicci.

Ieiunium eſt afflictio corporis propter carentiam alimenti.

1056. *Authoris mens.*

Solutio huius eſt, quod Ieſus ex ieiunio illo afflictus eſt ſecundum corpus indigente corpore eius alimento, ſed non eſt tantum afflictus quantum vis tanti ieiunij naturaliter nata erat affligere, quia nata erat perimere, ſed vſque ad certum terminum rationi conſentaneum, vt rationabile ſcilicet ſeruaretur obſequium illius ieiunij; oportet enim corporis hoſtium eſſe rationabilem cultum, vt Apoſtolus teſtatur ad Roman. 12. Et eadem diuina diſpoſitione, qua miraculosè ſeruatum eſt corpus in tanto ieiunio retentus eſt appetitus animalis ab actu eſuriendi, ac ſitiendi, ſicut etiam retinuit ignem ab actu comburendi tres pueros in camino ignis. Et ideo Euangeliſta dixit, poſtea eſuriit; Ideo Diabolus non prius tentauit, ſed vbi eſurientem vidit, ac carentem cibo occaſionem opportunam tentandi nactus eſt.

Afflictio ieiunij vſque ad mortem poteſt peruenire.

Ad Rom. 12

Chriſti appetitus ad cibū retentus eſt 40. diebus, & 40. noctibus.

DIFFICVLTAS IV.

Quare accedens tentator dixit, dic vt lapides iſti panes fiant?

1057. QVæretur, quare & quomodo tentator ad Ieſum acceſſit?

Chryſoſt. in Matth.

1. Responsio Chryſoſtomi in Matth. qui ait, *Quia Diabolus videns per quadraginta dies Chriſtum ieiunantem, poſtquam eſurientem ſentit, iterum cœpit ſperare.* Quaſi dicat, non audebat accedere ad Chriſtum. Diabolus videns tantam poteſtatem, vt ſine cibo quadraginta diebus viueret, poſtquam autem ſentit eſurire accepit occaſionem accedendi titulo pietatis, & charitatis eum adulando, dicens, *Si filius Dei es, &c.*

Metus accedendi Diabolum retinebat.

1058. Caietan. in Euang.

2. Responsio Caietani. *In humana ſpecie Diabolum adueniſſe ſignificatur dicendo, & accedens tentator; accedere enim progreſſiuus motus eſt, conuincitur que ex eo, quod vniuerſa qua deſcribitur tentatio foris fuit, non intus: nam integram perfectionem Ieſu dedecebat habere intra cogitationes, aut phantaſias vel ſenſus motus aduerſus ſpiritum; exteriores autem ſuaſiones ad malum audire non dedecuit, vt illas vinceret.* Quaſi dicat, Chriſtus non admitteret intra cogitationes ſuas, phantaſmata Dæmonis, neque ſpecies enormes, ſed exteriores, quæ ad ſuggeſtionem tantummodo pertinent.

Diabolus exteriori figura acceſſit ad Ieſum.

3. Responsio Hilarij in catena citati; 1059. S. Hilar. in caten. cit.

Cum ergo intentando conditionem operis propoſuit, per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem poteſtatis agnoſceret, & in homine oblectamento cibi patientiam eſurientis illuderet. Quaſi dicat, ignorantia, & malitia repletus acceſſit Diabolus ad Chriſtum ignorantia diuinitatis; malitia, vt ſi non poſſet lapides conuertere in panes illuderet ei, & lapidaret illum.

Diabolus malitia & ignorantia repletus.

4. Responsio eſt Chryſoſtomi ſuper Matth. qui ait, *Sicut Diabolus omnes homines excæcat, ita tunc à Chriſto inuiſibiliter eſt excæcatus, poſt quadraginta dies eſurientem ſenſit, & per quadraginta dies eum non eſurientem non intellexit.* Quaſi dicat, cum ſuſpicatus eſt non eſſe filium Dei nun cognouit; quoniam fortis Athleta ad ea, quæ infirma ſunt deſcendere potuit; infirmus autem ad ea quæ altiora ſunt aſcendere non poteſt, id eſt, non cognouit, vt excæcatus, quod potentior ad minora deſcendere poteſt; infirmus autem non ad ſuperiora. Et ſic Chriſtus cedere potuit potentiæ diuinitatis, & ad ieiunandum deſcendere. 1060. Chryſoſt. in Matth.

Diabolus excæcatus fuit.

Chriſtus diuinitati cedit ieiunādo & eſuriendo.

5. Responsio Abulenſis q. 24. in Matth. *Tentatio Diaboli ſatis ſufficiens fuit ad id, quod ipſe tendebat: nā non ſciebat, ſi Chriſtus filius Dei eſſet, ſed dubitabat, & ideo ſi filius Dei es, in conteſtatione, & approbatione iſtius, dic vt lapides iſti panes fiant.* Vnde dixit Athanaſius, *Non contra diuinitatem certamen Diabolus iniit.* Quaſi dicat Abulenſis, cæteri Prophetæ & Sancti, qui miracula, & prodigia operati ſunt, non ſua virtute ſed Dei fecerunt: at vero à Chriſto poſtulat Diabolus, vt in proteſtatione, quod ſua virtute, & tanquam filij Dei lapides in panem conuertat. Vnde dixit Hieronymus, *Plus facit apud Deum cauſa virtutis, quam ipſa virtus*, id eſt, gratia Dei, quæ eſt cauſa miraculorum, plus facit, & valet, quam qui virtutem aut prodigia operatur tanquam ſolum inſtrumentum. 1061. Abul. q. 24. in Matth.

Diaboli aſtutia & ſcientia maxima.

Athan citat. in Abulenſ.

Hieron. ibi.

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus reſpondit, non in ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo quod procedit de ore Dei?

QVæretur, an ſufficienter reſponſio ſit data ad quæſitum Diaboli? 1062.

1. Responsio Caietani. *Directè reſpondet Diabolo ſuadenti neceſſitatem panis., quod panis non eſt neceſſarius, quia homo etiam abſque pane viuit ſecundum corpus ex quacumque alia re quam Deus imperat, diſponit, vel dicit cibum hominis. Et ſic ex hac reſponſione Diabolus nihil* Caietan. in Euang.

Panis non eſt neceſſarius abſolutè ad vitam hominum.

explorati habuit, an filius Dei eſſet, ſed totus conatus Diaboli ad ſuadendum miraculum de pane delatus eſt, oſtenſa ex diuina ſcriptura non neceſ-
Deuter. c. 8 *ſitate panis ad vitam hominis.* Quaſi dicat, in Deuteronomio cap. 8 patet, quod populus qua-
Manna 40. annis homines ſuſtentauit. draginta annis viuere potuit ſine pane, ſolo manna de cœlo deſcendente ad præceptum, & voluntatem patris Dei, ex quo patet ad litteram ſenſus clarus.

1063. *Rabb. citat. in caten.* 2. RESPONSIO Rabbi in catena Sancti Thomæ, *Teſtimonium autem hoc de Deuteronomis ſumptum eſt, ergo ſi quis non veſcitur verbo Dei, iſte non viuit; quia ſicut corpus humanum non viuit ſine terreno cibo: ita & anima viuere non poteſt ſine verbo diuino. Procedere autem verbum de ore Dei dicitur, cum voluntatem ſuam per ſcripturarum teſtimonia reuelat.* Quaſi dicat, qui ſacræ ſcripturæ non credit, neque Deo credet.

3. RESPONSIO Abulenſis q. 29. in Matth.
1064. *Abul q. 29. in Matth.* *Intendebat Diabolus, quod etſi Chriſtus non eſſet Deus induceret eum ad deſiderium inanis gloriæ vſurpando ſibi iſtud nomen, ſcilicet, filius Dei, ita vt crederet, quod talis ipſe erat, de quo credi poſſet,*
Tentatio inanis gloriæ à Diabolo intentatur. *quod eſſet filius Dei, & propter hoc niteretur Chriſtus facere tale miraculum conuertendo lapides in panem. Et Chriſtus reſpondit prudentiſſimè dicens, quod iſta conuerſio lapidum in panes fieri poſſet, cum aliter non eſſet remedium.* Quaſi
Prudens reſponſio confundit ſubtiles. dicat, imperſonaliter Chriſtus reſpondit; quia non dixit ego faciam, vel non poſſum facere, ſed non expedit fieri, quia non eſt neceſſitas cum alias ſine pane, poteſt homo ſuſtentari. Et hac reſponſione Diabolus dubius permanſit, & confuſus.

1065. *Chryſoſt. in Matth.* 4. RESPONSIO eſt Chryſoſtomi ſuper Matth. *Non autem dixit non in ſolo pane viuo, ne videatur de ſe dictum eſſe, ſed media, non in ſolo pane viuit homo, vt poſſit Diabolus dicere, ſi filius Dei es, abſcondit ſe, vt non oſtendatur, quod poteſt. Si homo eſt aſtute excuſat ſe, ne oſtendatur non*
Amphibologice Chriſtus reſpondit. *poſſe.* Quaſi dicat, Chriſtus videtur habere ſapientiam, & aſtutiam, qua me comprehendat, quia amphibologice loquutus eſt, & dubitando adhuc, & confuſus, & humiliatus ſum.

1066. *Gregor. in homil.* 5. RESPONSIO Gregor. in Homil. *Si ergo tentatus à Diabolo Dominus ſacri eloquij præcepta reſpondit, & qui tentatorem ſuum mergere in abyſſum poterat, virtutem ſuæ potentiæ non*
Exemplum patientiæ. *oſtendit, quatenus nobis præberet exemplum, vt quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad*
Magiſtri & Doctores plus vindictam armis, quam litteris prætendunt. *doctrinam excitemur magis quam ad vindictam.* Quaſi dicat, inexcuſabiles fiunt homines docti ea Chriſti reſponſione, quia cum Sacra Scriptura reſpondent, ſed vindictam poteſtate Dominio, & imperio omni via prætendunt.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dicitur, quod Diabolus aſſumpſit Chriſtum, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi?

1067. QVæretur, quomodo erat pinnaculum templi, & quomodo ad illud Chriſtus aſcendit?

1\. RESPONSIO eſt Abulenſis q. 23. qui ait, *Pinnaculum eſt ſummitas quadam vel altitudo, & quidam volunt quod eſſet pinnaculum pulpitum quoddam ſiue cathedra in qua prædicabant Iudæi.* Sic dicit Rhemigius; *Pinnaculum ſedes erat locorum, & ad hoc ſubit, quod templum non habuit culmen erectum, ſed planum more Paleſtinorum.* *Abul q. 23. in Matth. Pinnaculum templi, pulpitum ſiue cathedra.*

2\. RESPONSIO noſtri Lytani ſua in 1068. glotſa, qui ait, *Quod pinnaculum templi eſt altitudo magna templi, vel paries aliquis, vel mœnia erecta ſuper tectum templi, de quo loco videri poſſit Chriſtus ab omnibus qui erant in vrbe.* Quaſi dicat, in templo erat ciborium ad modum Capellæ maioris; ſed in Paleſtina planum erat tectum, ſed altiſſimum, & ibi fuerunt Chriſtus & Dæmon, & tentauit illum de præcipitio, vt inanem gloriam conſequeretur. *Lytanus ſua in gloſſa. Pinnaculum templi planum erat.*

3\. RESPONSIO. Sed pinnaculum meo 1069. videri eſt cacumen turris templi ex parte exteriori exiſtens. Et hoc ſi templum erat famoſum altiſſimum fore neceſſe eſt, & deſuper erant loca plana, ita vt poſſint homines deambulare. Et infra pinnaculum in terra ad porticum templi erat locus, qui noſtro Hiſpano ſermone vocatur, *Plaça de Ajuntamiento, o de Palacio*, vbi quotidie nobiles totius ciuitatis congregantur ad negotia pertractanda. Ideo Toleti vocatur talis Planities, quæ infra pinnaculum templi, & iuxta principales portas templi magnifici ſtat, *El Ajuntamiento*, quaſi aptus locus ad congregationem multarum gentium, quas oſtendens Dæmon Chriſto dixit, mitte te deorſum, vt magnificeris in Angelorum ſupportatione. *Authoris mens. Pinnaculum eſt cacumen maioris turris, vbi planities erat. Hiſpana locutio. Plaça de Ayuntamiento.*

4\. RESPONSIO Gregorij in Homil. 1070. *Ecce dum dicitur Deus homo in ſanctam ciuitatem à Diabolo aſſumptus humanæ aures expaueſcunt, iniquorum enim omnium Diabolus caput eſt. Quid autem eſt mirum, ſi ſe ab illo permiſit in montem duci qui ſe permiſit à membris illius crucifigi.* Quaſi dicat, ſi Chriſtus in omnibus humiliauit ſe vſque ad mortem. Quid mirum eſt, quòd permiſerit ſe à Diabolo aſſumi, & in pinnaculum templi perduci. *Gregor. in Homil. Humilitas Chriſti in aſſumptione Diabolica apparet.*

Sed meo videri Diabolus *Chriſtum aſſumpſit* 1071. *precibus, & rogationibus ſupplicans eum, vt irent in ſanctam ciuitatem, & gradatim ad pinnacula templi aſcenderunt; quia non ſunt multiplicanda fruſtra miracula. Et poſtea dixit illi, mitte te deorſum.* *Sententia Authoris. Chriſtus precibus aſſumptus eſt à Diabolo.*

DIFFICVLTAS VII.

Quid intentauit Diabolus dicens, mitte te deorſum?

QVæritur, quare ſupra pinnaculum templi 1072. dixit Diabolus Chriſto, mitte te deorſum?

1\. RESPONSIO D. Hieronymi citat. in *Hieronym. cit. in cat.* catena, qui ait, *In omnibus tentationibus hoc agit Diabolus, vt intelligat ſi filius Dei ſit. Dicit autem mitte te deorſum; quia vox Diaboli, qui ſemper homines cadere deorſum deſiderat, perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.* Quaſi dicat, intentum Diaboli fuit, ſuo deſiderio Chriſtum commodare; *Diabolus accommodare ſuo deſiderio omnes præſumit.*

modare; quia omnes creaturas præcipitare deſiderat, ſicut ipſe propter ſuam ſuperbiam præcipitatus fuit.

1073. *Chryſoſt. ſuper Matt.* *Sapientes de re humana non neceſſitant.*

2. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Per hanc autem propoſitionem, quomodo poterat cognoſcere, ſi eſt filius Dei an non? Volare enim per aerẽ non eſt proprium opus Dei quia nulli vtile eſt. Si ergo aliquis volauerit prouocatus propter oſtentationem ſolam, hoc facit, & eſt potius ex Diabolo, quàm ex Deo.* Quaſi dicat, ſi homini ſapienti ſufficit eſſe quod eſt, & non eſt neceſſarium apparere quod non eſt; quanto magis filius Dei oſtendere ſe neceſſarium non habet, de quo nemo poteſt tantum cognoſcere quantum eſt apud ſe.

1074. *Abul.q.38. in Matth.* *Duplex iniquitas in tentatione iſta Diaboli.*

3. Responsio Abulenſis quæſt.38. in Matth. *Intentabat Diabolus per hoc habere experientiam de Chriſto, an eſſet Deus vel inducere eum ad peccatum: nam ſi ſe præcipitaret, & nihil læderetur, putaret Diabolus ipſum eſſe Deum, & habebat intentum. Si autem eſſet homo purus, Diabolus volebat eum perire ſe præcipitando, & intendebat eum fallere, ſcilicet, vt ipſe crederet ſe eſſe filium Dei, & putaret quod non læderetur proiiciendo ſe de pinnaculo; ſiquidem non erat læſus, quoniam per aera portabatur.* Quaſi diceret, ſi Chriſtus mittebat ſe deorſum, credens Diabolo, ipſe manibus ſuis ſuſtentaret corpus eius, vt non læderetur, & in cogitatu ſuo crederet quod erat filius Dei. Et etiam ſi non ſe mitteret deorſum, ſed gradatim deſcenderet, cogitationes vanas intentabat Chriſto inſerere, quod erat filius Dei, & hoc erat maximum peccatum in præſumptuoſa cogitatione.

Cogitatio præſumptuoſa ſanctitatis, grande peccatum.

1075. *Rabbanus in Catena S. Thom. citat.*

4. Responsio Rabbani in Catena S. Thomæ: *Notandum eſt, quod Saluator noſter licet permiſiſſet ſe à Diabolo ferri ſupra pinnaculum templi, tamen renuit ad imperium eius deſcendere, nobis exemplum donans, vt ſi quis imperauerit viã veritatis, arctè nos aſcendere obtemperemus. Si autem vult nos de altitudine virtutis ad ima erroris, & vitiorum præcipitare, non illum audiamus.* Quaſi dicat, multi prætextu virtutis ſolent errores, & libidinoſas doctrinas docere, ſed præcipitium hoc attente cauere neceſſe eſt.

DIFFICVLTAS VIII.

Quomodo Diabolus oſtendit Chriſto omnia regna mundi?

QVæretur, qualiter poterat Dæmon omnia regna mundi Chriſto oſtendere?

1076. *Origen. ſuper Luc.* *Principes mundi vitiis omnibus coronantur.*

1. Responsio eſt Origenis ſuper Lucam: *Non eſt arbitrandum, quod regna ei mundi oſtendens, Perſarum, verbi gratia, regnum Iudæorum oſtenderit; ſed oſtendit ei regnum ſuum quomodo regnaret in mundo, id eſt, quomodo alij regnentur à fornicatione, alij à ſuperbia* Quaſi dicat, oſtendit delectationes, & vanitates potentium qui omni genere vitiorum ampliſſimè, & delectabiliter fruuntur.

1077.

2. Responsio Rabbani in Catena Sancti Thomæ: *Oſtendit autem hæc Diabolus Domino; non quia ipſe viſum eius amplificare potuit, aut aliquid ignotum demonſtrare, vel vanitatem pompæ mundanæ, quam ipſe diligebat, quaſi ſpecioſam, aut deſiderabilem verbis oſtendere in amorem Chriſto ſuggerens venire volebat.* Quaſi dicat, oſtendit vt videret, ſicut medici vident morbos ſine læſione.

Rabban. in Catena. S.Thom. *Delectationes & prauas cogitationes immittit Diabolus.*

1078. *Abul.q.49. in Matth.* *Pretioſa & ſingularia ſunt in quolibet Regno.*

3. Responsio eſt Abulenſis q.49. in Matth. *Diabolus oſtendit Chriſto omnia Regna mundi, non oſtendendo ei realiter nec diſtinctè aliquod illorum, ſed ſolum ex illo monte faciebat eum reſpicere ad diuerſas partes mundi, & dicebat ei verſus talem partem eſt regnum Perſarum, & ibi regna Iudæorum, & illic regna Hiſpanorum, & ſic de cæteris.* Vnde Chryſoſtomus dicit in quadam homil. *Oſtendit autem ita; vt non ipſa Regna, vel ciuitates eorum, vel populos argentum, & aurum ſed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum vel ciuitas poſita erat.*

1079. *Remig. in Catena cit.* *Species obiectiuas totius mundi poteſt Diabolus proponere.*

4. Responsio Remigij in Catena citati: *Gloriam eorum appellat aurum, argentum, & lapides pretioſos, & temporalia bona.* Quaſi dicat, Diabolus oſtendit Chriſto omnia pretioſa terræ, auri & argenti faciendo quod omnes ſpecies regnorum, & rerum pretioſiſſimarum venirent ad oculos Chriſti, & ſic realiter ab ipſo viderentur.

1080. *Auctoris mens.* *Per aëra ductus Chriſtus, potuit videre omnia pretioſa mũdi.*

5. Responsio *Diabolus verè oſtendit Chriſto ſenſibiliter omnia Regna terræ, quia poterat ducere eũ volando ſuper vniuerſam terrã, & pretioſa, & deſiderabilia quæque ei oſtendere: nam ſicut Diabolus duxit Chriſtum quaſi volando de deſerto in pinnaculum, & iterum de pinnaculo in montem excelſum ita poterat eum ducere per totum orbem, & mirabilia vniuſcuiuſque regni demonſtrare.*

DIFFICVLTAS IX.

Quomodo intelligatur, hæc omnia tibi dabo, ſi cadens in terram, adoraueris me?

QVæretur, quomodo Chriſtus cadere poterat in terram ad adorandum Diabolum, ſi non eſſet viſibiliter Diabolus ante Chriſtum.

1081. *Caietan. in Euang. Græc.lectio* *Proſtratio ſignum adorationis* *Caietan.cit.*

1. Responsio Caietani, qui ait, Græca dictio, *Participium eſt actiuum quo Latina lingua. Ita quod ſenſus ſit, ſi cecideris, & adoraueris me.* Et addit Caietanus: *difficilior valdè eſt hæc tentatio præcedentibus: nam priores fuerunt exploratiuæ, ſi filius Dei es, &c. Hæc autem eſt, non ad ſciendum, ſi filius Dei es &c. Sed ad experiendum, ſi poteſt allici ad adorandum ipſum Dæmonem. Vnde colligitur, quod in hac tentatione Diabolus in humana ſpecie, loquens manifeſtauit ſe principem huius mundi, & poſſe diſponere de regnis mundi huius, quod præſumptuosè ac mendaciter dicit.*

Diabolus in humana ſpecie monſtrauit ſe Chriſto.

1082. *Sententia Auctoris*

Non intelligo ego hanc tentationem rendere ad id quod ſonat, quoniam non eſt veriſimile, vt Diabolus virum tantæ perfectionis, quantam videbat in Ieſu, quem nunquam potuit

lattare

latrare ad minimum peccatum veniale, duxerit tentandum ad tam grande ſcelus adorandi Dæmonem credendo, aut ſuſpicando, quod fortè conſentiret; ſcit enim quod nemo repente fit ſummus, tam in bono, quam in malo, ſed paulatim progreditur hominis animus in ſummum bonorum ſiue malorum. Sed intelligo, quod occultiore arte tentationem hanc intulerit ad explorandum, ſi filius Dei eſſet. Conſiderans enim tentator priores conatus à ſuggeſtione, ſi filius Dei es, fuiſſe vanos; cogitauit occultè idem explorare tentando de ſupremo crimine, vt ſcilicet, ſe adoraret, vt vel ſic prouocaret Chriſtum ad increpandum tentatorem, & dicendum; ego à te debeo adorari, & tu tam inſanis, vt petas adorari à me, & ſic exploraſſet eſſe filium Dei; ſed fefellit eum opinio ſua: nam Chriſtus amphibologicè reſpondet ei, vade retro; quia ſcriptum eſt Deum tuum adorabis; non affirmans, neque negans quod eſſet filius Dei, &c.

Nemo repentè ſanctus, vel ſceleratiſſimus.

Diabolus ad orationem Christū prouocauit.

Cogitationes nos quotidie fallunt.

1083. 2. Responsio S. Hieronymi in Catena citati: *Arrogans, & ſuperbus de iactantia loquitur; non enim poteſt omnia Regna dare, cum ſciamus pleroſque ſanctos Viros à Deo Reges factos* Quaſi dicat: Quid dicis, & promittis Diabole inſipiens? Omnia ſicut regna dare, cum Dauidi, & Bambæ Regibus, & Ramiro Sanctis Viris Deus regna Iudæorum, & Hiſpanorum dederit.

Hieron in Catena cit. *Dauid Rex à Deo ſicut Bamba & Ramirus in Hiſpania.*

1084. 3. Responsio Remigij in Catena citati: *Miranda etiam Diaboli dementia, ille promittebat dare regna terrena, qui ſuis fidelibus dat regna cœleſtia, & gloriam mundi ei, qui eſt cœleſtis gloriæ Dominus.* Quaſi dicat, Diabolus promittit mendaciter quod ſuum non eſt ei, qui Regna cœleſtia quæ ſua ſunt, promittit diligentibus ſe.

Remig. cit. in Catena S. Thom. *Aulici filij Diaboli ſemper promittunt, quæ non poſſunt adimplere.*

1085. 4. Responsio Ambroſij in Catena citati: *Habet autem ambitio domeſticum periculum, vt enim dominetur alius prius ſeruit, curuatur obſequio, vt honore dominetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit remiſſior. Vnde aptè ſubditur, ſi cadens adoraueris me.* Quaſi dicat, Diabolus vt magiſter ambitioſorum cathedram perfidam legens, ait: ſi cadens in terram, ſi adoraueris, ſi in vilioribus, & indecentibus ſeruieris, proſperaberis, magis quam ſi omnia Sacræ Scripturæ loca pronunciaueris, legeris, & didiceris, & valebis, ſed hoc ad mores.

Ambr. cit. in Catena S. Thom. *Qui ſe humiliat etiam in mundo exaltabitur.*

In vilioribus ſeruientes dignitates conſequuntur.

1086. 5. Responsio Gloſſæ: *Ecce antiqua Diaboli ſuperbia; ſicut enim principio voluit ſe ſimilem Deo facere; ita nunc volebat diuinum ſibi vſurpare cultum, dicens, ſi cadens in terram adoraueris me. Ergo qui adoraturus eſt Diabolum ante corruit.* Quaſi dicat, Diabolus apprehendit immobiliter; quia ſcriptum eſt, *Superbia eorum*, id eſt, Dæmoniorum, *qui te oderunt aſcendit ſemper.* Et ideò ſemper contra diuinitatem certamen init, ſed ſicut impij vadunt de abyſſo in abyſſum malorum, ſic Lucifer in peius ſemper prorumpit; quia antea: *Similis* (dixit,) *ero Altiſſimo*; nunc autem ſceleratus intentat adorari a Chriſto filio Dei. Vnde ſapientiſſime à Chriſto reſponſum ſuæ tragœdiæ accepit dicens ei: *Vade retro Sathana*, id eſt, recordare in quanta gloria conditus fuiſti, & in quantam miſeriam cecidiſti propter ſuperbiam quam tunc prætendiſti, & vſque hodie, & in æternum apprehendis. Hæc Remigius citatus in Catena Sancti Thomæ.

Gloſſa ord. *Diabolus immobiliter apprehendit.*

Pſ.73.n.23. *Abyſſus peccatorū abyſſum inuocat.*

If.14.0.14.

Memoria bonorum perditorū miſeriis ſumma pœna eſt.

Remig. cit.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod reliquit eum Diabolus, & quod acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei?

QVæreret, quomodo Chriſtum Diabolus reliquerit, & quomodo acceſſerunt Angeli ad miniſtrandum ei?

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Diabolus autem, ſicut rationabiliter intelligi poteſt; non quaſi obediens præcepto, receſſit; ſed diuinitas Chriſti, & Spiritus Sanctus, qui erat in Chriſto excuſſit inde Diabolum; & ideò dicitur tunc reliquit eum Diabolus.* Quaſi dicat, ad noſtram conſolationem, quod non tam diu Diabolus homines tentat, quandiu vult, ſed quandiu Chriſtus permittit, etſi enim pauliſper permittit tentare, tamen repellit propter infirmitatem noſtram. 1087.

Chryſoſt. ſup. Matth. *Diabolus non obediens Deo ſed impulſus eſt.*

2. Responsio Auguſtini 9. de ciuitat. *Poſt tentationem vero, ſancti Angeli ſpiritus, immundos metuendi Domino miniſtrabant, vt per hæc magis, magiſque innoteſceret Dæmonibus, quantus eſſet.* 1088.

Auguſt. 9. de ciuit. Dei.

3. Responsio Gregorij in homil. *Ex his autem vnius perſonæ vtraque natura oſtenditur, quia & homo eſt, quem Diabolus tentat, & ipſe Deus eſt, cui Angeli miniſtrant.* 1089.

Gregorius in hom.

4. Responsio Hilarij in Catena citati: *Victo autem à nobis, calcatoque Diaboli capite Angelorum miniſteria, & virtutum in nos cœleſtium officia non defutura oſtenditur.* Quaſi dicat, poſt tentationem victoriam Angeli cantantes exultant, & celebrant coram Deo merita præliantis. 1090.

Hilar. in caten. cit. *Angeli cantãt victoriã poſt tentationes.*

TRACTATVS

TRACTATVS XXXIV.

AD MORES,

In Caput IV. Matth.

De tentationibus à Diabolo Chriſto illatis.

DIFFICVLTAS XI.

Quis fuerit ſpiritus, à quo Chriſtus ductus eſt in deſertum?

QVÆRETVR, à quo ſpiritu Chriſtus ductus fuit in deſertum?

1091. 1. RESPONSIO Hieronymi in littera citati, *Ductus fuit ab Spiritu Sancto non inuitus, ſed voluntate pugnandi.* Quaſi dicat, ex quo cœpit eccleſiam ſuam inſtruere Chriſtus poſt baptiſmum ſuum voluntate pugnandi cum inimico tentatore ab Spiritu Sancto, efficacius agitabatur, vt fideles inſtrueret, & à malo confractis viribus defenderet, non reſpiciendo ſuam auctoritatem, ſed fidelium vtilitatem. Vnde interrogat Oleaſter, quare ad placandam iram Dei Moyſes dixit Numer. 14. n. 16. *Audient Ægypty, & dicent; quia non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat; idcirco occidit eos in ſolitudine?* Et reſpondet, *Non curat Vir Sanctus, & in domo Domini fideliſſimus, oblatum honorem, ſed periculum, & malum quod populo imminebat.* Quaſi dicat, non debet Dux, & Prælatus cupere, vt benè ſibi ſit, & communitas eius patiatur mala. Sed timere debet, ne fortè de dilectione ſubditorum tenteretur. Ideò Chriſtus, poſtquam cœlos apertos in Iordane vidit, & vocem Patris audiuit dicentem, *Hic eſt filius meus dilectus.* De hoc honore quaſi oblitus pro Eccleſia ſua ad tentationes ſumma voluntate non inuitus exiuit ab Spiritu Sancto ductus, & efficaciter agitatus.

Hieron. in litt. cit.
Prælati amore & fortitudine pro omnibus pugnant.
Oleaſter in Numer. c. 14. n. 16. Tranſlat. Pagnin.
Prælati pro ſubditis ; recedit honoribus & pugnent.

1092. Vnde de Prælatis, qui tentationes, & pugnas pro ouibus fugiunt, conqueritur ſponſa Cantic. 5. num. 7. *Tulerunt*, (inquit,) *pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Vbi Hugo Carenſis ait; *Cuſtodes iſti ſunt Præſules, qui dum pallium ſponſæ auferunt rerum temporalium affectu, cuſtodes potius murorum, merentur dici, quam animarum.* Et addit de iſtis Dauid Pſ. 53. num. 5. ait: *Quoniam alieni inſurrexerunt in me. Poteſt hoc* (inquit) *intelligi de Eccleſia conquerente de ſuis Prælatis, & dicente; Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me; alieni, qui potius quærunt fructum temporalium quam animarum. De talibuſque conqueritur ſponſa* Cantic. 5. *Tulerunt palium meum, id eſt, temporalia mea cuſtodes murorum, non dicit cuſtodes animarum, quarum ſalutem non quærunt, quia temporalia lucra quærunt. Honores Prælaturæ anxiè præualere conantur labores, & prælia pro defenſione pauperum aufugiunt.* Vnde Sanctus Petrus Damianus opuſc. 18. diſſert. 11. cap. 1. *Ipſe Dominus omnipotens per Iſaiam, ait: nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam dicit Dominus? Vbi notandum, quia dum non alias, ſed alios parere facio dicat, virorum potius, ac Paſtorum Eccleſiæ fœtus expectat.* Quaſi dicat, à veri Paſtoris nota abeat, qui minimè fœcundus eſt. Hinc Hugo Carenſis in Pſalm. 98. *Prælati*, inquit, *debent eſſe, vt columna nubis. columna per rectitudinem, vmbra per refrigerium. Sed modo multæ columnæ verſæ ſunt in feſtucam.* Quaſi dicat, Paſtores, & Prædicatores debent eſſe fortes, ſicut columnæ marmoreæ pugnantes pro veritate, & ſubditorum defenſa contra tentationes omnes Diabolicas. Sed modo plures Prælati, & miniſtri procuratoréſque regni ſui, qui pro refrigerio ſuarum ciuitatum mittuntur, non pauperes refrigerant, ſed vruot, ſua tantummodo vtilia procurantes. De quibus lamentatur Gregorius Nazianzenus, orat. ad Epiſcopos, *Omnibus omnia efficimur. Haud ſcio vtrum vt omnes ſeruemus, an vt omnes perdamus.* Quaſi dicat, qui verus eſt Paſtor, ductus in deſertum prouocat Diabolum pro defenſione ouium ſuarum ad luctas, & tentationes, & glorioſus exiſtit, qui vero falſus eſt proditor ouium eſt, lupuſque agnos trucidans.

Cant. 5. n. 7. Hugo Car. in Cant.
Prælati cuſtodes murorū, non animarū in hoc calamitoſo ſæculo.
Cant. 5. n. 7.
Pallium auferunt ab Eccleſia impij Prælati.
S. P. Damian. opuſc. 18. diſſert. 11.
Hugo in Pſal. 98.
Prælati columna ſubditorū.
Procuratores Regnorū ſua ſolum aſpiciunt.
Greg. Naz. or. ad Epiſc.
Prælati qui ſuo commodo proſpiciunt traditores vt Iudas.

Vnde Chryſoſtomus epiſtola 1. ad Timoth. *Eum*, (inquit,) *qui regendos alios ſuſcipit tanta decet gloria virtutis excellere, vt inſtar ſolis cæteros veluti ſtellarum igniculos in ſuo fulgore obſcuret.* Quaſi dicat, inane Præſulis ſimulachrum eſt qui ſummo cura neglecta ſectatur inania; fugit prælia te pro ouibus, & tentationes vincere Deo adiutrice: ſicut Chriſtus docuit, qui ſua voluntate ad certamen in deſertum ductus eſt ab Spiritu Sancto, qui ad defenſionem Eccleſiæ, & eruditionem ſuorum fidelium efficaci impulſu eum deducebat ad tentationes ſufferendas, & vincendas. 1093.

Chryſoſt. in ep. 1. ad Timoth.
Simulachrū eſt Præſul negligens.

2. RESPONSIO Auguſtini citati in littera. *Ad tentationes Chriſtus ſeipſum præbuit non ſolum per adiutorium, ſed per exemplum, vt ad ſuperandas noſtras tentationes media ei eſſet.* Quaſi dicat, leges veræ amicitiæ obſeruat, qui 1094.

Auguſt. cit. in littera.

quamu is

quamuis magnus, & potens ſit, non ſolum auxilium præſtat in tribulationibus, ſed ſe ipſum vincit, & quamuis offenſus auxiliatur, & præſtat id quod promittit. Vnde interrogat Oleaſter. *Quare Moyſes, vt obligaret Deum ad parcendum populo ingrato dixit: magnificetur Domini fortitudo tua; quemadmodum loquutus es*, Numer 14. num. 17. Et reſpondit, *Nititur vir Sanctus Deum propriis verbis obligare, & ait: ſi te iactas, quod ſis tardus ad iram, & multus ad miſericordiam, cur his non vteris parcendo populo huic?* Quaſi dicat, ſi medicum te dicis, cura te ipſum, ſi miſericordem miſerere. Si promittis adiutorium in tentationibus etiam exemplo, confirma, & te ipſum vinces ad iracundiam reprimendum, ſicut tentationes noſtras promittis adiuuandas.

Oleaſter in c. 14 Num. n. 17.
Medicus ſe ipſum curet.

1095. Vnde Chryſologus ſerm 17. promittit ex parte Dei aduerſus tentationes Diaboli Chriſti auxilium, ſicut ille promiſit dicens, *Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, Matth. cap. 28. num. 20. *Age Chriſtiane* (inquit Chryſologus,) *in cæde ſecurus, manus, tanta, & tam multa, quæ ſic metuit inermem, procul fugiet, ſi videat, ſi ſentiat, ſi cognoſcat armatum* Quaſi dicat, qui vnum, & nec dum tyronem caperét, tot cohortis ſuæ agmina conuenerunt, id eſt, ſex millia Dæmoni ad vincendum miſerum vnum hominem, & tamen timuerunt, & fugerunt; vbi eſſent ſi vexillum iam crucis, ſi Chriſti ſigna vidiſſent, ſi Chriſtum qui facit in tentatione prouentum, & ſuis amicis aſſiſtit cognoſcerent? Et Tertullianus in Apologetico cap. 27. *Ille ſcilicet, ſpiritus Dæmoniacæ, & Angelicæ paraturæ, qui noſter ob diuortium æmulus, & ob Dei gratiam inuidus de mentibus noſtris apud nos præliatur occulta operatione, non timeamus Dæmonium.* Quaſi dicat, quia ſcriptum eſt in Pſalm. 90 num. 15. *Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Quia quando præliantur iuſti exurgit Deus, & diſſipantur inimici eius.* Pſal. 67. num. 2. Et tandem apprehenſi, inquit Tertullianus ſubiugantur, & conditioni ſuæ ſuccidunt, & quos de longinquo oppugnant de proximo obſecrant, id eſt, Dæmon eſt ſicut Crocodillus. De quo Seneca lib. 4. quæſt. natural. Fugax animal audaciſſimũ timido, quia ipſe per tentationes, & phantaſmata exurgit, & timido cordi quaſi Crocodillus terret, & inuadit, ſi vero eum adiutorio Dei; qui ſemper aſſiſtit, reſiſtimus fortiter fugax animal eſt. Vnde Bernard. ſerm. 14. dicere ſolebat. De Leone quidem manifeſtum eſt, quod niſi ad ianuam timoris terrificos non dat rugitus, id eſt, animos viles, & timidos ſolo rugitu tentationis vincit Dæmon, quia vox incipit, ſuggeſtio delectabilis, quando voluntas aperit efficacem deſiderij portam delectationi.

Chryſolog. ſer. 17.
Chriſtus præuentum facit in tentationibus.
Matth. 28. n. 20.
Dæmonia nõ ſunt timida.
Tertull. in Apolog.
Pſ. 90. n. 15.
Pſ. 67. n. 2.
Tertull. cit.
Senec. lib. 4.
Dæmon ſicut Crocodillus.
Bern. ſer. 14.

1096. Contra quos admonet Apoſtolus 1. Cor. 10. num. 13. *Tentatio non vos apprehendat.* Et contra Ananiam Petrus iratus dixit Actor. 5. n. 13. *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui Sancto. Etenim ex proprietate Verbi apprehendo*, & impetu alium aggredi, ſeu manum in eum inijcere ſignificat, vt 1. Reg. 17. num. 35. *De Dauide leonem dilacerante patet.* Vnde ſignate monet Apoſtolus tam ſtrenue, & alacriter aduerſus tentationes oppugnantes eſſe repugnandum vt ipſæ potius obterritæ diſcedant, quàm animos ex ignauia noſtra ſumentes, tam proxime ad nos poſſint accedere, vt manum nobis inijcere, ſiue nos firmiter apprehendere valeant. Ita dicebat Cyprianus lib. de Zelo, & Liuore. *Quamobrem contra omnes Diaboli, vel fallaces inſidias, vel apertas minas ſtare debet inſtructus animus, & armatus, tam paratus ſemper ad repugnandum, quam eſt ad impugnandum paratus.* Quemadmodum Petri verba citat Actor. 45. ita accipienda ſunt: nam etſi huic interrogationi, *Cur tentauit Sathanas cor tuum, aliquis dixerit ab ipſo Sathana id fuiſſe inquirendum*; quis enim de animo Sathanæ in tentando, niſi ipſe Sathanas poſſit rationem reddere: attamen rectè ſubſiſtit Petri loquutio, & increpatio. Eſt enim ſenſus, ac ſi dixerit: *Cur apprehendit te tentatio; dum enim anima tua vultum formidine, & ignauia contractum vidit à torpore tuo vires atque animum ſumens, & acerbius armatus, & fortius te aggreſſus fuit, ita te vt vinceret, viriliter, & infame.* Ideò ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 31. n. 27. *In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi*, Vel vt Græcus legit. *Eſto ſtrenuus, & alacer, quia ſcriptum eſt, quod Deus adiutor noſter eſt in tribulationibus, & opportunitatibus noſtris*, Pſalm. 9. n. 10. Sicut videret expedire, non ſolum adiutorium gratiæ mittens, ſed exemplo, & præſentia ſua in tentationibus adiuuando, vt Auguſtinus citatus ait.

1. Cor. 10. n. 13.
Act. 5. n. 13.
1. Reg. 17. n. 35.
Tentatio apprehẽdit imbecilles.
Cyprian. lib. de Zelo, & Liuore.
Act. 45.
Cogitationes Sathanæ nemo ſcit.
Ananias facilis ad vincendum in tentationibus.
Eccl. 31. n. 27 Tranſlat. Græc.
Pſ. 9. n. 10.
Auguſtin. ſup. cit.

DIFFICVLTAS XII.

Quare Diabolus Chriſtum tentauit in deſerto?

QVæritur, quare non in ciuitate, ſed in deſerto Chriſtum Diabolus tentauit?

1097. 1. RESPONSIO Chryſoſtomi citati in littera, qui ait: *Tentatur Chriſtus in deſerto, & non in Curia Regia, vt magnitudine donorum poſt tentationes proſtratas, non te extollas.* Quaſi dicat, ſunt peccatores tam imbecilles, & faciles, præſertim mulieres, quæ vocantur ſpirituales, & vix à peccatis ſunt ſeparatæ, quando quotidie communicare familiariter cum Deo præſumunt, & illuſis phantaſmatibus reuelationes à Deo impreſſas ſomniant, & coram Regibus, & Aulicis magnalia de Deo loquuntur ioanis ſolum gloriæ cupidæ.

Chryſoſt. cit. in litt.
Fœminæ quæ vocantur Beatæ non vagari debẽt inter aulicas ſlorata.

1098. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare poſt peccatum idololatriæ dimiſſum à Deo precibus, & lachrymis Moyſis, ſtatim ſumma libertate, & celeritate, ſurrexerunt mane, & aſcenderunt*, Vt dicitur Numer. 14. num. 40. Et reſpondit, *Quia miranda eſt peccatoris impudentia, & audacia; quia non debet ſtatim peccator poſt peccatum accipere promiſſiones, & reuelationes Dei; quoniam hoc eſt magis Deum irritare. Audi quid ad Iſaiam Dominus dicat, me* (inquit,) *de die in diem expectant, & ſcire vias meas volunt quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & mandata Dei ſui non dereliquerit.* Quaſi dicat, iogens &

Oleaſter. in c. 14. Num. n. 40. Tranſlat. Pagnin.
Iſ. 58. n. 2.
Poſt immenſos labores Anachoretæ reuelationes impetrarunt.

& Diabolica tentatio eſt, quærere à Deo ſcientiam, & arcana Dei, & ſecreta eius inueſtigare cœleſtia peccatores, qui vix vias Dei ſciunt, quaſi tota vita ſua iuſtitiam, & præcepta diuina obſeruarunt, quaſi vnus de Patribus Anachoretis, quia ſexaginta annis ieiunauerunt in deſerto.

1099. Philo de de opificio mundi. *Paulatim ad virtutes aſcendo.*
Vnde Philo de opificio mundi, *Non caſu factum eſt, quod Deus ſimul omnia in mundi primordio non condiderit, ſed paulatim ſingula quodam ordine à Deo, vt inter animalia omnium poſtremum hominem produxerit in lucem, primos cæteris imperfectiores piſces.* Verba Philonis, *ſicut in ordine primi fuerunt qui viliſſimi piſces; poſtremi vero, qui & optimi homines.* Quaſi hoc exemplo doceret nos, paulatim procedere in ſtatu virtutis, vt tandem ad ſummam perfectionem veniamus. Vnde Anſelmus lib. 2. epiſtol. 37. *Nullus gradum bene vita quem iam non contendit cuſtodire ſufficit, qui ſemper ad altiorem perficere non appetit. Semper igitur neceſſe eſt, vt nitatur ad profectum, qui ſemper vult vitare defectum.* Quaſi dicat, qui ſine defectu ſe concipit, etiamſi perfectionem adeſſe putat plenus eſt defectibus.

Anſel lib. 2. ep 37. *Paruus defectibus, qui ſe ſine defectu putat.*

1100. Bernard. ep 155. Gen. 28. n. 12. *Nolle proficere deficere eſt.*
Vnde interrogat Bernardus epiſtol. 155. *Quare Iacob vidit per ſcalam Angelos aſcendentes, & deſcendentes,* Geneſ. 28. num. 12. Et reſpondit, *Quia nolle proficere, non niſi deficere eſt.* Quaſi dicat, quod inter profectum, & defectum in hoc ſtatu mortalis vitæ medium non inuenitur, ſed hoc debet eſſe paulatim; quia nemo repente fit ſanctus. Per gradus ſcalæ Angeli incedunt, ſed cur non volaſſe potius ſine ſcala, ſine gradibus vllis è cœlo in terram perhibentur, & è terra in cœlum? An vt ab ipſis diſceremus quibus gradibus eundum ad perfectionis culmen? Quia præcipitium, & ruinam quærit, qui non incedit gradatim, ſed temere nititur euolare, & repentè ſanctus fieri, qui heri peccatores fuerunt, & hodie fugiunt in deſertum, & cras quærunt curias Regias, vt videantur ab hominibus, contra quos loquitur Bernardus ſerm. 1. in die Sancto Andreæ, *Aſcendendo, non volando apprehenditur ſummitas ſcalæ.* Quaſi dicat, nemo ſibi blandiatur, licet videatur Angelus, & inceſſum ſibi ſecuriorem putet, quam volatum.

Sancti inter Palatia Regum ſuſpecti.

Bern ſer. 1. de S. Andr.

1101. Anonym. in MS.
Vnde Anonymus in MS. ait: *Granum non ſubito ſurgit in ſpicam, neque lapis ſubito formatur in imaginem, ſic neque homo repente fit ſummus.* Ideò in deſertum Chriſtus ad tentationem ductus eſt ab Spiritu Sancto, vt nos doceret opera perfectionis, & victorias tentationum ab oculis hominum fugiendas, & ne nos ſpiritu inanis gloriæ extollamus, vt Chryſoſtomus inſinuauit.

Chryſoſt. cit.

1102. Hilarius cit. in litt. Ambroſ. in Luc.
2. RESPONSIO fuit Hilarij in littera citati: *In deſertum ducitur Chriſtus ad tentationes, quia victoria eſt magis aptata de ſanctis.* Quaſi dicat, teſte Ambroſio: *Viriliter agant, & reſiſtant Diabolo perfectiſſimi viri; quia quo quis ſanctior eſt, eo munitior; id eſt, ſi Diabolus victoriam aptam quærit de ſanctis, Deus fortius, & munitius defendit illos, quos plus tentat, & probat.* Vnde interrogat Oleaſter, quare filij Iſrael dum à fame, & ſiti tentarentur in deſerto, dicitur Numer. 14. num. 1. *Quod dederunt vocem ſuam, & fleuerunt?* Et reſpondet. *Docentur ſerui Dei cautiſſimè cum Deo incedere ſolet enim Deus ſuis grauiora ſæpius, quàm ſint pericula depingere, vt eorum fiduciam experiatur. Sed tunc oportet eos firmiores fieri; neque vnquam eſſe ſecuriores, quam quando nulla videtur euadendi ſpes, & tunc ad Deum maximè recurrendum eſt.* Quaſi dicat ſeruis ſuis Dominus, *Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, qui vos quo ſanctiores videt Dæmon, plus tentat.* Sed fidelis eſt Deus, inquit Apoſtolus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. Vnde dicebat Seneca epiſtol. 67. *Nonne fortitudo aptabilis eſt. At qui pericula contemnit, & prouocat.* Et addit; *pulcherrima pars eius eſt, maximéque mirabilis illa non cedere ignibus obuiam ire vulneribus. Interdum tela ne vitare quidem ſed pectore excipere.* Quaſi dicat, victor ad prœliandum ingreditur, qui hoſtis timore debellato, eoque animi robore, & habitu, qui ei metum incuteret ad certandum deſcendit. Vnde Nazianzenus in Panegyrico loquens de valore Conſtantini, ait: *Inuadis primus aciem ſolus irrumpis, obumbrant euntem telorum iriti iactus, ſanat ictibus vmbo.* Quaſi dicat, quo inimicus fortior eſt, & in minas prorumpit, tu contra eum inuadis primus, & victoriam de ſuperbo alacer acclamas?

Oleaſt. in Numer. 14. n. 1. Tranſlat. Pagnin. *Iuſti cautiſſimi ad tentationes.*

Senec. ep. 67.

Dæmonia nō timenda.

Naz. in Panegyrico.

Vnde Bernardus loquens de tentationibus Diaboli contra perfectos ſic ait, ſerm. 13. in Pſalm. *Qui habitat. Rugire Diabolus poteſt, ferire non poteſt: rugiat quantum vult: non fugiat ouis Chriſti, quanta minatur, quanta exaggerat, quanta intentat.* Quaſi dicat, noſtro Hiſpano ſermone, *Es vn fanfarron el Demonio, que perro ladrador nunca muerde.* Et addit Sanctus; *Non ſimus beſtiæ, vt nos proſternat vacuus iſte rugitus. Sic enim perhibent, qui talia curioſius inueſtigant, ad rugitum leonis nullam ſtare poſſe, ne canem quidem, quæ aduerſus illum omni tota animoſitate repugnat, & plerumque ſuperat feruentem, qua non ſuſtinet fremeentem.* Quaſi dicat, viri perfecti, & fortes in virtutibus, non ſolum tentationes Diaboli non timent; imò ſuperant eum, & rugitus eius ad nutum euaneſcunt, & timent Dæmones ſolum audire nomen Sanctum eius, vt de Sancto Antonio Abbate legitur. Et concludit Bernardus: *reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.* Quaſi dicat, *quamuis tentamenta Diaboli graſſantur in ſanctitate; quia victoria eſt magis aptata de ſanctis*, vt Hilarius dixit, tamen iuſtus, & fortis omnia vincit in illo, qui eum confortat. 1103.

Bern ſer. 13. in Pſal. Qui habitat.

Hiſpana locutio. Bernard. cit.

Nomina Sanctorum fugiūt Dæmonia.

In Vitis PP. *Tentationes graſſantur in Sanctis.*

Hilar. cit.

***

Q DIFFICVL

DIFFICVLTAS XIII.

An Chriſtus in his diebus ieiunij aliquid comederit?

QVæretur, ſi in quadraginta diebus aliquid Chriſtus comederit?

1104. Abul. cit. in litt.

Opera bona facere, vt iram Dei compeſcamus.

Oleaſter in Num. 14. n. 14. Tranſlat. Pagnin.

Perdere quod ſeminatum eſt non eſt prudentiæ.

1. RESPONSIO fuit Abulenſis citati in littera: *Ex aliqua parte ieiunium fuit nobis in exemplum vt ieiunemus, ex aliqua vero ad oſtenſionem ſuæ poteſtatis.* Quaſi dicat, ieiunemus, & ploremus coram Domino, vt poteſtatem iræ ſuæ contra delicta noſtra cohibeat. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum iratus eſſet Dominus contra ingratum populum Iſrael, vt iram, & vindictam ab ipſo cohiberet, dixit illi Moyſes, Numer. 14. n. 14. *Et quid facies nomini tuo magno.* Sic legit Pagninus? Et reſpondit: *Proponit Moyſes labores, & ſudores, quos populus paſſus eſt ab exitu de Ægypto, & beneficia a Deo in populum collata, & dicit, ne velit ea perdere; quia ſolent homines, qui in alios plurima beneficia contulerunt a dilectione eius cui ea contulerunt non facilè recedere, ne illa omnino perdere videantur.* Ac ſi dicat, etſi illi indigni ſint, quibus beneficia conferantur, dignum tamen eſt te omnia non perdere: nam aliquando bona opera fecerunt, & tu ſemper beneficiis ſuperaſti: & perdere omnia non videtur rationabile, ſcilicet ſeruos, qui ieiunauerunt, & præmia à te collata, pro ieiuniorum mercede; quia ieiunium medicina eſt contra potentiam iræ Dei.

Omnia perdere imprudentia eſt.

1105. *Societas ieiunij opera ſunt bona.*

Gregor. in Pſal. admonit. 20.

Ioel c. 1. n. 14.

Neque mirum quod ieiunium iram Dei cohibeat; *Quia ſemper aliis bonis operibus ieiunium ſociatur quaſi reſultans ex ſemine fructifero ieiunantium.* Vnde interrogat S. Gregorius part. 3. Paſtor. admon. 20. Quare dixit Ioel c. 1. num. 14 *Sanctificate ieiunium?* Et reſpondit, *Quia ſanctificare eſt adiunctis aliis bonis dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere.* Quaſi dicat, ſocietas ieiuniorum opera naturalia illa ſubleuat quod mortificationem illis exhibeat. Vnde Auguſtinus ſerm. 171. de tempore: *Imple miſerationis officia, & ſanctificaſti ieiunia, ſagina pauperum viſcera, & anima tua muneribus ſanctificatis pinqueſcit.* Quaſi dicat, ieiuna, & videbis quomodo viſcera tua pullulant pietatis deſideria, & de tua abſtinentia miſerorum eſuries ſaginabitur. Et D. Hieronymus loquens de effectibus præclaris ieiunij, ait: ſer. de Natiuit. S. Mariæ, *Ioachim & Anna ieiunabant, & ideo partem vnam ſuæ ſubſtantiæ peregrinis, & pauperibus erogabant.* Quaſi dicat, ieiunium iuſtorum viſcera replet pauperum miſerorum. Sed fructus talis ſeminis, qualis fuit videatur; quia receperunt prò mercede pignus ineffabile Virginis Mariæ Dei Matris, vides quomodo ſociantur ieiunio innumerabiles virtutes? Et iram ſterilitatis Annæ compeſcuit Deus, & in talem, ac ineffabilem miſericordiam conuertit. Vnde rectè Baſilius de ieiunio ait: *Ieiunium animæ noſtræ alimentum eſt, leues et alas producit, vt in ſublime feratur, & ſumma contemplari queat.* Quaſi dicat, ieiunium radix virtutum eſt, & alimentum animarum, ita vt qui continuò ieiunat, ſicut vermis in nauiculam, quæ vocatur mariposa, conuertatur, & in cœlum volare conatur.

Aug. ſer. 171. de temp.

Hieronym. ſer. de nat. S. Mariæ.

Ieiunia iuſtorum ſunt ſubſtantia miſerorum.

Baſil. de ieiun.

Conſuetudo ieiuniorum transformat eos in caleſtes aues.

2. RESPONSIO Caietani citati in littera, *Quod Ieſus ex ieiunio illo afflictus eſt ſecundum corpus, ſed non eſt tandem afflictus, quantum vis tanti ieiunij naturaliter nata erat affligere, quia nata erat perimere.* Quaſi dicat, quadraginta diebus, & noctibus Caro Chriſti afflicta eſt ieiunio, & fame, ſed non vſque ad interitum quouſque eſuriit; quia tunc periret, ſi non miniſtrarent ei Angeli; vt diſcant hinc peccatores, quomodo debent obſeruantiam ieiunij obſeruare, & non pro collatione cœnam præparare. Et quomodo confeſſores debent tranſgreſſiones legis Dei, non leni pœna punire, ſed condigna. 1106.

Caietan. in littera.

Quadraginta diebus afflictus eſt Chriſtus ieiunio.

Non ieiunant qui octo cœnare videntur.

Vnde interrogat Oleaſter, *Quare pro murmure leni, quod contra Moyſem populus excitauit, pœnitentiam à Deo poſtulantes, & obtinentes,* dicitur Numer. 14, num. 34. *Diem pro anno portabitis pœnam iniquitatum veſtrarum?* Et reſpondet. *Cauſantur ſapiens pœnitentes, ſi grauem pro commiſſis peccatis pœnitentiam confeſſor imponat, qui attentè deberent hunc locum expendere, & videre, quod pro vnius diei delicto annalis punitio imponatur, neque pro homicidio, adulterio, aut furto, ſed pro ſimplici murmuratione, quæ vtcumque excuſabilis erat labore, & itineris ſqualore deſerti.* 1107.

Oleaſter in Numer. 14. n. 34. Tranſlat. Pagnin.

Pro vna leui murmuratione pœnitentiam totius anni à Deo impoſitum legimus.

Vnde Auguſtinus loquens de timorata conſcientia, quæ ſemper eſt pauida, an à culpa ſua abſoluta remaneat per veram pœnitentiam, ait: anima ſcrupuloſa, ſemper ait, timeo, ne damnet me ſponſus; *Anima vero candida dicit timeo, ne deſeras.* Et addit Auguſtinus; *Pone hoc in animo Chriſtianorum, & inuenies timorem, quem foras mittit charitas, & alium timorem, caſtum permanentem in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.* Vnde Chryſologus ſerm. 80. ait, *Timor non eſt ablatus, ſed mutatus timor, abſceſſerat de reatu, ſed de ſeruitio manebat. Malus timor culpa, bonus reuerentiæ timor.* Quaſi dicat: peccator ſemper debet eſſe ſuſpectus, & timoratus, an reatum culpæ, quod eſt pœnitentia, ſatisfaciat pro ſuis delictis, & tunc timor culpæ præteritus mutatur in ſatisfactionem pœnæ. Si forte, non ad æqualitatem ſatisfecit Deo. Vnde Ambroſius ſerm. in Pſalm. 118. *Sancta anima neſcit aliud deſiderare, quam ſponſum, qui eſt Chriſtus Ieſus, illum concupiſcit, illum deſiderat, illum totis viribus intendit, illum gremio mentis fouet, illi ſe aperit, effundit, & hoc ſolum veretur, ne illam poſſit amittere.* Quaſi dicat, anima verè ad Deum conuerſa, & amore Dei capta ſemper affligitur, & nunquam eſt quieta, & deſiderat ſuo dilecto non diſplicere, & ignorat, an pro grauitate culparum præteritarum pœnas ſatisfactionis ſuſceperit, & de hoc lamentatur, & luget, pauida, & timida, ſi fortè ſponſo ſuo ſatisfecit, & hoc eſt afflictionem pati, ſed non vſque ad interitum, vt Caietanus inſinuauit. 1108.

Aug. cit.

Anima ſuncta ſemper timida.

Chryſolog. ſer. 80.

Pœnitens efficiendo peccata mutat timorem culpæ in pœnam.

Ambroſ. in Pſal. 118.

Anima pœnitens deſideriis, & dubiis affligitur.

Caietan. cit.

* * *

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS XIV.

Quare accedens tentator dixit Chriſto dic vt lapides iſti panes fiant?

QVæritur, quare Diabolus dixit Chriſto dic vt lapides iſti panes fiant?

1109. Chryſoſt. in loc. cit. 1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in Catena citati qui ait: *Quia vidit occaſionem eſuriendi inuaſit Chriſtum, & tentauit illum lapidibus, non panibus.* Quaſi dicat, ingrati, aſtuti, ſemper, occaſiones quærunt ingratitudinis, & lapidant eũ, à quo beneficia receperunt. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare Iſraelitæ poſt tot beneficia recepta clamauerunt in deſerto dicentes; vtinam mortui eſſemus in terra Ægypti*, Numer. 14. num. 3. Et reſpondit, *quia extrema ingratitudinis eſt pro quacumque occaſione beneficium maleficium reputare; minus enim malum iſti reputabant in Ægypto mori, quàm in ſolitudine eſurire, & fame perire.* Quaſi dicat, ingratorum mos eſt, inconuenientia potius quàm vtilitates in beneficio explorare, ſicut patet in Dæmone, qui fuit conditus in omni ſapientia, & omnis lapis pretioſus operimentum eius fuit, & propter ſuam ingratitudinem eiectus fuit de paradiſo, iſtos lapides pretioſos in lapides contra eum conuertit: gratus vero animus ſemper occaſiones quærit, vt beneficia recepta adornet, & gratificet Deum ſummis laudibus exaltat, eo quod Chriſtus tentatorem vincit, vt nos facilius eum vinceremus; quia hoſtis Diabolus fortiſſimus eſt, & vt Hiſpano ſermone dicitur, *Es meneſter Dios y ayuda para librarnos del, porque no pierda occaſion de hazernos mal.*

Ingrati occaſiones ingratitudinis quærunt. Oleaſter. in Num. c. 14. n. 3. Tranſlat. Pagnin.

Ezech. 28. n. 13. *Dæmon quærit occaſiones tentandi.*

Dios y ayuda es meneſter para librarnos el Demonio.

1110. Origen. in lib. Iob c. 1. n. 19. Vnde interrogat Origenes in lib. 1. Iob, quare dicitur, *Quod ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos ſuos*, Iob. 1. cap. 19. Et reſpondet, *quatuor angulos tetigit, vt oſtenderet Diabolus ferociam atque animum ſuum homicidialem: nam omnes Dæmones mox vt relaxati ſunt, & permiſſionem acceperunt continuè omnes generaliter ab omnibus partibus ſuper domum irruerunt, vt feſtinantes, atque aduerſus inuicem rapientes quis primus hanc iniquitatem acciperet, quis primus homicidium perpetraret, ingentem vnuſquiſque eorum reputans dolorem, ſi prior ille alter procederet ad eius perditionem.* Quaſi dicat, Dæmon ſegnior ſe putat, & infelix nimis ſi tardius altero irruat contra iuſtum, & occaſionem tentationis aliquam perdat.

Tentamenta Diaboli ferocia. *Si permiſſio eſt Dei Dæmones crudeliſſimi contra homines ſunt.*

Ambroſ. lib. de Elia. c. 20. Vnde Ambroſius lib. de Elia cap. 20. ait, & *Inde ſi fortè videris pugnare aduerſum te Diaboli tentamenta, quid mihi, & tibi eſt Belial? Ego Chriſti ſeruus ſum, illi me tantum mancipaui, quid mihi, & tibi eſt, non nouit opera tua, nihil tuum quæro, nihil tuum deſidero, quanto magis nos oportet ſeparare à Diabolo, ſi ſe ille diſcernit à Chriſto.* Quaſi dicat, ſi Dæmones ingratitudines contra Chriſtum iniiciunt nolentes habitare cum illo, cur nos aduerſus illos lapides fortiſſimos non iactamus dicentes: *Quid nobis, & vobis ingratiſſima creatura*, nos ſoli Deo placere deſideramus, & à motibus peruerſis veſtris fugere cupimus efficaciter.

Luc. 8. n. 28.

Lapides cõtra Diabolũ execrationes ſũt.

1111. S. Bern. ſer. 1. in c. Ieiunij. Vnde ponderans Bernardus peccatorum ingratitudinem, qui quotidie lapides contra præcepta Dei iaciunt, & ex parte Diaboli ſe facientes ait, ſerm. 1. in cap. ieiunij *Horrendum omninò monſtrum, corpus quidem hominis, caput autem Dæmonis habens, quis non ſolo contremiſcat auditu? tollens membrum Chriſti faciam Dæmoniorum membrum? abſciſſus autem à corpore Chriſti Sathanæ miſer incorporabor? Sit procul à nobis ſemper execranda iſta commutatio fratres mei.* Quaſi dicat: mihi ô bone Ieſu adhærere tibi bonum eſt, & lapides cordis mei ante faciem tuam præſentare, & obſecrare dicendo, *Dic vt lapides iſti duri*, & tibi ſemper reſiſtentes panes lachrymarum fiant, & ad te conuertantur, qui es caput meum, & caput Angelorum, glorioſum, & benedictum, in quod & Angeli proſpicere concupiſcunt.

Horrẽda mõſtruoſitas mẽbrũ eſſe Chriſti, & Diabolo ſeruire.

1112. Hilarius in litt. cit. 2. RESPONSIO Hilarij in littera citati, qui ait: *Ignorantia poteſtatis, & malitia ſuæ ignorantia irritatus, acceſſit Dæmon ad Ieſum.* Quaſi dicat, ignorans diuinitatis potentiam. Impatienter lapides iacere contra Chriſtum intentabat, ſi non conuerteret lapides in panes, vt deſideria Diabolica ſua eum non torquerent.

Deſideria nõ ſcita torquẽt eos.

1113. Oleaſter. in c. 14. Num. n. 10. Tra ſlat. Pagnin. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Iſraëlitæ deſiderarent efficaciter, (ſed ignorabant,) qualis eſſet terra promiſſionis, & ſecundum verba exploratorum Ioſue, & Caleb non erat, ſicut ipſi conceperant, & defraudati erant à deſiderio ſuo, *Dixerunt omnis congregatio, vt lapidarent eos.* (Sic legit Pagninus in cap. 14. Numer. num. 10 Et reſpondet, *periculoſum eſt valdè indomita, aut furenti multitudini ſe opponere; cum exiſtimat quod defraudata ſit à deſiderio ſuo; quia tunc neque conſilia ſana audit, ſed quaſi freneſis morbo agitata ad lapides currit.* Quaſi dicat, legio Dæmoniorum, quæ cum ſuo Principe aſſiſtebat, ad tentationes Chriſti, quaſi irritata à deſiderio ſuo de ſcientia, diuinitatis Ieſu, & videns quod reſponſionibus eius plus confuſa manebat, lapides contra Ieſum proponunt, vt impatienter iactarent in eum?

Deſideria defraudata in furorem ardeſcunt.

Legio ingens vbi Dæmon vnus.

1114. Ambr. lib. de vocat. Gent. Vnde Ambroſius lib. de vocat. Gent. ponderans aſtutias, & fortitudinem Dæmonis à Chriſto quaſi ſagittas paruulorum confractas ait: *Cum illo habet certamen, à quo aliquando ſuperatus eſt: non ergo fidat de viribus ſuis, quæ etiam cum eſſent integræ, non ſteterunt, ſed per illum quærat victoriam qui ſolus non eſt victus, & omnibus vicit.* Quaſi dicat, valde infirmus eſt, qui ſpem in fortitudine ſua locat aduerſus lapideas tentationes, quas Diabolus quotidie iactat contra corda hominum, in ſolo Deo ponat ſpem ſuam, & dicat: *In Domino confido, etiam ſi corpus, & animam meam torqueatis, & lapidibus obruatis innumerabilium tentationum.*

Chriſtus ſemper vicit cum tentamur, & vincimus.

1115. Lorinus in Pſ. 58 n. 10. Vnde Lorinus explicans Pſalm. 58. num. 10. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es*, inquit, *fortitudinem meam tutelam meam, ac patrocinium tibi committo, tibi defero, tu meus cuſtos, & tutor, & protector eſto?* nam cuſtodiendi verbum hoc loco, *tranſitiue ponitur.* Quaſi dicat, auxilium, & fortitudinem, & cuſtodiam à te ſperabo, & ſpectabo; quia

Scutum cõtra lapides Dæmoniorum Chriſtus.

quia ſi tu ſcuto bonæ voluntatis me defendis lapides à Dæmonibus iactati non ferient, neque me vulnerabunt, ſed reuerſi in die belli fient plagæ, & dolores eorum, quia fraudati ſunt à deſideriis ſuis; ſicut hodie verſutus Dæmon remanſit confuſus, & furibundus videns ſe illuſum eſſe, & cognitum à Chriſto, & ei reſpondenti, non in ſolo pane viuit homo.

Pſ. 77. n. 9. Matth. c. 4.

DIFFICVLTAS XV.

Quare Chriſtus reſpondit, non in ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei?

QVæretur, quare homo non viuat de ſolo pane?

1116. 1. Responsio ſit Rabbani in littera citati, qui ait, *Si quis non veſcitur verbo Dei, iſte non viuit, quia ſicut corpus ex alimento, ita anima ex verbo procedente de ore Dei viuit.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Iſraëlitis filiis Dei obſeruantibus mandata Dei dixit Moyſes, Deuteron. 8. num. 1. *Cuſtodietis, vt faciatis, & multiplicemini, & ingrediamini, & poſſideatis terram?* Sic legit Pagninus? Et reſpondit; *innumera ſunt vtilitates, & incredibilia bona quæ nobis offert præceptorum Domini obſeruantia, & his habes quatuor; conferunt enim vitam, multiplicant populum, & prolem, faciunt ingredi promiſſam terram, & conſeruant eius poſſeſſionem; in his enim omnibus, omnis huius vitæ felicitas conſiſtit, ſcilicet, in acquiſitione, & conſeruatione bonorum, ac multiplicatione.* Quaſi dicat, cognoſce quomodo non ex ſolo pane viuit homo quia ſubſtractio omnium felicitatum dictarum temporalium plures vtilitates tibi cauſat, *Nempe nutrimentum Dei, & exploratio cordis tui quia compellit hominem ſperare in Domino, & in eum iactare cogitatum ſuum.*

Rabban. cit. in litt. *Verbum Dei cibus anima.* Oleaſter. in Deut. 8. n. 1. Tranſlat. Pagnin. *Felicitates huius ſeculi quatuor ſunt.* *Felicitas vera in corde quieto conſiſtit.*

1117. Vnde Bernardus de diligendo Deo: ſi Pſalmiſta ait: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſalm. 115. num. 15. quid vita, & vita illa? Quaſi dicat, explicet, qui poteſt; quia Iſaias non explicuit, ſed dixit, *Secretum meum mihi.* Vnde Paraphraſis Chaldaica, Propheta ait: *Secretum præmium iuſto monſtratum eſt mihi, vindicta impiorum reuelata eſt mihi.* Quaſi dicat, ineffabilia ſunt nutrimenta animæ iuſtorum, quia ſi panis corpus alimentat, Angelorum panis, quomodo animas non nutriet? Vnde Pagninus vertit: *In omni quod egreditur de ore Domini viuit homo.* Et Oleaſter ibi. *Humiles & obedientes valdè ſunt ſerui Dei, vt eo cibo contententur, quo cibare eos voluerit Deus ſuus, ſi dederit manna, & delicatiſſimos panes comedunt, & ſaturantur. Idem ſi carnibus, aut piſcibus, eos pauerit; ſi vero ſpicis manibus defricatis libenter veſcuntur: Si autem pane lachrymarum non reſpuunt imò quod mirabilius eſt, gaudent.* Audi Pſalmiſtam, *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, & in menſura, lætati ſumus pro diebus quibus vidimus mala, & quibus nos humiliaſti.* Quaſi dicat, vides, quomodo, non in ſolo pane ſuſtentat Deus ſuos; quia in lachrymarum effuſione, quaſi in ſplendido conuiuio ſcit Deus ſuos nutrire, & cibare. Imò Ezechieli ſemel præcepit; *Comedere volumen vnum grande, & comedit, & ſicut ipſe teſtatur cap. 3. n. 3. fuit in ore eius ſicut mel præ dulcedine.*

S. Bern. ſer. de dilig. Deo. Pſ. 115. n. 15. Paraphraſ. Chald. *Panis Angelorum animã & corpus nutrit.* Tranſlat. Pagnin. Oleaſt. in Deut. c. 8. *Quidquid de ore Dei procedit iuſtos nutrit.* Pſ. 79. n. 6. *Lachrymæ cibus cordis iuſtorum.* Ezech. 3. n. 3.

Vnde Sanctus Nilus lib. 10. cap. 32. *Cibaria corporis, vt gaudia caduca calcauit.* Et ſanctus Paulinus epiſt. 1. ad Seuerum, *Gaudia ciborum mala gaudia, pro venenis, & luctibus auerſatus eſt.* Et Virgilius, *Cibaria corporis mala mentis gaudia vocauit.* Et Sanctus Bernardus epiſt. 44. *Ne blandiens præſens ciborum delectatio panem Angelorum abſcondat.* Et ſanctus Antonius de Padua: *Epulones in hoc mundo bibunt vinum lætitiæ, ſed in alio bibunt acetum gehennæ.* Et Iob cap. 20. num. 14. *panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum.* Vnde Gregorius, *panis peccatoris aliud in ore ſapit, & aliud in vtero, quia mandendo, guſtatur, ſed inareſcit in corde, quia deglutitur ad pœnam: panis vero verbi Dei, delectat, ſapit, nutrit quieſcit, & quo magis eſurit homo magis pingueſcit adipe lætitiæ Dei.* 1118.

S. Nilus lib. 10. c. 32. S. Paulinus ep. 1. ad Seu. Virgil. Bernard. ep. 44. S. Anton. de Pad. ſer. in D. 3. Pent. Iob c. 20. n. 14. Gregor. ibi in mor.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare dicitur, quod Diabolus aſſumpſit Ieſum, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi?

QVæretur, quare Dæmon Chriſtum Dominum ſupra pinnaculum templi portauit?

1. Responsio ſit, *Quod aſſumptus eſt, non vi, ſed exhortatione, & fallacia, quaſi diſſimulans malam intentionem, & deprauatum animum inimici.* Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer. 12. num. 8. *Quod iratus Dominus contra Aaron, & Mariam fratres Moyſis dixit eis, cur non timuiſtis loqui contra ſeruum meum Moyſem?* Et reſpondet, *timendum eſt valde verbis doloſis ſeruos Dei fallere, quia tacent illi, ſed Deus cauſam eorum agit, & illum habent vindicem fallaciæ ſuæ.* Quaſi dicat, verbis pacificis loquebantur Aaron, & Maria coram Moyſe Gubernatore, & Domino ſuo. Sed clam detrahebant, & murmurabant aduerſus eum; ideò iratus Dominus eis dixit, *Quare non timuiſtis loqui contra ſeruum meum.* 1119.

Simulatores fallaces Deus abominatur. Oleaſter. in Numer. c. 12. n. 8. Tranſlat. Pagnin.

Vnde interrogat Chryſoſtomus homil. 12. in epiſt. ad Corinth. quare Apoſtolus dixit, *Exhibeamus nos metipſos ſicut Dei miniſtros.* Et reſpondit, *Non dixit apparentes, ſed exhibentes, hoc eſt liquido demonſtrantes.* Quaſi dicas, non eſt loquendum cum fallacia, & mala intentione, ſed ſincerè, *Quia bis malus dici debet, qui ſub boni ſpecie malus eſt.* Hos & ſimulatores cum ſimulachris comparat Ioannes Geometra in Thetraſticis, *Quæ extra auro, intus luto, & pice plena erant.* Et Sanctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 22. *Nix alba, ſed frigida hypocrita nempe, qui ſe per ſanctitatis adumbrata figmẽtum transfigurat in Angelum lucis, nullis inſtruet aſſibus charitatis, atque ad inſtar niuis,* 1120.

Chryſoſt. homil. 12. in ep. ad Cor. *Bis malus qui ſub ſpecie boni fallit.* Ioan. Geom. in Thetraſt. *Simulatores comparantur niui.*

ſimul

ſimul eſt albus, & frigidus, quia piis ſe quidem deſeruire operibus ſimulat, ſed viſcera ſolida pietatis ignorat. Quaſi dicat, ſimulata ſanctitas, & caſtitas duplex iniquitas, quia ſimilatur Dæmonio tentatori qui candore amicitiæ, & exhortatione fallaci frigore iniquitatatis corrumpitur. Et Chryſologus ſerm. 7. ait: *Hypocriſis ſublime malum, ſecretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea ſanctitatis.*

Chryſolog. ſer. 7.

Philoſtrat. in vita Apoll. lib. 1. c. 15.

Et Philoſtratus in vita Apollonij lib. 1. cap. 15. videns virum ſqualidum, & macilentum exclamauit manibus faciem operiens, *Cen mulierculæ ad horrenda cuiuſdam rei ſubitum aſpectum facere ſolent.* Quaſi dicat, manibus ad horrendæ cuiuſpiam rei conſpectum faciem operire meticuloſorum omnibus eſt perſpicuum, & reuera male Regum, & Principum faciem vel vultum obuelant qui fucis, & adulationibus eorum contegunt vitia & maculas.

Facies meticuloſorũ abhorrenda.

Plutarchus apud Sabell. lib. 3. Æ-nead. 3.

Pericles enorme caput habebat.

De Pericle refert Plutarchus teſte Sabellico lib. 3. Ænead. 3. *Quod cum caput enormis proceritatis haberet, opifices, vt vitium iſtud operiretur, & occultarent, eius ſtatuas Galeatas figurare conſueuerant.* Quaſi diceret; habent ſemper magni, qui ſua vitia regant, non corporis dumtaxat, ſed etiam mentis adeò, vt ſcelerum maculas virtutum tegmine noxia adulatione repræſentent, & in Principum, regnorúmque perniciem, & in ſuam. Caueant igitur Prælati, & Principes ab iſta Dæmonia tentatione, neque ſinant adulatione, aut ſimulatione falli; quia cum homines terrigeni, & miſeri ſint, in barathrum peccatorum labuntur; Chriſtus autem, vt verus Deus adulatoris animum ſimulabat, vt inuenta occaſione magis confuſus remaneret.

Reges adulationibus franguntur.

1121. Gregor. in homil.

2. RESPONSIO Gregorij in homil. citati, qui ait: *A Diabolo aſſumptum Chriſtum humanæ aures audire expaueſcunt, ſed iniquorum caput Diabolus eſt, & quid mirum, quod Diabolus Chriſtum aſſumpſiſſet, ſi peccatores manus in eum iniecerunt, & flagellauerunt, & occiderunt.* Quaſi dicat, peccatores multoties ſceleratiores, & iniquiores Diabolo ipſo ſunt: nam multoties appetitus indomitus plus vult luxuriare, quàm Diabolus ſuppeditat.

Peccatores ſcelerati pluſquam Diabolus.

1122. Noſter S. Antoo. de Pad. io Dom. poſt Trinit. Luc. 15. n. 16.

Vnde noſter Sanctus Antonius de Padua in Dominica poſt Trinitatem, acutè & deuotè ait: *Filius prodigus cupit implere ventrem de ſiliquis porcorum, & nemo illi dabat* Lucæ 15. num. 16. Et addit: *Per ſiliquas porcorum diuerſas cogitationes intelligimus quibus maligni ſpiritus tanquam porci incraſſantur, quæ aliquando cupienti non dantur; frequenter enim homo plus peccat, quam Diabolus ſuggerat, præuenit enim homo frequenter Diabolum.* Quaſi dicat, ita ſcelerati, & iniquiſſimi homines ſunt, vt cogitationes, & opera inaudita contra inimicos vindictæ cauſa cogitent. Vnde per Ezechiel 16. num. 27. dicitur: *Dabo te in manus odientium. Palæſtinorum, qui erubeſcunt in via tua ſcelerata.* Et addit Sanctus Antonius, *Grandis pudor quod Diabolus erubeſcit de peccato hominis, quando ei non ſuggerit, & homo non erubeſcit.* Quaſi dicat, expaueſcant plus aures videndo homines ſceleratos, qui maiorem, quam Diabolus malitiam habent, qui Chriſtum ſuper pinnaculum templi aſſumpſit?

Ezech. 16. n. 27.

Quod Diabolus non cogitat, impij cogitant.

DIFFICVLTAS XVII.

Quid tentauit Diabolus dicens, mitte te deorſum?

QVæritur, ad quid Diabolus Chriſto dixit mitte te deorſum?

1123. Hieron. in litt. cit.

1. RESPONSIO Hieronymi in Catena citati: *Quia vox Diaboli ſemper cadere homines deorſum deſiderat.* Quaſi dicat, ita deſiderat peccatores Dæmon torquere, quod vſque ad interitum, & præcipitium animæ, & corporis non ceſſat nocere.

Diabolus vſque ad præcipitium non ceſſat.

Caietan. in Euang.

Vnde interrogat Caietanus in Euangelia. Quare Dæmones Chriſto dixerunt: *Fili Dei, vt quid veniſti ante tempus torquere nos*, Lucæ 8. n. 28. Et reſpondit, *Quia exire ab illis corporibus erat Dæmoni tormentum, & dicunt ante tempus, quia longiori ſpatio eos vexari deſiderabant.* Quaſi dicat, nunquam Dæmones ſatiantur torquere, & malefacere hominibus vſque quo præcipitentur, & pereant.

Luc. 8. n. 28.

Dæmones nũquam ſatiantur torquere homines.

Chryſolog. ſer. 16.

Vnde Chryſologus ſerm. 16. *Diabolus tempus abſcindit præuenit mortem, ſepelit viuos, crudelitas immatura, & de tempore queritur, quaſi ante tempus habere debuerit, & non vt exorta eſt puniri.* Quaſi dicat, Diabolus ante conſtitutum mortis tempus ſupplicio mortis puniebat homines viuos, dum eos clauſos ſepulchro continebat, ac ſi iam eſſent demortui; ideóque ex pœna anticipata, quam ipſi inferebant homini, cogitabant, quia tam crudeliter ſolent vrgere Dæmones peccatores, & viuos quaſi deſperatos tractent, & in præcipitia deſperationis multoties labuntur.

Viuos Dæmones homines ſepeliunt.

1124. Chryſolog. cit.

Vnde Chryſologus citatus: *De tempore ſic queruntur, quaſi ipſi cum tempore fecerint, vt viuos condiderint in ſepulchris.* Quaſi dicat, caueте homines infelices à laqueis, & inſidiis Diaboli; quia non ceſſat eius infernalis malitia, quouſque ante mortis tempus ſupplicio mortis homines puniat, grauiter enim ante iudicij tempus hominum pœnis delectantur.

Malitia Dæmonum inſatiabilis.

Quaſi dicat, ſi Deus permitteret Dæmones torquere homines vt ipſi volunt quotidie præcipitarent, & occiderent eos. Vnde Gloſſa in Lucam 8. *Torquentur Dæmones dum de corporibus eiiciuntur in quorum tortura delectabantur.* Et Chryſoſtomus homil. 29. *Ab experientia clamant Dæmones, quia flagellantur inuiſibiliter, intolerabilia patientes, ex præſentia Dei, qui eos prædam quam torquent eripiat.* Et Hieronymus. *Præſentia Saluatoris tormenta ſunt Dæmonum.* Quaſi dicat, iudex cum adeſt, non audent carnifices, niſi eius mandato homines torquere, neque eos affligere, & de hoc Dæmones vociferantur, & lacerant viſcera ſua.

Non permittit Deus Dæmones nos punire.

Gloſſa ord.

Chryſoſt. hom. 29.

Tormẽta Dæmonicũ prohibere nos ne nos torquede.

Hieron. in Ioel.

Et Hieronymus in Ioel cap. 2. *Non eſſet, qui furorem poſſet euadere, cuius crudelis aſpectus frementium leonum habet ſimilitudinem.* Quaſi dicat cum Apoſtolo Petro: *Aduerſarius hominum Diabolus circuit quærens quem deuoret, & ſemper inuitat peccatores dicens,* ſicut Chriſto dixit, *mitte te deorſum.*

1. Petr. 5. n. 8.

DIFFICVLTAS XVIII.

Quomodo Diabolus oſtendit Chriſto omnia Regna mundi?

QVæritur, quomodo omnia regna mundi oſtendit Diabolus Chriſto?

1115. Origen. in litt. cit. *Species pulchras Diabolus repræſentat.*

1. Responsio Origenis in littera citati. *Oſtendit regnum ſuum, & quomodo alij regnarent per potentiam; alij per fornicationes, & voluptates mundanas.* Quaſi dicat, nulla maior malitia, & tentatio Diabolica, quam repræſentare nos Dæmon in phantaſmatibus delectationes mundi, quæ quidem comprehenſæ tormenta ſunt, & dolores animi, & gemitus cordis.

Oleaſter, in Exod. c. 7. n. 11. Tranſlat. Pagnin.

Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 7. num. 11. *Quod fecerunt Ægyptij in incantationibus ſuis?* Et reſpondet, *quia Diabolica ſuggeſtione poteſt Diabolus multiplicare mala ſua; neque tamen auferre, aut mederi illata, & repræſentata.* Quaſi dicat, fallacia ſunt gaudia, quæ Diabolus proponit: nam delectationes promittit, & dat dolores.

1116. Ruper. lib. 2. de Trinit. c. 19. Geneſ. 2. n. 10. Exod. 2. n. 16.

Vnde interrogat Rupertus lib. 2. de Trinitate cap. 19. Quare Geneſ. 2. num. 10. dicitur; *Quod fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum.* At vero in Ægypto etiam erant aquæ, ſed in puteo ad quem filiæ Sacerdotis Madian. Exod. 2. num. 16. venerunt ad hauriendam aquam, & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui, ſuperueneruntque paſtores, & eiecerunt eas? Et reſpondet Rupertus,

Rupert. cit. *Conſcientia bona quaſi paradiſus Dei gaudiis abũdat.*

Fluuius paradiſi habebat aquas dulces, & quæ ad omnia prata deſluebant, vt omnis terra in ſuaues fructus dulceſceret, quia gaudia, quæ à ſancta conſcientia, quæ eſt quaſi paradiſus Dei, diffluunt, atque dimanant, vera ſunt, & omnes animi potentias lætificant, ita vt non poſſint loqui, neque dicere arcana occulta gaudiorum, quæ preparauit Deus diligentibus ſe. At vero puteus Ægypti voluptates, & bona mundialia profert, quæ magno ſudore, & dolore, & brachiorum vexatione hauriuntur, etiamſi Diabolus ſupra pinnaculum imaginationum noſtrarum ſpecies delectabiles pulchras, & durabiles propoſuerit?

Brachiis hauriuntur delectationes mundi.

1117. Gregor. lib. 18. mor. c. 28. Exod. 8. n. 24.

Vnde interrogat Gregorius lib. 18. moral. cap. 28. quare tam fortiter lamentabantur Ægyptij, vt dicitur Exod. 8. num. 24. *Venit muſca grauiſſima in domum Pharaonis, & ſeruorum eius, corruptaque eſt ab huiuſcemodi muſcis?* Et reſpondit, *Quia nihil eſt in hac vita laborioſius, quam terrenis deſideriis æſtuare, nihilque inquietius, quam aliquid huius ſeculi appetere.* Quaſi dicat, in domo Regum Aulici ita fatigantur honoribus, & præminentiis, vanitatibusque non conſecutis, & concupitis, & à Dæmone repræſentatis, & perpetua inquietudine apprehenſis, quod poſtea torquentur, & vexationibus viſcera corrumpuntur, & deſideriis ſuis cum videntur defraudari.

Aulici in domibus regum deſideriis defraudati torquentur.

Gregorius ſit.

Et addit Gregorius citatus, *Hinc eſt, quod Iſraeliticus populus cuſtodiam ſabbati accepit in munere.: Et contra Ægyptus muſcarum multitudine percuſſa eſt, quia populus Dei, qui Deum ſequitur, accepit Sabbathum id eſt, requiem mentis, quia nullo in hac vita deſideriorum appetitu fatigatur. Ægyptius vero, quia huius mundi ſpeciem tenet muſcis percutitur; muſca inſolens, & inquietum animal eſt, in qua quid aliud, quam inſolentes curæ deſideriorum carnalium deſignantur.* Quaſi dicat, Dæmones quaſi muſcæ diuerſis, libidinoſiſque cogitationibus imaginationem torquent, & aliquando pulchritudinem fœminarum, ita enormiter repræſentant, quod mens conturbatur, ſenſus torpeſcunt, intellectus elenatur, memoria delectatur, & voluntas quaſi delectabiliter ſuſpenditur, & ſupra pinnaculum deſideriorum turpium conturbatur, quouſque gratia Dei illuſtratur cor, & ſpecies euaneſcunt, & phantaſmata annihilantur, & fugit Demon, & apparet fallacia, & periculum periclitandi, & inde contritio clamat peccator dicens, Domine ſalua nos perimus, quia Dæmon fallaciis, & mundanis voluptatibus nos præcipitare prætendit.

Requies mentis à iuſtis poſſidetur. Muſca inquietum animal. Deſideria, & praua cogitationes muſcis ſimiles.

Enormes delectationes ita à Dæmone proponuntur vt animo conturbetur.

DIFFICVLTAS XIX.

Quare Diabolus Chriſto dixit, hæc omnia tibi dabo ſi cadens in terram adoraueris me?

QVæritur, quomodo iam ingens blaſphemia à Diabolo potuit dici?

1. Responsio fuit Caietani in littera citati, *Hoc dixit, quaſi præcipitatus videns, quod fefellerat eum ſua cogitatio, & voluit Chriſtum irritare tali blaſphemia, vt Chriſtus impatiens diceret: ò miſer Dæmon tu debes me adorare, quia ſum filius Dei. Et quomodo talia proferre auſus es. Sed iterum fefellit eum ſua opinio; quia Chriſtus propter honorem ſuum diſſimulauit blaſphemiam, & amphibologicè, & patienter reſpondit, & Diabolum non puniuit, & annihilauit.* 1118.

Caietan. in Euang. *Summa vexatio impatientiam generat.*

Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Deus vellet idololatras Iſraelitas peſte punire, & finire? Reſpondit Moyſes ad Dominum Numer. 14. num. 16. *Audient Ægyptij, & dicent, vt perirent eduxit illos de Ægypto?* Et reſpondet, *Admittitur Moyſes Domino oſtendere ſe in ſe potius ſaniturum, ſi populum deſtruat, & ſibi maius malum, quam populo facere, ſi patienter non diſſimulet blaſphemias idololatria.* Quaſi dicat: expende quæſo Domine, quid facias, aut potius patiaris punitione; illi vitam, qua indigni ſunt, amittent; tu vero honorem immaculatus, & Sanctus. Conſidera ergo, quid plus faciendum ſit, honor ne tuus, quam vita iſtorum. Sic in præſenti iam inauditam blaſphemiam Chriſtus ſimulauit, ne fortè Diabolus, ſi clarè cognoſceret filium Dei eſſe, ſuam mortem apud Iudæos impediret, & mundos non redimeretur, & honorem ſuum, quo mediante cruce exaltandum ſperabat, impediret; quia ingens prudentia eſt ingentem irreuerentiam, & inſolentiam

1119. Oleaſt. in Numer. 14. n. 16. Tranſlat. Pagnin. *Præſul non ſimulans aliquando plus ſibi nocet.*

Inſolens contra Prælatum ſimul omnia ſoluit.

In malitia gloriatur inſolens.

inſolentiam alicuius ſubditi ſimulare, propter Prælati honorem, ac reuerentiam, quouſque occaſione inuenta, ſimul omnia plectantur, & inſolens non glorietur.

1130. Theodoret. q.27. 2.Reg.19. n.7.

Vnde interrogat Theodoretus quæſt 27. *Quare Dauid Rex audaciam, & irreuerentiam, qua Ioab loquutus eſt dicens, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac* 2. Reg. 19 n.7. *non puniuit.* Et reſpondit, *Quia licet Dauid Ioab audaciam perpetuo odio habuit, tolerabat eam propter eius ingenium.* Quaſi dicat, ſumma prudentia eſt, non omnino potentia vti, ſed expectare occaſionem, & tunc omnia ſcelera, & inſolentes punire. Hinc Gloſſa explicans verba teſtamenti Dauidis 3. Reg. c. 2. num. 5. *Tu quoque noſti, qua fecit mihi Ioab,* ait, *Dauid praecepit Salomoni de iuſta retributione eorum qui ſibi ſolatio fuerunt, & iniuſtè nocuerunt, quos ipſe patienter tolerauit. Et Propheta indicat quid mali in futuro oporteat, vel boni, quod uerò Salomon impleuit. Interim tamen patientia Dei ſepè bonos tribulari, reprobos delicijs vti concedit.* Quaſi dicat, prudentia Dei eſt ſuſtinere, & non vti potentia, vbi cum ſceleratis, ſed expectare occaſionem, & tunc ſicut Ioab, qui in ſuo ſanguine euolutus periit, occidere ſceleratos. Vnde noſter Lyranus ſua in Gloſſa: *Ponitur ordinatio Dauid de punitione aliquorum malorum, quos prudenter diſſimulauit punire in vita ſua.* Et Rabbi Salomon explicat, *quæ fuerunt ſcelera à Dauid ſimulata, & patienter tolerata vſque in diem mortis ſuæ. Hoc malum fuit,* (inquit Rabbi,) *quod fecit Ioab contra perſonam Dauid oſtendendo alijs litteras, quas ſibi ſecretè miſerat Dauid de morte Vriæ, & ſic regnum, & gentes ſcandalizauit, vt Nathan dicit Dauid* 2. Reg. 12. Quaſi dicat, ſummæ prudentiæ fuit Dauid diſſimulare ſcelera Ioab. & non omnimoda potentia vti, vſquequo occaſio peruenit, vt ſimul omnia ſolueret cum ſanguinolento ſupplicio.

Patientia Dei impios delitijs frui ſinit, & iuſtos pati demonſtratur. Lyran.ſua in Gloſſa. Rabbi Salomon. *Regis ſecretū aperire graue delictum eſt.* 2. Reg. 12.

1131. Origen. in Ioan.c.11. n.30. Geneſ.29. n.7. *Prudentia patiens eſt, appetitum amoris imperiens.*

Interrogat Origenes, *Quare potentia Chriſti cohortata, & abbreuiata videtur,* Ioan. 11. num. 30. *Cum lapidem à ſpelunca Lazari iuſſit auferri, tollite lapidem.* Et addit, cum de Iacob legitur, Geneſ. 29. num.7. *Quod Iacob in Meſopotamiam veniens, & accedens iuxta puteum, qui magno lapide claudebatur, & cum vidiſſet Rachel venientem, amouit lapidem, quo puteus claudebatur?* Et reſpondet? *quia Ieſus magna prudentia gubernabat omnia, & noluit omnimoda ſua potentia vti, ſed teſtes expectauit aptiſſimos reſurrectionis Lazari, quia ipſi remouentes lapidem viderunt, & crediderunt prodigio, & miraculo operato. Iacob autem,* inquit Abulenſis, *lapidem amouit amore conſobrinæ ſuæ, cui placere, volebat* Quaſi diceret, multum diſtat, quando animus gubernatur conſilio, & prudentia, vel quando impetu proprij appetitus rapitur. Ideò Chriſtus ad inſolentem, & audacem miſeriam Dæmonis dicentis, hæc omnia tibi dabo, ſi cadens in terram adoraueris me: ſimulauit potentiam ſuam, & expectauit occaſiones mortis ſuæ, vt plus Dæmonem torqueret, & ſolum dixit illi, *Vadè retro Sathana.*

Abulenſ.in Gen.29.

Chriſtus tolerauit Dæmonis audaciā.

1132. Gloſſa ord. in littera cit.

2. Responsio Gloſſæ in littera citatæ: *Ecce antiqua Diaboli ſuperbia, ſicut in principio voluit ſe ſimilem Deo facere. Ita nunc volebat diuinum ſibi vſurpare cultum.* Ideò, inquit Remigius citatus, reſpondit Chriſtus. *Vade retro Sathana, recordare in quanta gloria conditus fuiſti, & ad quantam miſeriam perueniſti.* Vnde interrogat Diuus Hieronymus Comm. in 18. Iſaiæ, quare blaſphemus, & potentiſſimus Sennacherib Rex Aſſyriorum, cum ſurrexiſſet diluculo, & vidiſſet corpora mortuorum, quæ erant centum octoginta quinque millia recedens abiit? Quare ergo Angelus ipſum cum exercitu ſuo non occidit? Et reſpondit Sennacherib; *Idcirco ſeruatus eſt, vt ſciret potentiam Dei, & blaſphemantia ora comprimeret, fieretque teſtis illius maieſtatis, quam paulo ante contempſerat.* Quaſi dicat, vt plus torqueretur videndo ad quantam miſeriam perueniret, qui paulo antea potentiſſimus clamabat contra Regem Ezechiam dicens: *Audite verba magni Regis Aſſyriorum, non vos ſeducat Rex Ezechias.* 4. Reg. 19. num. 10. *Quia non eſt, imaginabilis pœna, & dolor ineffabilis, quo torquentur cum potentes à proſpera fortuna cecidit ad miſerabilem ſtatum peruenerunt; quia ſi aduerſa incipit peruenire, non ceſſat vſque ad vltimum præcipitium, & lamentabiles euentus.*

Remig.cit. in litt.

S. Hieron. Com.in c.18. Iſaiæ. 4 Reg.19. n.35.

Supplicium blaſphemiæ ingens.

4 Reg.19. n.10. *Fuiſſe beatū genus infeliciſſimum ſupplicij.*

1133. Hebr.cit. in Gloſſa.

Vnde Hebræi dicunt, *Quod cum Sennacherib rogaſſet à ſuis Sacerdotibus, qua de cauſa non potuerit vincere Iudæos?* Reſponſum accepit, quod Abraham filium ſuum Iſaac Deo immolare voluerit. *Vnde Rex imitatione quadam Deum ſuum demereri ſibi volens duos filios ſuos Adramelech, & Sarazar occidere attentauit; qui occiſo Patre euaſerunt in Ararath, quæ eſt Armenia ad ſeptentrionem ſita in Aſſyriis.* Quaſi dicat, quem ſequitur aduerſa fortuna, etiam ſi filios proprios Diis ſuis offerat pro furore fortunæ placando in furorem conuertetur; quia Diabolus ſemper vrget homines dicendo, mitte te deorſum, & non ſatiatur doloribus, & tormentis hominum. Vnde Rabbanus in Gloſſa, *Quaſi victoriam de hoſtibus reportaret, venit contemptor viri Dei in phano falſi numinis, & ibi trucidatur, nec Angelico periit gladio, quod erat commune, ſed parricidio filiorum.* Quaſi dicat, vltimus ad occiſionem Sennacherib reſeruatur, & in templo à proprijs filijs, vt plus dolores ſentiret, & recordaretur quanta cum gloria, pompa, & maieſtate ab ipſo templo exierat, cum ad occidendos Iſraëlitas progrederetur; quia teſte B. Laurentio Iuſtiniano: *Infeliciſſimum genus ſupplicij eſt fuiſſe Beatum;* propter quod Rabbanus in cap. 1. Tobiæ ait: *Pharao in decem Ægypti ſeruatur plagas, vt nouiſſimus pereat, & plus dolorus ſentiat. & Diabolo Chriſtus hodie dixit, vade retro.* Quaſi diceret: conſidera, vbi te cogitationes ſuperbæ poſuerunt, & recordare vt plus torquearis, in quanta felicitate conditus fuiſti, & propter ſuperbiam, vbi perueniſti, & hoc eſt propriè retro ite, id eſt, *Cogitare dies, & annos æternos in mente habere;* & pœnæ creſcant, & dolores in æternum augeantur.

Fortuna aduerſa neque precibus neque ſacrificiis ceſſat.

Matth.4.

Rabbanus in Gloſſa.

Memoria proſperitatū torquet ſi aduerſa veniunt.

S Laur.Iuſt.

Rabbanus in c.1.Tob.

DIFFICVLTAS XX.

Quare dicitur, quod reliquit eum Diabolus, & acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei?

QVæritur, quomodo reliquit eum Diabolus, & quomodo Angeli ſeruiebant Chriſto?

1134. Chryſoſt. in litt. cit.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati: *Non quaſi obediens Diabolus receſſit, ſed diuinitas Chriſti excuſſit inde Diabolum.* Quaſi dicat, *Eiecit Spiritus Sanctus Diabolum vt intelligeremus, quod non permittit nos tentari ſupra id quod poſſumus?* Vnde interrogat

Oleaſter. in c. 26. Leuit. n. 7. Matth. c. 5.

Oleaſter, quare Leuit. 26. num. 7. dicitur, *Perſequimini inimicos veſtros, &c.* id eſt, ſpiritus malignos, quis Matth. 5. dixit Chriſtus diligite inimicos veſtros. Et reſpondit, *Quemadmodum peccata hominem debilem reddunt, ita vt nihil audeat, ita cuſtodia legis Dei animo-*

Qui legẽ Dei obſeruat ſpiritus malignos non timeat.

rum. Quid enim non audebit, qui Deum ſibi propitium habet, quem non niſi legum tranſgreſſione offendit. Quaſi dicat, nemo qui adhæret Deo, tentamenta Diabolica timeat; quia Deus pro eo pugnabit; quia nihil hominem, ita fortem aduerſus hoſtem reddit, quàm cognoſcere ſe Deum ſuum non offendiſſe, quia ſcri-

Pſ. 17. n. 30.

ptum eſt, Pſalm. 17. num. 30. *In Deo meo tranſgrediar murum.*

1135. Ad Rom. 8. n. 35.

Vnde Paulus ad Roman. 8. num. 35. *Quis nos ſeparabit à charitate Christi, tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius?* Sicut ſcriptum eſt, *Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis.* Subdit: *in omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.* Quaſi

Iuſtus in tentationibus quaſi leo ſine timore.

dicat Paulus, vt fortis Athleta in agone Chriſti conſtitutus omnia tentamenta quæ Diabolus excogitare poteſt, & inſtrumentis impiorum me torqueri tanquam nihil reputo; quia omnia poſſum in eo, qui me confortat. Vnde Chryſoſtomus homil. de laudibus Pauli ait: *Sic deſpiciebat Apoſtolus vniuerſa, quæ cernimus, vt ſolet herba iam putrefacta contemni; tyrannos verò ipſos, ac populos ſpirantes furorem, velut quoſdam culices exiſtimabat; mortem vero, & cruciatus, & mille ſupplicia quaſi ludum putabat eſſe puerorum, dummodo propter Chriſtum aliquid ſuſtineret.*

Chryſoſt. hom. 2. de laud. Paul.

Tentationes tanquam culices eſtimanda.

Et Ambroſius ponderans Angelorum promptitudinem ad ſeruiendum Deo, & miniſtrare 1136.

Ambroſ. cit.

ſeruis eius conſolationem in anguſtiis poſitis, interrogat, quare Angelus Domini, Gen. 22. num. 11. *Dixit Abrahæ iam extendenti brachium, vt filium ſuum mactaret: Abraham Abraham noli extendere brachium ſuper puerum, &c.* Et reſpondit. *Repetiuit vocem Angelus tanquam veritus, ne præueniretur ſtudio deuotionis, & vna vox impetum ferientis reuocare non poſſet.* Quaſi dicat, tantum deſiderant Angeli conſolationem iuſtorum, & tanta vigilantia eis miniſtrare deſiderant, vt geminata voce auxilium à Deo miſſum proclament, Et Chryſoſtomus ſupra citatus. *Geminatione vſus eſt Angelus, vt ſuperetur impetus iuſti, & quaſi per vocem detineatur iuſti dextera iam tendens ad pueri cædem.* Quaſi dicat, ſemper Angeli poſt tentationes fortes aſſiſtunt Chriſto, & amicis eius ad miniſtrandum, & ſeruiendum eis.

Angeli iuſtis miniſtrant conſolationẽ.

Chryſoſt. ſupr. cit.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXV.

AD LITTERAM,

In Cap. XXV. Matth.

De aduentu Chriſti ad iudicandum homines.

TEXTVS.

31. CVM autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. 32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicem, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis. 33. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis; hædos autem à ſiniſtris. 34. Tum dicet Rex his, qui à dextris eius erunt, venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. 35. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me. 36. Nudus, & cooperuiſtis me; infirmus & viſitaſtis me; in carcere eram, & veniſtis ad me. 37. Tunc reſpondebunt iuſti dicentes. Domine quando te vidimus eſurientem, & pauimus te; ſitientem, & dedimus tibi potum? 38. Quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te? 39. Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? 40 Et reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis.

EXPLANATIO Litteræ.

1037. Abulenſ. in Matth.

CVM venerit filius hominis, iſtud erit in fine mundi, inquit Abulenſis in Matth. 25. quia poſt iudicium nihil agendum manebit. Filius hominis, id eſt, Chriſtus, qui eſt Deus, & homo, & Dei, & hominis filius, id eſt, Mariæ in maieſtate ſua; id eſt, in ſtatu, vel honore competente ei, quem nunc habet, & omnes Angeli eius cum eo; quia ad oſtendendam maieſtatem expedit talis comitatus Angelorum; ſicut cum Rex in ſolio apparet coram Principibus, & procuratoribus curiæ, apparet cum maieſtate magna. Tunc ſedebit, ſicut nunc ſedet, ſed dicitur in ſede maieſtatis ſuæ, quia ad iudicandum ſemper iudices ſedent, & congregabuntur ante eum omnes gentes Beda quatuor hominum ordines eſſe dicit, alij non iudicabuntur, ſed iudicabunt: alij qui iudicabuntur, ſed non iudicabũt, alij neque iudicabunt, nec iudicabuntur quales ſunt, qui extra Eccleſiam perierunt; quia Pſ. 1. n. 5. dicitur: *Non reſurgent impij in iudicio.* Alij non iudicabunt, ſed iudicabuntur, quibus dicetur, diſcedite à me maledicti in ignem æternum.

Rex cum ſedet in ſolio publico apparet cū maieſtate.

Beda.

Quatuor ordines hominū in iudicio apparebunt.

Pſal. 1. n. 5.

Theologi autem hic diſtinguunt iudicium diſcuſſionis, & iudicium approbationis. Primò non indigent infideles, ſed ſecunda.

Theologorum ſententia.

1038. *Et ſtatuet, oues quidem à dextris ſuis, & hædos à ſiniſtris.* Poſuit Chriſtus exemplum ſenſibile, quod apud pauca ſentientes eſt planum; ſegregat enim Paſtor oues ab hædis, quia non benè paſcuntur ſimul, & ſtatuet, oues à dextris, accipitur ſecundum metaphoram, & iuſti vocantur oues; mali autem vocantur hædi. A dextris, id eſt, in potioribus bonis ponentur boni, quod eſt poni ad dexteram; Hædos autem à ſiniſtris, id eſt, malos ponet ad partem ſiniſtram. Tunc dicet Rex, poſtquam congregati fuerint omnes homines ante Chriſtum, & ſeparati ſicut oues ab hædis, dicet Rex, (id eſt, Chriſtus) his, qui à dextris eius, erunt, id eſt, bonis, quos oues vocat, venite. Iſta eſt ſententia, quæ profertur à Iudice, & quia homines erunt diuiſi in duas partes ſuper quoſdam profertur vna ſententia, & ſuper alios alia. Venite benedicti. Vocat eos ad ſe, qui ſurſum trahendi ſunt. Benedicti, id eſt, qui benedicti eſtis, quia Deus dedit vobis bonum, per quod poteſtis rectè vocari benedicti. Poſſidete, id eſt, pacificè, tenete. Paratum vobis regnum, id eſt, à conſtitutione mundi, paratur ſeruis Dei.

Abul. cit.

Metaphorica locutio.

Ante prolationem ſententiæ apparatus ponitur.

Eſuriui,

1139. *Matth. 25.* Eſuriui, Hic redditur cauſa beatitudinis, quæ datur bonis ſcilicet, quia meruerunt illa per bona opera miſericordiæ, quæ exercuerunt. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, iſtud opus pietatis, & miſericordiæ, & dicitur eſuriui, in quo inopia deſignatur, quia non eſurienti non eſt dandus cibus, ſed ſaltem non eſt eleemoſyna, (inquit Abulenſis,) ſed beneficium, vel liberalitatis opus. Et ſic patet de cæteris operibus miſericordiæ. Domine, quando te vidimus. Admiratio eſt, quia putant loquutum fuiſſe in propria perſona, quaſi ei fuerint iſta facta. Et tamen pauci de iuſtis, qui in die iudicij erunt viderunt Chriſtum, dum vixerunt inter homines, ita vt ei aliquid horum impendere poſſet. Et reſpondens Rex, id eſt, Chriſtus ad ea, quæ dicunt, quaſi nunquam feciſſent aliquid horum.

Inopia extrema illa, quæ neque cibum habet ad nutrimentum. Admiratio iuſtorum.

Abulenſ. cit.

1140. Amen dico vobis, id eſt, in veritate eſt modus affirmandi vel iurandi; quandiu feciſti vni. Oſtendit Chriſtus omnia bona quæ pauperibus dantur ei dari. Et ideo multum eſt excellens eleemoſyna, qua Deum nobis obligamus, & ipſe ſe recepiſſe aſſerit. Quod in viſcera pauperum recondimus: de his fratribus meis, fratres ſuos vocat pauperes, qui eiuſdem naturæ, & ſpeciei conſortes ſunt. *Minimis* vocat pauperes minimos, quia in poſſeſſionibus minores ſunt aliis hominibus, & in opinione populi. Mihi feciſtis, id eſt, ego reputaui mihi factum. Et ideò dico, quod mihi feciſtis. Tunc dicet. De reliquo huius capitis poſtea in ſecunda parte huius explanationis, nunc ad tranſlationes progrediamur.

Quæ pauperibus dantur, Chriſto dantur.

Minimi ſunt, & minores qui nõ habẽt poſſeſſiones in mundo, vt Fratres Ordinis Minorum.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio.	1.	Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua
Tranſlatio Vatabli.	2.	Cum autem venerit filius hominis in gloria ſua, tunc ſedebit in ſolio gloriæ ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos alteros ab alteris.
Tranſlatio ex Syriaca.	3.	Et congregabuntur coram eo omnes gentes, & ſeparabit eas vnam ab altera, ſicut Paſtor ſeparat oues ab hædis.
Caietanus in Euangelium Matthæi 25. num. 34. vbi Vulgata tũc dicet Rex, &c.	4.	Separabit manſuetos, & humiles, & ex alia parte ponet reprobos, & fœtidos.
Tranſlatio Vatabli.	5.	Tunc dicet Rex his, qui à dextera ſibi erunt, venite benedicti, &c.
Tranſlatio ex Syriaca.	6.	Tunc dicet Rex iis qui erunt à dextera ſua venite, &c.
Tranſlatio ex Syriaca. n 35. vbi Vulgata. eſuriui, &c.	7.	Eſuriui, & dediſtis mihi quod manducarem, ac ſitiui, & propinaſtis mihi, hoſpes eram, & excepiſtis me.
Tranſlatio ex Syriaca. n 37. ex Vulgata. Domine quando te vidimus, &c.	8.	Tunc dicent ei iuſti illi: Domine noſter quando vidimus te eſurientem, & cibauimus te? aut ſitientem, & propinauimus tibi.
Caietanus.	9.	Aut ſitientem, & dedimus tibi potum.
Tranſlatio ex Syriaca. n. 40. vbi vulgata. Amen dico vobis quãdiu feciſtis vni ex his, &c.	10.	Amen ego dico vobis quotieſcumque feciſtis vni ex iſtis fratribus meis paruulis mihi ipſi feciſtis.

DIFFICVLTAS I.

Ad quid agit Chriſtus de Iudicio?

QVæritur, ex qua occaſione, & ad quid Chriſtus egit de Iudicio finali.

1. RESPONSIO Hieronymi ſuper Matth. qui ait: *Poſt biduum quidem Paſcha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus, rectè promittit gloriam triumphantis vt ſequuntur a ſcandala pollicitationis præmio compenſaret.* Quaſi dicat, qui in maieſtate videndus eſt, filius hominis eſt, citò videbis deſpectum, opprobriatum, & crucifixum. 1141.

Hieronym. ſup. Matth.

Remedium contra innumeras paſſiones ſcandali.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in hom. *Eſt autem hæc parabola delectabiliſſima, quam continuò in animo vertentes cum ſtudio audiamus, & omni compunctione: nam & ipſe Chriſtus terribilius, & lucidius hunc pertractat ſermonem, idcirco non dicit de cætero. ſimile factum eſt regnum cælorum ſed reuelans ſeipſum oſtendit dicens: cum autem venerit filius hominis.* Quaſi dicat, 1142.

Chryſoſt. in hom.

Conſideratio extremi iudicij in corde ſemper.

dicat, grauiſſima negotia ſemper præmeditanda & conſideranda ſunt, ideò de extremo iudicio, non in parabolis, ſed clarè Chriſtus loquitur dicens, cum venerit filius hominis.

1143. Abul. q.291. in Matth.
3. RESPONSIO Abulenſis quæſt.291. in cap. 28. Matth. *Fecit hoc Chriſtus ad notificandum nobis ea quæ fidei erant; nam ipſe fuit Doctor noſter quantum ad ſalutem, & doctrina ſalutis eſt doctrina fidei, ſine qua non eſt ſalus, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*, vt patet ad Hebr. 11. *Ideò ea, quæ fidei ſunt debuit exprimere.* Quaſi dicat, maximè pertinet ad fidem, futurum iudicium, eo quod eſt de rebus valde occultis, quæ ſciri non poterant, niſi reuelarentur. Ideo debuit Chriſtus honorificare, quia multum corda mouentur ad fugienda mala cum recordantur de finali iudicio ſuperuenturo, quando reddituri ſumus de proprio rationem ante tribunal Chriſti.

Ad Hebr. 11. n. 6.
Chriſtus tanquam verus Doctor docuit doctrinã extremi iudicij.

1144. Rabbanus in Catena S. Thom. cit.
4. RESPONSIO Rabbani citati in Abulenſi quæſt. 290. qui ait, *Poſt parabolas de fine mundi iam exequitur, dicens modum futuri iudicij.* Quaſi dicat, agit hic de Iudicio Chriſtus, quia cum poſuiſſet ſupra quædam de rationis modo, quæ exigetur in iudicio, cum dixit de ſeruis negotiantibus, & ſeruo pigro ſubdit tandem hic ipſam iudicij formam, vt apparet ex littera.

Ratio quæ declarat iudicium.

DIFFICVLTAS II.

Quare dicitur, quod Chriſtus veniet cum maieſtate ſua, & cum eo omnes Angeli eius, & quod ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ?

QVæretur, quæ ſit iſta maieſtas, & Angelorum exiſtentia cum Chriſto?

1145. Remigius in Catena
1. RESPONSIO Remigij in Catena citati, qui ait, *Deſtruitur autem his verbis illorum error, qui dixerunt Dominum, non in eadem forma ſerui manere; maieſtatem autem appellat diuinitatem, qua æqualis eſt Patri, & Spiritui Sancto.* Quaſi dicat, eadem perſona Chriſti ſecundum humanitatem apparebit in die iudicij, & cum magna maieſtate, id eſt, diuinitatis oſtenſione, qua æqualis eſt cum cæteris diuinis perſonis.

Hæreticorum error contra humanitatẽ Chriſti.

1146. Origen. in Catena. cit.
2. RESPONSIO Origenis citati in Catena, qui ait: *Chriſtus reuertetur ad iudicandum cum gloria, vt corpus eius ſit, quale fuit, cum transfiguratus eſt in monte; ſedes autem eius fortè perfectiores ſanctorum dicuntur, de quibus ſcriptum eſt, Quoniam illuc ſederunt ſedes in iudicio, aut quædam virtutes Angelorum, de quibus dicitur, ſiue Throni, ſiue Dominationes.*

Corda Sanctorum ſedes Spiritus Sancti.
Pſ. 121 n. 5.

1147. Auguſtin. de ciuit. Dei. Matth. cap.
3. RESPONSIO Auguſtini 2. de ciuitate Dei. *Deſcendet enim cum Angelis, quos aduocauit ſupernis locis ad faciẽdum iudicium, & ideo dicitur, & omnes Angeli eius cum eo.* Quaſi dicat, adimpleuit Dominus, quod Apoſtolis promiſerat dicens, *Sedebitis, & vos ſuper ſedes iudicantes, &c.*

1148. 4. RESPONSIO Chryſoſtomi in homilia: *Omnes Angeli cum ipſo aderunt teſtantes, & ipſi quantum adminiſtrauerunt miſſi ad hominum ſalutem.* Quaſi dicat, Angeli aderunt in die iudicij vt teſtificentur, quam ſalubriter adminiſtrauerunt ſuas cuſtodias in ſalutem hominum, & ex quantis periculis illos liberauerint, &c.

Chryſoſt. in homil.
Angeli teſtes erunt in die iudicij.

1149. Abul. q. 295. in Matth.
5. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 295. in Matth. qui ait: aliqui dicunt, *Quod deſcendent omnes Angeli, ſcilicet, illi, qui ſunt de infimo ordine, qui proprio nomine vocantur Angeli. Sed de aliis ordinibus non omnes deſcendent.* Et addit Abulenſ. dicendum, *Quod ſiue omnes Angeli deſcendunt, ſiue pauci eorum, non differt, quia neutra pars habet inconueniens. Nam ſi non deſcendunt omnes, dicetur, quod venient omnes Angeli, id eſt, multi ipſorum, ſicut ſæpè in ſcriptura ſolet accipi omnes, id eſt, multi, vel multi, vt patet Geneſ. 41. num. 57. Omnes Prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent eſcas, id eſt, multæ Prouinciæ. Si autem dicatur, quod omnes Angelici ſpiritus deſcendent cum Chriſto, etiam non eſt inconueniens; quia quocumque vadant, vel maneant gloriam ſuam ſecum habent; quia quocumque mittantur intra Deum currunt, & ſic non minus erunt beati in loco iudicij, quàm manentes in cælo. Item quia non eſt aliquid ad quod videatur neceſſarium, vel conueniens, quod maneant in cælo; quia Sancta Trinitas, quæ eos beatificat, vbique eſt, & locus ipſe cæli, non confert eis potius ad gloriam quam alia loca. Ita non erit inconueniens, quod ſint in loco iudicij.* Quaſi dicat Abulenſis, quod Sancta Trinitas eſt vbique, & Chriſtus quantum ad humanitatem erit tunc in loco iudicij; ideò deſcendent Angeli ad ſeruiendum ei ibi. Sed meo videri melior eſt opinio, quæ ait, quod aliqui, & quamplures ex vno quoque Angelorum ordine aſſiſtent cum Chriſto in die iudicij.

Angelorum ordines diuerſi.
Abul. cit.
Geneſ. 41. n. 57.
Vbicumque Angeli exiſtunt glorioſi ſunt.
Sancta Trinitas vbique, & omnio per ples.
Abul. cit.
Chriſtus ſecundum humanitatem non eſt vbique.
Auctoris mens.

DIFFICVLTAS III.

Quomodo congregabuntur omnes gentes ad iudicium?

QVæretur, quomodo fiet iſta congregatio omnium gentium?

1150. Remigius in Catena S. Thom.
1. RESPONSIO Remigij in Catena Sancti Thomæ: *His verbis vera hominis futura demonſtratur reſurrectio.* Quaſi dicat, *ſi omnis creatura rationalis congreganda eſt, ergo & reſurrectura.*

Articuli reſurrectionis confirmatio.

1151. Auguſt. lib. 2 de ciuit. Dei. Pſ. 49 n. 5.
2. RESPONSIO Auguſtini 2. de ciuitate Dei. *Hæc autem congregatio per miniſterium Angelorum fiet, quibus in Pſalmo dicitur, congregate illi ſanctos eius.* Quaſi dicat, ad hoc Angeli apparebunt in die iudicij, vt aliqui illorum congregent omnes gentes, quæ ſunt in ſepulchris, & alij aſſiſtant ante perſonam iudicis, & omnes poſtea cum maieſtate coram iudice perſiſtant.

Angeli congregabunt gentes ante tribunal Chriſti.

1152. Abul. q. 301. in Matth.
3. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 301. in Matth. *Intentio Chriſti, quod nemo ex hominibus fuit, aut erit in humana ſpecie, quin ibi congregetur.* Et hoc patet in Apoc. 1. cum dicitur:

Ecce

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui pupugerunt eum, & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ. Quaſi dicat, non potuerunt videre eum omnes oculi, niſi omnes homines, qui oculos habent, vel tunc habituri ſunt, ſint in loco vno, in quo Chriſtus apparebit, ergo omnes congregabuntur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicit, quod ſeparabit eos ad inuicem, ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis, & quod iuſti ſtabunt à dextris?

QVæretur, quomodo ſeparabit Chriſtus bonos à malis, & quare iuſti ad dexteram ſtabunt?

1153. Chryſoſt. in hom.

Oues fructus habent copioſos.

Hædi infructuoſi.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in homil. *Hos vocat hædos, illos autem oues, vt horum infructuoſitatem oſtendat; nullus enim ab hædis fructus fit; multus verò eſt ouium fructus.* Quaſi dicat, a lana, a lacte, à fœtibus qui parturiuntur; ideò nomine ouis in ſcripturis diuinis ſimplicitas, & innocentia ſolet deſignari, & ideò in hoc loco electi deſignantur.

1154. Abul. q. 306.

1. Ad Theſſ. 4. n. 17.

Iuſti in aera apparebunt quaſi in via ad cœlum ituri.

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 306. qui ait, *Quod maior differentia erit inter bonos, & malos in iudicio, quia boni erunt in aere; mali vero in terra.* Ita enim dixit Apoſtolus 1. ad Theſſ. 4. num. 17. *Rapiemur obuiam Domino in aera, & ſic ſemper cum eo erimus.* Quaſi dicat, iuſtum enim eſt, quod boni ſint in aëre propter dignitatem iudiciorum; quia omnes boni aliquo modo iudicabunt, & ſic ſedes iudicum altiores erunt, quam loca iudicandorum. Item ſeparabuntur boni à malis, propter dignitatem meritorum: nam cum merito differant boni, & mali, iuſtum eſt etiam, vt differant loco, cum differentia loci competat ex dignitate. Item quia cum boni in æternum ſint manſuri in cœlo, iuſtum eſt, vt illuc properent ſicut Paulus citat. ait. Item competit, vt iuſti ſint ad dexteram Chriſti, ad confuſionem malorum; quia confundentur videntes iuſtos in tanta exaltatione, quos aliquando contempſerunt Sap. 5. *Mali autem iuſtum eſt, vt in terra maneant, quia terrena ſola amauerunt.*

Dignitas meritorum locũ honorificum meretur.

Malorum verbis videre iuſtos honoratos à Deo.

1155. Hieronym. in Catena

Hædus animal luxurioſum.

3. RESPONSIO Hieronymi in Catena Sancti Thomæ citati: *Hædus eſt laſciuum animal, & feruens ſemper ad coitum. & ſemper pro peccatis offertur in lege. Nec dicit capras, quæ poſſunt habere fœtus, & tonſa egrediuntur de lauacro.* Quaſi dicat, luxurioſi, & impudici non ſunt digni dignitatum, neque optimorum locorum; Ideò quaſi hæ hi terrena ſemper guſtantes & voluptatibus adhærentes in inferioribus terræ manebunt in die iudicij. Sed de hoc ad mores latius poſtea.

Impudici non honorari debent.

1156. Origen. cit. in Catena.

4. RESPONSIO Origenis in Catena Sancti Thomæ citati: *Sancti enim, qui dextera opera operati ſunt, acceperunt pro mercede dexterorum ſuorum dexteram Regis, in qua requies, & gloria eſt, mali vero propter opera ſua peſſima, & ſiniſtra ceciderunt in ſiniſtram, id eſt, in triſtitiam tormentorum.* Quaſi dicat, dies illa, & iudicium Dei dabit vnicuique præmium, vel ſupplicium ſecundum opera vniuſcuiuſque, iuſtis, ſcilicet gloriam, & lætitiam; malis autem ſupplicium, & triſtitiam æternam.

Opera iuſtorũ dexterã Dei merentur.

DIFFICVLTAS V.

Quare Rex dixit iuſtis, Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum?

QVæretur, quare vocantur iuſti benedicti Patris, & quare dixit illis Chriſtus, poſſidete regnum, quod vobis paratum eſt?

1. RESPONSIO Rabbani eſt in Catena. *Vocantur benedicti, quibus pro bonis meritis debetur æterna benedictio. Patris autem ſui dicit eſſe regnum, quia ad eum refert poteſtatem regni, à quo ipſe Rex eſt genitus. Vnde per authoritatem Regiam, quia ipſe ſolus exaltabitur in die illa proferet iudicij ſententiam.* Quaſi dicat, ſemper Chriſtus occulte prædicabat diuinitatem ſuam. Et rarò clarè propter inimicorum inuidiam, & ita Regnum cœlorum Patris ſui dicit eſſe, quia à Patre genitus eſt per æternam generationem, non factus, ſicut Theologi dicunt: *Genitum non factum, conſubſtantialem Patri.* 1157.

Rabb. citat. in caten.

Benedictus à bene operatione dicitur.

Raro Chriſtus diuinitatem clamauit ſuã quia Deus abſconditus dicitur.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in homil. *Nota quod non dixit accipite, ſed poſſidete, ſiue hereditate, ſicut familiaria dona, ſicut veſtra vobis antiquitus debita. Vnde dicitur paratum vobis à conſtitutione mundi.* Quaſi dicat, quos præſciuit, & prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & glorificabit ante conſtitutionem mundi, id eſt, ab æterno, & ex tunc ipſe Deus eſt Rex & amor, & vna res, cum electis ſuis, & illis præparauit regnum cœlorum, & propter ipſos omnia creata ſunt, & ad ipſos pertinent tanquam filij. & cohæredes cum Chriſto in æternum, & vltra? 1158.

Chryſoſt. in Homil.

Prædeſtinati ante mundi conſtitutionẽ coheredes bonorum Dei.

3. RESPONSIO Auguſtini 20. de ciuitate Dei. *Excepto autem illo regno de quo in fine dictum eſt poſſidete Regnum, &c. Licet longè etiam præſens Eccleſia dicitur regnum eius, in quo adhuc cum hoſte confligitur, donec veniamus ad illud pacatiſſimum regnum, vbi ſine hoſte regnabimus cum Chriſto.* Quaſi dicat, qui cum antiquo hoſte, & ſerpente venenoſo pugnauerint in Eccleſia militanti, poſſidebunt regnum æternum, quia illis ab origine mundi paratum eſt. 1159.

Auguſt. 20. de ciuit. Dei.

Eccleſia etiã dicitur regnũ Dei vbi ſunt milites pro Deo pugnantes.

4. RESPONSIO Origenis ſuper Matth. *Rex dicet his, qui ad dexteram ſunt, venite vt quidquid minus fuerat eis, cum perfectius vniti fuerint Chriſto conſequantur, & quia ſententia de bonis, & malis profertur appoſito modo.* Quaſi dicat, ſicut bonorum perfectio eſt accedere ad Deum. Ita & malorum pœna eſt recedere. Vnde ſicut dixit bonis venite, *Ita dicet malis, ite, & recedite.* 1160.

Origen. in Matth.

Vniri Deo ſumma perfectio Beatorũ eſt.

5. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 361. *Conueniens et Chriſtus dicet, venite, quia in ſententia iſta bonorum adiudicatur bonis illud bonum quod meruerunt per opera ſua; bonum autem* 1161.

Abul. q. 361. in Matt. 25.

complectuum

Completum bonum conſiſtit in adhærendo Deo.

Completiuum conſiſtit in appropinquatione hominis ad Deum: nam non habet homo in ſe bonum ſuum, cum non ſit ipſe bonus per eſſentiam. Ideò neceſſe eſt habere illud per participationem; eſt autem participatio adhærere ad illud bonum, quod eſt per eſſentiam bonum; hoc autem Deus eſt; ideò conſiſtit bonum hominis in adhæſione ad Deum, iuxta illud, Pſalm. 72. num. 18. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Et illud 1. Cor. 1. n. 16. *Qui adhæret Deo vnus ſpiritus fit cum eo.* Quaſi dicat Abulenſis, ideò Chriſtus pronuntiabit in iudicio; Venite, accedite ad me, quia licet antea fuiſtis mecum, ſed non vt gaudium plenum eſſet, ſicut modo, & in æternum erit.

Pſ.72.n.18.
1. Cor. 1. n.16.

Abul cit.
Gaudiũ plenum ſolum cœlo.

1162. 6. Responsio Chryſoſtomi in homil. *Pro quibus ergo Sancti cœleſtis regni bona accipiant, manifeſtat cum ſubditur; eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare.* Quaſi dicat, cauſa producit ſuum effectum, & ideò opera miſericordiæ operata propter Deum regnum ipſius Dei pro præmio condigno apertè declarant.

Chryſoſt. in homil.
Cauſa producit effectum.

DIFFICVLTAS VI.

Quare dixit Chriſtus, eſuriui, & dediſtis mihi manducare, & eodemmodo pro cæteris operibus miſericordiæ diſcurrit?

Quæritur, quare tanta memoria retinentur opera miſericordiæ?

1163. 1. Responsio Remigij in Catena S. Thomæ citati, qui ait: *In hoc loco ſex opera miſericordiæ à Domino commemorantur, quæ quicumque implere ſtuduerit regnum à conſtitutione mundi præparatum electis, percipere merebitur.* Quaſi dicat, certantibus in hoc ſæculo, & ſe vincentibus, vt opera miſericordiæ exerceant, præmium gloriæ proponitur, & in illa die dabitur.

Remig cit. in Catena S.Thom.

Certantes præmia conſequuntur.

1164. 2. Responsio Rabbani in Catena citati: *Qui eſurientem, & ſitientem iuſtitiam pane verbi reficit, vel potu ſapientiæ refrigerat, & qui errantem per hæreſim, vel per peccatum in domum matris Eccleſiæ recipit, & qui infirmum in fide aſſumit, veræ dilectionis obſeruat iura.* Quaſi dicat, ſi qui panem porrigit eſurienti, & potum dat ſitienti, conſequetur præmium ſempiternum: qui animas eſurientium cibat, & ſitientibus verbum diuinum adminiſtrant, quale erit præmium, cum ſcriptum ſit, *qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in regno cælorum.*

Rabbanus cit in Cat.
Verbũ diuinum ſitibundis præſtare ingens beneficium.

Matth. 5. n.10.

1165. 3. Responsio Gregorij lib. 25. moral. *Hi autem quibus iudex veniens in dexteram conſiſtentium dicet, eſuriui, &c. Sunt qui ex parte electorum iudicantur, & regnant, qui vitæ maculas lachrymis tergunt, qui mala præcedentia factis ſequentibus redimentes quidquid illicitum aliquando fecerunt ab oculis iudicis eleemoſynarum ſuperductione cooperiunt; alij verò ſunt, qui non iudicantur, & regnant, qui etiam præcepta legis perfectionis virtute tranſcendunt.* Quaſi dicat, felices, qui ad gradum perfectionis peruenerunt, & tanta ſanctitate repleti ſunt, quod non habent peccata, de quibus iudicentur, ſed ipſi coniudices cum Chriſto erunt.

Greg lib.25. moral.
Lachrymæ laudis maculas peccatorum.

4. Responsio Abulenſis q. 372. qui ait, conſiderandum eſt, quod non dicitur: *Dediſtis mihi manducare abſolutè; ſed proponitur eſuriui, & cauſa eſt, quia poterat dari manducatio diuiti abundanti, & apud tales non eſt mereri.* Quaſi dicat, cum Euangeliſta Luc. 14. *Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte reinuitent te, & fiat tibi retributio, ſed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris; quia non habent vnde retribuant, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum, & ſic pauperes cibandi ſunt, non diuites, & pro illis datur retributio in reſurrectione.* Quaſi dicat, dare eſurientibus, vocatur opus miſericordiæ: diuitibus, vel non egentibus dare vocatur liberalitas, & magnificentia. 1166.

Abul q.372.
Cibare eſurientem opus miſericordiæ.
Luc.14.

Cognatis dare ſi non ſunt pauperes, non eſt opus miſericordiæ.

DIFFICVLTAS VII.

Quare impijs dicetur, Diſcedite à me, & ite in ignem æternum, quod paratum eſt Diabolo, & Angelis eius?

Quæritur, quomodo dicat Damnatis diſcedite à me, &c.

1. Responsio Origenis in Catena citati: *Sicut iuſtis dixerat, venite, ita iniuſtis dicet, diſcedite: nam propinqui ſunt verbo, qui ſeruant Dei mandatum, & vocantur, vt adhuc propinquiores efficiantur: longe autem ab eo ſunt, & ſi videantur aſſiſtere, qui non faciunt mandata ipſius, propter hoc audiunt diſcedite vt qui modo vel videntur eſſe ante eum, poſtea nec videntur.* Quaſi dicat, multi in hoc mundo videntur eſſe ſerui Dei, & in domo eius aſſiſtunt quotidie, & comedunt corpus eius, & ſanguinem eius bibunt, quos in alia vita, nec ante faciem ſuam vult illos Chriſtus videre, & dicet eis, diſcedite à me maledicti. Vnde addit Origenes, *Conſiderandum eſt, quoniam in ſanctis dictum eſt benedicti Patris mei; non autem dicitur, maledicti Patris mei: nam benedictionis quidem miniſtrator eſt Pater; maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt actor, qui maledictione digna eſt operatus.* 1167.

Origen. in in Catena S.Thom.
Longe à Deo ſunt, qui non obſeruãt eius præcepta.

2. Responsio Abulenſis quæſt. 401. in Matt. qui ait: *Benedictos, id eſt, bene fortunatos dicemus, id eſt, quibus Deus bona diſpoſuit, & omnia eis in bonum proueniunt;* talis eſt enim conditio prædeſtinatorum ſicut dicitur ad Rom. 8. n. 28. *Scimus quoniam diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, & aduenit eis in fine mundi maximum bonum. Male autem fortunatos vocamus eos, quibus Deus talia bona non prouidit; ideò iſti ad vltimum incidunt in malum, & quidquid eis procedit conſummatur in malum: ſic de damnatis erit, & de hoc propriè vocantur maledicti, quoniam ſummum malum eis euenit, id eſt, quoniam recludantur in gehenna.* Quaſi dicat, Abulenſis, Benedicti vocantur, qui in omnibus bonis abundantiam habent: ita maledicti, qui in omnibus bonis deficiunt; nulli autem magis in hoc bono deficiunt quam damnati; quia nullum bonum eis manet, & omne genus mali eis applicatur, ideò rectè dicuntur maledicti. 1168.

Abul.q 401. in Matth.
Benedicti ſũt benefortunati.
Ad Rom 8. n.28.

Maledicti dicuntur qui in omnibus infelices fuerunt.

Abul.cit.

1169. Origen. in Catena. S. Thom. Peccatores qui Diabolo adhærēt Diabolo coæquātur.

3. Responsio Origenis in Catena, qui ait, *Qui autem recedunt à Ieſu decidunt in ignem æternum, qui alterius eſt generis ab hoc igne quem habemus in vſu, nullus enim ignis inter homines eſt æternus, ſed nec multi temporis. Et conſidera quoniam regnum quidem, non Angelis præparatum dicit; ignem autem æternum Diabolo, & Angelis eius, quia quantum ad ſe homines, ad non perditionem creauit; peccantes autem coniungunt ſe Diabolo. vt ſicut qui ſaluantur Sanctis Angelis coæquantur; ſic qui pereunt Diaboli Angelis coæquantur.*

1170. Abul. q. 406. Angeli Diaboli dæmones ſunt. Pſ. 77. n. 49.

4. Responsio Abulenſis quæſt. 406. *Angeli Diaboli non poſſunt eſſe niſi Dæmones, qui deputati ſunt in ignem æternum; quia Sacra Scriptura interdum illos vocat Angelos malos; & interdum abſolutè Angelos.* Vide Pſal. 77. num. 49. dicitur: *Miſit in eos iram indignationis ſuæ immiſſiones per Angelos malos, id eſt, per Dæmones; quia intulerunt illi mala Ægyptus* De ſecundo part. 2. Petr. cap. 2. n. 4. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit.* Et ſi quæras, quare Dæmones vocantur Angeli? Reſpondetur, quod nomen Angelus nō eſt naturæ nomen, ſed officij, & operis; nā apud Græcos vocantur Angeli, & apud Latinos Nuntij: nam naturale eſt his eſſe ſpiritoales ſubſtantias, id eſt, immateriales; nuntios vero eſſe adminiſtrationem quandam dicit, cum ſpiritibus his conueniat miniſtrare Deo. Sic dicitur Daniel 7. num. 10. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millium aſſiſtebant ei*, Et in Pſalm. 103. num. 4. *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem*, id eſt, ſpiritus facit eſſe miniſtros, vel Angelos. Et ad Hebr. cap. 1. num 14. dicitur de Angelis bonis, omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, ſed quia mittuntur nuntij ſunt, ideò vocantur Angeli, & ſicut miniſtrare inuenitur in bonis, ita inuenitur in malis: ideò etiam mali vocantur Angeli.

2. Petr. 2. n. 4.

Nomen Angelorum non eſt naturæ, ſed officij

Dan 7. n. 10. Pſ. 103. n. 4. Ad Heb c. 1. n. 14. Angeli Dæmones ſunt, & nuntij.

1171. S. Aug. lib. 21. de ciuit. Dei. Dæmones habent corpora aërea.

5. Responsio Auguſtini lib. 21. de ciuit. Dei. *Ex hoc habetur, quod idem ignis erit hominum ſupplicio attributus, & Dæmonum: ſi autem erit corporalis tactu noxius, vt poſſint corpora cruciari, quomodo erit pœna ſpirituum malignorum, niſi quia ſunt quædam Dæmonibus corpora, ſicut quibuſdam viſum eſt, ex iſto aëre craſſo, atque humido? Si autem aliquis nulla habere Dæmones corpora aſſerunt, non eſt de hac re contentioſa diſputatione certandum. Cur enim non dicamus, quaſi miris tamen veris modis etiam ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi, ſi ſpiritus hominum etiam ipſi profectò incorporei, & nunc potuerunt concludi corporalibus membris, & tūc poterunt corporum ſuorū vinculis inſolubiliter alligari Adhærebunt ergo Dæmones, licet incorporei corporalibus ignibus cruciandi accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam; ignis autem ille corporeus erit, & cruciabit huiuſmodi corpora cum ſpiritibus; Dæmones autem ſpiritus ſine corporibus.* Quaſi dicat Auguſtinus: aliqui ſunt Dæmones, qui corpora aërea habebunt, & ignis materialis agit in iſtos. In inferno autem miro, & vero modo ſpiritus torquetur, quia ſicut nunc ſunt incluſi in membris viuentibus, ita tunc ligabuntur, & torquentur corporalibus, & materialibus inſtrumentis. Sed meo videri tam ſpiritus quam animæ damnatorum ab igne cremabuntur; quia per potentiam diuinam Dei eleuabitur eſſentia ignis materialis, ita vt poſſit agere in ſpiritualia; quia potentiæ Dei omnia ſunt poſſibilia.

Sp'ritus incluſus eſt in membris corporeis, & ita torqueri poſſunt in inferno.

Aug. cit.

Auctoris. Sententia Ignis eleuatus per diuinam potentiam agere poteſt in ſpiritualia.

6. Responsio Abulenſis quæſt. 408. *Iudex Chriſtus in die iudicij dicet damnatis, ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, &c.* Ad oſtendendum malū conſortium, quod dabitur damnatis; quia non ſolum punientur, ſed cū Diabolo, & hoc erit ibi ad magnam triſtitiam, ſcilicet, quia Dæmones de malo, & pœna damnatorum gaudebunt, ſcilicet, quia illorum ſuaſionibus venerunt in hūc locum tormentorum, & illi gaudent de ipſorum pœna. Quaſi dicat, venient impij & damnati in cogitatione peccatorum ſuorum, & conſiderabunt, quod inimici ſui Dæmones inſultant de malis, & pœnis eorum, & vt Boetius dixit lib. de conſolatione: *Infeliciſſimum genus ſupplicij eſt fuiſſe beatum, & recordantur, quod infernus Diabolo, & Angelis eius factus, ad homines infelices peruenit, qui creati fuerunt, vt beatitudine Dei fruerentur.*

1172. Abul. q. 408. Mala ſocietas ſupplicij grande.

Sap cap.

Boet. lib. de conſolat. Homo capax beatitudinis.

TRACTATVS

TRACTATVS XXXVI.

AD MORES,

In Cap. XXV. Matth.

De Chriſto ad iudicium finale veniente.

DIFFICVLTAS VIII.

Ad quid Chriſtus egit de iudicio?

QVÆRETVR, quare cum de Paſſione Chriſti cito agendum erat de maieſtate, qua venturus eſt in die iudicij agitur?

1173. Hieron. cit. in litt. *Aduerſa proſperis medentur.* 1. RESPONSIO fuit Hieronymi in litteraciitati, *Vt gloria triumphantis ſequutura ſcandala paſſionem compenſaret.* Quaſi dicat, fruſtra impij & peccatores opprimere conantur perſequutionibus, & maledictionibus iuſtum, & bonum; quia promiſit Dominus paſſiones, & perſecutiones in gloriam transmutare. Vnde

Oleaſter. in c. 23. Numer. n. 1. *Maledictiones odium, & perſecutiones impiorum convertuntur in gaudia, & benedictiones iuſtis.* interrogat Oleaſter, quare cum Propheta Balaam vellet populo Dei maledicere inter alia hæc dixit, Numer. cap. 23. num. 1. *Ædifica mihi ſeptem altaria?* Et reſpondit, *Vt videamus, quam caſſa, & vana ſint impiarum preces, ac ſacrificia aduerſus pios, & iuſtos; quoniam dum malus Balaam nititur ſuis imprecationibus, & maledictionibus populo Dei nocere; E diuerſo benedicit, & bona precatur.* Audi quid in Pſalmo dicat Sanctus Rex: *Maledicent illi, & tu*

Pſ. 118. 2. 8. *benedices*, Pſalm. 118. num. 8. Quaſi dicat, non videntur pij meliores coram Deo habere, & efficaciores benedictiones quam maledictio-

Cor mœrens indiget reſpiratione. nes impiorum. Ideò poſt paſſionem ſuam Chriſtus quum crudeliter præparabatur ei, dixit Diſcipulis ſuis, quod venturus erat cum maieſtate, & poteſtate ad iudicandum orbem, & quod ipſi coniudices cum ipſo poſt martyria ſua ſedentes in ſolio maieſtatis iudicaturi erant; quia neceſſe eſt tribulationes gloria, & maieſtate compenſare, vt cor reſpiret, & non ſuffocetur. *Rememarare quaſo verborum, maledicent illi, & tu benedices.* Quaſi dicat, parum nocet, vel multum prodeſt maledictiones infligere cui Deus benedixit.

1174. Honcala in Gen. 9. n. 25. Vnde interrogat Doctor quidam, vocatus Honcala in Gen. quare Noe, cum filium ſuum Cham iratus eſſet eum non maledixit, ſed filio ſuo Chanaam, dicens, Geneſ. 9. num. 25. *Maledictus Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, cur non ipſe Cham maledicitur, ſed eius filius. An quia filij maledictio redundat in patrem. An quia filius paternæ iniquitatis fuit imitator?* Reſpondet Honcala, *Ergo Chanaam, quem tradunt paterni ſceleris conſortem fuiſſe, licet id ex libris ſacris apertè non conſtet Dominus execratus iure ſuo puniuit. Sed altera dubitatio mentem pungit: nam potius pater maledici debebat; qui malo exemplo filio præiuerat. Cur igitur à maledictione fuit immunis?* Et reſpondet, *quia benedictus à Domino fuerat, cum exiuit de arca, noluit prudens Pater diuinæ benedictioni maledictionem opponere, neque eum maledictione ferire, quem Deus benedictione cumulauerat.* Quaſi diceret, deſiderabat punitionem tanti ſceleris Noë, & timuit, ne forte, ſi malediceret Cham, pro maledictione ſua benedictionibus augeretur, quia à Domino benedictus fuit, cum de arca omnes exirent, Pater, ſcilicet, Noë, & Cham, & fratres eius. Vnde citatus Pater ait: *Quia benedixerat Deus ipſum Cham cum reliquis egreſſis ab arca, Noe diuinam authoritatem placitumque veritus nequaquam auſus eſt ei maledicere, cui Dominus benedixerat.* Quaſi dicat; tum propter reuerentiam debitam Deo, Pius Pater Noe noluit benedicto à Domino maledicere. Tum vt aduertamus quanti diuina benedictio facienda eſt, quia ſolet maledictiones immutare replendo benedictionibus quibus homines maledicunt. Vnde Chryſoſtomus homil. 29. in Geneſ. *Nolebat*, (id eſt, Noe) *prævaricare benedictione, qua illi pridie facta fuerat. Benedixit enim Deus Noe, quando exiuit ex arca, & filios illius, vt igitur ne videretur maledicere, quem Deus ſemel benedixerat prætereito illo, qui ſe contumelia affecerat filio maledictum intulit.* Quaſi dicat, ſummopere deſiderandæ ſunt benedictiones à Deo, & à Parentibus, quia ſunt quaſi ſcutum, & antidotum contra omnes labores, paſſiones, perſecutioneſque fratrum inimicorum, & medicamina contra triſtitias, & anguſtias, quæ corda opprimunt.

Cui Deus benedixit nō eſt maledicendus. — Holean. cit. — *Propheta, & Sacerdotes à Deo benedicti non ſunt maledicendi etiam mali.* — Holean. cit. *Benedictio Dei pluris æſtimanda.* — Chryſoſt. hom. 29. in Gen. — *Contra labores antidotum eſt benedictio Sacerdotum.*

Vnde interrogat Rupertus in Exod. lib. 1. cap. 5. *Quomodo filij Iſrael laboribus tantis, & perſecutionibus Pharaonis, & Ægyptiorum non perierunt, & conſumpti ſunt calamitatibus, & afflictionibus oppreſſi?* Et reſpondet, *Quia benedictionibus Patriarcharum, ex quibus deſcendebant, repleti erant, & quaſi triticum, quod ſole, & æſtu non areſcit, & ſiccatur, quia in radice habet humorem frigidum, & humidum,* 1175.

Rupertus lib. 1 in Exod. c. 5. *Filij Iſrael quare laboribus non perierunt.*

quo ſuſtentatur. Ita filij Iſrael benedictionibus Iacob nutriebantur; quia pater moribundus, dicit illi, Geneſ. 27. num. 28. *Det tibi Dominus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, & populus Iſrael huius benedictionis virtute ſe porrexit vt in Ægypto non premeretur Pharaonis tormentis.* Verba Ruperti ſunt; *Æſtu laboris operoſa natura, radix non areſcit, ſed potius poſt laborem cibo potuſque ac ſomno auidior fit, fruſtra igitur inuidos pugnabat, præſertim vbi cæli ros, & natura pinguedo, id eſt, Dei, & Patrum benedictio ſterilem Iſrael non ſinebat. Recole: fruſtra igitur inuidia pugnat.* Quaſi dicat; Iudæorum perfidia, qui barathrum paſſionis intentabant contra Chriſtum, fruſtra maieſtatem, & gloriam ipſius ſepelire conati ſunt; quia veniet Iudex viuorum, & mortuorum cum maieſtate magna; & ideò hoc antidoto confortabit Diſcipulorum triſtitiam, quam de auditione paſſionis eius conceperant.

Geneſ. 27. n. 28. Radix tritici ſiccam, & granum conſeruat. Rupert. cit. Barathrum paſſionis Chriſti, non ſepeliunt maieſtatem eius.

1176\. Vnde Ambroſius libr. de Benedict. Patr. cap. 1. *Primum omnium quantam debeamus parentibus referre reuerentiam cum legimus, quia qui benedicebatur à parentibus benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat. Ideo hanc prærogatiuam donauit Deus. Honora Patrem, vt benedicat te. Honoret pius patrem propter gratiam, impius propter Dei timorem.* Quaſi dicat, fructus benedictionis multus, ſed & maledictionis parentum, timendos nimis. Vnde Ambroſius: *Exhortans Parentes: vt non maledicant filiis, ſed potius ſemper benedicant*, ait loco citato. *Et ſi pauper eſt Pater, & ſi non habet diuitiarum copias, quas relinquat filiis; habeat tamen benedictionis hæreditatem, qua ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur, & multo plus eſt beatum, quam diuitem fieri.* Quaſi dicat, qui ſunt à Domino benedicti habent ſcutum contra tribulationes, paſſiones, & labores, & qui diuitiis abundant multoties triſtitia, & doloribus cordis torquentur; iuſti autem, & ſi pauperes, memoria gloriæ futuræ, & Dei iudicantis, & punientis ſcelera iniquorum, & malignorum perſequutorum in ſuis paſſionibus conſolantur, & ideò dixit Diſcipulis hodie, cum venerit filius hominis cum maieſtate, & poteſtate magna, &c. Quaſi dicat, tunc conſolamini, ò vos triſtes, & afflicti nimis; quia tunc vindictam videbitis de ſceleratis, iniquis, peruerſis, ſuperbis, & tyrannis, qui potentes hic ſunt.

Ambroſ. lib. de Benedict. Patr. c. 1. Maledictiones Parentū timendæ. Ambroſ. cit. Patris filiis has ſolas diuitias derelinquat multos benedictionos. Conſolatio miſerorū dies iudicij propter vindictam ſuperborum.

1177\. 2. Responsio Abulenſis citati in littera. *Egit Chriſtus de futuro iudicio, quia multorum corda mutantur timentia iram illius diei.* Vnde interrogat Oleaſter, *Quare Propheta Balaam dixit idololatra Regi Balac*, Numer. 23. num. 21. *Dominus eius*, (id eſt, populi Iſrael,) *cum eo eſt, & clangor victoria Regis in illo*, Vel vt Pagninus legit, *Terror Regis ſecum eſt?* Et reſpondit, *Expende hic, qua ſit cauſa, quare homo non offendit Deum, nempe quia Deum ſecum habet, & terrorem eius.* Quaſi dicat, cum Diuo Hieronymo, *Clangor tubæ iudicij Dei, ſemper ſonat in auribus iuſtorum ſeruorumque Dei.* Et addit Oleaſter, *In plura enim, & grauia peccata cecidiſſent, ſi Deum præſentem non haberent in nube viſibili.* Quaſi dicat, ideò Chriſtus Diſcipulis ſuis dixit, quod tunc videbunt homines filium hominis venientem cum poteſtate, & maieſtate in nubibus cœli ad iudicandum, vt pauidi, & timorati ſemper perſiſterent cogitando in amaritudine animarum ſuarum diem aduentus Domini, de quo Iob. 14. num. 13. dicebat. *Quis mihi tribuat, vt abſcondas me in inferno, donec pertranſeat furor tuus.*

Abulenſ. in littera cit. Corda humana diem iudicij meditantur. Numer. 23. n. 21. Tranſlat. Pagnin. Clangor tubæ iudicij ſonet ſemper in auribus fidelium. Iob. 14 n. 13.

1178\. Vnde Gregorius libr. 13. moral. cap. vltim. *Perpendamus, quanta debemus formidine venturum iudicium ſemper expaueſcere quando, & ille qui à iudice laudatus eſt, adhuc de retributione iudicij, in ſuis vocibus ſecurus non eſt.* Quaſi dicat, quid impij facturi ſunt, cum venientem videbunt iudicem, quem contempſerunt, quantus eos horror inuadet? Quantus timor? quando Sanctus Iob amicus Dei ita timebat? *Senex quidam ex antiquis dixiſſe fertur*, Vt refert Nouatinus libr. 4. Sacrorum electorum, *Si poſſibile eſſet animas interire, id fieret in aduentu iudicis.* Et addit citatus Auctor, *Potuerit Adam ſub foliorum vmbraculis ſe abſcondere, in extremo autem iudicij die omnia velamina auferentur.* Hoc rectè ſtellarum caſus ſignificat, qui illo tempore prædictus futurus. Ait enim Saluator Matth. 4. num. 29. *Stellæ cadent de cælo, nimirum tanquam folia, quibus homo tanquam fructus operiri & ſe tegere nequeat:* Vnde Chryſoſtomus homil. ad Neophitos ait, *Sicut cadunt folia de vite, ſic ſtellæ de cælo cadent; ſicut enim vites cum ſuorum fructibus prægnantur foliorum auxilium neceſſarium, vt protegantur, expoſcunt, cum autem depoſuerint fructum neceſſe eſt, vt foliis denudentur. Sic ſe habet hoc ſæculum quandiu habuerit in ſe humanum genus, tenebit & cælum ſtellas, ſicut & vitis folia.*

S. Gregor. lib. 13. mor. c. cit. Timor diei iudicij ineffabilis. Axioma Patrum [illegible]. Chryſoſt. ad Neoph. Sicut folia de vite cadunt, ſic velamina peccatorum.

1179\. Et Guarricus Abbas ſerm. de Sancto Benedicto: *De impiis qui in die iudicij adſtabunt, ſic loquitur, Domine quo fugient, niſi in tenebras exteriores, in illud chaos, & abyſſum ignis, & caliginis?* Tunc dicent Lucæ 23. num. 30. *Montibus cadite ſuper nos, & collibus operite nos, leuius æſtimantes abſorberi, imagine inferni, quàm ſuſtinere faciem Dei irati.* Quaſi dicat, infernus ipſe præ iſto aſpectu irati iudicis leuamen pœnarum eſſet, ac quoddam doloris lenimen. O vtinam hoc eorum mentibus inſideret, qui iudicis contemptu peccata peccatis inædificant, quouſque breuibus voluptatibus mereantur æterna hæc ſupplicia, iram ſibi theſaurizant in die iræ. O hominum fatuitas, vbi mens, vbi lex, vbi ratio, vbi verborum Chriſti recordatio, tunc videbunt filium hominis venientem cum poteſtate, & maieſtate magna.

Guarr. Abb. ſerm 4. de S. Bened. Impij in die iudicij montibus operiri deſiderabunt. Infelicitas ſumma [illegible] diei [illegible].

***

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, quod Chriſtus apparebit cum maieſtate magna; & cum eo omnes Angeli eius, & ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ?

QVæretur, quare cum tanta apparebit Chriſtus maieſtate & quare ſedebit?

1180. 1. RESPONSIO Remigij, *Maieſta-*
Rhemig. cit. in littera. *tem appellat diuinitatem, quia æqualis eſt Pa-*
tri, & Spiritui Sancto. Quaſi dicat, ibat
Chriſtus (cum hæc dixit) vt per mortem hu-
Qui humiliatus viuit exaltatus moritur. miliaretur, & promittit, & teſtatur, quod
ideo exaltaturus, & venturus erat cum ma-
ieſtate & gloria magna vnde interrogat Olea-
ſter, Propheta impius Balaam, cum inten-
deret maledicere populo Dei in hæc verba
Oleaſt. in Numer. 23. n. 10. prorupit Numerorum 23. *Moriatur anima*
mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea
horum ſimilia? Et reſpondet *volunt homines*
Potentes volunt viuere imperãdo & mori ſicut Sancti. *viuere, vt peccatores & mori vt iuſti. Sed Do-*
minus non conſueuit dare mortem iuſtorum, ni-
ſi iuſtis, ſicut neque mortem impiorum niſi im-
piis. Quaſi dicat, volunt ſuperbi gloriam
huius mundi obtinere, & inceſſanter impera-
re, & nunquam dignitatibus ſatiantur mo-
dis illicitis, & peruerſis mediis conſecutis. Et
in hora mortis clamant dicendo *moriatur ani-*
Tranſl. Pag. *ma mea morte iuſtorum. Et vtinam ego pauper*
quidam laicus, vel Donatus Sancti Franciſci
fuiſſem, & mortem eius haberem. ſic legit Pa-
gninus, *Vtinam eſſet nouiſſimum meum, ſicut*
ipſe, id eſt, *ſicut populus Dei contra quos*
Auguſt. cit. ab Oleaſt. in Num. 23. *clamat.* Auguſtinus citatus ab Oleaſtro in Nu-
mer. 23. *Viuite benè, ne moriamini malè.*
Mors bona quando vita bona præceſſit *Quoniam ſicut non poteſt eſſe mala mors quam*
bona vita præceſſit; ita non poteſt eſſe bona, quam
mala vita anticipauit. Omittimus nunc mira-
cula Dei, & tractamus communem ordinem
Num. 23. n. 10. eius (inquit Oleaſter) Et addit: *Audierunt*
impij dicere, quoniam pretioſa eſt in conſpectu
Domini mors Sanctorum eius. Et quod peſſima ſit
Viuat anima mea iuſtorum & moriatur eodem modo. *mors peccatoris. Et ideo dicere ſolent ſicut Ba-*
laam moriatur anima mea morte iuſtorum, vti-
nam diceret potius viuat anima mea vita iuſto-
rum, quam vt moriatur anima mea morte iu-
ſtorum; quoniam naturali ordine ſequitur mors
bona vitam immaculatam. Et qui humiliati,
& abiecti, alias meritis abundantes, vixerunt,
in morte, & in die iudicij cum Chriſto exalta-
ti, & gloriſicati apparebunt.

1181. Vnde in Reuelationibus Sanctæ Brigittæ
Lib. 2. c. 13. in reu. Sanctæ Brigittæ. lib. 2. capite 13. hæc dicta ſunt ſponſæ Chriſti.
Vere dico tibi, quod humilitatis mea conſidera-
Humilitas opere imitãda, non cogitanda ſolum. *tio ipſa eſt tanquam bonus mantellus calefaciens*
portantes ſe, eos ſcilicet, qui non ſolum eum
portant cogitatione, ſed opere; non enim cale-
facit mantellus corporalis, niſi portetur; nec hu-
militas mea proficit eam cogitantibus niſi pro
modulo ſuo ſtuduerit vnuſquiſque eam imitari.
Quaſi dicat, *potentibus, & in perpetuo pro-*
pter officia & dignitates anhelantes, quid verbis *Dignitates ſenſum currunt.*
prodeſt cogitare humilitatem, & veram mortem
humilium, & abiectorum ſi opere, & execu-
tione neſcitis humiliari & quieſcere à ſollicitu-
dinibus huius ſæculi. Attendite, & videte
quoniam impoſſibile eſt gloriam mundi, & Dei
tenere.

Vnde interrogat Diuus Gregorius lib. 1. Dia- 1182.
log. cap. 2. *Quare cum Eliſeus leuauit pallium* Gregor. lib. 1. Dial. c. 1.
Eliæ, quod ceciderat ei, & cum pallio percuſſiſſet
aquas non ſunt diuiſæ. 4. Regum 2. numero 4. Regum 2. n. 14.
14. Et reſpondit Eliſæus. *Magiſtri pallium*
ferens, atque ad Iordanem veniens percuſſit *Vera humilitas miracula operatur.*
ſemel, & aquas minimè diuiſit; Sed cum di-
ceret, vbi eſt Deus Eliæ etiam nunc; percuſſit
fluuium, Magiſtri pallio, ac iter inter aquas egit
Et addit S. Gregorius *perpendis quantum in ex-* Gregor. cit.
hibendis virtutibus humilitas valet. Tunc exhi- *Nomen humilium veneratur Deus*
bere Magiſtri meritum virtutem potuit, quando
Magiſtri nomen ad memoriam verbo & opere re
duxit. Quaſi dicat, ita Deus honorificatur hu-
miles & vexatos in hoc ſæculo, quod ſolum ad
inuocationem nominis Eliæ, ior, tantiſque la- *Opprobriati adeo in die mortis honorificantur.*
boribus affectus in hoc mundo fluuius diuide-
retur; quia omnis, qui in hoc mundo, oppro-
bria, crucem, & labores propter Chriſtum pa-
titur, non ſolum à Deo honorificatur, & exal-
tabitur ſuper cœlos, ſicut Elias, ſed ad inuo-
cationem nominis eius Deus mirabilia opera-
bitur.

Vnde interrogat B. Rupertus lib. 1. de gloria 1183.
honore filij hominis, *quare famam, & gloriam* B. Rupert. lib. 1 de gloria, & honore filij hominis.
Abrahæ, & Dauidis, ſuper ſtellas Cœli & ſuper
omnes homines exaltauit Deus. Et reſpondit
quia Abraham humilis fuit, & puluerem ſe di-
xit, Geneſ. 18. numero 27. *Et Dauid canis ſe* Geneſ. 18. n. 27.
nomine indigitauerit. 1. Regum 24. numero 1. Reg. 24. n. 13.
13. Sed vnde hunc ſpiritum humilitatis hauſe-
runt vnde tantam famam, & honorem con-
ſequuti ſunt. A naſcituro inquam ex humiliſ- *Humilitas Chriſti Patriarchas exaltauit.*
ſima matre vnigeniti filio; qui dixit, Diſci-
te à me, quia mitis ſum, & humilis corde
& inuenietis requiem animabus, & corpori- Matth. 11.
bus veſtris in extremo iudicio, cum ſedeatis ſu-
per ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael,
quando ſcilicet, veniet Chriſtus cum maieſta-
te magna, & ſedebit cum maieſtate magna.
Verba ſunt Ruperti citati. Denique Pater eius, Rupertus. citat.
id eſt, Chriſti, Abraham, dum Deus cum ipſo,
& ipſe cum Deo ſermocinaretur, & amicus
haberetur, inter cætera dixit, quia ſemel cœ-
pi loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis
& cinis. *Porrò Dauid cum eſſet vnctus Rex* Geneſ. 18. n. 27.
electione Domini, & Saul perſequeretur eum, 1. Reg. 24. n. 13.
quem perſequeris, ait Rex Iſraël, *quem perſe-*
queris? canem mortuum, & pulicem vnum. iam
denique intus docuerat eos Deus inuiſibilis;
qui ex eis naſciturus erat homo viſibilis, mitis *Radix omnium virtutũ humilitas.*
& humilis, ſicut dicturus erat ipſe, *diſcite à me,*
quia mitis ſum, & humilis corde. Quaſi dicat,
Rupertus ex radice præuiſo humilitatis Chriſti,
Abrahám, & Dauid nimis humiliati ſunt &
ideo nomen eorum exaltatum ſuper omnes ge-
nerationes in hoc ſæculo, & in futuro, ſede-
bunt glorioſi in throno maieſtatis Dei.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in lit- 1184.
tera citati: *Aderunt, & omnes Angeli cum* Chryſoſt. in littera cit.
Chriſto, vt oſtentur quantum adminiſtraue-

 rint

rint miſſi à Deo, ad hominum ſalutem. Quaſi dicat, tunc Angeli manifeſtabunt omnibus mirabilia, & virtus, quæ ipſis cuſtodibus iuſti operati ſunt, & in abſcondito mirabilia, quæ fecerunt, fugientes gloriam vanam hominum, vt hæc audientes damnati magis admirentur, & confundantur, dicentes intra ſe: *Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij.* Vnde interrogat Oleaſter, quare cum impius propheta Balaam volebat maledicere populo Dei dixit Balaam idololatra Regi Numer. 23. num. 9. *De ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſiderabo illum?* Et reſpondet, *Admirabilis res valde impiis iuſtus eſt; conſiderans enim ordinem vitæ, morum compoſitionem, virtutes admirantur, confunduntur, ſed non imitantur. Cum audiret ſemel Publicanus Zachæus Chriſti famam, conſcendit,* ait Lucas 19. num. 4. *in arborem ſicomorum, cum enim eſſet ſtatura puſillus, non poterat eum propter turbam videre, & admirabatur. Sic & malus Propheta Balaam montes conſcendit, & ad petrarum verticem reptando aſcendere nititur, vt populum Iſrael videat, quem Dominus benedixerat.* Quaſi dicat, iſtæ ſunt hominum admirationes videndo iuſtum à Deo honoratum quem ante deſpectum habuerunt. Quid videtis poſſumus hæc dicere, quid videtis in Sunamitte hac niſi choros caſtrorum, Cantic. 6. n. 12.

Angeli teſtes virtutum iuſtorum. — Sap. 5. n. 3. — Oleaſter in Numer. 23. n. 9. Tranſlat. Pagnin. — *Impij admirantur, ſed non imitantur virtutes.* — Luc. 19. n. 4. — *Balaam admiratus de Iſrael periit.* — Cant. 6. n. 12.

1185. Expende quæſo, quod ſequitur, *Reuertere, vt intueamur,* quia acutè Oleaſter, ait: *Fugiunt iuſti terga impiis vertentes, imò quod plus eſt, (ſi fieri poſſet) nollent à Deo bona ſua videri. Ita vt poſt eos Dominus currat, & vt reuertantur, adhortatur vt eos videat.* Quaſi dicat, Ita in hoc mundo iuſti timent conſortia malorum, quod fugiunt ab eis, & ſemper terga eis vertunt, ne ab ipſis inuidia, & liuore ferventibus torqueantur. Et ab omni viſu humano fugiunt, vt Iob ait: *Neque aſpiciat me viſus hominum.* Iob 7. num. 8. Imò ſi poſſibile foret ſita in abſcondito, & ſecreta opera virtutum operantur, quod neque Deus illa videret, deſiderant, & currunt fugiendo ab omni viſu. Ita vt ſponſus poſt animum candidum cucurrit dicendo: *Reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Cantic. 6. num. 12. Et ideò hodie Angeli in iudicio deſcendunt cum Chriſto tanquam teſtes mirabilium virtutum quas iuſti operati ſunt in abſcondito timentes ne à vento vano, Aquilonario ſiccarentur.

Oleaſt. in c. 23. Num. cit. — *Societates malorū fugiūt iuſti.* — Iob c. 7. n. 8. — *Deus ſuo modo deſiderat videre abſconditas virtutes iuſtorū.* — *Angeli teſtes qui virtutes iuſtorū oſtentant, & teſtificantur.* — Cant. 6. n. 12.

DIFFICVLTAS X.

Quomodo congregabuntur omnes gentes ante tribunal Chriſti?

QVæretur, quomodo fiet congregatio omnium hominum in illa die?

1186. 1. RESPONSIO Auguſtini in littera citati, *Congregabuntur per miniſterium Angelorum, vt Dauid dixit, congregate illi omnes Sanctos eius.* Quaſi dicat; feſtinanter volabunt Angeli ad obediendum Deo in vtilitatem reſurrectionis corporum hominum, quos indicibiliter diligunt. Vnde interrogo, quare dicitur Iſaiæ 6. num. 2. *Quod Seraphin habeant ſex alas, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, ſed cur tot, cum duæ ſufficere viderentur? An quia multæ alæ nobis neceſſariæ ſunt quibus, & volemus, & nos operaque noſtra humiliter tegamus? Duæ volatui ſufficiunt, ſed tegere ſimul corpus non poſſunt, cum expanduntur. Seraphin imitare, plures alas habeas; vt dum in ſublime euolas te, & tua ab humanis oculis obiactantia, & ſuperbiæ periculum ſubducas hoc. Hoc ad mores. Sed ad quæſitum modo reſpondeo, quatuor, aut ſex alas Angelis, & Seraphin tribui, vt oſtendatur, quam velociſſimè in Dei obſequium moueantur, & quam latantes in miniſterium reſurrectionis corporum Deo obtemperant.*

Auguſtin. in litt. cit. — Pſal 49. n. 5. — *Angeli ad ſepulchra mortuorum feſtinarant latantes.* — Iſ. 6. n. 2. — *Duas alas iuſti habeant ad volandū, & tegendum opera bona.* — *Humilitas Angelorum apparet.*

Perpende quam velociſſimè in tam humile obſequium, quale eſt ſepulchra mortuorum remouere, obtemperant Deo. Vnde Bernardus ſermon. 4. de natiuitate Domini, *Quid eſt, quod ſola ab Angelo commendatur humilitas, fortè ſpecialius commendat Angelus humilitatem, quia ruentibus cæteris per ſuperbiam ceciderunt.* Et addit Mellifluus Doctor, *aut propterea certè cæleſtis annuntiatur humilitas, quod hæc propria virtus diuinæ exhibenda ſit maieſtati.* Quaſi dicant noſtro Hiſpano idiomate, *Los Angeles han hallado la coiuntura, como apta dar a ſu Señor, y ſygaende el humor,* quia humiliauit ſemetipſum, propter quod exaltauit illum Dominus. Vnde Beatus Thomas de Villanueua, explicans verba Pſalmi 96. num. 8. *Et adorent eum omnes Angeli eius,* ait ibi: *Principatus, & poteſtates Cherubin, atque Seraphin, ibi Reges, Paſtores, & iumenta permixti communem Creatorem adorant,* (id eſt, in præſepio,) *nullus contendit alium, nullus ibi dicit, quis es tu? Et quis ſum ego? Sed mirabili concordia Angelici principatus ſuæ celſitudinis, & dignitatis obliti, iumentis aſſociati non dedignantur Dominum ſuum inter Ruſticos adorare.*

1187. Bern. ſer 4. de Natiuit. Dom. — *Felicitas Angelorum in humilitate mōſtratur.* — *Hiſpana locutio.* — Bernard. cit. — B. Thom. de Villanoua in Pſ. 96. n. 8. — *Angeli cum Ruſticis, & animalibus iunguntur.*

Recole *Angelici Principatus ſuæ celſitudinis obliti.* Quaſi dicat; qui verè Deo obedire deſiderant, etiam ſi Angeli ſint, ad ſepulchra mortuorum non dedignantur humiliter adire. Vnde Guarricus Abbas ſerm. 1. de Natiuitate Domini: *Ad mores noſtros,* addit. *Quid enim adhuc ſuperbis terra, & cinis, poſtquam Deus factus eſt humilis? Adhuc tu magnus es in oculis tuis, poſtquam Deus factus eſt humilis? Ille ſemetipſum exinaniuit, vt penéque videretur eſſe nihil, ſine quo factum eſt nihil, & tu in immenſum inflaris, & extolleris, exiſtimans te aliquid eſſe; cum verè ſis nihil.* Quaſi dicat, Deus, & Angeli propter ſuam nimiam charitatem humiliantur, & homo extollitur. Angeli non dedignantur pulueres, & cineres congregare, vt corpora vniantur cum animabus ſuis, & homines quorum ſunt cineres inflantur?

1188. *Obedientia perfecta humiliſſima eſt.* — Guarr. Abb. ſerm. 1. de natiuit. — *Puluis & cinis corporum cauſant humilitatem.*

Eccl 7.n.5. ſtantur ? Memorare igitur nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

1189. Abulenſ. cit. in littera. 2. RESPONSIO Abulenſis in littera citati: *Intentio Chriſti quod nemo ex hominibus fuit, aut erit in humana ſpecie quin ibi congregetur.* Quaſi dicat, tempus accedet, quando ſine differentia perſonarum vnuſquiſque de propriis rationem reddat coram ſecto iudice. Oleaſter. in Num. 23. n. 19. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum fortis, & audax Balac pertinaciter inſtaret, *Principes, & potentes aliū Deum ſibi cogitant ac pauperibus.* vt populum Deus malediceretur à Propheta Balaam? Reſpondit ei, *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis vt mutetur.* Numer. 23. num. 19. Et reſpondet, *arbitrantur potentes impij Deum ſententiam eorum in melius mutaturum; ipſe vero tanquam index iuſtus ſemper in ea permanet, & eam ſemper in deterius mutat, poſtquam videret eos à malis non reſipiſcere; & quia eam mitiorem expectant, ſe iratum experientur; boni è contra, quia terribilem iudicem timent, mitem experiuntur.*

Infelicitas poteſtatum. Quaſi, ô lachrymoſa, & flenda ſanguineis lachrymis infelicitas Principum, & Potentiſſimorum, qui verè, & ineffabiliter putant, quòd Deus alio modo iudicaturus eſt eos ac pauperes, & humiles, quod *Hiſpana locutio.* noſtro Hiſpano ſermone dicitur, *Pienſan los poderoſos y Principes del mundo, que ſade auer vn Dios para ellos, y otro para los demas.* Et fallet eos opinio ſua in die illa tremenda; quia pauperes, & iuſti, qui ſemper Deum iudicem tremendum cogitant, mi- *Marquiones & Principes flendi.* tem experientur: Duces, & Comites, & Marquiones, & Prælati ſupremi è contra; quia Deum mitem, & alium ſibi futurum meditantur, terribilem, & iratum experientur; quia iudex iuſtus eſt, & reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

1190. S. Hieron. ep. 146. Luc. 15. n. 29. Vnde interrogat Hieronymus epiſt. 146. quare tam ingentes querelas frater maior Prodigi illius contra Patrem ſuum prorumpit dicens Lucæ 15. num. 29. *Nunquam dediſti mihi hedum, vt cum amicis meis epularer?* *Fatuus eſt Princeps, qui ſibi differentias in iudicio cogitat.* Et reſpondet, *quia fatuus, & delirus erat exiſtimans, quod quia maior erat alium Deum quam miſer filius pauper, & abiectus filius arrogantor præſumebat.* *Synagoga ſuperba ſola ſibi Deum abdicabat.* *Vnde ſynagogam potentiſſimam, & ſuperbam repræſentabat filius iſte maior, quæ alium ſibi Deum præſumebat, & gentilicum populum tanquam abiectum, & miſerum repellebat.*

1191. *Lætitia ſeruorum Dei cõmunis eſt.* *Sed vide quo iſtius filij maioris, & principalis filij fatuitas prorepſerit, hedum ſibi à Patre dari voluiſſet, cur agnum cur non vitulum? Sed reſponſio eſt, quod impij potentes huc euadunt, vt lætitiæ cauſam, & materiam quærant, à qua interitus, & damnaſſe.* *Hædi reprobos ſignificãt.* Quis enim ignorat hædos à ſiniſtris iudicis in extremo iudicij die ſtatuendos. Hædum Princeps filius quærit, vt vel nolens ſignificet eum, qui Deo neglecto ab eius ſe gaudio exemit, & hominum conſortium quærit, vt epuletur, & gaudeat damnationem ſuam ſibi fabricare ac Hieron. cit. ſupr. quodammodo deglutire. Audiamus Diuum Hieronymum epiſtola citata Iudæis ita dicentem: *Pater quidem, quaſi clemens te hortatur ad vitulum non immolans hedum, quem ſtare ſcit ad ſiniſtram. In vero in fine ſæculi, ipſe tibi es hedum immolaturus Antichriſtum.* *Antichriſtus Deus Iudæorum, & ſuperborum.* Quaſi dicat, ſuperbi Iſraelitæ, & ſequaces ſuperbiæ ipſius, nolite gaudere in creatoris, & multitudine diuitiarum veſtrarum, quærentes gaudia in hædis, qui damnatos repræſentant, neque quæratis idola voluptatum veſtrarum, cum quibus vanas lætitias habetis; quia ſi perſeueraueritis, tandem antichriſto immolaturi eſtis in fine mundi, ſicut modo falſos Deos voluptatum veſtrarum adoratis.

Vnde Philo libr. quod deterior potiori inſidietur, ait: *Opifex eſt Deus boni riſus, gaudij; quia Iſaac non vulgariter genitus, ſed operante Deo credendus eſt: nam ſi riſus Iſaac intelligitur; riſus autem factor eſt Deus.* Quaſi dicat, extra lætitiam egit, qui lætitiam extra Deum quærit, quia Principes, & Poteſtates huius mundi non verè lætantur putantes quod gaudiis, & voluptatibus quibus fruuntur iudicem Chriſtum ita placabilem, & mitem conſequuturi ſunt in die iudicij, ſicut qui hic laboribus vexantur; quia verè gaudere neſcit, qui circa falſum gaudium fatigatur: nam Deus verax, & iuſtus iudex eſt, qui tribuit gaudentibus hic triſtitiam, vt hi qui hic propter eum triſtantur, ingentem lætitiam accipiant, & ideò omnes gentes congregabuntur ante tribunal Chriſti, vt reddat iudex vnicuique ſecundum opera ſua. 1192. Philo libr. quod deterior potiori inſidietur. *Principes huius ſæculi hic rident, ſed poſtea lugebunt.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare ſeparabit Chriſtus bonos à malis, ſicut Paſtor oues ab hædis?

QVæritur, quare erit iſta ſeparatio; & differentia tam ingens vt à dextris ſtent iuſti, reprobi autem à ſiniſtris?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi citati in littera: *Vocat hædos illos propter infructuoſitatem, oues vero propter vtilitatem.* 1193. Chryſoſt. in litt. cit. Quaſi dicat, hædus ſolum eſt fructiferus ad libidinem, quia teſte Hieronymo in littera citato: *Laſciuum animal eſt, & feruens ſemper ad coitum.* *Hædus animal luxurioſum feruens ad coitum.* Quaſi dicat, ita inſolentes, & ſcelerati ſunt aliqui in mundo, quod nihil aliud ab infantia ætatis ſuæ vſque ad horam vltimam mortis tractent, niſi in voluptatibus carnalibus, & hoc diu, noctuque cogitatione, verbo opere, & exemplo iniquo.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuitic. 13. numer. 45. dicitur, *Leproſus veſtimenta habebit ſciſſa, caput eius erit nudum, & labrum operiet, & immundum proclamabit ſe?* Et reſpondet. *Vtinam ſic Reſpublica Chriſtiana, omnis eſſet inſtituta, vt om-* 1194. Oleaſter. in Leuit. 13. n. 45. Tranſlat. Pagnin.

Luxurioſi excitandi à dignitatibus.

nus luxurioſi, enormes, & morboſi maximè qui ſuo contactu alios inficere poſſunt, ſua ſigna deferret. Et ſicut qui aliorum corpora ſua contagione lædere poſſunt, ſic notarentur. Quaſi dicat, cur qui animas aliorum ſuis peccatis maculant, & inficiunt ſuis notis non diſtinguntur. Quis mihi daret, vt homines ſimiles Hædis, qui ſemper feruent ad libidines, non ſolum non admitterentur ad dignitates, ſed punirentur contemptu perpetuo, & opprobriis ſempiternis. Sed proh dolor! quod Principes, & mundi Gubernatores Hædos quærunt, quia animalia laſciua ſunt, & illis fauent, & faciunt participes rerum magnalium. Sed recordentur hi omnes, quando audituri ſunt, *Diſcedite à me maledicti, quia non agnoſco vos.*

Luxurioſi dignitatibus carere debēt.

1195. Olim ſponſi coronabantur quouſque ad nuptias contra libidinem pugnauiſſent, victoréſque extitiſſent, ſicut igitur victoria potiti, coronabantur: Ita & ſponſi, qui impudicitiæ caſtra minimè nouerunt. Vnde Chryſoſtomus homilia 9. in Epiſtola 1. ad Timothæum cap. 3. ait: *Idcirco corona imponuntur capiti, vt victoria ſigna ſint, quod ſcilicet, antea libidini impenetrabiles, ita domum, & cubiculum ingrediuntur, alioquin cuius rei gratia incedat coronatus, qui tam fœda libidini colla ſubdiderit.* Quaſi dicat, non meretur coronas, qui libidinis mancipium factus manus libidini dedit. Dignum diadematis caput, quod luxuriæ iugum excuſſit, meretur ille coronam in triumphi ſignum, qui in caſtitatis pugna victor extitit; qui vero ſicut hædus animal impudicum, & ad coitum perpetuo feruens eſt, omni opprobrio dignus extitit.

Sponſali coronabantur.

Chryſoſt. homil. 9. in ep. 1. ad Tim. c. 3.

Impudici ſine honore.

Hædus animal feruens ad coitum.

1196. *Edgaro cum ob inceſtus crimen pœna loco à Sacerdote impoſitum eſt, vt à geſtando diadema ſeptem annos abſtineret.* Ita refert Fulgoſius libro 1. *Nempe Regio diademate indignus eſt, qui luxuria mancipium ſe fecit.* Et Tertullianus à nobis ſupra citata in Gloſſa ad primum Regum, *Quod de filiis Eli dicit, quod morte, & Sacerdocio priuati fuerunt, quia eorum domus impudens libidini ſeruiebat. Et ſicut hædi ad coitum ſemper feruentes cum mulieribus, quæ ad ſacra veniebant, coibant, aliquando muneribus, & poteſtate vtentes, aliquando vi, & furore furentes.* Honorentur igitur (propter amorem Dei, & ad Regni ſolium euehantur, qui caſtitatem, qui puritatis arma, & pudicitiæ bellum inducunt. Carcere deſtinabatur caſtiſſimus Ioſeph, ſed tandem ad Regnum ſublimatur; illi enim dixit Pharao Geneſ. 41. numero 40. *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Cuius nam virtutis ſuffragio ad tantam dignitatem euehitur? Nonne caſtitatis, & pudicitiæ? pugnauerat, vicerat, illæſus ab impudicæ Dominæ blanditiis abierat, iure igitur ad regnum erigitur. Audiamus Zenonem ſermon. de pudicitia. *Pudicitiæ ſplendore veſtitus poſt calumnioſam damnationem, & liberatus à Deo eſt, & honoratus. Denique Rex iure ſecundus factus eſt regni, qui inſignis Rex erat, iam ante pudoris.* Quaſi dicat, iure regni ſolium tenet caſtitatis cultor. Ideo in die iudicij promittit eis Dominus, quod à dextris eius ſtabunt in ſolio maieſtatis ſuæ.

Edgaro propter inceſtum honore priuatus.

Poteſtas audax ad impudicitiam.

Viri honeſti honorandi.

Ioſeph propter honeſtatem imperauit.

S. Zeno ſer. de pudic.

Pudici à dextris Dei in iudicio.

DIFFICVLTAS XII.

Quare Chriſtus dicet, Venite benedicti Patris mei poſſidete Regnum?

QVæretur, quare Chriſtus prædeſtinatos vocat benedictos?

1197. 1. RESPONSIO Rabbani in litera citati: *Vocantur benedicti, quibus pro bonis meritis debetur æterna benedictio.* Quaſi dicat, qui in terris benedicti ſunt à Domino, etiam in die iudicij propter merita benedictionibus adiuncta vocabuntur benedicti à Patre æterno. Vnde interrogat Oleaſter, *Cur Iacob tam myſterioſis Sacramentis, & occultis modis benedictionem à Patre conſequutus eſt,* vt patet Geneſ. 17 num. 19. *Surge Pater mi;* (dixit Iacob) *ſede & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua?* Et reſpondet; *audis hic quanti faciebat quondam filij Parentum benedictionem?* Quaſi dicat, innumerabiles ſunt effectus benedictionis parentum, quia ſunt quaſi ſemen ad capiendos fructus Patris æterni Dei. Vnde Hugo Victorinus in annotat. in Geneſ. cap. 7. ait: *Apud veteres Patriarchas hanc gratiam collatam fuiſſe eis à Domino, vt qui benediceret filio, ille multiplicabatur etiam in temporalibus ſuper fratres ſuos.*

Rabban. in littera cit.

Benedictionem Parentū plurim habēda.

1198. Interrogat Thodoretus quæſt. vltim. in Deuter. Cur Moyſes Patriarchis benedicens Deuteron. 33. num. 1. *Simeonem prætermiſerit?* Et reſpondit, *Ego enim arbitror eum præcipuum Auctorem fuiſſe ſtructarum in Ioſeph inſidiarum.* Quaſi dicat, non benedixit Simeoni ob ſtructas in Ioſeph inſidias. Abulenſis, & alij cenſent Simeonis tribum non eſſe benedictam à Moyſe: *Quia ſe fornicatione, & idololatria polluerat, & contaminauerat, prorſus benedictione indigna extiterit.*

Theodoret. q. vltim. in Deut. 33 n. 1

Inſidiatores à Deo maledicti.

1199. Iterum interrogat Honcala in Geneſ. 25. *cur Abraham morti proximus non benedixit filio ſuo Iſaac, an quia in benedictionibus Abrahæ à Deo collatis; Iſaac quoque benedictus intelligitur, idcirco vir iuſtus non eſt auſus benedictioni diuinæ humanam addere, an quia de Iſaac naſciturus erat Eſau Deo reprobandus. Et ideo reliquit ipſi ſoli Deo benedictionem, qui bene nouerat alterum aſſumere, alterum relinquere? An quia Iſaac, ex quo in holocauſtum oblatus Deo fuerat benedictionem hæreditate poſſidebat. Neque opus fuit illum noua benedictione conſecrari quia reipſa in Saluatoris typum ſanctum Sacrificium,*

Honcala in Gen. 25.

Benedicti ſunt à Domino, qui ſe Deo ſacrant.

&

& hoſtia viua eſſe meruit? Quaſi dicat, Pater iſte citatus pleniſſimè benedictus eſt, *qui ſe Deo ſacrat, & totus offertur Deo. Et ideo tales qui ſunt benedicti propter ſua merita in die iudicij vocabuntur à Christo benedicti Patris ſui.*

Honçala citat. ſup.

Pſal.113.n.5 Vnde Dauid Pſalmo 113. numero 5. dicit: *benedicti vos à Domino*, Et in Græco legitur *benedicti vos Domino*. Et in Hebræo idem ſonat, *quod à Domino tamen melius ſonat, vt Domino benedicti ſint, qui non ſibi, ſed Domino præparantur.* Et ſic B. Brunus interpretatur dicens *Benedicti vos Domino*, Et addit, *vnde genus benedictionis Domino poſuit, quia ipſe eſt perfecta benedictio non ſibi præparari, ſed Domino, vnde futura beatitudo prouenire poteſt.* Quaſi dicat, qui Domino ſacrantur, pro certo audient in iudicio, *Venite benedicti, poſſidete Regnum.* Et Chryſoſtomus homil. in Pſalm. 113. rectè adiecit, *Domino, ſunt enim etiam qui benedicuntur ab hominibus, ſed ſunt res illorum humana. Hæc eſt autem maximè benedictio: Homines quidem benedicunt*, hoc eſt, *laudant, & celebrant eos quorum magna ſunt opes gloria, & potentia. Sed hæc quidem benedictio & fluxa, & momentanea, quæ etiam quandoque adeſt, nihil omnino affert lucri, Dei autem beneuolentia eſt perpetua & in rebus maximis, præbet vtilitatem.* Quaſi dicat Sanctus, cum Chriſtus dixerit, venite benedicti Patris mei poſſidete regnum, quod vobis paratum eſt. Tunc experientia videbunt differentiam hominum, qui in mundo vocabantur benedicti, propter diuitias, dignitates, potentiam, & vanitatem quæ omnia erant benedictiones momentaneæ, ridiculæ, falſæ & tranſitoriæ, quia in mundo ſolum laudantur, & benedicuntur Prælati Principes, Reges, & potentes. Sed talis benedictio in die iudicij conuertetur in maledictionem æternam, quia audient ſunt tales, *ite maledicti.*

B. Brunus in Pſalm.113.

Felices qui verè Domino ſacrantur.

Chryſoſt. in Homil. Pſ.113.

Potentibus & magnatis Prælatiſque omnes benedicunt.

Sola benedictio Dei eſt æterna.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dixit Chriſtus, eſuriui, & dediſtis mihi manducare?

QVÆRITVR, quare hoc dixit Chriſtus venite, quia dediſtis mihi manducare, ſed addit, eſuriui.

1100. 1. RESPONSIO Abulenſis citati in litera, qui ait, *Quia poterunt dari manducare diuiti, aut abundanti, & apud tales non eſt mereri.* Quaſi dicat, quandocumque expectatur aliqua retributio, vel vanitas vel delectatio, & intuitu huius datur eleemoſyna, quia eſuriunt tales, tunc non eſt meritum, ſed retributio prætextu commodi proprij expectata.

Abul. citat. in littera.

Diuiti aut abundanti dare eleemoſynam non eſt meritoriū.

Vnde interrogat Oleaſter quare Leuitic. 14.

5205. numer. 12 *Præcipiebatur ſi pauper fuerit, accipiet agnum vnum?* Et reſpondet; *quia ſunt multi, qui ſolum ergà ſe, & componendum perſonas & laborare, vel ſeruire renuunt: alij autem ſunt, (quod cæterum eſt) qui ad ludum, & fornicationem, & ad vitia pecunias habent, nihilque ad pauperes, & ad pia opera. Hic vero Deus præcipit, vt quantumcumque ſit pauper offerat agnum Domino.* Quaſi dicat, qui ad nutrienda vitia diues eſt, pauper eſſe non debet, neque his & otioſis & ad ludos aſſiſtentibus, & vitioſis fœminis comitantibus, quamuis eſuriunt, & cibentur à diuitibus, non eſt opus miſericordiæ, quia ſpecies retributionis expectatur.

Oleaſt. in Leuitic.14. n 12.

Tranſl Pag.

Otioſis & volentibus laborare, vel vitioſis pauperibus non ſubueniendū.

Vnde Paulus ad Romanos 12. numero 8. hoc 1505.
perſuadebat, dicens: *Qui retribuit in ſimplicitate, quod quidem bifariam accipio, vno modo, vt retribuat, candidè ad præſtet nec ad retributionem aſpiciat quia eleemoſynam ita facit eſurientibus, quod ſolum candidè Deum remuneratorem aſpiciat.* Diuus Chryſolog. ſermone 9. ait, *Deus arguit largientem tem ad ſuam famam, non ad pauperis famem, vota culpat.* Et Auctor imperfecti operis in Matth. homil 13. in cap. 5 Matth. apud Chryſoſtom. tom. 2. *Qui non ideo facit, vt ab hominibus videatur, & ſi coram hominibus fecerint, tamen non videtur coram hominibus feciſſe.* Sed alij ſunt, qui non alio fine tribuant, quam vt ex donatione quæſtum faciant. De quibus ſcitè Plinius iunior lib. 9 Epiſt. 30 *Volo enim eum qui ſcit vere retribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis. Sed amicis dico pauperibus, non vt iſti qui iis potiſſimum donant, qui donare maximè poſſunt quos viſcat. hamateſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere*, De quibus Martialis lib. 4.

Ad Rom 12. n. 8.

Candidè & ſimpliciter eleemoſyna ſeruanda.

Chryſolog. ſerm.9.

Author. operis imperfect in Matt. homil.13. cap. 5. Matth apud Chryſoſt. tom. 2.

Plin. iun. lib. 9. Epiſt 30.

Homo vel viſco capit qui eſurienti pauperi ſuccurrit intuitu retributionis.

Mart. lib. 4.

Qui potes inſidias dona vocare tua.

Quaſi dicat, aeute hic inſidias, & Plinius *Viſcata, hamataque munera, quia quaſi hamo, aut viſco ad maiora capienda artificioſè & inſidioſè inſtructa ſunt.* Quod expreſſius attingit in litera Abulenſis citatus, referens doctrinam iſtam ex Luca cap. 14 num. 12. *Cum facis prandium, aut cœnam noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, nec vicinos diuites, ne fortè te ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio, Sed cum facis conuiuium voca, pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris.* Vbi Tertullianus libro quarto contra Marcionem de Chriſto loquente. *Et talem doctrinam docente*, ait, *Ad prandium vel ad cœnam quales vocari iubet?* Quales oſtenderat per Iſaiam cap. 58 num. 1. *Confringe panem tuum eſurientis, mendicos, & qui ſine tecto ſunt induc in domum tuam, qui ſcilicet humanitatis iſtius vicem retribuere non poſſunt. Hanc ſi Chriſtus captari vetat in reſurrectione eam repromittens, creatoris eſt forma; cui non placent hamata munera.* Quaſi dicat, qui opus miſericordiæ adimplere cupit, non delectetur expectando retributionem aliquo imaginabili modo in hoc mundo, ſed tantum in die iudicij verba Redemptoris expectet dicentis: *Venite benedicti, eſuriui, & dediſtis mihi manducare.* Vnde Ambroſius lib. 2. officiorum capite 28. *Compatiamur alienis calamitatibus, neceſſitates aliorum quantum poſſumus iuuemus, & plus interdum, quam poſſumus; melius eſt enim pro miſericordia cauſas præſtare, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclementiam.* Quaſi dicat, oportuiſſe Principibus & magnatibus, qui non tam ſibi quam, aliis, non domeſticis ſumptibus, ſed publicis famæ, non diei, ſed æuo, ſiue æternitati viuant.

Abulenſis in litt. cit.

Luc 14. n. 12.

Tertul lib. 4 contra Mar.

Cognatos, & conſanguineos & amicos fugiendos, ſolos pauperes ad conuiuia adducendos.

Ambr. lib 2. offic. cap. 28.

In clementiā fugere omni conatu expedit.

uaut. Vnde Theodoricus Alex. apud Caſſiodorum lib. 3. variar. Epiſtol. 11. *tam regaliter quam ſapienter* dicebat. *Optamus cunctum diem plenum beneficiis noſtris excurrere. Optamus vbique præſtita noſtra radiare, quia in annum viuit, quod munificentia principalis indulſerit.* Quaſi clare verba Redemptoris pronuntiauerit, quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare, venite, poſſidete Regnum æternum. Et

Caſſiod. lib. 3. var. Ep. 11.

ſubdit Caſſiodorus prouocans Reges & Potentes ad ſubueniendos pauperes. *Beneficia ſiquidem ſunt, quæ regna ſublimant, & libertas iugiter poteſt creſcere, ſi ſibi ſubiectos ſtudeas ampliare.* Quaſi dicat, liberalitate beneficiorum Principes Deum imitantur: nam ſi res ſuas, ſi bona; ſi diuitias Princeps amat, ſi illorum complexu delectatur, eaque ſibi retinere cupit non alia ratione, & modo, quam ſi hæc donauerit voti compos euadet. Vnde Agapetus

Reges dando Deum imitantur.

Agapetus Diaconus c. 44.

loquens cum imperatore Iuſtiniano capite quadrageſimo quarto, ait, *Inexhauſta ſunt beneficientiæ opes; nam largiendo adquiruntur, & diſſipando colliguntur, has tuas inſitas animo habens munificentiſſime Imperator largire omnibus affatim petentibus abs te, infinitas enim habebis remunerationes, & quæ remunerationes magis infinita recogitari poſſunt quam illa, quæ prædeſtinatis tribuuntur a Chriſto dicente, poſſidete Regnum Patris mei ab origine mundi, vobis preparatum.*

Inexhauſta ſunt beneficia Regum.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare reprobis Chriſtus dicet, diſcedite à me maledicti, ite in ignem æternum?

QVæretur, quare reprobis non dicitur ite maledicti Patris mei & prædeſtinatis dicitur, Venite benedicti Patris mei.

1204. 1. RESPONSIO Origenis in littera citati, *Quia benedictionis miniſtrator eſt Pater æternus; maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt actor, propter quod Deus maledixit terra; quia ipſa fuit cauſa, & actor fructus prohibiti, de quo Adam comedit, & omnia perdidit.* Vnde interrogat Oleaſter in capit. 3. Geneſ. num. 17. *Quare Deus Adæ dixit, maledicta terra propter te,* ſic legit Pagninus? Et reſpondet. *ad ſerpentem dictum eſt, maledictus tu, homo vero non maledicitur, ſed terra propter eam. Nouerat omnipotens Deus, quod aliquando eſſet naturam aſſumpturus humanam, ideo noluit eam maledicere.* Quaſi dicat; *quia terra actor fuit, & principium operis perditionis, ideo maledixit ei Deus; homini vero, non maledixit, quia fuit principium humana natura, quam ipſe aſſumpturus erat; quia potentior eſt gratia ad indulgendum, quam natura ad peccandum.*

Origen. cit. in littera.

Auctoris mẽs. Quare terra fuit maledicta, quia actior fuit mali operis.

Oleaſt. in c. 3 Gen. n. 17.

Tranſl. Pag.

Propter vnionem hypoſtaſi. dicit natura humana non maledicitur.

Gratia potentior quam natura.

1205. Aliter reſpondet Alcuinus interrog. 10. in Geneſ. interrogando, *Quare Deus non maledixit aquis, & terra maledixit?* Et reſpondit, *Quia de terra fructu contra interdictum mandatum manducauit homo non de aquis bibit.*

Alcuin. interrog. 10. in Genes.

Quaſi dicat, *Quia terra miniſtrauit cibum & veſtitum Adæ; aqua vero non, quia nondum biberat Adam.* Et addit Alcuinus, *vel quia prædeſtinauit Deus in aquis abluere peccatum, quod de fructu terra contraxit homo.* Quaſi dicat, reſpexit Deus aquas Baptiſmi, vbi peccatum originale abluendum erat; & ideo aquis non maledixit, vel hoc fuit, vt ipſe Oleaſter teſtatur, *Vt ab innocente terra diſceremus, qua maledictione illi ferendi ſunt, qui aliorum lapſuri aliquo pacto cooperantur, qui ad peccatum aliorum non ſolum prouocant, ſed & vrgent.* Quaſi dicat, Pater æternus non eſt cauſa maledictionis impiorum, neque reprobis dicet, ite maledicti Patris mei; quia vnuſquiſque eſt auctor maledictionis, vt ſe & alios vrgeat ad peccandum

Ex aquis non bibit Adam ideo non maledictæ.

Legatus Nouar. li. 4 Sac. Elect.

Oleaſt. citat.

Quia alios vrgent ad peccandum ex ſe maledicti.

Eadem ratione terreſtria animalia plus maledictionis habere, idem Alcuinus loco citato dixit, *quam aquatilia, quia plus de maledicta terra viuunt. Hinc factum eſt, vt Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam de piſce manducauerit, non de aliquo animali terreſtri.* Vnde interrogat. 15. ait: *Quare terreſtria animalia plus maledictionis habent, quam aquatilia?* Et reſpondet, *quia plus de maledicta terra viuunt, quam aquatilia.* Et ideo Chriſtus, *poſt reſurrectionem de piſce manducare voluit, non de aliquo animali terreſtri.* Quaſi dicat, eum qui à vitæ prauæ moribus per pœnitentiam reſurrexit, debere non ſolum ab iis abſtinere, quæ peccatum ſapiunt, ſed etiam ab illis, quæ peccatorum memoriam poſſunt ingenerare, & quæ nexum aliquem cum peccatis habent, vt in die iudicij tanquam operator per ſe de peccatis arguatur & Chriſto maledicatur, dicentes, ite maledicti, vt Origenes inſinuat. 1206.

Alcuin. cit.

Aquas Deus non maledixit & quare.

Fauos, & piſces Chriſtus poſt reſurrectionem mãducauit, & quare.

2. RESPONSIO Abulenſis in littera citati. *Dicet iudex, ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo ad augendam pœnam, & tormenta damnatorum, qui tam malo conſortio in ignem æternum commorandi ſunt.* Quaſi dicat, *replebuntur damnati indicibili triſtitia, furore, & ira, cum videant Dæmones gaudentes de pœnis ipſorum, & ignem æternum adminiſtrantes.* Quaſi dicat, impij in hoc, & in futuro ſæculo ſemper in querelas prorumpunt contra Deum, & contra fortunam ſuam, & putant plus puniri quam merentur. 1207.

Abulenſis cit. in litt.

Impij ſemper querelas contra Cœlum prorumpunt.

Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Cain de fratricidio à Deo argueretur, reſpondit iratus & furibundus *Geneſ. 4. numer. 13. Maior eſt punitio mea,* ſic legit Pagninus. Et reſpondit *quemadmodum boni pœnitentis conditio & cogitare peccata punitionem excedere, ita mali ſuperare punitionem mala quæ fecit.* Et addit: *depinxit hic ſcriptura, in Cain impœnitentem hominem, qui primo peccata excuſat, & ſe peccatorem negat. Secundo pœnam inflictam, non ſponte, ſed inuitus ſuſtinet. Tertio ſe plures dare pœnas quam mereatur, conqueritur.* vt patet in damnatis, qui de pœnis inferni conqueruntur, quia Dæmones ignem æternum adminiſtrant. 1208.

Oleaſt. in Gen. 4. n. 13

Tranſl. Pag.

Impœnitentis peccatoris conditiones.

Vnde interrogat Galatinus lib. 3. capite 13. *Quare in mundi creatione ſecunda dies benedictione caruit, nec dixit Deus, quod eſſet bonum, quod in illa produxit?* Et reſpondet his verbis citatis a Nouarino lib. 4. Sacr. Electorum. *Putant aliqui hac die ignem gehennæ, quo peccatores puniendi* 1209.

Galatinus lib. 3. c. 13.

Nouar. lib. 4 Sacr. Elect.

Ignis gehēnæ ſecūda feria creatus, ideo illum talem nō benedixit Deus.
Rabbi Ioſes
Rabbi Raba
Galatin. cit.

punieudi productum. Sic enim habet Rabbi Ioſes apud Galatinum citatus : *Ignis, quem Deus Sanctus, & benedictus in ſecunda Sabbati, id eſt, feria ſecunda creauit, non extinguetur in æternum.* Quaſi dicat, idcirco ſua benedictione caruerit. Quod ex Rabbi. Rabba idem Galatinus confirmat eodem capite. *Traditio,* inquit, *quoque eſt, quod dixerit Rabbi Rabas, quem ipſi Raba vocant. Cur non fuit dictum in ſecunda Sabbati, & vidit Deus quod eſſet bonum; propterea quod in ea creatus eſt ignis gehenna.* Et addit citatus Nouarrous; *In quo illi in æternum cruciandi, qui peccantes, neque pœnitentiam inuentes audituri ſunt, ite maledicti in ignem æternum.* O nimis, & dura acerbaque ſors. Hunc ignem qui amat amet crimina, peccata peccatis inædificet, peritura ſequatur, & momentanea terrenis, & inanibus voluptatibus inhiet, & fallaces dignitates, & diuitias per nefas quærat, neque conqueratur poſtea, quod ignis æterni dæmones adminiſtratores, & tortores ſint; quia ſcriptum eſt, *Quod pugnauit orbis terrarum contra inſenſatos, qui renuunt cogitare diem iudicij.* Et quod Chryſologus dicit, *Saluatoris iniuriam tota ſentiet creatura. Et quid mirum ſi ignis damnatos contemptores Christi vrat.* Vnde aduertant homines, *qui ſic viuunt quaſi mors nulla ſequatur, & veluti infernus fabula vana foret,* Vt Sanctus Brunus dixit, *Quod æternæ felicitatis quietē, qui quærit in temporalibus rebus non quieſcat; ignēſque non morituros qui timet, rerum abeuntium amore non ardeat.*

Infelicitas impiorum nō cogitare ignē inferni.
Sap.c.5.n.21
Chryſolog. ſer de Reſurrect.
S.Brun.cit.

TRACTATVS XXXVII.

AD LITTERAM

In Cap. XXI. Matth.

De Christo eiiciente de templo ementes, & vendentes.

T E X T V S.

10. ET enim intraſſet Ieſus Hieroſolymam commota eſt vniuerſa ciui-
tas dicens, quis eſt hic? 11. Populi autem dicebant: hic eſt Ieſus Pro-
pheta à Nazareth Galilææ. 12. Et intrauit Ieſus in templum Dei,
& eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas
nummulariorum, & Cathedras vendentium columbas euertit. 13. Et
dicit eis, ſcriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis
illam ſpeluncam latronum. 14. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in tem-
plo, & ſanauit eos. 15. Videntes autem Principes Sacerdotum, & ſcribæ mira-
bilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes Hoſanna filio Da-
uid, indignati ſunt. 16. Et dixerunt ei: audis quid iſti dicunt; Ieſus autem
dixit eis, vtique nunquam legiſtis. 17. Quia ex ore infantium, & lactentium
perfeciſti laudem. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibi-
que manſit.

E X P L A N A T I O Litteræ.

1210. *Principium triumphi in deſcenſu mōtis incæpit.*

EXPONITVR principium triumphi quo Christus intrauit Hieroſolymas; & quia inceperat magnitudo laudis circa principium deſcenſus montis Oliueti verſus Ieruſalem, ideò dicitur, cum intraſſet, id eſt, cum à longe viderunt Christum venientem, & intrantem poſtea. Commota eſt vniuerſa ciuitas, Maldonatus inſinuat quod non eſt credendum ſingulos fuiſſe commotos, & addit quod non gaudio, aut admiratione, ſed inuidia. Meo autem videri, omnes commoti ſunt, turba propter affectum; paruuli, & mulieres propter nouitatem Phariſæi, & ſcribæ inuidia, & liuore tanti honoris Christo exhibiti, & omnes moti ſunt propter famam.

Maldonat.
Auctoris mens.
In Euang. Matth.
Fama & nouitas omnes commouet.

1211. Quis eſt hic? Admiratio generat ſtuporem, & inuidia dolorem, quo fracti inimici Christi dicebant, quis eſt hic tanto, & tam inaudito dignus honore, & triumpho? Populi autem dicebant,

Propheta & Doctores, & viri Sancti digni ſunt honore.

Atria templi ingrediebatur omnes.

dicebant, hic eſt Ieſus, Propheta magnus, ideo tali honore dignus eſt. Et intrauit Ieſus in templum, templi nomine intellige atria templi, in quibus licebat Iudæis intrare: nam Sacerdotes in templum ad orationem intrabant, ſed diuerſo loco, & ſegregatim vt fas erat. In atriis templi erat locus cõmodus empturis animalia pro ſacrificiis, vt vniuerſaliter venientibus in Hieruſalem deuotionis cauſa; quia vero multi ex venientibus egentes erant commutatione nummorum inueniebant reſidentes nummularios qui vendebant oues, & boues ſummo pretio. Et hæc Sacerdotes permittebant, quia quæ offerebantur pro ſacrificio numulariis Sacerdotes vendebant, & de longinquo venientes enormiſſimo pretio vendebantur, & tam Sacerdotes quam nummularij contra pauperes, & Rempublicam tractabant.

Sacerdotes tractantes templo Dei eiiciendi. Dubitatio ingens.

1212. Et Cathedras vendentium columbas euertit nunquam capere potui, quomodo vendentes columbas in Cathedris ſedebant: nam quod Maldonatus ait, non quieſcit; ait enim non quales legis Doctores, ſed quales eiuſmodi rerum in foro venditores habere ſolent. Sed in foro columbas vendentes non ſedent in Cathedris. Caietanus. Meminit, (inquit,) *ſpecialiter ſedium, in quibus reſidebant vendentes columbas. Sed quis vnquam vidit ſedere, qui columbas vendunt.* Sed meo videri vult dicere, quòd Sacerdotes auari, & tractantes erant in templo, & in atrio templi habebant Cathedras, vbi Sacerdotes ſedebant, vt viderent, quomodo vendebant ſerui ſui columbas, & oues, & boues, & cætera quæ in ſacrificiis oblata erant ipſis Sacerdotibus, & ipſi vendebant per ſeruos ſuos oblata, ſummo, & enormi pretio, vt iterum offerrentur. Et ſic vocauit Chriſtus templum ſpeluncam latronum; quia clam, & in Cathedris titulo docendi legem ſedebant Sacerdotes ad furandum, & enormi pretio vendendum. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi, & ſanauit eos, vt miraculorum teſtimonio, tunc fidem honorantium confirmaret, & aduerſantes confutaret.

Maldon. cit.

Caietan. in Euang.

Auctoris Sententia.

In atriis templi Sacerdotes Cathedras habebant.

Clam Sacerdotes mercatores erāt.

1213. Videntes autem Principes Sacerdotum, & ſcribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, dicentes: Oſanna filio Dauid indignati *Principes* Sacerdotum, ex miraculis Chriſti, non ſolum eum ſequebantur, & laudabant, ſed indignabantur, & diſſecabantur cordibus ſuis, & dixerunt ei, *Audis quid iſti dicunt.* De auditione examinant Chriſtum, quaſi ex eius confeſſione accuſarent, quod vſurpabat ſibi nomen Meſſiæ: *Ieſus autem dixit eis, vtique nunquam legiſtis, quia ex ore infantium, &c. prudens, & confortatiua, Reſponſio,* inquit Caietanus, *Monſtrando cauſam puerilis dicti non eſſe hominem aliquem procurantem, aut excitantem, ſed Deum implentem antiquas Prophetias.* Sic ex his eorum ſcriptis in Pſalm. 8. verbis confutati ſunt Sacerdotes, & Doctores, & firmata eſt fides credentium, audiendo teſtimonia Prophetarum in vocibus puerorum impleri. Et relictis illis abiit foras, cõfuſis & tacentibus ſcribis, exiuit de templo Chriſtus, & de ciuitate, & fuit hoſpitatus in Caſtellum Bethaniæ, quod quindecim ſtadiis ab Hieroſolymis diſtat, & ibi remanſit vſquequo exiuit ad maiora myſteria operandum.

Doctores ſemper duriores.

Caietan. cit.

Pſal. 8.
Corda miraculis mouentur.

Inimicorum confuſis ingēs victoria.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Et cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam cõmota eſt vniuerſa ciuitas dicens quis eſt hic?

Tranſlatio Vatabli. 2. Et cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam cõmota eſt vniuerſa ciuitas dicens quis eſt hic?

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Quumque fuiſſet ingreſſus Ouriſchlem, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicebantque quis eſt hic?

n. 11. vbi vulgata. Turbæ autem Tranſlatio Vatabli. 4. Turbæ autem dicebant, hic eſt Ieſus ille Propheta à Nazareth Galilææ.

Tranſlatio ex Syriaca. 5. Turbæ vero dicebant; hic eſt Ieſchua Propheta ille ex Nazareth Galilææ.

n. 12. vbi Vulgata. Et intrauit, &c. Tranſlatio Vatabli. 6. Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eiecit omnes vendentes, & ementes.

Tranſlatio ex Syriaca. 7. Et introiuit Ieſchua in templum Dei, eiecitque omnes, qui emebant, & vendebant in templo, & ſubuertit menſas trapezitarum, ſedeſque eorum, qui vendebant columbas.

n. 13. vbi Vulgata. Scriptū eſt, &c. Tranſlatio Vatabli. 8. Domus mea, domus precationis vocabitur: at vos feciſtis illam ſpeluncam latronum.

n. 14. vbi Vulgata. Et acceſſerunt, &c. Tranſlatio ex Syriaca. 9. Et adierunt eum in templo cæci, & claudi, & ſanauit eos.

num.15. 10. Cum vidiſſent Principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes, &c.

Tranſlatio Vatabli. 11. Quum autem vidiſſent Principes Sacerdotum, & Phariſæi miracula quæ fecerat, & pueros, qui clamabant dicentes, Oſchano filio Dauid indignati ſunt.

Tranſlatio ex Syriaca.

num.16. 12. Ex ore infantium concinnaſti laudem.

Tranſlatio Vatabli.

Tranſlatio ex Syriaca. 13. Ex ore puerulorum, & infantium direxiſti laudem.

num.17. 14. Et relictis illis exit de ciuitate Bethaniam, & diuerſatus eſt illic.

Tranſlatio Vatabli.

Tranſlatio ex Syriaca. 15. Porro dereliquit eos, exiitque extra ciuitatem in Bethania, & pernoctauit illic.

DIFFICVLTAS I.

Quomodo vniuerſa ciuitas videndo Chriſtum ingredientem commota eſt?

QVæritur, ſi ſinguli, & omnes ciues Hieruſalem commoti ſunt?

1214. *Lyranus noſter ſua in Gloſſa. Conſules, & Principes ciuitatis ſequuntur plebei. Inuidia creſcit honoribus factis inuido.*

1. RESPONSIO ſit noſtri Lyrani ſua in Gloſſa, qui ait: *Id quod Principes ciuitatis faciunt dicitur facere ciuitas, licet ſinguli de vrbe ad hoc non cooperentur.* Quaſi dicat, commotis magnatibus ciuitatis vniuerſa ciuitas commota eſt. Et quia tanto honore Principes Sacerdotum viderunt, quod recipiebatur Chriſtus indignati ſunt, commoti ſunt, conturbatique ſunt; quia quanto maior reuerentia ei à populo exhibebatur tanto firmior, & maioris auctoritatis erat redargutio facta de eis à Chriſto.

1215. Hieronym. Chryſoſt. Origen. ab Abul. cit. q. 47.

2. RESPONSIO Hieronymi, & Chryſoſtomi, & Origenis citati ab Abulenſi q. 47. qui dicunt, *Quod iſta commotio fuit, quadam admiratio, ex qua moti ſunt ad quærendum de eo quod videbant; quia omnes videntes tale ſpectaculum quo Chriſtus ingrediebatur, & applauſum generalem in admirationem ſtupefacti dicebant, quid hoc eſſet?*

1216. Abul. q. 47. cit. in c. 21. Matth.

Cômotio relationem ad motum corporalem dicit

3. RESPONSIO Abulenſis q. 47. *Iſta commotio nihil aliud fuit, quam concurſus quidam ad videndum Chriſtum introeuntem in vrbem, & quia ad hoc de omnibus locis, in quibus erant Apoſtoli cônuenire in locum, per quem Chriſtus tranſiturus erat, dicitur commoueri.* Quaſi dicat, commotio ad motionem corporalem reducitur, & ferè omnes habitatores ciuitatis audientes ingreſſum Ieſu, commoti ſunt ad eum videndum.

1217. Chryſoſt. ſup. Matth. *Lingua hominum inſtrumenta Deum laudantia.*

4. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Meritò autem commouebantur videntes rem mirabilem, homo laudabatur quaſi Deus, ſed Deus laudabatur in homine.* Et addit, *Puto autem, quod neque ipſi, qui laudabant, ſciebant quid laudabant, ſed ſpiritus ſubito ingreſſus in eos veritatis verba fundebat.*

1218. *Auctoris ment. Commotio cordium fuit plus quam corporum.*

Sed meo videri, (quidquid Abulenſ. citat.) commotio magis fuit cordium inuidorum, quam corporum admirantium; quia ſicut ipſi inuidi Scribæ, & Phariſæi retulerunt dicentes, *Quis eſt hic?* Verba hæc indignationis ſunt, non admirationis, quia benè ſciebant Chriſtum, & vnde eſſet, & cuius filius eſſet, quia contemnentes eum dicebant, *Nonne filius fabri eſt.* Matth. 13. n. 55.

DIFFICVLTAS II.

Quare interrogabant Iudæi dicentes, quis eſt hic?

QVæritur, vtrum ex ignorantia, an ex liuore, & inuidia talis interrogatio facta ſit?

1219. Lyran. ſua in Gloſſa. *Admiratio producit indignationem in malis, & inuidis cordibus. Murmuratio creſcit contra honoratos.*

1. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa, *Quod commotio cordis produxit iſtam interrogationem magnatorum, & Sacerdotum, oſtentans ſuam indignationem, & inuidiam, & ſic dicebant, non eſt hic talis, ac tantus vt honorem tam inauditum mereatur.* Quaſi dicat, iſta interrogatio non fuit facta niſi per modum indignationis, & murmurationis contra honores Chriſto exhibitos.

1220. Abul. q. 44. in cap. 21. Matth. *Cîues, & ruſtici parum de rebus mirabilibus curant.*

2. RESPONSIO Abulenſis q. 44. *Quod illi, qui erant de vrbe non quæſierunt hoc, ſed cum eſſet Hieroſolyma tam grandis ciuitas, fiebat in vrbe quotidianus concurſus gentium nouarum, & iſta non cognoſcentes Ieſum quærere poſſent, quis eſt hic, maximè quia poſt quinque dies erat Paſcha Iudæorum, ad quod feſtum de tota terra Iudæorum illuc conueniebant.* Quaſi dicat, *multi ex oppidorum circumſtantium vicinis Chriſtum, non cognoſcebant cum nunquam illum vidiſſent & interrogabant, videndo triumphum tam ſingularem, & Ieſum introeuntem, quis eſt hic, qui tam celebri pompa ingreditur.*

1221. Caietan. in c. 21. Matth.

3. RESPONSIO Caietani in Euangelia Matth. 21. *Tempus hoc diffinitum erat à Deo eſſe tempus laudis communis in Hieruſalem, & propterea commotionem vniuerſæ ciuitatis ſecundum motum admirationis intelligendum eſſe, explicat Euangeliſta narrando verba eorum admiratiua.* Quaſi dicat, ſicut commotio fuit à Deo inſpirata in bonis cordibus, ſic admiratio de tanto honore inſpirata fuit à Deo, & lætantes dicebant quis eſt hic, cui Deus tantum, ac talem honorem tribuit ſine dubio magnus Propheta eſt; quia ſemper Deus nimis honorificat amicos ſuos. *Optimum cor Deo mirabilia tribuit.*

DIFFICVLTAS III.

Quare Chriſtus primo intrauit in templum?

QVæritur, quare Chriſtus recta tramite cum tanto honore ad templum iuit?

1222. *Chryſoſt. in Matth. In proſperis Deo danda gloria, & honor.*

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Quia hoc erat proprium boni filij ad domum currere Patris, vt illi honorem redderet, & tu imitator Chriſti, cum ingreſſus fueris aliquam ciuitatem, primo ad Eccleſiam curras; hoc enim erat boni medici, vt ingreſſus ad infirmam ciuitatem ſaluandam primum ad originem paſſionis intenderet: nam ſicut de templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit.* Quaſi dicat, Chriſtus primò ad templum ſe contulit honoratus, vt ſoli Deo honoré, & gloriá diſceremus dare: ſecundò, vt ſanaret, vt optimus medicus, Sacerdotes, inuidos, auaros, & liuore plenos: *Nam ſi Sacerdotes integri, & perfecti fuerint tota eccleſia floret ſi autem prophanauerint tota fides marcida eſt*, Et addit Chryſoſtomus ad mores. *Sicut enim cum videris arborem pallentibus folijs intelligis; quia vitiũ habet in radice, ſic cũ videris populum indiſciplinatum ſine dubio cognoſce, quia Sacerdotiũ eius non eſt ſanũ.*

Chriſtus Medicus animarum: ſacerdotes curare deſiderans in templũ abiit. Sacerdotes radix virtutis vel mali.

1223. *Abul q. 61. Conſtantia contra improbos miniſtros.*

2. Responsio Abulenſis quæſt. 61. in Matth. *Primo intrauit in templum propter turbas, & Sacerdotes, ſcilicet, vt viderent turbæ, quæ cum Chriſto ibant, quomodo conſtanter reſpondebat Pontificibus, & Phariſæis, qui indignati fuerunt, quia Chriſtus laudabatur a pueris.* Quaſi dicat, vt fides populi confirmaretur audiendo propheticum ſermonem in laudem Chriſti, & propter Sacerdotes, quia non haberent excuſationem de peccato; ſiquidem Dauid prophetauerat ea ore infantium tales honores, & laudes Chriſto.

Fides confirmatur Scriptura Sacra.

1224. *Auctoris mens. Poteſtas ad glorificandum Deum debet oſtendi.*

3. Responsio *In templum, Chriſtus primum intrauit, vt videret populus, quod ipſe ſe talem oſtendebat, qualem ipſi eum laudabant. nam Meſſiam eum dicebant, & à Deo miſſum, vel in nomine Domini; ideò voluit præſente toto populo oſtendere, quod in nomine Domini veniebat, & quòd curam habebat de his, quæ ad Deum pertinebant, & quod curam habebat de his, quæ ad Deum pertinebant; quia poteſtatẽ exercebat eiiciendo mirabiliter eos, qui in templo negotiabantur.* Quaſi dicamus, poteſtas honorem Regi tribuit, ideò Chriſtus ſuam poteſtatem in templo oſtendit, vt Patri æterno honorem redderet.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Chriſtus euertit menſas nummulariorum de templo, & cathedras vendentium columbas?

QVæritur, quare menſas nummularias euertit Chriſtus in templo?

1225. *Chryſoſt. ſup. Matth. Imago Dei in templo adoranda.*

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Ideo menſas euertit, quod ſignificat in templo Dei non debere eſſe niſi nummos ſpirituales, qui Dei habent imagines, non qui portant imaginem terrenam.*

1226. *Abul q. 71. Sacerdotes Cathedras fecerunt in atrio templi lucri cauſa.*

2. Responsio Abulenſis quæſt. 71. *Menſas euertit vendentium, & ementium ad tollendum vitia de templo: nam non erat iuſtum talia permittere, & quia nemo talia emendabat, aut puniebat. Sed potius Sacerdotes, qui deberent corrigere, faciebant iſta, cum homines de familia eorum ad lucra rapienda de mandato Sacerdotum iſta facerent.* Quaſi dicat, quod nos in expoſitione litteræ tractamus, quod Sacerdotes lucri cauſâ Cathedras in portico templi fecerunt, vt ea quæ offerebantur ad ſacrificia, venderentur enormiſſimo pretio ipſis ſuper Cathedras approbantes. Propter hoc Chriſtus zelo Dei dicitur, euertit menſas tam lucrantium, quàm vendentium.

3. Responsio Hilarij in Catena citati: *Iuxta ſimplicem enim intelligentiam columbæ non erant in Cathedris, ſed in caueis, niſi fortè columbarum inſtitutores ſedebant in Cathedris, quod abſurdum eſt; quia in Cathedris Magiſtrorum magis dignitas iudicatur, quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris.* Quaſi dicat, quotieſcumque ſacra, & verba diuina turpis lucri cauſa fiunt, & abſque Charitatis menſura, ipſa ſacra prophanantur, & vilipendiuntur. 1227.

Hilar. in caten. cit. Sermones de pane lucrando vilipenduntur.

4. Responsio Hieronymi in Catena citati: *Mihi autem inter omnia ſigna, quæ fecit Dominus, hoc videtur eſſe mirabilius, quia vnus homo in illo tempore contemptibilis in tantum, vt poſtea crucifigeretur ſcribis, & Phariſæis contra ſe ſæuientibus, & videntibus lucra ſua deſtrui potuerit ad vnius flagella verbera tantam eiicere multitudinem. Igneum enim quiddam, atque ſydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas fulgebat in facie.* Quaſi dicat, contra imperium poteſtatum ſæcularium, & eccleſiaſticorum peruerſorum adirere, prehendere, & palam remouere pecunias illicitas, ſola Dei poteſtas, & maieſtas, quæ de facie Chriſti fulgebat, erat ſufficiens. 1228.

Hieron. in Catena cit. De facie Chriſti ſplendor diuinitatis exibat. Contra Poteſtates ad prædicandum contra potentes Dei poteſtas neceſſaria.

DIFFICVLTAS V.

Quare Chriſtus dixit, quod domus Dei facta ſpelunca latronum?

QVæritur, quare dixit Dominus Sacerdotibus, quod domus Patris ſui erat facta ſpelunca latronum?

1. Responsio Hieronymi in Catena citati: *Latro enim eſt, & templum Dei in latronum conuertit ſpeluncam, qui lucra de Religione ſectatur.* Quaſi dicat, titulo virtutis, & Religionis lucrari, & ſacra emere, & vendere, nil aliud eſt quam ſpeluncam latronum Eccleſiam Dei facere. 1229.

Hieron. in Catena cit. Titulo deuotionis furari impium eſt.

2. Responsio Lyrani ſuã in Gloſſa: *Fecerunt templum ſpeluncam latronum, quia non curabant de cultu Dei, ſed magis de excoriatione populi per aſtutias exquiſitas.* Quaſi dicat, omnis fraudatio ſub prætextu cultus diuini ſiue per mendicitas fraudes, & modos indicibiles furari dicitur, & qui hoc faciunt templum Dei, & domos in quibus habitant ſpeluncam faciunt latronum. 1230.

Lyranus ſua in Gloſſa. In diuinos qui fraudes facit impie furatur.

3. Responsio Abulenſis quæſt. 77. *Poteſt vocari ſpelunca latronum, quia eſt locus, vbi ſpolia quæ rapiuntur, congregantur; hoc autem fecerunt Sacerdotes de templo, quia in templo rapiebant, & ibi congregabant, quia animalia, &* 1231.

Abul. q. 77. Titulo ſacrificandi cogere vt emant, & vendantur furtum eſt.

cætera

cætera venalia, de quibus lucra indebita faciebant pro templo, volebant vt ibi ſacrificia de illis facerent. Quaſi dicat, quia olim volebant rapere, & titulo ſacrificandi cogebant emere, & vendere, ideò templum ſpeluncam latronum faciebant.

1232. Hilar. cit. in Catena 2. Cor. 6. n. 10. *Auaritia corda corrũpit Sacerdotũ.*

4. Responsio Hilarij in Catena citat. *Obſerua quod propter auaritiam Sacerdotum altaria Dei nummulariorum menſas appellauit Quod autem de eccleſiis diximus, vnuſquiſque de ſe intelligat.* Dicit enim Apoſtolus, *Vos eſtis templum Dei, non ſit ergo in domo pectoris veſtri negotiatio, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Ieſus iratus, & rigidus, & non aliter mundet templum ſuum, niſi flagello adhibito vt de ſpelunca latronum domum faciat orationis.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare Chriſtus reſpondit calumniatoribus ex ore infantium, & lactentium, &c.

QVæritur, ad quid Chriſtus teſtimonium Dauid attulit ad interrogationem?

Chryſoſt. ſup Matth. *Reſpondere debemus inimicis cum cautela.*

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Moderata fuit, non dixit quod ſcribæ audire cupiebant, benefaciunt pueri, vt mihi teſtimonium perhibeant: nec rurſum, errant pueri, debetis ætati ignoſcere, ſed profert exemplum de octauo Pſalmo, vt tacente Domino teſtimonium ſcripturarum puerorum dicta firmaret, Vnde ſequitur: vtique nunquam legiſtis ex ore infantium, &c,*

1233. Abul q. 91. *Inimicis omnimodè ſatisfaciendũ eſt.*

2. Responsio Abulenſis quæſt. 91. *Hoc reſpondit Chriſtus ad faciendum ſolidum reſponſum ſuum: nam Iudæi tantam auctoritatem præſtabant ſacris litteris, quod plus eis credebant, quam quibuſdam rationibus, vel ſuaſionibus; putabant enim totum bonum eſſe in ſcripturis* Ioan. 5. num. 19. *Scrutamini ſcripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere. Et quia auctoritas ſacræ Scripturæ erat confirmare laudes puerorum, allegauit illam, & ita allegauit aliam ad eiectionem venditorum de templo, & ita cum allegata eſſet ſcriptura, nihil illi reſponderunt.*

Ioan 5. n. 19. *Auctoritas Sacræ Scripturæ pluris æſtimanda.*

1234. *Auctoramenti.* Pſal. 8. n. 3. *Superbos Doctores vincere ſcientia, & Sacra Scriptura ingens victoria.* Luc 5. Matth. 23. n. 2. Aggæi 2. n. 12. Malach. 2. n. 7. *Docti fama & opinione non ſcientia multi.*

3. Responsio Auctoritatem Pſalm. 8. profert Chriſtus, vt Sacerdotes, & ſcribas præſumptuoſos, & vanos, ſuperbos, & inflatos confunderet, & ſicut idiotæ cognoſcerentur à populo: nam ſcribæ ſunt Doctores legis, quos aliquando Euangeliſtæ legis Doctores vocant, vt patet Lucæ 5. & vocantur Scribæ, *Quia cæteris prædicabant legem ſcriptam digito Dei*, & Matth. 23. num 2. patet, *Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi. Ad Sacerdotes autem pertinebat cognitio legis*, vt patet Aggæi 2. num. 12. *Interroga Sacerdotes legem*, & Malach. 2. num. 7. dicitur, *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius exquirent.* Quia ergo hæc ignorare quæ in Pſalmis ſcripta erant, erat magna confuſio, & reprehenſio illorum, ita per modum redargutionis dixit Chriſtus, nunquam legiſtis, &c.

id eſt, legere debuiſtis Pſalmos, ſed eſtis docti. Quaſi diceret, nomine tenus. De hoc latius ad mores.

1235. Chryſoſt. in homil.

4. Responsio Chryſoſtomi in Homil. *Hoc autem, & typus gentium erat, & Apoſtolis non parua conſolatio, vt enim non anguſtiarentur, qualiter idiotæ exiſtentes poſſent prædicare, præuenientes pueri eorum eiecerunt timorem; quoniam, ſcilicet dabit eis ſermonem qui has laudes cantare poſſint.* Quaſi dicat, multa fecit Chriſtus hac reſponſione; nam confudit ſuperbos doctos, & indoctos Diſcipulos idiotas confortauit: nam ſicut poſtea contigit dedit illis *Deus ſpiritum, cui non poterant doctiſſimi, contradicere, & ipſe Chriſtus compleuit ſicut promiſerat, cum dixit; Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Matth. 10. n. 11. Et addit Chryſoſtomus: *Hoc etiam miraculum ſignificat, quod Chriſtus conditor erat naturæ, quia pueri ſignificatiua loquebantur, & Prophetis conſona; ſcribæ autem inſipientia, & inſania plena.*

Conſolatio idiotarum ſanctorũ quia ſcientiã Dei breuiter ſcire poſſunt.

Matth. 10. n. 11. Chryſoſt. ſup. cit.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Chriſtus relictis illis abiit foras extra ciuitatem?

QVæritur, quare Ieſus confutatis maledictis exiit extra ciuitatem?

1236. Chryſoſt. ſuper Matt. *Inuidis non ſatisfaciendum, ſed fugiendum.*

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Malum hominem melius tacendo poteſt aliquis vincere, quam reſpondendo, quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur. Et ideò Dominus recedendo compeſcere ſtuduit, quos reſpondendo non compeſcuit, ideo dicitur, & relictis illis.* Quaſi dicat, malitia inuidorum non ſapientia, & ratione conuincitur, ſed irritatur magis. Et ita qui liuore pleni ſunt nunquam eſt ſatisfaciendum, ſed fugere debemus eorum conſortia, & loquutiones.

1237. Abul. q. 95.

2. Responsio eſt Abulenſis quæſt. 95. *Foras exiuit, quia in vrbe non inueniebat hoſpitium; cum enim iam ſero eſſet poſtquam Chriſtus fecerat in templo omnia quæ facturus erat, circumſpexit, ſi quis eſſet, qui eum inuitaret ad cœnam, vel ad hoſpitium, & nemo fuit, ideò iuit extra ciuitatem.* Sic dicitur Marc. 11. n. 11. *Et introiuit Hieroſolymam in templum, & circumſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora exiuit in Bethaniam.* Quaſi dicat, tam indignati permanſerunt Scribæ, & Phariſæi reſponſis, & actionibus Chriſti circa euerſionem nummulariorum, quod timore ipſorum nemo auſus fuit inuitare Chriſtum, & ita extra ciuitatem abiit.

Marc. c. 11. n. 11. *Crudelitas humana pro beneficiis acceptis iram oſtentare in corde. Timor parumlorũ ingens.*

1238. *Auctoris Sententia. Vltimũ ſupplicium peccãtes relinquere Deus.* Ioann. 8. n. 21.

3. Responsio meo videri, extra ciuitatem abiit Chriſtus, quaſi diffinitiuam ſententiam contra impios pronuncians, quia nullum iam ingens ſupplicium excogitari, & timere debet peccator, quàm vt à Deo relinquatur. Propter quod iterum dixit eis, *Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini*, Ioan. 8. num. 21. quod eſt vltimum ſupplicium iræ Dei.

1239. 4. Responsio Hieronymi in Catena citati, qui ait: *Hinc autem intelligendum eſt, quod Dominus tanta fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus fuit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem nullam inueniret manſionem, ſed in vico paruulo apud Lazarum, ſororeſque eius habitaret.* Quaſi dicat, ita verum eſt, quod Chryſologus aſſeuerat, *Quod à palatiis eliminat adulatio veritatem.* Quod ſi quis contra adulatores prædicet, & veritates claré pronunciet, non ſolum non inueniet hoſpitalitatem, & benefactores, ſed lapides, & flagella contra eum iacere non ceſſant.

Hieronym. in Catena cit.
Adulationes fugientes non inueniũt vbi requieſcant.
Chryſolog. ſupr. cit.

5. Responsio fuit Abulenſis quæſt. 95. *Contigit Chriſto hoc ad inſtruendum nos circa viciſſitudines rerum mundanarum, ne turbemur, cum interdum, iuxta proſpera graues accidant moleſtiæ; quia talis eſt rerum conditio, vt dicit Salomon quod riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* Quaſi dicat, Chriſto tantus honor delatus eſt, & poſtea tanta inopia, & neceſſitate fuit circumdatus, vt nemo cibum, neque hoſpitium ei dare auſus eſt, & erat iam veſpera, vt Matth. 11. ait, vt nos non deficiamus animo quando ex proſperis ad ſummam paupertatem pertingamus. 1240.

Abul. q. 95.
Viciſſitudinis vibratio nõ debet terrere nos.
Prou 14. n. 13.
Matth. 11.

TRACTATVS XXXVIII.

AD MORES,

In Cap. XXI. Matth.

De Chriſto eiiciente de templo ementes, & vendentes.

DIFFICVLTAS VIII.

Quomodo intelligatur, quod ciuitas commota ſit?

Qværitvr, an omnes habitatores Hieruſalem Chriſto ingrediente commoti ſint?

1241. 1. Responsio fuit Lyrani citati in littera: *Quando conſiliarij, & potentes ciuitatis conturbantur, dicitur, quod tota ciuitas commota eſt.* Quaſi dicat, valdè timenda eſt hominum gubernatio, quia commotis capitibus contra Prælatum, Barbara progenies, quæ neſcit habere modum commouetur, & ſequitur maiores.

Lyran. cit.
Conſules ſequuntur populi.

1242. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer. 20. num. 3. *Congregati ſunt contra Moyſem, & Aaron omnis populus?* Et reſpondit, *quia magni periculi eſt indomitæ præeſſe multitudini; ſi enim proprium commodum in munere quæris, indignus eo eſt. Si autem non quærat hæc frequenter patienda ſunt incommoda.* Quaſi dicat; audiant hæc ambitiuſi, & attendant, quod ſi munus ſuum, & officium benè exercuerint ſtatim commouetur contra eum vniuerſa ciuitas. Si autem indignus eſt officio, & latam viam oſtendit ſubditis, aduertere debet, quod ſuis pedibus ad viam latam, quæ ducit ad perditionem animæ ſuæ feſtinat.

Oleaſter. in Num. c. 20. n. 3.
Tranſlat. Pagnin.
Prælati qui latam viam ſubditis præſtant ſine dubio peribunt.

1243. Vnde interrogat Auguſtinus, *Quare commota ſunt decem tribus contra Regem Roboam dicentes, quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai?* 3. Reg. 12. num. 16. Et reſpondit; *Deteſtanda, & abominanda opinio eſt, qua Deum cuiuſcumque malæ voluntatis actionis credit auctorem, cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt.* Quaſi dicat, quia ſcriptum eſt Pſalm. 24. n. 10. *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Ideò pro certo Prælati attendant, quod ſi iuſtitiam ſeruauerint Deus fauebit illis; ſi vero relaxationes, & malignitates permiſerint à potenti manu Dei deſtruentur.* Et Ambroſius lib. 2. officiorum cap. 18. *Egregiè viros alicui præſidentes muneri commendat (hic locus) iuſtitia. Et è contra deſtruit iniquitas, atque impugnat.* Et Theodoretus citatus in Gloſſa: *Quando enim Deus aliquem in dignitate conſtitutum dereliquit fertur tanquam ſcapha abſque gubernatore. Sed tamen Roboam, ſtultus verbis vtens effecit, vt impleretur Dei ſententia?* Et Auguſtin. lib. de gratia, & lib. arbitr. cap. 21. *quis non iſta diuina contremiſcat, quibus agit in cordibus etiam malorum hominum quidquid vult reddens eis, tamen ſecundum merita eorum. Roboam reſpuit conſilia ſeniorum. Vnde hoc niſi propria voluntate. Sed hinc ab eo receſſerunt decem tribus, & alium ſibi Regem conſtituerunt, vt irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum eſſe prædixerat.* Quaſi dicat, Rex Roboam ſolum ſibi & amicis ſuis iunioribus placere ſtudebat, & voluntatem Dei tenuebat facere; *Ideò tot mala illi ſuperuenerunt, & Deus eum dereliquit.* Quod ſi contra faceret contra omnes eius aduerſitates pro eo pugnaret.

Aug. in Gl. ad cap. 12. 3. Reg. n. 16.
Tom. 7. ad articulos ſibi falſo impoſitos.
Pſ. 24. n. 10.
Prælati remiſſi à Deo eiiciuntur.
Ambr. lib. 2. offic. c. 18.
Theod. cit. in Gloſſa
Scapha ſimilis Prælatus inſipiens.
Aug. lib. de grat. & lib. arbitr.
Propria voluntas fugienda.

Vnde Rabbanus in Gloſſa citatus, *Roboam de domo Dauid fuit, ſed in via eius non ambulauit, fecit enim Iuda,* (ſcriptura teſte,) *malum coram Domino, & irritauerunt eum ſuper omnibus,* 1244.

Rabbanus in Gloſſa.

Principes, & Regia proſapia.

omnibus, quæ fecerāt patres eorū, feceruntq; omnes abominationes gētium. Quaſi dicat, quamuis Roboam erat ex Regali Dauid proſapia; tamē ipſe nō zelauit gloriam, & honorē Dei, ſed permiſit ſuis omiſſionibus innumerabiles abominationes, quas Deus puniuit, commotionem, & rebelliones excitando contra eum. Et addit Rabbanus. *Roboam ergo ſignificat malos Paſtores, qui terrenis cupiditatibus dediti, & delectantes in multitudine obſequentium ſibi non quotidianam habent ſolicitudinem ſibi commiſſorum.* Quaſi dicat, *Roboam interpretatur latitudo populi, quia tales ſpatioſam, & latam viam gradiuntur, quæ ducit ad mortem multos, relictoque Sanctorum Patrum conſilio, quorum dicta exempla ad celſitudinem tendunt, illis obtemperant, qui iuuenilibus deſideriis mancipati laudibus iniquis, & adulationibus eos grauant, quibus comminabatur ſapientia dicens*, Eccleſ. cap. 10. num. 16. *Væ tibi terra cuius Rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt panem. Et è contra beata terra cuius Rex eſt nobilis, & cuius Principes veſcuntur in tempore.* Quaſi dicat, timeant ambitioſi, & vitioſi Reges, & ſuperiores qui viam latam, & ſpatioſam permittunt ſubditis; quia propter talem negligentiam dabit illis Deus ſpiritum vertiginis, ita vt in reprobum ſenſum cadant, & petitiones, & gabellas inſuperabiles ſubditis imponant, vt populi, & regna commoueantur contra eos, ſicut ſcribæ hodie fecerunt, qui contra Christum commouerunt vniuerſam plebem, eo quod multoties contra illos prædicauit, & abominationes eorum reprehendit, neque propter hoc ſupplicium fugerunt; imò Deum concitauerunt, & poſt aliquod tempus miſit Tito, & Veſpaſiano, qui non reliquit lapidem ſuper lapidem in Hieruſalem; quia ita Deus contra iniquos promotores, & rebelles iram ſuam oſtentat, vt in Roboam patet, vt hinc difficultas gubernandi, vt Oleaſter dixit; quia ſi contra Moyſem commotus eſt populus, quia benè gubernabat contra malos, & remiſſos Prælatos Deus permittit etiam commotiones fieri.

Prolati remiſſi puniti.

Antiquorum religio obſeruanda.

Rex vitioſus & puer infelix.

Iuſto Dei iudicio Regna commouentur.

A Tito & Veſpaſiano Hieroſalem deuaſtata.

Oleaſt.cit.

1245.
Auctoris Sententia

2. Responsio *Commotio magis fuit cordium inuidorum quam corporum; quia inuidi Phariſæi videntes talem applauſum, & honorem Chriſto exhibitum, commota quippe erant contra eum viſcera eorum.* Quaſi dicat, cum laudare Deum deberent, ſicut cæteri, qui clamabant: *Oſana, benedictus qui venit*, tunc propter inuidiam admirabantur, quare laudes ſimiles illis nunquam exhibitæ fuiſſent. Vnde interrogat Oleaſter, quare Rachel admirata de fœcunditate Liæ dicitur, Geneſ. 30. num. 1. *Quod inuidit ſorori ſuæ?* Et reſpondet, *quia periculoſa res eſt habere apud te cui poſſis inuidere neque enim ſancta Rachael ſorori inuidebat, quod haberet filios, ſed dolebat, quod non haberet ea ſimiliter ſicut ſoror.* Quaſi dicat, *inuidi idiotæ, & peruerſi, nihil ita torquentur quam videre Magiſtros, doctos, & litteris plenos apud ſe honoratos, & in ſupremis collocatos, & non admirantur de ſua ſterilitate in bonis, ſed de fecunditate aliorum admirantur, & torquentur, & ſicut Phariſæi ciuitatem, & communitatem contra honoratos commouent.*

Inuidus videndo alios honorari triſtatur.

Rachaël inuidia torquebatur.

Idiotæ ſterilitas fecunditate aliorum torquentur.

1246. Vnde interrogat Theodoretus quæſt. 41. quare 3. Reg. 13. num. 4. dicitur: *Ieroboam manus exaruit quam extenderat contra Prophetam, nec valuit eam retrahere ad ſe?* Et reſpondet, *quia ſceleratiſſimus Rex, cum oporteret eum admirari miraculum, & timere Deum, qui miſerat Prophetam extenſa manu iuſſit, apprehendi Prophetam, ſed manus mortua manſit muſculis, & neruis extenſis; & id quidem, quod accidit altari non ſtupeſcit.* Sed id quod valde manui accidit cum autem eſſet valdè ſtultus, & iucundus ſupplex rogauit Prophetam, vt peteret non ſceleris remiſſionem, ſed manus curationem.

Thodoret. q.42.
3 Reg 13. n.4.
Reges cum admirari deberent indignantur contra Prædicatores.

1247.
Liuor, & inuidia lacerat viſcera inuidorum.

Expende, *Cum oporteret eum admirari miraculum.* Quaſi dicat, ita ſceleratiſſimi inuidi torquentur bonis alienis, quod etiamſi videant miracula quis patrare non mirantur, magis de ſuo liuore curant quam de gloria Dei, ſicut Phariſæi, qui audientes pueros Sacram Scripturam in laudem Chriſti pronuntiantes, & triumphum in auditum egredientem, plus admiratio produxit inuidiam, & commotionem populi contra Chriſtum, quàm laudes cum cæteris pronuntiare. Vnde addit Theodoretus. *Oſtendit autem, & Propheta manſuetudinem, & Deus clementiam: nam petiit, & dedit Deus medelam.* Quaſi dicat, id in figura Chriſto contigit, quia cum conturbati inimici contra Chriſtum commouerent ciuitatem liuore tremati Deus medelam ex Pſalmo 8. *Dedit illis, vt quieſcerent, & crederent ſi vellent, ſalui fierent.*

Manſuetudo vincit Reges.

1248.
Lyran ſua in Gloſſa.

Vnde Lyranus ſua in Gloſſa ad cap. 13. 3. Reg. num. 4. ad mores, ait: *Per hoc oſtenditur obſtinatio peccantium, qui ad verba Prædicatorum non conteruntur, & quod peius eſt eos aliquando perſequuntur, & tamen iſti in neceſſitate corporali poſiti preces illorum requirunt, quos ante perſecuti fuerant. Quod ſignificatur*, quod dicitur in textu 3. Reg. 13. *Deprecare faciem Domini Dei; quod non eſt denegandum ſecundum doctrinam Chriſti*, Matth. 5. *orate pro perſequentibus vos.* Vnde Ioſephus lib. 8. cap. 8 *Dum ſtaret feſtiuitas volens inuidia plenus Ieroboam eam in Bethel ita agere, ſicut duæ tribus celebrabant ante vitulum ædificauit altare, & ipſe Pontifex factus hoſtias, & holocauſta coram omnibus populis oblaturus venit ad eum ex Hieroſolymis Propheta Domini.* Quaſi dicat, inuidia, & liuore plenus Rex Ieroboam Sacerdotale munus vſurpauit, & falſo idolo ſacrificauit, & contra Prophetam Dei manum leuauit, ſed Dei iuſtitia punitus, quaſi ſtultus petiuit non ſceleris remiſſionem, ſed manus curationem.

3.Reg.13. n.4.
Impij potius Prædicatores apprehendūt, & in exitium mittunt.
3. Reg. 13. n.4.
Ioſeph.lib.8. ant.c.8.
Inuidia vſque ad ſacrilegia & idololatriam ſucceſſit.

1249.
Ambroſ.lib. 2 de Virgin.
Oratio petiti eſt.

Vnde Ambroſius lib. de Virginibus: *Ieroboam dextera quam extendit, aruit neque ſua ei, quæ inuocabat idola profuerunt, deinde conuerſus ad Dominum rogauit veniam ſtatimque manus, quæ aruerat ſacrilegia perpetrans ſanata eſt religione.* Et addit Ambroſius: *tam maturum in vno, & miſericordia diuina, & indignationis exemplum extitit.* Quaſi dicat, neque admiratus eſt Rex, & conuerſus videns, quod ſacrificanti ſubitò dextera adimeretur, & pœnitenti venia daretur. Neque hodie potentes Reges admirantur de miraculis, quæ Deus cum ipſis impœnitentibus, & renuentibus medelam facit; imo plus contra prædicantes indignantur,

Ambroſ.cit.

Reges contra medelā peccatorum dātes indignātur.

dignantor, ſicut Phariſæi contra Chriſtum commouentur, quia ingredientem cum maieſtate, & pompa reſpexerunt, & pueros clamantes audierunt, & quod plus illos extorſit, quia menſas nummulariorum euertit, & cupiditatem, & auaritiam eorum reprehendit, ex quo commotio cordium eorum magis quam corporum proceſſit.

Cupiditas malum, & virus ſemper.

DIFFICVLTAS IX.

Quare Phariſæi interrogabant, quis eſt hic?

QVæretur, quomodo poſſent Phariſæi ignorare, & interrogare dicentes, quis eſt hic?

1250. 1. RESPONSIO fuit Lyrani in littera citati, qui ait: *Quod commotio cordium iſtam interrogationem produxit, quia liuore repleti inimici contemnentes Chriſtum dicebant, quis eſt hic, cui tantus honor exhibetur.* Quaſi dicat, inuidia velum eſt animæ, quo corda inuidorum occupantur, ita vt ipſum, quem vident non cognoſcant, quia liuore excæcati ſunt. Vnde interrogat Oleaſter, quare Pagninus legit Geneſ. 37. num. 6. ſic: *Seminauit Ioſeph ſomnium, & addiderunt eum amplius odire?* Et reſpondit, *quia ſolet Dominus inuidos torquere bonis ſemniatis, & affliguntur bonis, quibus non vident, ſed inuident.* Quaſi dicat, non ſat fuit Deo Ioſeph facere ampliori dolcedine dignum, ſed oſtendit fratribus eum præponendum in regno, & hac conſideratione torquebantur, & velamine inuidiæ corda velata eũ magnum Principem conſiderabant. Quare elaborandum eſt, inquit Oleaſter, ne ſis inuidus, quoniam non ſolum bona, ſed mala alterum tibi in bona vertentur, vt illis inuideas, & torquearis.

Lyranus in litt. cit. — *Inuidus conturbatur audiendo honores ſæculi.* — *Oleaſter. in Geneſ. 37. n. 6.* — *Inuidia excæcat corda, & velamen ſuper eis apponit.*

1251. Vnde interrogat Chryſoſtomus in Pſal. 3. in Gloſſa citata: *Quare leo immanis, & crudelis interfecit Prophetam Domini in via profectumque cadauer eius in itinere leo cuſtodiebat*, vt dicitur 3. Reg. 13. n. 8. Et reſpondit, *Quia erat mendacij fuligine attractus, & leo eum non cognouit, ſi Prophetam vidiſſet, vt Danielem eum honoraſſet.* Quaſi dicat, fefellit, eum falſus Propheta inuidia, & liuore cæcatus, & comedit panem, & bibit aquam in domo eius; ideò leo eum dilaniauit: quia captus fuit hamo inuidiæ, & ſic tanquam alienum eum leo inuaſit. Et addit Chryſoſtomus: *Dominum mentitus eſt, & ſeruus negauit Dominum.* Vnde Eucherius in gloſſa explicans verba illa 3. Reg. 13. n. 28. *Et leo ſtabat iuxta cadauer eius*, ait: *qui enim occidendi habuit poteſtatem, de occiſi cadauere comedendi licentiam non accepit; quia is cuius culpa in vita fuerat punita, erat iam iuſtus ex morte.* Quaſi dicat, velo liuoris falſi prophetæ vir Dei captus eſt, & propter talem culpam à leone occiſus, ſed iam mortuus, vbi inuidia extinguitur inimicorum à Deo honoratus fuit, & à leone ſeruatus in cuſtodiamque poſitus, & eius fortitudine cuſtoditus.

Chryſoſt. in Pſalm. 3. in Gloſſa citat. — *Hamus inuidia omnes Iucidos capit.*

1252. Vnde Theodoretus quæſt. 42. citat in Gloſſ. *Diſcimus ex hac narratione, quod potentes potenter examinabuntur, non enim oportebat Prophetam, qui diuinam vocem audierat, credere inuido dicenti contrarium, ſed expectare, vt qui iuſſerat, ſolueret, quod iuſſerat fieri.* Quaſi dicat, Deus honorauit Prophetam poſt deceſſum: nam occiſorem ei induxit cuſtodem, hac quidem ratione honorans, vt Prophetam, illa vero puniens tanquam tranſgreſſorem, & eos qui nunc ſunt terreos, vt ne parua quidem Dei mandata deſpiciamus, quia liuor talis eſt conditionis, vt à paruulis, quos in inuidia occidit, incipiat, & ita honoribus excæcantur corda eorum, quod non quieſcunt vſquequo in manibus leonum inuidum dilaniatum, & occiſum relinquant, vt in Phariſæis patet, qui Chriſtum, & parentes eius agnoſcentes, quia hodie honoratum, & acclamatum audierunt, & viderunt interrogabant, differati inuidia, quis eſt hic? Neque quieuerunt vſque quo clamauerunt dicentes ante Pilatum, crucifige, crucifige, etiam Præſide cognoſcente quod per inuidiam tradidiſſent eum.

Theodor. quæſt. 42. in Gloſſa. — *In minimis Deo obedire.* — *Iuſtorū mortuorum leones cuſtodes ſunt.* — *Inuidus fera peſſima, quæ deuorat innocentes.* — *Matth. c. 27. n. 18.*

1253. 2. RESPONSIO Caietani citati in littera: *Tempus hoc laudis diffinitum erat à Deo, ideò vniuerſa ciuitas commota eſt, laudans Chriſtum, & dicens, quis eſt hic tam excelſus?* Quaſi dicat, *etiam inuitis potentibus, & Regibus paruuli lactentes doctrinam veritatis contra potentiam iſtam clamauerunt.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Numer. cap. 21. num. 2. dicitur: *Si tradideris populum iſtum in manu mea delebo vrbes eorum?* Et reſpondet, *quia ſunt multi, qui iniqua ducti pietate, vel ſua propria commoditate, timent in impios potentes ſæuire, putantes ad pietatem pertinere neminem caſtigare, neque reprehendere; quantum vero placeat Deo vindicta malorum: præmium datum hic Iſraelitis argumento eſt, quibus pro ſolo voto delendi impios datur impiorum poſſeſſio.* Quaſi dicat: diſcant Reges, & iudices, & omnes quorum intereſt mala vendicare ac aduertere, maximum ſe obſequium præſtare Deo, ſi impia geſta vindicent. Diſcant & timidi Prædicatores in Reges, & potentes ſæuire, cum ſcandala ſcatent, & Rempublicam perire cernunt, & Dauid recordentur dicentis Pſal. 100. n. 8. *In matutino interficiebam omnes operantes iniquitatem.* Vel vt legit ex Pagnino Oleaſter. *Singulo mane ſuccidebam impios terræ, vt exterminarem omnes operarios iniquitatis.*

Caietan. cit. in litt. — *Contra potentes etiā paruuli prædicabunt Deo ſauente.* — *Timidi profeſſ. & Prædicatores Deo odibiles.* — *Vindicare iudices mala magnum meritum conſequuntur.* — *Prædicatores timidi nil valent.* — *Pſ. 100. n. 8.*

1254. Vnde interrogat Ambroſius lib. de Naboth capite 12. in Gloſſa citati: quare cum Rex impius Achab dixiſſet Eliæ 3. Reg. 18. num. 18. *Tu ne es ille, qui conturbas Iſraël?* Elias reſpondit, *non ego turbaui Iſrael, ſed tu.* Et reſpondit, *Rex erat, & Rex Samariæ Achab. Elias pauper, & indigens pane, cui victus defeciſſet ſubſtantia, niſi corui alimoniam miniſtraſſent: adeò vere deiecta erat conſcientia peccatoris, vt regalis potentia faſtu attolleretur. Itaque quaſi vilis & degener inueniſti me*, inquit, *inimicus meus deprehendiſti in me, quæ latere putabam. Nulla mentis meæ occulta te fallunt, inueniſti me, patent tibi vulnera mea, captiuitas preſto eſt.* Quaſi dicat, cum Clemente Romano lib. 2. conſt. cap. 12. *Non accipies perſonam in redarguendo peccata quemadmodum Elias, & Michæas redarguebant Achab.* Et Lyranus ſua in Gloſſa:

Ambroſ. lib. de Naboth cap. 12 in Gloſſ. cit. — *Elias exemplum Prædicatorum.* — *Impij rebelles clare reprehendendi.* — *Lyranus ſua in Gloſſa.*

Prædicator non debet ceſſare à reprehenſione.

gloſſa. *Per hoc autem patet, quod Elias propter obſtinationem Achab; & populi eius à reprehenſione neceſſariè, de terra receſſit; poſtea verò per afflictionem ſummæ intellectum dato ipſi Achab, & eius populo redijt, & increpationem reſumpſit & tunc eius verbum effectum habuit.* Quaſi dicat, etiam inuitis potentibus veritas prædicanda eſt quamuis commoueatur vniuerſa ciuitas contra prædicatorem dicendo, quis eſt hic? in opprobrium, & vituperium; quia iuſti, & amici Dei exaltando illum Deo gratias agunt dicentes quis eſt hic, qui tam excellens, vel zelo Dei repletus verba loquitur.

In auditorio verbi Dei nunquam bonum aliquod deficit.

DIFFICVLTAS X.

Quare Chriſtus primo intrauit in templum?

QVæritur, quare poſt tantum honorem receptum ſtatim Chriſtus ad templum abiit?

1255. 1. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati; *Quia boni medici eſt ad originem infirmitatis intendere, & quia ſicut de templo omne malum procedit.* Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 29. num. 7. *Accipies oleum Vnctionis, & fundes ſuper caput eius, & vnges eum?* Et reſpondit: *Diſce Sacerdos Domini eſſe miſericors, quoniam ad hoc iuberis inungi, imò erubeſce eſſe crudelis miniſter & ſeruus, cuius Dominus tantâ miſericordia abundat.* Quaſi dicat, quomodo vocabitur Sacerdos Chriſti fidelis, qui crudelis eſt, & ſine pietate in fratres ſuos? Et addit Oleaſter, *admonere hic videtur Dominus quàm bona fama debent eſſe Sacerdotes, vt bonus odor eorum nares Domini pertingat, antequam ipſi in conſpectu eius appareant; ad hoc enim vnguntur, vt non ſuum fœtorem, ſed Domini ad nares eius præmittant.* Quaſi dicat, Chriſtus, vt verus medicus Sacerdotes peſte infectos lucri, & auaritiæ fœtorem receperat, & ideo celeriter ad curandum eos, in templum abiit. Et ſi neceſſarium eſſet pro eis in ſacrificium, Patri immolaturus; quia lex iubebat offerre pro peccatis Sacerdotum iuuencum, vt ex munere diſcamus quam grauia ſunt peccata Sacerdotum quia quanto peccata erant grauiora, tanto pretioſiori victima expiabantur.

Chryſoſt. in littera citat. Oleaſter in Exod. 29. num. 7. Tranſl. Pag.

Sacerdotes non crudeles. Oleaſt. citat. Sacerdotes famæ optimæ eſſe debent.

Peccata Sacerdotū grauiora.

1256. Vnde præponderans Gloſſa mala quæ à malis Sacerdotibus dimanant; interrogat, *Quis eſſet ille Propheta ſenex, qui habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij ſui &, narrauerunt ei omnia, quæ fecerat vir Dei cum Ieroboam*, vt dicitur 3. Reg. 13. Et reſpondit, *iſte erat Pſeudo-Propheta princeps Sacerdotum, & valde à Rege colebatur tanquam diuinus; timens autem ne per ſermonem viri Dei Rex à cultura idolorum recederet, & ſe tanquam maleficum interficeret excogitauit, vt virum Dei deciperet ſatis aſtute agens, vt dum tranſgrederetur præceptum Dei, illius iram incurreret, ſicut poſtea fecit, cum magis homini, quam Deo credidit, ac per hoc monſtraretur eſſe falſa, quæ prædixit, ſicque Regi perſuadere poſſent.* Quaſi dicat, hæc eſt conſuetudo aulicorum Sacerdotum, qui à latere Regis ſunt; quando concionatorem magnum timent, & eius doctrinam, & zelum pertimeſcunt ſatis acutè agentes impiè loquuntur de prædicatoribus, vt per ſermonem illorum Rex à peccatis non recedat, & illi contingat ſicut Ieroboam contigit, de quo dicitur 3. Reg. 13. n. 33. *Audiens autem Rex Ieroboam euentum, putauit irrita, quæ vir Dei dixerat, & non declinauit à via ſua mala.*

Gloſſ. ordin. in c. 13. lib. 3 Reg.

Pſeudo-Prophetæ & impij Sacerdotes aulici Regis decipiunt.

Propheta ſtultorum Sacerdotum inſipientes infamare.

3. Reg. 13. n. 33.

1257. Vnde Gregorius in Gloſſa citata ponderans ſententiam mortis quam malus Propheta viro Dei notificauit, ait: *Bene autem ore eius ſententiam mortis accepit, cuius reductione à vitæ præceptis deuiauit, & inde pœnam veraciter admiſit.* Quaſi dicat, iuſto Dei iudicio in ſententiam mortis æternæ cadunt, qui impiis Sacerdotibus, & remiſſis confeſſoribus credunt, qui quæ ſunt neceſſaria animæ ſuæ non dicunt, ſed propter proprios progreſſus, & dignitates tacent; impius & crudelis medicus eſt, qui medelam ad infirmitatem tacere deſiderat, ne fortè infirmo potio amara diſpliceat, ideo Chriſtus vt verus medicus abiit primo; quia ibi impij ſcribæ, & ſacerdotes exiſtebant, ex quibus omnia mala Reipublicæ dimanabant.

Gregor. in gloſſ. citata. Pœna & culpa correlatiua.

Prædicatores & confeſſores remiſſi propter commoditates proprias maledicti.

1258. 2. RESPONSIO Abulenſis in littera citati. *primo in templum abiit, vt viderent turba, quomodo conſtanter* reſpondebat Pontificibus & Phariſæis, *qui indignati fuerunt; quia Chriſtus laudabatur à pueris.* Quaſi dicat, grauiter puniendi ſunt mali Sacerdotes inuidi, & ſanguinarij, & honorum, & dignitatum nimis ſoliciti, & ambitioſi, & digni vt à Chriſto grauiter reprehendantur, & confundantur.

Abulenſis cit. in litt. Ambitioſi Sacerdotes nimis puniendi.

1259. Vnde interrogat Oleaſter, Exod. 29. num. 20. *Quare in Vnctione Sacerdotum præcipiebantur hæc, capies de ſanguine arietis, & pones ſuper fibram auris Aaron & filiorum eius dextram, & ſuper pollicem manus eorum dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri?* ſic legit Pagninus. Et reſpondit; *Quid ſibi vult Domine Deus huiuſmodi linitionis auris & pollicis pedis, & dexteræ manus. Nihil aliud niſi ſacerdotes admonere daturos ſe pœnas ſanguinis, ſi ambitioſiores, & negligentiores eſſent in audiendis mandatis eius.* Quaſi dicat: *vnguntur Sacerdotes debent ſe Deo ſacrare, & greſſus ſuos in opera miſericordiæ dirigere, & manus eorum ſanguine Chriſti lauare, non muneribus pretioſis replere, vt ſupremas dignitates conſequamur; quia per ſimiles Sacerdotes populus Dei conturbatur, & vt eos confutet, & confundat ad fidem ſuam confirmandam Chriſtus primo in templum ingreditur.*

Oleaſter in Exod. 29. n. 20. Tranſl. Pag. Pedes ambitioſi non ceſſant ambulare ad ſua.

Ambitioſi Sacerdotes conturbant communitatem.

1260. Vnde interrogat Theodoretus, quare 3. Regum 22. num. 20. *Quis decipiet Achab Regem Iſrael, ſicut exigebant eius merita vt interlinealis adnotauit*, & Spiritus Sathanæ reſpondit, *Ego decipiam illum, quia ingrediar, & ero ſpiritus mendax omnium Prophetarum eius.* Et dixit Dominus, *decipies, & præualebis, egredere & fac ita?* Et reſpondet. *Hæc eſt proſopopeia, ſeu fictio perſonæ quæ docet diuinam permiſſionem; non enim verus Dominus & Magiſter veritatis iuſſit, vt deciperetur Achab.* Quaſi dicat, *per hæc docuit Propheta; quod ſpiritus deceptionis impiis*

Theodoret. in gloſſa ad c. 22. Reg. 3. n. 20. Interlineal.

Per malos miniſtros dæmon Deo permittente impium decipit.

hominibus vtens tanquam inſtrumentis falſo promittit victoriam. Hoc autem Deo promittente, nam cum prohibere poſſet non prohibuit; quoniam indignus erat Achab, cuius Deus curam gereret. Ad cuius effectum malis miniſtris, & Sacerdotibus quaſi inſtrumentis falſis aptis vſus eſt ad Regem decipiendum. Vnde Iuſtinus Martyr in Gloſſa citata: *Saulem indegnum indicauit Deus, qui per ſuos præſignificaret, quæ ipſi euentura eſſent. quemadmodum fecit, & Achab Regi Iſraelitarum, qui non credidit veritati, ſed falſis prophetis, quam ob cauſam miſit ei Deus falſum ſpiritum, qui credidit, & deceptus abiit in Ramoth. Vnde viuus non rediit.* Quaſi dicat, nullum inſtrumentum efficacius ad fallaciam, quàm malus Sacerdos.

Saul & Achab per malos miniſtros decepti.

1261. Et Auguſtinus lib. 2. ad Simplic. quæſt. 664. *De ſpiritu mendacij, per quem deceptus eſt Achab, intelligamus Deum, ſcilicet, omnipotentē, & iuſtū diſtributorem pœnarum, præmiorumque pro meritis, non ſolum bonis, & Sanctis miniſtris vti ad opera congrua, ſed etiam malis ad opera digna; cum illi pro ſua peruerſitate nocere appetant; ſinantur autem tantum, quantum ille iudicat; quoniam omnia in menſura, & pondere, & numero diſponit.* Quaſi dicat, permittit Deus Dæmonibus, vt inſtrumenta efficacia ad effectum vindictæ Dei aſſumant, & Dæmones vt aſtutiores, & callidiores omnibus, malos Sacerdotes eligunt vt populos decipiant.

Aug. lib. 2. ad Simplic. q. 664.

Dæmones calidiores eligunt Sacerdotes ad decipiendum.

1262. Vnde Ioſephus lib. 8. antiquit. cap. 14. *De Sacerdote iniquo Sedechia ait: Sedechias quidam falſus Propheta, accedens ad Regem ait: non eſſe reſpiciendum Michæam, quia nihil diceret veritatis. Cognoſcetis, (inquit,) repentè ſi vera ſunt, quæ dicit iſte, aut ſi poteſt Spiritus Sancti habere virtutem; caſus enim palmis à me vocatæ manui, ſicut Iaddam dexteram Regis Ieroboam aridam fecit, dum eum comprehendere voluiſſet, cumque percuſſiſſet Michæam, & nihil fuiſſet paſſus, confortatus Achab in ſemetipſo contra Regem Syrorum iniuit exercitum, & ibi occiſus fuit.* Quaſi dicat, Ambitioſus, & adulator Sacerdos coram Rege omni periculo, ſine timore Dei ſe exponit, ſicut fecit Sedechias. Sed Deus qui tacet, & conſentire videtur, citò vterque Rex, & malus Sacerdos pœnas ſoluere viſi ſunt: nam Sanctus Michæas, neque propter alapam, & opprobria accepta à prædicatione verbi Dei ceſſauit: nam cum impius Sacerdos: *Sedecias percuſſiſſet Michæam in maxillam*, num. 24. ille ait, 3. Reg. 22. num. 25. *Viſurus es in die illa, quando ingredieris de cubiculo intra cubiculum, & abſcondaris.* Quaſi dicat, teſte Lyrano, *Non ſolum Rex peribit in prælio de Ramoth Galaad. Sed & tu viſurus es, cum fugias, vt abſcondaris à filio Achab Principe, quia ipſe quæſiuit, Sedechiam malum Sacerdotem ad interficiendum, eo quod Rex Achab de eius cōſilio iuerat in Ramoth Galaad ad prœliandum, vbi occiſus fuit.* Ideò Chriſtus, vt verus Propheta Michæas non timet coram Scribis, & Phariſæis veritatem prædicare, etiamſi iterum, atque iterum illum opprobriauerunt, & lapidibus eum obruere conati ſunt, ſed fruſtra, *Quia impij ſemper meditati ſunt inania.*

Ioſeph. lib. 8. ant. c. 14.

Aſtutia Diabolica Sacerdotis ambitioſi.

Adulatores coram Rege omni periculoſè exponūt.

Prædicatores veri etiam opprobriati non ceſſant à prædicatione Dei.

Lyranus ſua in Gloſſa.

Adulatores malis morte pereunt.

Prædicator opprobriatus perfectus Prædicator.

Pſ. 2. n. 1.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Chriſtus euertit menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas?

QVæretur, quare Chriſtus talem punitionem fecit in templo?

1263. 1. RESPONSIO ſit Abulenſis citat. in littera, *Menſas euertit ementium, & vendentium, ad tollendum vitia de templo; quia non erat iuſtum talia permitti, & quia nemo talia emendabat.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuitic. 17. num. 15. *Præcipiebat Deus Sacerdotibus, quod ſacrificia ordinarent?* Et reſpondit, *quia nil turbatum incompoſitum, aut inordinatum vult in ſuo templo Dominus, vt nos doceat, quam compoſitos, honeſtos, & ordinatos coram ſe apparere nos velit.* Quaſi dicat, cum Apoſtolo, *Omnia in vobis ſecundum ordinem fiant.* Sed veh nobis, ſi Chriſtus in carne paſſibili hodie intraret in templis noſtris, & mores, & mulieres incompoſitas videret quid faceret? Sed quid non faceret? Vnde Albertus Magnus, *Venit Chriſtus, in templum; quia ſicut bonus Prælatus per viſitationem propriam inquiſiuit, & non diſſimulauit, & in hoc formam viſitationis dedit*, Pſalm. 58. num. 6. *Intende ad viſitandas omnes gentes, non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.* Quaſi dicat: timeant potentes, & miniſtri iudicium Dei, propter ſuas negligentias permittentes, & non vigilantes ſuper enormes irreuerentias, quæ in templo Dei, vbi Chriſtus Sacramentatus aſſiſtit, operantur.

Abul. cit. in littera.

Oleaſter in Leuit. 17. n. 15.

Indecentias templi exercētes iudices emendāt.

Viſitare templa debet Prælatus bonus.

1. Cor. 14. n. 40.

Alb. Mag.

Pſ. 58. n. 6.

Omiſſiones Prælatorum punienda nimis.

1264. Vnde Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel cap. 4. *Chriſtus de templo eiiciebat nummularios; quia ipſe volebat intrare.* Quaſi dicat, cum Chriſtus templum ingreditur, & adeſt, ſtatim omne genus peccati eiiciendum eſt; quia Deus, & peccatum ſimul ſtare non poſſunt. Sed veh illis, qui tot tantáſque abominationes in templis Dei permittunt, neque timere debent veri zelatores honoris Dei, & templorum eius, quia quamuis euertant menſas nummulariorum, & cœtus impudicarum locutionum ſeparent, Deus defendet illos.

S. Ambroſ. lib. de Cain, & Abel.

Deus & peccatum ſtare non poſſunt.

Zelatores domus Dei ne timeant.

1265. Vnde interrogat Ambroſius in Lucam cap. 9. *Quare Elias contra nuntios, Regis miſſos iratus dixit; ſi homo Dei ego ſum deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te.* 4. Reg. 2. num. 10. Et reſpondet. *Quia Dei zelo erat ductus, & quemadmodum Diſcipuli geſtientes ignem ſuper Samariam deſcendere ſciebant Phinees reputatum fuiſſe ad iuſtitiam, quia ſacrilegos interemerat, ita preces Eliæ ignem de cœlo deſcendiſſe, vt Propheta vindicaretur iniuria.* Quaſi dicat, ſatis ſequeſter Deus eſt, & vltor illorum qui zelatores ſunt templi, & honoris Dei.

Ambroſ. in Luc. c. 9.

4. Reg. 2. n. 10.

Phinees templum Dei zeloos famoſum factum eſt.

1266. Vnde S. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 1. ad 4. citat. in Gloſſa: *Iniuria quæ infertur perſonæ alicui, quandocunque redundat in Deum, & in Eccleſiam, tunc debet aliquis propriam iniuriam vlciſci ſicut patet de Elia, qui fecit ignem deſcendere ſuper eos, qui venerant ad ignem capiendum.*

S. Thom. 2. 2. q. 108. art. 1. ad 4.

Quaſi

Facientes & conſentientes eadē puniendi pœna.

Quaſi dicat, contra templa Dei violantes, & in eis ſcandalizantes à Deo ſummis precibus iuſtam vindictam de cœlo poſſumus impetrare, & contra conſentientes, quia facientes, & conſentientes eadem pœna puniuntur. Et Theodoretus

Theodoret. q.4. in gloſſ.

quæſt. 4. in Gloſſa citat. *Qui Prophetam accuſant crudelitatis aduerſum Deum Propheta linguam mouent: ipſe enim immiſit ignem; oportet enim ſcire ius diuina prouidentia, & quod iuſtè punit peccatores, & beneficio afficit ſuos cultores, & zelatores.* Quaſi dicat, non timeant murmurantes, neque blaſphemantes, qui domum Dei zelant, & eiiciunt de ea vendentes, & ementes, libidinoſéque tractantes, vltor eſt Deus ſuorum zelatorum.

Defenſor eſt Deus zelatorum domus ſua.

Beda in Euang.

1267. Vnde Beda exaggerans doctrinam Chriſti *Eiicientis menſas nummulatorum è templo, & menſas vendentium columbas ait: Vendunt ergo oues, qui gratia humana laudis opera agūt pietatis de quibus dicitur, receperunt mercedem ſuam.* Quaſi dicat, qui enormes conuerſationes, & cœtus hominum, & fœminarum in Eccleſiis conſentiunt titulo pietatis & manſuetudinis, vt non aliquid damni patiantur, iſti iam receperunt mercedem ſuam, id eſt laudes ſed in futuro iudicio Dei expectent retributionem malorum ſuorum. Et addit Beda, *Quid per columbas, quæ felle carent intelliguntur.* Quaſi dicat, *Remiſſi, & ignaui Prælati, qui valorem, & cor non habent ad euitanda de templis peccata.* Et addit *nummularij ſunt hi, qui in Eccleſia apertè terrenis rebus inſeruiunt, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ IESV CHRISTI.* Quaſi dicat, qui ſcandala, quæ in templis fiunt emendare non iubiat (etiam cum periculo laboris & doloris) hic terrenis inhæret, & ſua quærit non quæ IESV CHRISTI qui hodie ſummo valore ingreſſus eſt in templum, & menſas nummulariorum euertit.

Prælati timidi & adulatores receperunt mercedem ſuam.

Beda cit.

Felle carent Prælati ambitioſi.

DIFFICVLTAS XII.

Quare Chriſtus dixit Phariſæis, quod domum Dei fecerunt ſpeluncam latronum?

QVÆRITVR, quare templum Dei fiat ſpelunca latronum?

1268. 1. RESPONSIO Hieronymi in littera citati: *Latro enim Dei templum in ſpeluncam latronum conuertit, qui lucra de religione ſectatur.* Quaſi dicat, Sacerdotes qui in rebus diuinis non ſunt fideles, ſed omnia ſacramenta faciunt venalia omni rigore, & ſupplicio latronum digni ſunt. Vnde interrogat Sanctus Thomas, quare Ioan. 2. num. 16. *ſolum dixit IESVS mercatoribus, qui in templo vendebant, auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, & in præſenti aſperis verbis dicit, nolite facere domum Patris mei ſpeluncam latronum?* Et reſpondet, *quia hoc, quod hic factum dicitur primò factum fuit. Vnde in ipſo principio non latrones ſed negotiatores eos vocat, ſed quia eorum duritia adhuc à tali negotiatione non ceſſabant; ideo alia vice eos expellens, de quo agitur in Marco, durius eos increpans vocat latrocinium, quod primo vocauerat negociationem.* Quaſi dicat, qui negotiatores fiunt rerum ſæcularium, vt inde dignitatea obtineant, non ceſſabunt, quoadvſque latrocinia in Sacramentis faciant, vt conſequantur quod deſiderant, & iſtam reincidentiam in crimen vocat Chriſtus ſpeluncam latronum.

Hieron. cit. in littera.

Latro eſt qui lucra de religioſis rebus ſectatur.

Sacerdotes impij Sacramenta faciūt venalia.

S Thom in Ioan. 2. n. 16.

Qui infideles sūt in Sacramentis adminiſtrandis

peiores quotidie.

1269. Vnde interrogat Oleaſter, quare Numer. 17. num. 2. ad eligendum in Sacerdotem Aaron dixit Moyſi, *Cape ab eis ſingulas virgas?* Et reſpondit; *Non ne ſatis eſt Domine Deus noſter, vt verbo tuo nobis & eis indiceres te aliquem velle habere miniſtrū vt quiſque noſtrum eſſet ſua ſorte contentus, quid virgis, & miraculis opus eſt? Nunquid non ſat eſt terram apertam vidiſſe, clamores, & voces impiorum ab ea deuoratorum audiuiſſe, vt nemo de cætero audiret aduerſus te os aperire, niſi ſimul videat virgam eadem nocte ramos, flores, fructamque protuliſſe?* Et iterum reſpondit, *Nouit Dominus infidelitatem noſtram, & quam facile pacta frangemus, datamque mentiamur fidem, ideo miraculis & teſtibus vtitur, teſteſque ſeruat aduerſus nos in ſecreto male adminiſtrantes Sacramenta, & venalia facientes.* Quaſi dicat, in amygdala, quæ cæteris arboribus maturius producit fructum adumbratur quanta celeritate & diligentia à Sacerdotibus Deo miniſtrandum ſit, & quàm fructuoſus debet eſſe ſacerdos, & in medio populi florere, quemadmodum virga Aaron in medio aliarum floridus & ſine fœtore lucratiuo apparere.

Oleaſter in Num. 17. n. 2 Tranſl. Pag.

Neque deuorare viuos terra, neque prodigia de cælo timet, qui non fideliter adminiſtrat ſacra.

Teſtes aduerſus male operantes Sacramenta habet Deus.

Sacerdos florere inter cæteros ſicut amygdala debet.

1270. Vnde Hugo tribus modis fit domus Dei, Domus negotiationis, primo, quando perſonæ Dei tractant negotia; & hoc eſt contra illos qui in Eccleſia Dei, vel in Religione maxime negotiationes exercent, & cauſas & litigia tenent. Contra quos ait S. Bernardus ad Eugen. qui dicunt, quod de celſitudine ſedis ſit iudicare, & litigantes audire. Puto quod non monſtrabunt, vbi alicubi quiſquam Apoſtolorum ſederit. Quod ita intelligere debes, quaſi res ciuiles, & criminales, quas iudices ſæculares litigant, & capitali ſententia condemnant, non licere Apoſtolis, & quibus eorum vices gerunt, at vero Eccleſiaſtica; & ad Eccleſiam pertinentia debent, poſſunt & tenentur rectè iudicare.

Hugo cit. à Silueyr. li. 4. in c. 2. Ioan.

Bernard ad Eugen. de conſider.

Lites ſæcularium nō pertinent ad Religioſos.

1271. Secnndo modo ait Hugo, *Faciunt domum Dei domum negotiationis qui res domus Dei ita expetunt, ac dant parentibus, ac ſi eas negotiando adquiſiuiſſent.* Contra quos idem Bernardus loco citato. *res pauperum non pauperibus dare par ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur.*

Hugo ſupra citat.

Religioſi & Epiſcopi parentibus non debent bona Eccleſiæ dare.

Tertio, *Domum Dei faciant domum negotia-*
1272. *tionis, quando ad litteram in Eccleſiis tractant negotia ſæcularia; vbi debent attendere ſpiritualibus.* Quaſi dicat, ita irreuerenter ſiſtitur in Eccleſiis: Dei tractando inhoneſtas conuerſationes, & locutiones prophanas, quaſi in domo mererricum, vel vt Hiſpano loquar idiomate, *como ſi eſtuuieran en la longa de Seuilla, o ayuntam de Toledo.* Contra quos omnes loquitur Auguſtinus in cathena S. Thomæ citat *in oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt.* Et noſter Lyranus ad propoſitum notat locum Zachariæ cap. 14 numer. 21. *Et non erit mercator vltra in domo Domini exercituum in die illa.*

In Eccleſiis honeſtè loquendum.

Aug. cit in cat. S. Tho. Lyranus in Zachar. 14. n. 21.

Vnde

1273. Vnde Oleaſter explicans illud Num. 17. numer. 13. *Omnis qui accedit ad tabernaculum Domini, moritur.* Addit, *quam reuerenda, & timenda ſint à nobis templa, locus iſte deſcribit: ſi enim qui accedit moritur, quid erit, qui ex eis facit ſpeluncam latronum?* Quaſi dicat, ſi in templo Salomonis ingrediens Chriſtus vocauit irreuerenter in eo aſſiſtentes, latrones, qui in ſpeluncis habitant; quid dicet nobis, cum venerit ad iudicandum nos; & in templo vbi verus Salomon ſacramentatus aſſiſtit tantis irreuerentiis & locutionibus abutimur. Veh nobis miſeris! Vnde Anonymus in cathena. *Domus Dei eſt Eccleſia, non carnalium rerum, & quæ in ventrem mittantur, ſed pretioſiſſimarum, & pulcherrimarum, quæ animæ faciem exornant; ipſæ autem ſunt pura, ſinceraque fides.* Quaſi dicat: Veh illis, qui ex domo Dei ad voluptates, & ebrietates pecunias quærunt faciendo omnia venalia; qnia templa ad honorem Dei & cultum & orandum, & miſericordiam Diuinam poſtulandam, ſacramentaque purè, & fideliter adminiſtranda inſtituta, & fabricata ſunt.

Oleaſter in Numer. 17. n. 13.
Reuerẽtia in diuinis in Eccleſia Dei.
Qui ſpeluncã latronum facit Eccleſiam ſine verbo moritur.
Anonymus in cat. S. Th.
Veh qui ventri pecunias Eccleſiæ deſeruiunt vo lupteaſq.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Chriſtus reſpondit Pſal. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem tuam?*

QVæreret, quare auctoritate Sacræ Scripturæ Chriſtus reſpondit Iudæis?

1274. 1. RESPONSIO Abulenſis citat in littera. *Vt reſponſum ſuum ſolidum faceret, quia pluris Iudæi Scripturam faciebant, quam ſuaſionibus, dictis, aut exemplis.* Quaſi dicat, fortitudinem & valorem oſtendit Chriſtus, & ſagittis paruulorum voluit plagas & vulnera curare Phariſæorum, & ex ore infantium, & puerorum confundere ſuperbiam inimicorum ſuorum.

Abulenſis cit. in litt.
Scriptura teſtimonium efficax.

1275. Vnde interrogat Oleaſter, *quare Iethro ſocer Moyſis ad eligendos coniudices, qui pondus regiminis cum Moyſe portarent*, dixit Exod. 18. numer. 21. *Conſidera ex omni populo viros fortes.* ſic legit Pagninus. Et reſpondet, *mirum valde eſt, quod inter iudicis conditiones ſcientiæ non meminerit; quod ſcilicet eſſent viri ſcientes, vt doceret, quod non tam exigitur in iudice ſcientia, quam ars, & prudentia, & vt auaritiæ ſit expers.* Quaſi dicat, magis in iudice expetẽdus eſt rectus affectus, quam perſpicax intellectus: quia cum Chriſtus eſſet abyſſus & profundum ſcientiæ, & ſapientia Dei plenus ab inſtanti ſuæ conceptionis, ſola manſuetudine reſpondit Phariſæis, & ex ore infantium confudit illos.

Oleaſter in Exod. 18. n. 21.
Tranſl. Pag.
Perſpicax affectus plus quã intellectus requiritur in prædicatoribus.

1276. Vnde Sanctus Chryſoſtomus in Matth. 4. *Magnam ſapientiam, ac ferream animum excipit, vt quis ad ſuam adducatur voluntatem, & abiiciat ſuam, hoc opus hic labor.* Quaſi dicat, ille vere ſapientiam demonſtrauit, qui arte ſua, & prudentia peccatores duriores ſaxis, ad Deum traxerit. Et Diuus Ambroſius ſuper illa verba Lucæ 5. *Duc in altum, & laxate retia veſtra, quæ ſunt* (inquit) *Apoſtolorum quæ iubentur laxare retia, niſi verborum complexiones, & quaſi quidam orationis ſinus, & diſputationum receſſus, qui eos, quos cœperint non amittunt, & bene prædicatoris inſtrumenta piſcandi & retia ſunt, quæ magna arte, & patientia non captos perimunt, ſed reſeruant, & de profundo ad lucem extrahunt, & fluctuantes de infernis ad ſuprema perducunt.* Quaſi dicat, opus eſt, quod prædicator habeat animum quaſi diamantinum ad labores conuerſionum reſiſtentem; quia aliquando patientia, quæ impaſſibiles facit (teſte Zenone) eſt neceſſaria: aliquando ignem ſicut ſilex expellere contra rebelles, & hæreticos qui ſcientia, fortitudine, & arte increpandi ſunt.

Chryſoſt. in Matth. 4.
Prædicatore molle dicendi calles callere debet.
Ambroſ. in Luc. c. 5.
Prædicatori multis modis loquendum vt conuertat
Vt adamas, & vt ſilex cor prædicatorum.
Zenon cit.

1277. Vnde idem Ambroſius explicans *Ex hoc iam eris homines capiens.* Lucæ 5. num. 10. legit *viuificans*, quia in Græco eſt verbum, *viui capio*, hoc eſt, *viuum capio, ſeu à cæde conſeruatum habeo.* Vnde aliqui vertunt, *ex hoc iam eris homines viuos capiens.* Quaſi dicat: attendite prædicatores, & videte, quam neceſſaria ſit ars, & prudentia plus quam ſcientia ad capiendos homines viuos. Hinc Iuſtinus Martyr in quæſtionibus ad gentes quæſt. 40. *Vertit ad viuum capiens.* Quam ſignificationem innuit Ambroſius, *Vt ſit quaſi ſupplementum metaphoræ: nam piſces viui capiuntur, ſed reuera abſolutè moriuntur, & homines capti verbo prædicationis primum moriuntur vita turpiter ante acta*, iuxta illud ad Roman. 6. num. 11. *Exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, in quo piſcibus aſſimilantur, ſed vlterius ita moriuntur vt vitam æternam conſequantur; viuentes autem Deo in Chriſto IESV Domino noſtro.*

Ambroſ. in Luc. 5. n. 10.
Phraſis Græca.
Phraſis multorum.
Iuſtin Mart. in quæſt. ad Gent q. 40.
Ambroſ. cit.
Ad Rom. 6. n. 11.

1278. Vnde Origenes explicans fructus artis, & prudentiæ prædicatorum verbi diuini ait hom. 16. in Ierem. *Sicut piſces capti moriuntur vita propria, vt comedantur, & incorporentur hominibus, ac ita nobiliorem vitam ſortiantur. Sic homines capti Euangelica prædicatione, moriuntur primum peccato, in quo nati, & nutriti ſunt, & incorporantur in Chriſto; & viuunt in eo vitam ſpiritualem, quod totum Paulus incluſit loco illo integro ad Roman. 6. Exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem in Chriſto IESV.* Et ad Coloſſ. 3. num. 3. *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Et D. Ambroſius lib. 5. Examer. c. 6. *Duobus modis ait piſcatos fuiſſe Apoſtolos, nempe reti, & hamo:* nam Matth. 17. n. 26. *Petrus hamo traxit piſcem, è cuius ore nummum eruit ſoluendum pro tributo. Vade* (ait Dominus) *ad mare & mitte hamum, & ea quidem re ſignificare duo genera fidelium ad Eccleſiam vocatorum; quidam enim hamo tracti ſunt, vt Martyres; ſunt qui retibus vocati ſunt ad Eccleſiam, conſeruata vita, eo modo quo illa fruebantur, in ſæculo videlicet cum ſuis diuitiis, honoribus, aliiſque bonis.*

Origen. Hom. 16. in Ierem.
Sicut piſces incorporantur in ſubſtantiam aliis ſic peccatores in Chriſtum.
Ad Coloſſ. 3. n. 3.
Ambr. lib. 5. exam. c. 6.
Prædicatores reti & hamo piſcare debẽt.
Matth. 17. n. 26.

1279. Vnde interrogat Chryſoſtomus loco citato, *Quare Chriſtus Dominus cum Apoſtolos vocauit, dixit, Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.* Matth. 4. num. 19. *Cur non ſatis habuit Dominus dicere, venite poſt me? an imperium eius inefficax erat per ſe ad eos trahendos? Cur addit promiſſionem quod carentes ad ſe facturus eos eſſet piſcatores hominum* Reſpondet Chryſoſtomus; *Quoniam piſcabatur eos. Sicut enim piſcator non ſolet mittere nudum hamum.*

Chryſoſt. ſup. citat.
Matth. 4. num. 19.
Prædicator etiam in hamo verbi diuini eſcam dulcem adhibeat.

mum in aquam quantumuis ſcias in eo vim eſſe ad attrahendum. Sed inſuper addit eſcam dulcem ad inuitandum piſcem. Ita prorſus imperium illud Chriſti, venite poſt me. Satis abunde erat ad trahendum, hamus erat Chalybe durius ad prendendum quemlibet magnum piſcem, vel obſtinatum peccatorem. Verum, quia Dominus piſcabatur, addidit eſcam dulcem, promiſſionem piſcaturæ ſpiritualis, quo facilius, ac ſuauius traheret. Propterea Chriſtus cum alibi eiecisset de templo vendentes & ementes, & feciſſet, quaſi flagellum ad eiiciendum eos. Hodie noluit hamo rigoris, & furoris eos punire; ſed in hamo eſcam dulcem appoſuit, ſacram ſcilicet Scripturam, ex Pſal.8. *Ad quam Phariſæi valde inclinati ſunt, & ita omnes admirati tacuerunt dulcedine eſcæ Sacræ Scripturæ allecti.* Quia prædicator mille dicendi calles callere debet, & vt noſtro Hiſpano ſermone vtar. *El predicador hade tener mil traças para conuertir almas.*

Matth.4.
Verbum Dei eſca eſt dulcis
Ioan.2.n.15.
Pſal.cit.
Hiſpana locutio.
El Predicador hade tener mil traças para conuertir almas.

1280. 2. Responsio fuit quod Chriſtus dixit, *Nunquam Legiſtis ex ore infantium, &c. Quaſi diceret confundens malitiam Phariſæorum & Scribarum, qui erant periti & docti in lege. Legere debuiſtis, quæ ſcripta ſunt de me, ſed renuiſtis obcæcati ſuperbia malitia, & inuidia.* Vnde interrogat Oleaſter, *Quare tam alacriter Moyſes audiuit conſilium Iethrò ſoceri ſui,* vt dicitur Exod. 18. *Et vidit ſocer Moyſis omnia ſcilicet quæ agebat in populo, &c.* Et reſpondet, *conuincit locus iſte eos qui ſeſe curioſos ſpectatores exhibent oculatius cuncta rimari, & videre, quam videant ipſi, qui munus adminiſtrant. Conſiderauit enim, & deprehendit ſenex Iethro in officio Ducis, & iudicis emendanda, quæ ipſe Moyſes cum eſſet à Domino edoctus vix conſiderabat.* Quaſi dicat, hinc diſcant Prædicatores, & Magiſtri, Doctoreſque qui putant; quia iubilati ſunt omnia ſcire, cum vix ad pauca ſcripturæ, & ſcientiæ ſufficiant, alios idoneos eſſe ad legendum, & gubernandum, quibus Chriſtus dixit, *nunquam legiſtis*, id eſt, *legere ſcripturam debuiſtis.*

Auctoris ſententia.
Malitia & inuidia excæcant intellectum.
Oleaſter in Exod.18. n.13. Tranſl. Pag.
Inconſiderantes ſunt reprobandi.
Doctores iubilati omni nihil ſciunt.

1281. Vnde Gregorius lib.2. Paſtor cap.9. *Ingeſtis huius gentilis* (id eſt, Iethro) *qualiter infirmi in fide, aut qui ſcientes videri volunt à viris ſpiritualibus tractandi ſunt, vt ſcilicet, quamuis eis ſapientiores ſint fingunt ſe eorum conſiliis indigere, vt ſaltem ſic eos Domino lucrentur, vt Chriſtus Magiſter omnium docet ſimulans ſe ignorare, quod debebant legis Doctores ſcire,* & dicit, *nunquam legiſtis, vt hac interrogatione eos alliceret, & ad fidem attraheret.* Sed impij renuentes fontem aquæ diuinæ Sapientiæ bibere noluerunt, & perierunt, nobis fidelibus aquas vitæ ſalientis in vitam æternam præſtiterunt.

Gregor. in Paſt. lib.2. c.9.
Scire ſimulare ſcientia ſcientiarum eſt.
Impij bonis adminiſtrat.

1282. Vnde Hieronymus in Ezech.cap.47. *Qui in Noe arca non fuerit, pereat regnante diluuio, & quos iſte fluuius non attigerit non ſuſcipiunt ſanitatem, ſed in ſalſuas labuntur,* iuxta illud quod ſcriptum eſt Prouerbiorum 19. num. 25. *Peſtilente flagello ſtultus ſapientior erit.* Quaſi dicat, erudiunt enim bonos exempla peiorum, Et quia Phariſæi, & legis Doctores, tenuerunt legere, intelligereque ſumma repleti inuidia, & malitia, quæ ex ore infantium & lactentium in laudem Chriſti clamabant; nos qui ſtulti propter Chriſtum ſumus ex flagello impiorum ſapientes facti ſumus. Quaſi dicat, caueant Regum Prædicatores, & Doctores, Prophetarum, & ſacræ Scripturæ teſtimonia, & ſupplicia minantia rebellibus non annuntiare; quia ingens ſupplicium Reipublicæ eſt vera non prædicare, & prædicata non intelligere, & emendare.

Hieron.in Ezech. c.47. citat à Mendoza lib. viſionum.
Prouerb.19. n.25.
Stulti propter Chriſtum ſapientes.
Prædicatores Regibus dicta Prophetarum nuntiēt.

Interrogat Ambroſius lib. de Naboth cap. 6. *Quare de infelice Rege Achab* dicitur 3.Reg. 22. numero 19. *Et linxerunt canes ſanguinem eius & habenas lauerunt iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat.* Et reſpondet. *Defecit circa Regem hominum humanitas canum ſucceſſit aſperitas dignos plane ſui miniſtros funeris auarus inuenit.* Quaſi dicat, qui Prædicatorum latratus, quos Gregorius *canes multoties vocat*, renuit audire tales miniſtros funeris ſui lingentes ſanguinem ſuum inuenit. Et clarius Ioſephus lib.8. antiq. cap. 15. *Dum ergo hæc Achab Regi à duobus Prophetis Elia, & Michæa prædicta videantur, oportet magnam iudicari diuinitatem & honorari ſemper & coli, & quæ vera ſunt potius recipi, quam ea quæ pro cuiuſpiam libidine dicuntur amplecti.* Quaſi dicat, mortem amaram Regi Achab audiant omnes euenisse eo quod ea, quæ Prædicatores Elias & Micheas ei prænuntiarunt, non credidit, ſed perſecutus eſt eos, quia quaſi pueri Dei laudes veri Dei prædicabant. Et addit Ioſephus citatus. *Vnde arbitrandum eſt, nihil aliud vtilius Regibus quam virorum talium præſentia, præbente ſcilicet Deo, quid vnuſquiſque debeat obſeruare.* Quaſi dicat, hoc eſt, prædicatoris Regis munus, ſine dolo, & malitia, quaſi pueri lactentes perficere laudes Dei in honorem, & gloriam nominis ſui & legis obſeruantiam clare dicere, ideo Chriſtus dixit nunquam legiſtis, id eſt, ſemper intelligere renuiſtis, quæ vnuſquiſque debet obſeruare. Et concludit Ioſephus, *Inſuper cogitandum ex his, quæ Regi prouenerunt, quia quod debetur, neque dum præſcitum fuerit, euitatur, à Deo debita paſſio compleatur.* Quaſi dicat, quæ peccata facta ſunt à Regibus donec compleatur paſſio debita pro eis, non abolетur, etiamſi præſcita ſint. 1283.

Ambr.lib.de Naboth c.6.
3.Reg.22. n.19.
Canes latrātes ſunt Prædicatores.
Gregor. lib. mor.cit.
Ioſeph lib.8 antiq.c.15.
Adulantes Reges puniēdi.
Exulans Prædicatores irā Dei inuitat.
Ioſeph cit.
Peccatores Reges ſemper à Deo puniūtur.

Vnde Lyranus ſua in Gloſſa explicans illud 3. Regum capite vigeſimoſecundo iuxta verbum Domini ait; *Prope locum, in quo lapidatus fuit Naboth, ſecundum quod dixerat Dominus per Eliam. Qualiter autem hoc fuerat, ſciendum, quod Achab habebat domum Regiam in Samariam, & Iezraël, & vinea Naboth Iezraelitæ erant prope domum illam, quæ erat in Iezraël, & ibi armamentarium Regis, propter quod ibi portata fuerunt arma in quibus vulneratus fuerat, & ibi lota à ſanguine Achab, quem linxerunt canes in loco determinato, vbi fuerat interfectus Naboth & ideo ſcriptura fecit diſtinctionem inter loturam currus, & armorum,* dicens, *quod arma fuerunt lota iuxta verbum Domini.* 1284.

Lyranus in ſua gloſſa.
Domus Achab iuxta vineam Naboth.

Vnde Theodoretus quæſt. 65. in Gloſſa citata: *Fluens autem ſanguis infixus fuit currui, eum in fonte, qui erat prope vrbem abluit auriga, canes autem linxerunt; meretrices ſub aurora de more lauerunt, non conſulto volentes lauare in ſanguine, ſed in aqua fontana, vbi conſueuerant,* 1285.

Theodor.q. 65 in gloſſ.
Meretrices in ſanguine Regis lauerunt.

ea

Verba Prophetarum ſemper odio habita.

os autem erat colorata ſanguine. Quaſi omnes dicant, Verbum Domini per Eliam propheſizatum contra Regem Achab, noluerunt potentes intelligere, & ipſe Rex renuit audire vocem Prædicatorum, qui vulnera animæ eius tergere, & mederi volebant. Quia de falſis Prophetis poterat dici, quod nunquam verum ex ore puerorum Dei audire voluerunt. Ideo inquit Ambroſ. lib. de Naboth. cap. 6. *Achab Regem cæleſtibus ingratum beneficiis ita Dominus permiſit occidi, vt canes eius vulnera lamberent, iam mortui, & defuncti, quia vulnera animæ renuit mederi dum viueret.* Vnde ſequitur in noſtro textu, *quod Chriſtus reliquit Iudæos, & abiit foras, quòd eſt vltimum peccatorum ſupplicium vt poſtea patebit.*

Ambr. lib. de Naboth. c. 6.
Vulnera animæ mederi debent Reges.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare dicitur, quod Chriſtus reliquit Iudæos, & abiit foras?

QVæritur, quare Chriſtus exiens de templo reliquit Phariſæos, & abiit foras?

1286. 1. RESPONSIO ſit: *Quia per diffinitiuam ſententiam, reliquit obſtinatos Phariſæos, quia nullum maius ſupplicium quam, Deus peccatorem derelinquere.* Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Geneſ. 4. num. 14. *Ecce eiicis me hodie à ſuperficie terræ, & à facie tua abſcondar, & omnis qui me inuenerit, occidet me, & egreſſus Cain habitauit in Nod?* Et reſpondet, quia *Nod eſt nomen appellatiuum.* Quaſi diceret, *pro ſententia diffinitiua: Cain accepit tam grande ſupplicium, vt eiiceretur à facie Dei, & ideò viſio Domini non ſinebat eum quieſcere, ſed migrabat de loco in locum quod ſignificatur per terram Nod.* Vnde Caietanus ait: *Maior eſt punctio mea afferre, id eſt, quam vt ferre eam poſſim.* Quaſi dicat, quia culpæ correſpondet pœna, & iniquitas mea fuit indicibilis, & indigna venia: ita pœna abſentiæ tuæ *Intolerabilis eſt, ita vt videatur Cain ſentire tam graue eſſe peccatum ſuum, vt quicumque eum inuenerit, occidet.* Ex quibus verbis Oleaſter dicit, (*ſed ego non approbo,*) *quod antiqui Patres arbitrati ſunt deſperaſſe Cain.* Quaſi dicat, tam intolerabilis eſt pœna abſentiæ Dei quod deſperatio, mors, ſeu punitio minutem cauſet dolorem?

Authoris ſententia ad mortis. Ingēs ſupplicium peccatorum derelinquitur à Deo.
Oleaſter, in Geneſ. 4. n. 14.
Tranſlat. Pagnin.
Nod inquieta res.
Non quieſcit qui ſine Deo eſt.
Caietan. cit. ab Oleaſt.
Cain falſò dicitur quod deſperauit.
Contra tenet Oleaſter. in Geneſ. 4.

1287. Vnde Gregorius in Iob 28. num. 3. quare loquens Iob de pœnis peccatorum, quos propter ſuam obcæcationem, & malitiam Deus relinquit obſtinatus, ait: *Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis diuidit torrens?* Et reſpondet, *Lapides caliginis ſunt peccatores obſtinata cæcitatis, à quibus Deus aufugit; quia vmbram mortis, velut corpus opacum ſequitur, ita Dæmones ſequuntur vſquequo torrens igneus inferni ſeparet illos à ſuis voluptatibus.* Quaſi dicat, quod peccatores à quibus Deus ſeparatur, non ceſſabunt de præcipitio in præcipitium abire, quouſque ad infernum deſcendunt.

Gregor. in c. 28. Iob n. 3.
Vltima obcæcatio peccatoru Deum ab eo fugere.

1288. Vnde interrogat Ioſephus libr. 9 antiquit. cap. 8. quare cum Eliſæus ægrotaret infirmitate, qua & mortuus eſt dicitur 4 Reg. 13. num. 15. *Quod Ioas Rex Iſrael flebat coram eo, dicebatque Pater mi, Pater mi currus Iſrael, & auriga eius?* Et reſpondet, *Quia dum à vita diſcederet Eliſæus Hebræos Syris, & aliis inimicis captiuandos relinqueret. Quapropter neque ipſam vitam ſecuram vlterius fore dicebat, ſed gratam ſibi eſſe, vt cum eo à præſenti luce recederet.* Quaſi diceret, per abſentiam Eliſæi Rex Regnum ſuum, & vitam ſuam perditam cogitabat, & quia ſentiebat, quòd vltimum ſupplicium peccatorum erat abſentia Dei ſignificata per mortem, & priuationem à facie Eliſæi.

Ioſeph lib. 9. ant. c. 8.
4 Reg. 13. n. 15.
Vltima tribulatio Regnorum abſentia Dei ab illo.

1289. Vnde interrogat Tertullianus contra Pſychicos, *Quare Elia afflicto nimis, & dicenti Domino,* 3. Reg. 19. num. 10. *Derelictus ſum, ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam,* quare verſ. 11. in eodem cap. dictum eſt illi, *Egredere, & ſta in monte coram Domino, & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum?* Et reſpondet: *Apparet Dominus minantem Iezabel, & fugiens ab ea, familiaremque congreſſum cum Elia celebrat.* Quaſi dicat, ſicut præſentia eſt præmium meritorum Eliæ. Sic abſentia eius vltimum flagitium Iezabel fuit. Vnde Rabbi Leui in Gloſſa citatus, *Horrendus ille ventus, & fragor, ignisque à Domino Eliæ oſtenſus eſt, vt illam doceret impiorum deſiderandam pœnitentiam, & perditionem.* Quaſi dicat, *Omnis Dei creatura admirata, & quaſi tremefacta in ſe ſubſiſtere non valet ex timore malorum quæ superuentura ſunt animæ, à qua Deus ſeparatur.* Vnde Auguſtinus lib. de anima cap. 13. tom. 4. *Abiiciamus cauſam, quorum vltor eſt Deus.* Quaſi dicat, vltimum flagitium, quo Deus contra peccatores abutitur eſt eius abſentia.

Tertull. cōtra Pſychic.
3. Reg 19. n. 10. & 11.
Conſolatio iuſtorum punitio impiorum.
Rabbi Leui in Gloſſa cit.
Omnis creatura Dei ſeruit eius abſentiam.
Aug. lib. de anima c. 13. tom. 4.

2. RESPONSIO Abulenſis citati in littera: *Foras Chriſtus exiuit quia in vrbe nullum inueniebat hoſpitium.* Vnde interrogat Oleaſter, in Geneſ. 18. *Quare Abraham coram Deo tantam inuenit gratiam?* Et reſpondet, *Quia ad recipiendum hoſpites ipſe ſedebat in oſtio tabernaculi in æſtu diei. Vide quanta charitatis fuerit Beatiſſimus Senex: ad hoc enim iuxta viam morabatur, vt frequentius hoſpites, quod reciperet habere poſſet, & ne vllus hoſpitum ſine refectione præteriret, ad oſtium manebat in æſtu diei.* Nos verò addit Oleaſter: *Quælibet aeris intemperies ab operibus charitatis impedit, propter quod ſancto Abraham, quoniam ſumma erat charitate præditus, non ſolum homines, ſed & Angeli, imò, & Deus ipſe ſeſe illi in hoſpitem offerebant.* Ex quo dicere poſſumus quantum Deo placeat hoſpitalitas. Sed hodie periiſſe videtur hoc opus miſericordiæ, & ita à nobis abeſſe, vt nemo aliquem niſi amicum, aut ſanguine coniunctum hoſpitio recipiat. Neque mihi obiicies furem ſub paupere timere, aut lubricum ſub hoſpite. Nonne inter Chriſti Diſcipulos Iudas fur erat, & latro, & forſitan lubricus? Sed nunquid Martha propter eum cum Chriſto venientem ab hoſpitio expulit. Times ne amittas vtenſilium aliquid, & non times virtutem, quæ ſine dubio pretioſior eſt amittere. Quid quæſo iudici in die iudicij dicturus es, cum tibi dixerit, *Hoſpes eram, & non collegiſtis me?* Quid dicent illi, qui poſt tanta bona

1290.
Abul. cit. in littera.
Oleaſter. in Geneſ. 18. n. 3.
Tranſlat. Pagnin.
Magnæ virtus hoſpitalitatis.
Charitatis officium ſeruat in hoſpitalitate.
Angelos, & Chriſtū videt qui hoſpitatur pauperes.
Quia fuerat Iudas latro non perdidit Martha meritum hoſpitalitatis.

recepta

recepta à Chriſto reliquerunt Chriſtum abire foras; quia nullus illum hoſpitauit.

1291. Vnde interrogat Ambroſius lib. 5. de Abraham cap. 5. quomodo dicitur Eliæ 3. Reg. 17. num. 9. *Surge, & vade in Sarepta Sydoniorum, & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ ibi, vt paſcat te? Quando enim Dominus præcepit viduæ, vt Eliam paſceret? non inuenietur tale in tota ſcriptura?* Sed Lyra reſpondet: *quod iſtud præceptum non fuit verbum expreſſum, ſed per diuinam ordinationem, qua mediante propter hoſpitalitatem, quam vidua fecit Eliæ: non defecit ab hydria farina, neque oleum à lechyto, & domus viduæ diuitiis frumenti, & olei repleta eſt, & iſta diuina ordinatio, & fuit præceptum à Deo factum viduæ, vt Eliam paſceret.* Modo reſpondens Ambroſius ait: *Vnius horæ hoſpitio vidua, quæ ſuſcepit Eliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam farina de hydria deficeret.*

Ambroſ. lib. 5. de Abrah. c. 5. — *3. Reg. 17. n. 9.* — *Præceptum dandi pauperibus datur, cum Deus diuitias tribuit diuitibus.* — *Lyra ſua in Gloſſa.* — *Ordinatio diuina præceptum dicitur.* — *Hoſpitium vnius horæ plura Deus facit.*

1292. Vnde Rabbanus in Gloſſa: *Vidua apud quam hoſpitabatur Elias, & cuius benedixit farina, & oleo Synagoga eſt Iudæorum, quæ Moyſis morte viduata filium nutriebat paruulum, hoc eſt carnalem populum Iudæorum. Hic ad ingreſſum Eliæ, id eſt, Saluatoris noſtri febre infidelitatis infirmabatur; quia in eum non credidit, ſed ſpreuit, & poſt immenſa beneficia accepta, hoſpitio eum renuit recipere. Ita vt exiens de templo extra ciuitatem abiit ad quærendum vbi requieſceret caput eius, vt adimpleretur quod ipſe prædixerat: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum?* Vnde Lyranus noſter ad mores ait: *Per hoc autem quod farina viduæ non defecit, & lechytus olei non fuit imminutus, ſignificatum fuit. quod hoſpitantibus, & ſuſtentantibus Dei ſeruos non deficient bona temporalia ad conuenientiam victus,* vt patet 2. Corinth. 9. num. 10. *Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem ſimplicitatem.* Et Diuus Iſidorus in Gloſſa citata: *Vidua, quam Dominus non frumenti, ſed verbi pane paſcit, ea eſt, quæ mortuo viro, cui vult, nubat, id eſt, excuſſo ſeruitutis iugo ſubit Chriſti iugum ſuaue, & onus leue.* Quaſi dicat, pretium, & nummos, quos diuini verbi Prædicatores, & Religioſi pro hoſpitio, & alimento recepto ſoluunt hoſpitantibus ſe: ſunt præcepta Dei facere leuia, & iugum Chriſti ſuaue, & qui ſarcina peccatorum grauabantur per veram pœnitentiam ad Deum conuertuntur. Vnde Lyra citat. *Per hoc oſtenditur, quod Prædicator Euangelij, qui per Eliam ſignificatur in domibus hoſpitum debet eſſe exemplaris vitæ, quod filij hoſpitum, id eſt, opera eorum mortua videantur in comparatione ad opera prædicatorum:* Et addit, *per hoc autem, quod mulieris filius per preces Eliæ fuit à mortuis ſuſcitatus, ſignificatur, quod per opera hoſpitantium prædicatores per bonas exhortationes, & preces eorum videantur reſuſcitata per emendationem vitæ ipſorum, & ſic hoſpes poſſit dicere, nunc in iſto cognoui, quod vir Dei es.* 3. Reg. 17. n. 24. propter quod Chriſtus de templo abiit extra ciuitatem, & hoſpitium dederunt illi Martha, & Maria, quarum precibus poſtea, cum Lazarus mortuus eſſet, venit, & hoſpitalitatem ſoluens, quatriduanum Lazarum ab inferis reſuſcitauit.

Rabbanus in Gloſſa. — *Synagoga repellit Chriſtum, & renuit illi hoſpitium dare, & ideo grati litas eum recepit.* — *Hoſpitantibus Religioſis Deus replet bonis.* — *Matth. 8. n. 20.* — *Lyranus ſua in Gloſſa.* — *2. Cor. 9. n. 10.* — *D. Iſidor. in Gloſſ. cit.* — *Hoſpitium Prædicatores optimè ſoluunt.* — *Prædicatores in hoſpitio exemplares nimis.* — *3. Reg. 17. n. 24.* — *Ioann. cap.*

1293. 3. RESPONSIO D. Hieronymi in littera citati: *Quia Chriſtus nulli fuit adulatus in vrbe maxima, nullam manſionem inuenit.* Vnde interrogat Oleaſter, in Geneſ. 49. num. 8. quare cum Iacob filium ſuum Iudam benedixit, dixit *Iuda, te laudabunt fratres tui.* Et Pagninus legit, *Iehudah, quod in Hebræo duo ſignificat, ſcilicet, proiicere, deiicere, & laudibus extollere.* Et videtur verbum quaſi contraria ſignificare, ſcilicet, deiicere, & exaltare, ſed non ſunt, quia qui alterum laudibus extollit, videtur laudes proiicere. Solebant enim Iudæi Regem ſuum præſertim nouiter inſtitutum laudibus extollere dicentes, *Viuat Rex.* 1. Reg. 10. n. 25. *& in coronatione Regum Hiſpanorum modo etiam eaſdem laudes proiicimus:* Et ideò Iacob Iudæ filio ſuo hac excellentia benedixit: *Iuda exaltent te fratres tui.*

Hieron. cit. in litt. — *Adulatores omnia bona ſecum portãt.* — *Oleaſter in c. 49. Gen. n. 8.* — *Tranſlat. Pagnin.* — *Iehudah laudare ſeu deiicere.* — *1 Reg. 10. n. 25.* — *Hiſpana conſuetudo dicere, viuat Rex.*

1294. Sed ad mores meo videri coincidunt in vnum extollere aliquem laudibus adulatoriis, & proiicere à ſuo conceptu, nam adulatores quem nimis laudant, & audientem grato animo vident, & quaſi bibula, quæ atramentum in ſe imbibit; ſic laudes accipere, & euaneſcere. Tunc ipſe adulator, & audientes quem laudibus efferunt, mente eiiciunt, & ſpernunt. Sic Pſalmiſta Pſalm. 16. n. 10. dicebat: *Proiicientes me, nunc circumdederunt me,* Et ibi Symmachus, *Beatificantes me.* Quaſi dicant, adulatores beatificantes me, proiicere me conantur tanquam vanum, & inermem. Hinc Salomon Prouerb. 27. num. 21. *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum. Sic probatur homo ore laudantis.* Quaſi dicat, latet ignis in laudibus, vt flammas videatur in nos euomere, qui nos laudat: nam cenera ſcintillæ illa verba ſunt, quibus laudibus euehimur, quæ niſi excutiantur nos comburent. Vnde Philippus Greue in Pſal. 11. ait: *Sicut ergo ſcintillæ ignis excutiuntur à veſtimentis. Sic excuti à mentibus debent verba laudantium.* Vnde Dauid Pſalm. 25. num. 3. *Complacui in veritate tua.* Quaſi dicat, *Solum in veritate tua mihi complacui, non in adulantium laudibus.* Sic Richard. de S. Victore: *Placui inquam mihi non in adulatione aliena, ſed in veritate tua, non ſecundum os loquentium iniqua, non ſecundum os fingentium falſa, ſed complacui in veritate tua.*

Auctoris Sententia. — *Adulator ſagittas proiicit ad contemnandum adulatum.* — *Pſ. 16. n. 10.* — *Tranſlat. Symmach.* — *Verba adulãtium ſcintillæ ignis.* — *Philip. de Greue in Pſ. 11.* — *Pſ. 25. n. 3.* — *Richard. de S. Victor.* — *Iuſti ſola Dei veritate complacent ſibi.*

1295. Vnde quidam dixit: *Principum mentem veninat perpes aſſentatio; nec tamen timent: nulli hic prægustatores; quod Hiſpanè: Mas trejalas* vocantur. Quibus rerum veritatem explorant, ſed hoc venenum bibere viris Principibus placet, & venenatas has adulatorum epulas nulla exploratione adhibita deglutire. Vnde Petrus Bleſenſis epiſt. 36. *Multi ſunt, qui de calice Babylonis, tibi proditoriè adulationis venena propinant.* Quaſi dicat, vniuerſus orbis ſcatet adulatoribus, & nulli admittuntur, tam in ſacris, quàm in humanis ad præeminentia loca occupanda, niſi qui diuerſis adulationis modis potentes inebriant. Vnde idem Bleſenſ. epiſtol. 77. *Illi ſoli ad magnam gloriam admittuntur, qui eos palpant blanditiis, & auras famæ*

Poëtarum axioma. — *Petr. Bleſenſ. ep. 36.* — *Adulatores primas ſedes occupant.* — *Idem Bleſ.*

bibulas calice Babylonis inebriat. Quaſi dicat, omnibus placet, & nulli diſplicet bibere de mortifero huius veneni potu.

1296. Contra quos S. Petrus Damianus epiſt. 114. *Interea rumuſculos, & gloriolas, & palpantes adulatores tanquam ſerpentini morſus venena deuita, & velut obiecta theriaca protinus audiant, auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi euge euge.* Pſalm. 39. num. 6. Quaſi dicat, Principes, & Reges venena tunc bibunt cum malorum conſiliis felle laudum melle tinctis bibulas aures porrigunt. Et ſic ſcripſit idem ſanctus Petrus Damianus ad Enricum Imperatorem 2. *Vos excellentiſſime Domine aures veſtras à venenatis eorum conſiliis claudite & ſplendidiſſima gloria veſtra famam propter vnum hominem offuſcare nolite, &c.* Sed hoc noſtris calamitoſis temporibus aliter eſt: nam in vnum congregantur Conſiliarij, & Senatores innumeri, & aures Regum ſic adulantur, vt quaſi veritatem auſcultent, quod mere adulatio eſt, & mundus ruit impoſitionibus, gabellisque indicibilibus, & ei tranquillitatem, & beneuolentiam autumant. Vnde Agapetus Diaconus monebat Iuſtinianum Cæſarem dicens: *Auerſare adulatores, & pellaces ſermones, vt coruorum rapaces mores; illi namque corporis effodiunt oculos; iſti autem animi hebetant cogitatus cum non permittant perſpicere rerum veritatem.* Et Ioannes Sariſberienſis cap. 5. libr. 3. Polycratici ait: *Omnis adulatio habet dolos excacationem proximi, & exterminium totius honeſtatis.* Quaſi dicat, quis non abhorret vitium, cuius contagium eſt excæcatio proximi, & totius veritatis, & honeſtatis. Et addit citatus Auctor, *Adulator omnis virtutis inimicus eſt, & quaſi clauum figit in oculo illius, cum ſermonem ceperit.* Quaſi dicat, hoſtis & inimicus eſt adulator, qui oculos mentis eruere conatur, imo quod magis eſt, quod ipſemet homo ſibi ipſi inimicus eſt, quia nullus maior ſui ipſius adulator, quàm ipſe, vt Ouidius dixit, *Quis vnquam verum ſibi dicere auſus eſt.* Quaſi dicat, ignobilis ſe fallit, & adulatur tanquam nobiliſſimus; ignarus tanquam diſcretus. Fœda igitur tanquam pulchra, eóque magis adulator cauendus eſt, quo ſub amantis veri amoris ſpecie nocere deſinit, donec rationis obtundat acumen, inquit, Sariſberienſis citatus, *Et modicum id luminis, quod adeſſe videbatur extinguat.*

S. Petr. Dam. ep. 114.
Venena potata adulatio audita.
Pſal. 39. n. 6.
S. Petr. Dam ep. ad Imperat. Enric. 2.
Conſiliarij Reges adulantur.
Agapetus Diaconus.
Coruis ſimiles adulatores.
Ioan. Sariſb. c. 5. lib. 3. Polycrat.
Idem Auct. cit.
Adulator ſui ipſius homo.
Ouidius cit. ſupr.
Adulator extinguit lumen rationis.

Vnde Chryſoſtomus homil. 42. in Matth. 1297.
Adulatores catenam ſubdola laudis in ore portantes, & gladium malitia abſcondentes in corde. Quaſi dicat, ligant, & tenent laudis Catena, feriuntque incautos malitiæ gladio. Et Sanctus Petrus Damianus opuſcul. 50. cap. 8. *Sæpè malignus ſpiritus velut auis in ramo arboris, ſic in lingua ponitur adulantis, & tanquam per organum vaſis; ſic vas virus effundit, quod lethaliter in audientis interiora fundit.* Et Hugo Carenſis in cap. 6. Prouerb. *Eſt adulator, quaſi Syrena Diaboli trahens in exitium audientes.* Quaſi dicat, aures ſurdæ ſolum tranſeunt, vbi Syrenæ adſunt. Et Auguſtinus in Pſalm. 69. *Plus perſequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris.* Quaſi dicat, interfector occidit corpus lingua adulatoris animam.

Chryſoſt. homil. 42. in Matth.
Adulator catena lingua tenet captos, & gladio occidit.
Hugo Car. in c. 6. Prou.
Adulator Syrena.
Auguſt. in Pſal. 69.

Vnde interrogat Rabbanus lib. 3. in Matth. 1298.
Quare Chriſtus dixit adoleſcenti Matth. 8. n. 22. *Dimitte mortuos ſepelire mortuos?* Et reſpondet, *idem eſt, ac ſi diceret, dimitte vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, id eſt, mali malos noxiis laudibus laudant.* Quaſi dicant, adulatores, quos laudibus videntur extollere, inſepeliunt, & ſepulchrum, in laudantium ore habent; qui laudantur, dum putant ſe famam ſuam in æternam memoriam exaltaturos, tunc ſepeliuntur, & clauduntur, quaſi in ſepulchro, propter quod Dauid dixit: *Sepulchrum patens eſt guttur eorum linguis ſuis doloſè agebant.* Pſal. 5. n. 10. quia adulatores laudando nimis, interius famam, & vitam, memoriam, & nomen laudati, & adulati in ſepulchro ſepelire deſiderant, vt multoties in Chriſto Domino viſum eſt, quem Iudæi laudabant ore, & corde maledicebant, vt patet Ioann. 10. num. 10. qui circumdantes Chriſtum dixerunt, *Si tu es Chriſtus, dic nobis palam, & ſtatim lapidare illum, & apprehendere, & occidere conati ſunt. Et ideò hodie nullus illi hoſpitium dedit, quia non laudauerat, imo reprehenderat Iudæos.*

Rabb. lib. 3. in Matth. c. 8. n. 22.
Adulatores ſepelire conantur adulatos.
Pſ. 5. n. 10.
Adulatores volunt famã tribuere adulatis.
Ioann. c. 10.
Qui non adulatur aſpicit, & hoſpitio non recipitur.

TRACTATVS

TRACTATUS XXXIX.

AD LITTERAM In Cap. XII. Matth.

De ſignis poſtulatis à Chriſto.

TEXTVS.

38. HVnc reſponderunt ei quidam de Scribis, & Phariſæis dicentes
Magiſter volumus à te ſignum videre. 39. Qui reſpondens ait
illis, generatio praua, & adultera ſignum quærit, & ſignum non
dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. 40. Sicut enim fuit Io-
nas in ventre cæti tribus diebus, & tribus, ſic erit Filius hominis
in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. 41. Viri Niniuitæ ſurgent
in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt
in prædicatione Ionæ, & ecce plus quam Ionas hic. 42. Regina Auſtri ſurget in
iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ au-
dire ſapientiam Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic. 43. Cum autem
immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem,
& non inuenit. 44. Tunc dicit, reuertar in domum meam vnde exiui, & ve-
niens inuenit eam vacantem ſcopis mundatam, & ornatam. 45. Tunc vadit, &
aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, &
fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus, ſic erit, & generationi huic peſſimæ.

EXPLANATIO Litteræ.

HIc ponitur confutatio tentantium
1299. Abulenſ. in Prolog. ad cap. 12. Matth. Chriſti poteſtatem poſtquam poſita
fuerat calumniantium eius bonitatem.
Tunc reſponderunt ei, id eſt, dixerunt; quia
recte Abulenſe in prolog. ad cap. 12. Matth.
Reſpondere pro dicere accipitur. reſpondere large pro dicere accipitur, quia iſti
nihil reſpondebant Chriſto cum non quæſiuiſ-
Luc. c. 11. ſet quidquam ab eis, neque fuiſſet eis loquutus:
nam iſti non ſunt illi, qui dixerunt in Beelze-
bub eiicit Dæmonia, & alij tentantes, ſignum
quærebant, & ſunt iſti, qui hic ſignum pe-
tunt. Quod autem reſpondere ſit idem, quod
Matth. 11. dicere patet Matth. 11. vbi dicitur Chriſtum
Scribæ ſunt Doctores legis, ſcribæ Religioſi. reſpondiſſe ficulneæ, quæ erat incapax loquen-
di. Dicitur autem quidam de Scribis, & Pha-
riſæis; quia ſcribæ ſunt legis Doctores. & Pha-
riſæi. quaſi Religioſi, & iſti erant, qui plus
Chriſtum perſequebantur.

1300. Volumus à te ſignum videre, id eſt, vo-
lumus, quod facias aliquod miraculum, &
Luc. 11. quamuis non exprimant; tamen Lucæ 11. di-
citur, quod alij tentantes ſignum de cœlo quæ-
rebant. Qui reſpondens, id eſt, volens con-
cedere, quod petebant, ait illis: Generatio
praua, & adultera. Generationem vocat He- *Loquutio Hebræa.*
braico idiomate genus hominum; adulteram
vero degenerem, quæ à maioribus ſuis dege-
nerauit. Vnde Pſalm. 17. num 46. dicitur fi- Pſ. 17. n. 46.
lij alieni mentiri ſunt mihi, filij alieni inuete- *Plantæ veteres degenerant.*
rati ſunt, id eſt, degeneres facti, ſicut plan-
tæ, quæ vetuſtate degenerant.

In corde terræ. Ego ſimpliciter in corde 1301.
terræ ſepulchrum, in terra poſitum intelligo, *Corpus Chriſti fuit in ſepulchro terræ; anima autē ad inferos deſcendit, quidquid hæretici blaſphemando dicant contra Theologorum axioma.*
vbi corpus Chriſti poſitum fuit. Neque hoc
neſcio, quomodo hæreticis fauere debeat,
qui Chriſtum ad inferos deſcendiſſe negant.
Cum quid intereſt, quod corpus Chriſti fuerit
in corde terræ poſitum, ad hoc, vt non creda-
tur firmiter, quòd anima eius vnita diuinitati
ad inferos deſcenderit, cum ipſa diuinitas cor-
pori etiam vnita manſerit, quia quod ſemel aſ-
ſumpſit nunquam dimiſit.

Tribus diebus, & tribus noctibus per Syne- 1302.
dochem intelligendum eſt, hoc inquit, Maldo- Maldon. in Matth. 12.
natus, quia trium dierum per aliquam par-
tem fuit, partem, ſcilicet, ſextæ feriæ, totum
Sabbathum, & partem Dominicæ diei, & tunc
Chriſtus reſurrexit. Et hoc ſpatium temporis
ſufficiens fuit ad veritatem ſimilitudinis Ionæ

Abul. q. 93. in Matt. 12.

Tres noctes Chriſtus fuit in ſepulchro per conſequẽtiam ad ſuũ diem non integras.

Prophetæ, qui fuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre cæti. Vnde dicit Abulenlenſis quod ſcriptura non computat, ſic ſtrictè, quod oportueat ibi eſſe partes trium noctium. Et addit Abulenſis; non enim poſſunt tres noctes includi in iſto tempore, ſed vna illarum computatur per conſequentiam ad ſuum diem, id eſt, quia dies, & nox coniunguntur, & complent vnum circuitum ſolis, & ita tres dies, & tres noctes accipiuntur ex modo loquendi ſcripturæ.

Bona exemplaria teſtes damnationis impiorum.

Regina Auſtri, & Niniuitæ iudices erunt impiorum.

Abul. cit.

1303. Viri Niniuitæ, denuntiatur condemnatio futura Iudæorum exemplo Niniuitarum, & ex aduentu Reginæ Auſtriæ, quia cum vterque feciſſent fructum, & reſponderent inſpirationibus diuinis, Iudæi renuerunt. Quaſi dicat Chriſtus, Ionas prædicauit gentibus Niniuitis, & pœnitentiam egerunt, Regina Auſtri inſpirata à Deo venit audire ſapientiam Salomonis, & eo audito recepit legem Dei; vos autem duriores ſaxis eſtis; quia cum plus quam Ionas, & quàm Salomon ego, ſcilicet, vobis totties prædicauerim, renuiſtis me audire, & legem Dei obſeruare. Surget in iudicio cum generatione iſta, id eſt, comendet cum hominibus iſtis per cumparationem bonitatis ſuæ, & malitiam illorum; quia venit à finibus terræ, id eſt, de terra multum longinqua audire ſapientiam Salomonis, id eſt, audire ſapientiam, & vt inſtrueretur à quibuſdam, de quibus dubitabat.

Chryſoſt. citat. à Maldonat.

Inter Hæreticos Apoſtata, à Religione peſſimi.

Auguſtin. ep. 137.

Pſ. 77. n. 57.

1304. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida, &c. Chryſoſtomus ait, *Quod ſumma totius comparationis eſt oſtendere Diabolum in his, qui boni aliquando fuerunt, & mali ſunt libentius habitare, quia domus ornata*, id eſt, myſterioru cognitio, ſi præuaricata eſt Dæmonis habitatio grauiſſima fit. Et fiunt poſteriora peiora prioribus; quia Iudæi fuerunt lege Moyſis illuſtrati, & à Chriſto edocti, ſed ſemper mali, & peiores, quia legem Chriſti renuerunt recipere. Et ideò animæ illorum grata ſedes fuit Dæmonis idem contigit hæreticis, & malis Chriſtianis. De quibus Auguſtinus epiſt. 137. ait: *Se non vidiſſe meliores, quam qui in monaſteriis profecerunt, neque peiores, quam qui à monaſteriis defecerunt, de quibus* Pſalm. 77. num. 57. dicitur: *Conuerſi ſunt in arcum prauum*, id eſt, in modum arcus duri, & manui non obedientis, qui ſi fortè retentatur, aut vi, aut impetu rumpitur, & diſſipatum manet.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Magiſter volumus à te ſignum videre.

Tranſlatio Vatabli. 2. Præceptor volumus à te ſignum videre.

Tranſ. ex Syriaca. 3. Doctor velimus ex te videre ſignum.

Caietanus in c. 12. Mat. n. 39. vbi vulgata. Generatio praua, & adultera. 4. Volumus videre ſignum de cœlo, vt in manna apud Moyſem, vel in ſole, vt in Ioſue.

Tranſlatio Vatabli. 5. Natio mala, & adultera, &c. ita erit impenetrabilis terræ tribus diebus.

Tranſlatio ex Syriaca. 6. Generatio mala, & adulterina ſignum poſtulat, neque ſignum dabitur ei, niſi ſignum Iahunon Prophetæ, qui fuit in ventre piſcis tribus diebus, &c.

Caietanus citatus num. 11. ex Vulgata. Viri Niniuitæ, &c. 7. Generatio falſa ſecundum intellectum verum, Meſſiam non cognoſcens.

Tranſlatio Vatabli. 8. Viri Niniuitæ, ſurgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt eam, quod ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ, &c.

Tranſlatio ex Syriaca. 9. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio, cum generatione hac, & ream peragent eam quippe qui pœnitentiam egerint prædicatione Iaunon, & ecce qui magis eſt, Iaunon hic eſt.

n. 43. vbi Vulgata. Cum autẽ exierit ab homine ſpiritus immundus, &c. 10. Cum ſpiritus immundus exierit ab homine ambulat per arentia loca quærens requiem, &c. Perluſtrat loca aquis carentia, & quærit requiem, neque inuenit.

Tranſlatio ex Syriaca. n. 45. vbi Vulgata. Tunc vadit, &c. 11. Tunc abit, & adiungit ſibi ſeptem alios ſpiritus ſceleratiores ſe, & ingreſſi habitant illic, & fiunt poſtrema hominis illius peiora primis.

Tranſlatio

Tranſlatio Vatabli. 12. Tunc abit ducens ſecum ſeptem ſpiritus alios ſeipſo nequiores, & ingreſſi habitant in eo, vltima conditio hominis illius peior priore.

Tranſlatio ex Syriaca. 11. Sic accidet, & nationi huic improbæ.

Tranſlatio Vatabli. 14. Ita erit generationi huic ſceleratæ.

DIFFICVLTAS I.

Quare Phariſæi à Chriſto Domino ſigna petierunt?

QVæretur, quare poſtquam Chriſtus confutauerat, & confuderat Phariſæos ſigna petunt?

1305. Chryſoſt. in Catena S.Thom. *Iudæi non confunduntur verbis, ſed indignantur.* 1. Reſponſio Chryſoſtomi citati in Catena Sancti Thomæ, qui ait: *Quia Dominus ſuperius multoties verbis inuerecundam Phariſæorum linguam obſtruxerat; rurſus ad opera veniunt, quod admirans Euangeliſta dixit: Tunc. ſcilicet*, quaſi dicat cum flecti oportebat, eum admirari, cum obſtupeſcere, tunc à malitia non deſiſtunt, dicunt volumus à te ſignum videre, vt eum capiant.

1306. Hieronym. in Catena S.Thom. *Hæretici non deſiſtunt à factis ſuis omnino rei.* 2. Reſponſio Hieronymi citati in Catena Sancti Thomæ. *Sic ſigna poſtulant quaſi quæ viderant ſigna non fuerint, ſed in alio Euangeliſta, quid petant plenius explicatur. volumus à te ſignum de cælo, vel in morem Eliæ, ignem de ſublimi venire cupiebant, vel ſimilitudinem Samuelis tempore æſtiuo contra naturam loci mugire tonitrua, coruſcare fulgura.* Quaſi dicat, qui miracula terræ calumniauerunt etiam miraculis cæli non crederent.

1307. Abul.q.81. in c.12.Matt. *Principes propter curioſitatem miracula quærunt.* 3. Reſponſio Abulenſis quæſt.81.in Matth. 12. *Propter curioſitatem ſigna petebant; nam miracula erant aliquod nouum naturam excedens, & gaudebant videndo illa, licet propter illa credere nollent, & hæc erat curioſitas, id eſt, ſuperflua cura ſciendi id quod non prodeſt.* Quaſi dicat, miracula, ſi non accipiantur cum veneratione inquantum ſunt à Deo, & per ipſa creditur virtus diuina inutilia ſunt, & hoc potius fit in contemptum Dei, & ſic malum eſt miracula quærere.

1308. Cyrill.cit. in Abul. *Riſus eſt in ore cum dolore cordis.* 4. Reſponſio Cyrilli citati in Abulenſi quæſt. 81. *Alij vero operibus ſtimulati liuore acuteu petebant ab eo celeſte videre portentum.* Quaſi dicat, propter inuidiam; quia Phariſæi inuidebant Chriſto, & volebant quomodocunque moleſtare eum, & propter hoc in cælo, & in terra ſignum quærebant, & in illis credebant, ſed irridebant, & inuidebant.

1309. Chryſoſt. in Caten. S.Thom. 5. Reſponſio Chryſoſtomi in Catena citati: *Verba autem eorum adulatione, & ironia ſunt plena, & prius quidem conuiciabantur Dæmoniacum eum dicentes; nunc autem adulantur vocantes eum Magiſtrum, propter hoc Dominus eos vehementer arguit.* Quaſi dicat; quia adulatio eſtimat omnem veritatem à Domo Dei, ideò Chriſtus adulatores vehementer increpauit. *Adulatores omnem veritatem eliminant.*

DIFFICVLTAS II.

Quare vocauit Chriſtus Phariſæos adulteros, & prauos?

QVæretur, quare Chriſtus dixit, generatio praua, & adultera?

1. Reſponſio Hieronymi in Catena citati: *Egregiè autem dixit, & adultera, quia dimiſerat virum, & iuxta Ezechielem multis ſe amatoribus copulauit.* Quaſi dicat, quemadmodum adultera nulli fidem ſeruat. Sic Iudæi multis peccatis idololatriæ pleni fuerunt. 1310. Hieron.in Caten. Ezech. *Adultera nullum amat.*

2. Reſponſio Chryſoſtomi in Catena cit. *Vnde dum monſtrat ſe Patri æqualem, ſi ei non credere volunt generationem adulteram facit.* Quaſi dicat, quod ſicut idololatra non vult credere in verum Deum. Ita cum iſti Chriſtum ex operibus ſuis Deum eſſe cognoſcere potuiſſent in Deum credere noluerunt. Et ita Belzebub tribuebant honorem debitum Chriſto, quando dicebant, quod in Belzebub principe Dæmoniorum eiiciebat Dæmonia, & in hoc adulterabant dando honorem Dæmonibus debitum Chriſto. 1311. Chryſoſt. in catena S.Thom. *Idololatra adulteri ſunt certo modo.*

3. Reſponſio Abulenſis quæſt. 90. *Adulteros vocat metaphorice, quia ſicut adulterini fœtus ſunt ignobiles, & nullum honorem habent Sapientiæ 4. Ita Chriſtus innuebat, quod iſti erant mali, & indigni honorari.* Quaſi dicat, vt tolleret eis ſuperbiam, quia de progenie gloriabantur, vocat eos adulteros, id eſt, non imitatores Abrahæ, de quo deſcendere gloriabantur. 1312. Abul.q.90. *Adulterini non ſunt digni honoribus.*

4. Reſponſio eſt noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *Vocat illos adulteros, quia Patres eorum idololatra fuerant.* Quaſi dicat, ferè ſemper filij imitantur parentes ſuos, & ita Phariſæi, ſicut erant filij deſcendentes ex idololatris, ita Chriſtum verum Deum exhonorabant, & adorare eum renuebant. 1313. Lyran ſua in Gloſſa. *Filij parentes imitantur.*

5. Reſponſio Caietani, *Verè generatio illa erat, tum in ſe mala ſecundum voluntatem, & adultera, hoc eſt, falſa ſecundum intellectum, verum Meſſiam non agnoſcens, vero ſponſo non hærens.* Quaſi dicat, malæ, & deprauatæ ſemper fuit voluntatis Iudæorum proſapia. Tum etiam ſecundum Origenem, mala generatio, & adultera fuit, quia imitabantur malos, & adulteros patres, qui occiderunt Prophetas, qui fornicati ſunt cum idolis. 1314. Caietan. in Matth.12. *Mala voluntas iniquorū difficile extinguitur.*

6. Reſponſio Interlin.in gloſſ. *Adultera eſt, quæ dimiſſo viro multis amatoribus ſe copulauerat.* Et addit Abulenſis q. 90. *quod quæ ex adulterio naſcitur, propriè dicitur generatio adultera: Chriſtus autem noluit hoc dicere Phariſæis, quia fortè erant nati ex legitimo thoro, & dato quod aliqui eſſent ex adulterio nati, non diceret eis Chriſtus talem contumeliam, quia verum honeſtum, &* 1315. Gloſſ. Interlin. *Adultera quæ dicitur propriè. Verba incompoſita viri graues non loquuntur.*

grauem non decent talia verba. Et ita dicendum eſt, quod metaphoticè luquutus eſt, & quaſi comparando fidem Phariſæorum cum fide idolatratum, à quibus deſcendebant.

DIFFICVLTAS III.

Quare dedit eis ſignum Ionæ Prophetæ?

QVæretur, quare Chriſtus ſignum Ionæ Prophetæ dedit Phariſæis?

1316. Sancti Petri Chryſologi ſer. 37.

1. RESPONSIO Petri Chryſologi ſer. 37. *Ionas fuit Chriſti typus, vt enim Ionas fugit à facie Dei, ita Chriſtus in ea ratione, qua hominem aſſumpſerat à Deo ſe exinaniuit, vt à facie deitatis aufugiſſe videretur.* Secundò, vt Ionas deſcendit in Ioppem, ita Chriſtus de cœlo deſcēdit in terram. Tertiò, vt Ionas in nauē ſe contulit; ita Chriſtus nauem Eccleſiæ nauigaturus aſcendit. Quartò, vt ſtatim venti, & tempeſtates lunæ; ita inimici Chriſto, Iudas, Phariſæi, & Principes aduerſati ſunt. Quintò, vt ſorte Ionas miſſus in mari: Ita iuxta prophetica oracula Chriſtus morti expoſitus eſt. Sextò, ſicut Ionas non niſi ſuo conſenſu demerſus eſt. Ita Chriſtus ſuam ipſe animam poſuit, & oblatus eſt, quia ipſe voluit.

Iona cum Chriſto ſimilitudo in ſex proprietatis.

1317. Lyran. ſua in Gloſſa.

2. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa: *Quia Phariſæi terreni ſunt & infimi; ideò de terris, & de infimis ſignum habebunt.* Quaſi dicat, impij & homines deprauatæ intentionis erant Phariſæi, & ideò Chriſtus ſignum de ſub terrenis dedit eis, non de cœleſtibus, vt ipſi deſiderabant.

Homo male voluntatis terrena, & crudelia meditatur.

1318. Chryſoſt. in Catena S. Thom.

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citati, *Quia non vt eos induceret ſigna faciebat; ſciebat enim eos lapideos eſſe, ſed vt alios emendet, aut quoniam non acciperent ſignum, quale eſt illud quod petebant: ſignum enim factum eſt, quando per propriam pœnam cognouerunt eius virtutem. Hoc enim occultè inſinuans dicit, ſignū non dabitur ei.* Quaſi dicat, multa beneficia demonſtraui, nihil horum vos allexit ad venerandam meam virtutem, quam cognoſcetis per pœnam; quoniam ciuitatem veſtram in terram proiectam, videbitis; interim autem ſermonem de reſurrectione interponet, quam cogniturі erant per ea quæ poſtea erant paſſuri.

Vexatio dedit Iudæis intellectum poſt reſurrectionē Chriſti.

1319. Abul. q. 91.

4. RESPONSIO Abulenſis q. 91. *Dedit hoc ſignum Chriſtus; quia Phariſæis non erat ſignum, de quo ipſi gaudebant, ſicut fuit in Rege Achaz, qui indignus erat, quod reciperet ſignum à Domino, & etiam ille nolebat recipere dicens, non petam, & tamen Deus dedit ei,* quia dicitur ibi; *Propter hoc Dominus ipſe dabit ſignum,* id eſt, licet vos non petatis, ipſe dabit, ecce Virgo concipiet. Ita nunc datur Phariſæis ſignum, quod ipſi non petebant, neque erat ad vtilitatem eorū.

Ipſis nolentibus ſigna malis dantur.

Iſ. c. 7. n. 14.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dixit Ieſus, viri Niniuitæ reſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam?

QVæretur, quomodo Niniuitæ condemnabunt Phariſæos in die iudicij?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citati, *Ne aliquis exiſtimaret, quod talia deinceps futura eſſent in Iudæa, qualia Niniuitis contigerant; vt ſicut Ionas illos conuertit, & ciuitas fuit a periculo liberata, ita & ipſi poſt reſurrectionem conuerterentur, Dominus nunc contrarium oſtendit, quoniam, ſcilicet, ex beneficio paſſionis nullum fructum perceperunt, ſed & grauia patientur, vt infra oſtenditur per exemplum Dæmonis.* Quaſi dicat, Iudæi fuerunt, de quibus dicitur, poſteriora primis peiora fuerunt, quia ab initio ſemper de malo in peius delapſi ſunt, non vero ſic Niniuitæ, qui per pœnitentiam veniam præteritorum meruerunt. 1320.

1320. Chryſoſt. in Caten. S. Thom.

Iudæi ſemper peiores ſunt, & de malo in præcipitiū dilabuntur.

2. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ: *Ionas paucis diebus, (id eſt, triduo.) & ſine ſignis prædicauit genti incredulæ, & profecie, ego longo tempore, & populo Dei, & cum pluribus ſignis in vanum prædico.* Quaſi dicat, eo magis indigni ſunt venia, qui ea lege ſunt infideles quo plus eſt fidei in his qui legem neſcierunt: Niniue ſpecioſa ſignificat gentilitatem, quam Chriſtus amauit fœdam, vt faceret pulchram. In Niniuitis, & Regina Auſtri fides Eccleſiæ ſignatur, quæ non minus per pœnitentiam peractæ inſipientiæ, quàm per induſtriam diſcendæ ſapientiæ Deo conciliatur. Duæ enim ſunt partes Eccleſiæ: quæ peccare neſcit, & quæ peccare deſiſtit; pœnitentia enim peccatum abolet, ſapientia cauet? 1321.

1321. Gloſſa ord.

Chriſtiani mali plus torquentur quam gentiles.

Pœnitentia peccatū abolet, ſapientia ſanet.

3. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa. *Hic exprimitur eorum condemnatio, quia gentiles peccatores egerunt pœnitentiam ad prædicationem Prophetarū, & Phariſæi obſtinati, fuerūt in prædicatione Chriſti; qui tamen erat Dominus Prophetarum, & ideo ex facto illorum apparuit condemnatio iuſta eorum.* Quaſi dicat, ipſa obſtinatio malorum iuſtificat iudicium contra facta illorum. 1322.

1322. Lyranus ſua in Gloſſa.

Impij ſuis operibus iudicantur.

4. RESPONSIO Hieronymi in Catena citat. dicitur, *Quod condemnabunt viri Niniuitæ generationem Phariſæorum, non ſententiæ poteſtate, ſed comparationis exemplo.* Quaſi dicat, cum Abulenſi q. 97. *Eſt iudicium auctoritatis. Et hoc ſolius eſt Trinitatis cuius eſt tota auctoritas iudicandi viuos, & mortuos; quia omnes ſui ſunt, & hoc modo Chriſtus in quantum homo non habebit iudicium auctoritatis; quia in quantum homo quodcumque habuit, recepit, vt minor; auctoritas enim eſt in dante; in Chriſto autem, vt homo eſt, vt in recipiente,* vt patet Matth. 28. n. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Tota autem Trinitas eſt vnus iudex per auctoritatem, ſicut eſt vnus Deus, & vnus Dominus, & licet filius quidquid habet à Patre receperit, & Spiritus Sanctus ab vtroque, & ſic in ſolo Patre eſt auctoritas; hoc autem eſt reſpectu eſſe naturalis; quia quidquid vna perſona recipit ab alia, à qua emanat recipit tamen reſpectu eſſe creaturarum: non recipit vna perſona aliquid ab alia: nam non dat Pater filio poteſtatem ſuper creaturas; ſed ſicut Pater à nullo accepit, quod eſſet Dominus creaturarum: Ita neque filius, neque Spiritus Sanctus. Et ideò omnes tres ſunt vnum principium, & vnus creator omnium creaturarum, vt recta fides confitetur; auctoritas ergo iudicandi, eſt in tota Trinitate, non tanquam in tribus iudicibus, ſed ſicut in vno.* 1323.

1323. Hieronym. in Catena S. Thom.

Abul. q. 97.

1. Iudicium Auctoritatis.

2. Poteſtatis.

3. Honoris.

Matth. c. 28. n. 18.

4. Laudationis.

5. Comparationis.

Niniuitæ iu..comparationem Phariſæorum erunt boni.

Secundum iudicium eſt poteſtatis, & iſtud eſt 1324.

in

in Chriſto homine, in quantum homo eſt; ipſe etiam ex commiſſa ſibi poteſtate iudicabit ſæculum; *Quia Pater non iudicat, quenquam, ſed omne iudicium dedit filio facere.* Ioann.5.num.22. *Quia ſicut ipſe in humanitate ab hominibus iudicatus eſt, ita in humanitate iudicabit omnes homines*, vt patet Matth.19.

Ioan 5.n.22. Opera Chriſtianorum iudicabuntur per comparationem.

1325. Tertium iudicium erit honoris, & dignitatis, & eſt ſedere in throno excelſo, & competit Apoſtolis, & paucis vt patet Matth. 19.

1326. Quartum iudicium laudationis, & pertinet ad omnes electos vt dicitur Sap. 3. *Iudicabunt nationes, id eſt approbabunt iudicium factum à Deo.*

1327. Quintum iudicium comparationis eſt iſtud quando in comparatione vnius iudicatur alius, vel bonus, & hoc modo dicitur, quod Niniuitæ condemnabunt generationem Phariſæorum, qui fecerunt pœnitentiam, & Iudæi non, neque crediderunt.

Niniuitæ iudicio comparationis condemnabunt Iudæos.

DIFFICVLTAS V.

Quomodo Regina Auſtri condemnabit Iudæos in die iudicij?

QVÆRITVR, ad quid exemplum Reginæ Auſtri poſitum eſt hic?

1328. 1. RESPONSIO Hieronymi citati ab Abulenſi quæſtione 95. in capite 12. Matthæi. *Iſta eſt Auſtri Regina Sabba, de qua in Regum volumine, & in Paralipomenon legimus, quæ per tantas difficultates gente ſua, & imperio derelicto venit in Iudæam audire Sapientiam Salomonis, & ei multa munera obtulit, & de iſta Regina dicitur, quod venit à finibus terræ, non quidem quod verè eſſet in fine terræ habitabilis; ſed quia regnum ſuum multum diſtabat ab Hieruſalem*, & hoc dicitur ad maiorem condemnationem Iudæorum quia illa venit de terra longinqua, & Iudæi noluerunt audire Chriſtum qui inter eos erat.

Hieron. cit. ab Abulenſ. q.95. in c.12. Matth. 3.Regum 10. 2. Paralip 9.

1329. 2. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena. *Iſtud plus fuit quam prius: Ionas enim ad illos abiit, & Regina Auſtri non expectauit Salomonem ad ipſam ire. Sed ipſa ad eum acceſſit, & mulier barbara, & tantum remota, non mortem formidans ſola cupidine verborum ſapientium: ibi ergo mulier aduenit, hic ego veni.* Quaſi diceret, mulier vna à finibus terræ ſurrexit; ego autem ciuitates & caſtra circumeo, & illa quidem de arboribus, & lignis diſputauit, ego autem de ineffabilibus myſteriis.

Chryſoſto. in Catena.

Regina Auſtri confundit negligentiam noſtram.

1330. 3. RESPONSIO Rhemigij in catbena citat. *Oſtendit autem Dominus in his verbis vnam eſſe malorum & bonorum reſurrectionem futuram contra quoſdam hæreticos, qui dixerunt vnam eſſe reſurrectionem bonorum, & alteram malorum.* Deſtruitur etiam his verbis fabula Iudæorum, qui ſolent dicere, *Quod ante iudicium mille annis celebretur reſurrectio*, aperte his verbis oſtendens, *quod mox vt celebrabitur reſurrectio celebrabitur & iudicium.*

Remighius in Catena.

Hæreticorum error circa reſurrectionem fabula iudæorum.

4. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 96. *Ad arguendam grauius Iudæos hoc ponitur, quia dum plures extranei oſtenduntur fuiſſe diligentes nimium circa ſalutem ſuam, quam iudæi contemnebant, apparet, ipſos fuiſſe damnabiliores, ideo licet poſuiſſet factum Niniuitarum addit exemplum Reginæ Auſtri.* Quaſi dicat, *Semper infirma mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes.* Et ita, exemplum mulieris delicatæ & Reginæ Doctoribus legis propoſuit, vt ſua diligentia, & deſiderio Salomonem audiendi confunderet proteruiam, & ſuperbiam magiſtralem Phariſaicam nolentem, & renuentem audire & videre pluſquam Salomonem. Ideo dixit Dominus & ecce hic plus quam Salomon. 1331.

Abul.q.96. *Infirma mūdi elegit Deus vt Sapientes confunderet* 1.Cor.1.n.27

Mulier fortis virum excedit.

5. RESPONSIO Lyrani noſtri ſua in gloſſa, *Regina Sabba, id eſt Regina Auſtri, de qua habetur* 3. Reg.10. *Et dicitur Regina Auſtri quia regnum eius eſt in Auſtrali parte reſpectu Hieruſalem.* Et addit Lyranus, *Per Reginam Auſtri ſimplices ſignificantur, ſapientiam Chriſti deuotè quærentes, quorum ſalus ſecundum ſententiam Saluatoris præponitur ſaluti eorum, qui ſunt multum litterati de ſua tantum ſcientia præſumentes.* Sed hoc dixit Lyra in ſenſu morali, de quo latius ſupra. 1332.

Lyranus in ſua gloſſa. *Regina Auſtri eſt Sabba.* 3.Reg.10. *Simplices rapiunt nobis ſalum.*

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo intelligatur, cum Spiritus immundus exierit ab homine?

QVæritur quomodo & quare hic à Chriſto talia verba dicta ſunt.

1. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa. 1333. *Hic ponitur excæcatio Iudæorum & poſſeſſio à Diabolo, ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod Diaboli poteſtas fuit eiecta à populo Iudaico per legis dationem quæ excludebat cultum Dæmonum, & inducebat ad colendum vnum Deum verum, & ſic eiectus tranſiit ad poſſidendum plenius gentiles ſine lege, & prophetarum oraculis viuentes, & ideo eos tenebat in idololatria ſubiectos. Sed aduentu Chriſti, & ſua prædicatione, Iudæi pro maiori parte fuerunt increduli gentiles autem deuotè fidem Apoſtolorum ſuſceperunt; & ſic Diabolus eiectus ab ipſis; per fidem Chriſti reuerſus eſt ad poſſidendum populum iudaicum errore excæcatum;* & ſic facta ſunt nouiſſima huius populi peiora peioribus; quia ſtatus populi Iudaici peior eſt modo, quam fuerit à principio ante legem datam. Hoc eſt ergo, quod dicit, cum exierit ſpiritus immundus ab homine, id eſt, à populo Iudaico viuente ſub lege naturæ, quia eiectus eſt per ſuſceptionem legis Moſaicæ.

Lyranus ſua in gloſſa. *Dæmon eiectus fuit à Gentilibus & reuerſus eſt ad Iudæos vbi hodie nouiſſima peiora ſunt.*

Iudæi ingratiſſimi nimis.

2. RESPONSIO Euthymij citati in gloſſa ordinaria. *De liberatis à Dæmone hic dixit, qui ob ſegnitiem, ac negligentiam rurſus ab eo inueniuntur, & capiuntur.* Quaſi dicat, timeant, qui obſeſſi fuerunt à Dæmone, ne aliquid deterius illis contingat, quia erunt poſteriora peiora peioribus. 1334.

Euthym cit. in gloſſa. *Obſeſſi à Dæmone ſunt timerati.*

1335. Hieron. in Catena S. Thom. *Hæretici poſteriora habêt peiora prioribus.*

3. RESPONSIO Hieronymi in Catena Sancti Thomæ, *Quidam iſtum locum de hæreticis dictum putant, quod immundus ſpiritus, qui in eis antea habitabat, quando gentiles erant ad confeſſionem veræ fidei eiiciantur, poſtea verò, cum ſe ad hæreſim tranſtulerint, & ſimulatis virtutibus ornauerint domum ſuam, tunc aliis ſeptem nequam ſpiritibus adiunctis, reuertatur ad eos Diabolus, & habitet in illis, fiantque nouiſſima illorum peiora prioribus.* Quaſi dicat, multo quidem peioris conditione ſunt hæretici quam gentiles; quia in illis ſpes fidei, in iſtis eſt pugna diſcordiæ, ita Hieronymus citatus.

1336. *Auctoris Sententia. Hæretici ab infuſione Sancti Spiritus alieni, & aridi.*

4. RESPONSIO *Loca arida appellat corda hæreticorum ab omni humore ſalutarium aquarum, hoc eſt, ſanctarum Scripturarum ſpiritualium donorum, & ab infuſione Sancti Spiritus aliena.* Quaſi dicat, hæretici reſiſtentes. & contradicentes Sanctis Patribus, & Conciliis, ſolum in Sacris Scripturis ſuum dictamen ſequuntur, & ita ſiccantur ab omni inſpiratione diuini ſpiritus, & omni ſuperbia, & arrogantia replentur, & vruntur hic & in æternum.

1337. Rabban. cit. in Catena S. Thom. *Corda impiorum lectulum Dæmoniorũ.*

5. RESPONSIO Rabbani citati in Catena, *Loca arida ſunt corda fidelium, quæ mollitie fluxæ cogitationis expurgata callidus impugnator explorat, ſi quos greſſus infigere poſſit, ſed caſtas mentes effugiens Diabolus, in ſolo corpore prauorum gratam ſibi poteſt inuenire requiem.* Quaſi dicat, non ſinit Diabolus quieſcere Sanctos, ſed ſemper eos multis modis conturbare conatur, ſed non poteſt, & iratus vadit ad corda impiorum, vbi manſionem perpetuam habet.

1338. Chryſoſt. in Caten.

6. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citati. *Quia igitur (ô Iudæi,) non vultis attendere, ſed in maiorem excidiſtis nequitiam; grauius enim eſt occidere Chriſtum quam Prophetas; propter hoc difficiliora patiemini; quæ enim ſub Veſpaſiano, & Tito contigerunt multo grauiora fuerunt his quæ paſſi ſunt in Ægypto, & Babylone, & ſub Antiocho.* Quaſi dicat Chryſoſtomus, nec hoc ſolum Chriſtus oſtendit, ſed quoniam ab omni virtute Iudæi deſolaturi erant, & Dæmoniorum actibus occupaturi, ideò dixit, erunt poſteriora peiora prioribus.

Sub Veſpaſiano, & Tito Iudæi peiora paſſi ſunt.

1339. Gloſſa ord. *Infelicitas peccatorum quando mutat hoſpitem.*

7. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ aſſumit ſeptem ſpiritus, &c. *Septem vitia ſeptem virtutibus ſpiritualibus contraria. Nequiores, non modo habet vitia, ſed & bona ſimulat, tanto nequiores, quia non modo habet vitia, ſed & bona ſimulat, tanto nequiores, quanto callidiores: ſeptem, quia tot erant gratiæ cum Chriſto deſtinatæ.* Quaſi dicat, infelicitas ſumma illius qui mutat ſeptem dona Spiritus Sancti pro ſeptem legionibus ſpiritus maligni.

1340. Gloſſa. Interlin. Iob. c. 40. n. 6

8. RESPONSIO in Gloſſa: *Reuertar in domum meam, quæ vt Interlinealis aduertit, quæ per iniuriam vocat.* Et addit Gloſſa: *Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & locis humentibus: Vmbra tenebroſa conſcientia. Calamus foris nitidus, intus vacuus ſimulator; locus humidus laſciua molliſque mens.* Quaſi dicant omnes, Diabolus quandoque per negligentiam, & incuriam aggreditur, & inhabitat in conſcientia aliàs bona, quandoque aſtutis, & callidis ſuggeſtionibus hypocritas vincit, & ſimulationibus innumeris laſciua corda poſſidet, & ibi nimis requieſcit, quia corda hypocritarum ſunt ornata apparentibus virtutibus, & falſis ſanctitatis cæremoniis, & tunc quaſi adoratus, & honoratus requieſcit Dæmon, & fiunt hominis iſtius miſeri poſteriora peiora prioribus, quia quotidie ſimulationibus complacet ſibi, & delectatur ſimulationibus, & addit peccata peccatis, & mala malis. Sed de hoc latius ad mores poſtea.

Dæmon in ſecreto requieſcit cum corda hypocritarum inhabitat.

Simulator creſcit in malitia quotidie, quia delectatur.

TRACTATVS XL.

AD MORES,

In Cap. XII. Matth.

De ſignis à Chriſto poſtulatis.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Phariſæi ſigna petierunt?

QVÆRITVR, qua de cauſa tam inſolentes Phariſæi ſigna à Chriſto poſtulant?

1341. Chryſoſt. in littera citat.

1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in littera citat. *Quia Chriſtus multoties inuerecundam eorum linguam obſtruxerat, nunc ad opera veniunt.* Quaſi dicat, *Patientia Domini in tolerandis iniuriis, illos inſolentes fecit, & ſigna petiuere.* Vnde Oleaſter ponderans diffidentiam humanam, interrogat, quare dixit Dominus Abrahæ, *Suſpice cælum, & numera ſtellas, ſi potes*, Geneſ. 15. num. 5. Et reſpondet, *Vt crederet Abraham Deo, ideo pro ſignis dedit illi ſtellas cæli.* Et addit: *Vide humanam miſeriam, & diffidentiam, cui tot ad miraculis opus eſt, vt credat veriſſimis verbis Dei. Et mirum valde eſt quod verbis Dæmonis ſine ſignis, ſine iuramento, ſed ſimplici verbo credimus; Deo vero miracula quotidie adhibenti, & ſigna, & prodigia intra nos operanti vix fidem habemus: cum enim Diabolus promiſit primis parentibus immortalitatem nunquid ſigna dedit eis, aut Sacramentis ſe conſtrinxit, aut illi hæc ab eo exacta ſunt? Minimè, ſed ſimplici eius verbo fæmina credidit.* Quaſi dicat, nullum euidentius ſignum poteſtatis diuinæ, quàm linguas ſerpentinas malignantium obſtruere quando poſt ingentia beneficia ſigna maiora petunt.

Oleaſter in Geneſ. 15. n. 5.

Diabolo ſine ſignis, ſed ſimplici verbo credit peccator.

Linguas calumniatorum obſtruere mirabile ſignum Dei.

1342. Rabbanus in gloſſa. 4. Reg. 19.

Vnde interrogat Rabbanus in Gloſſa: quare Iſaias Propheta dixit conſolans Ezechiam Regem 4. Reg. 19. *Tibi autem Ezechia hoc erit ſignum.* Quaſi dicat, tibi dabo ſigna conſolationis tuæ, quia non petis, ſed credis: *Ponam circulū in Sennacherib in naribus eius, & chamū in labiis eius.* Et addit Rabbanus, *Blaſphemantia ora conſtringam, vt nequaquam vltra talia loqui audeat, frænumque mittam in labiis tuis, quod tuam ferocitatem domet, & reducam te cum confuſione in Aſſyrios.* Quaſi dicat, linguam inuerecundam, petentium à Deo miracula, & ſigna cum arrogantia, & ſuperbia ſapit Deus refrenare, & confuſionibus indicibilibus confundere, vt patet in Phariſæis ſigna petentibus. Vnde Lyranus: *Ponit Deus circulum ſuperbis, ſicut fit bubalis, & eſt ſenſus te indomitum, ego domabo malis gradibus tuis*, quod noſtro Hiſpano idiomate ſonat: *Aunque te peſſe, y mal de tu grado, yo te humillaré y quitaré los humos que tienes.* Et addit Lyranus in ſenſu morali, *Verbum eſt Domini alloquentis tyrannum, quem aliquando Deus refrenat ab Eccleſia perſecutione eius poteſtatem auferendo, vel ipſum à malitia conuertendo*, Et hoc Chriſtus cum Scribis, & Phariſæis intentauit cum tanta malitia acceſſerunt, & ſuam ſuperbiam, & arrogantiam oſtentauerunt his verbis, *Volumus à te ſignum videre.*

Superborum arrogantiam ſapit Deus obſtruere.

Lyran. ſua in Gloſſa.

Hiſpana locutio.

Superborum malitia reprimenda.

2. RESPONSIO Abulenſis in littera citati: *Propter curioſitatem ſigna petebant: nam miracula erant quædam ſupra naturam; & gaudebant videndo illa.* Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Deus dedit Moyſi poteſtatem prodigia faciendi in Ægypto dixit Exod. cap. 7. num. 9. *Si loquutus fuerit ad vos Pharao, dando, date portentum.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet; *Non debent Sancti Dei temere ſigna facere, etiam ſi poſſint, ſed rogati, aut inuitati; neque debent velle ſe oſtentare.* Conſidera Chriſtum ſeruatorem noſtrum, quem nunquam inuenies ex curioſitate, ſed ſemper neceſſitate compulſum feciſſe miracula. 1343.

Abul. cit.

Oleaſt. in Exod. c. 7. n. 9.

Tranſl. Pag.

Miracula nō ſunt petenda neque facienda propter curioſitatem.

Vnde interrogat Theodoretus quæſt. 53. citat. in Gloſſa, quare tam grauiter iratus eſt Deus contra Ezechiam Regem, cui Propheta Iſaias ait 4. Reg. 20. num. 17. *Hæc dicit Dominus, auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua. &c.* Et reſpondet; *quia ipſe Ezechias ſuo ore ſe condemnauit, dicens, quod ex curioſitate omnia quæcumque erant in domo ſua monſtrauerat legatis Babylonis diuitias ſcilicet, ſuas quæ nihil habebant firmum, ac ſtabile.* Vnde addit Lyranus, quod Rabbi Salomon dicit, *Quod Rex ex curioſitate non ſolum oſtendit legatis ea quæ erant in theſauris ſuis, & in domo ſua, ſed etiam ea quæ ſecretiſſimè, & reuerentiſſimè ſeruabantur in templo, ſcilicet, vnctionem Regum, & Pontificum, & tabulas teſtimonii, & legem, quæ nullo modo erant gentibus oſtendenda.* Quaſi dicat, non mirum eſt, quod Deus puniret Regem Ezechiam, cui Deus tanta ſigna, & prodigia dederat, & ipſe ſolum curioſitatis, & vanitatis cauſa legatis potentiſſimi Regis Babylonis oſtendit. Ex quo patet, quod ſerui Dei pluries tentantur à Dæmone, vt virtutes, & diuitias diuinas 1344.

Theodoret. q. 53. in gloſ.

4 Reg. 20. n. 17.

Curioſitas fugienda ſicut vanitas.

Lyranus in gloſſa. Rab. Salom.

Serui Dei fugere debent omnem oſtenſionem curioſitatis & vanitatem.

diuinas coram Regibus potentiſſimis cauſa vanitatis, & curioſitatis oſtendere caueant.

1345. Vnde Rabbanus in Gloſſa. *Tacet Rex, de quo verebatur offenſam, quod oſtenderat ei cuncta quæ haberet in poteſtate ſua, inter quæ erat præcipua templi ſupellex.* Quaſi dicat, verecundia oppreſſus fuit tantus ac ſanctus Rex, quod prodigia, & ſigna à Deo cum illo facta, ex vanitate Regi Babylonico oſtendere conatus eſt. Vnde Gloſſa: *Dei ira iuſtiſſima fuit, quoniam non ſolum theſauros ſuos atque Palatij, ſed & templi oſtendit, quod certè fuit poteſtatis eius de cuius valuis aurj, laminas ante iam tulerat.* Et addit Interlinealis, *non ſuo, ſed Patrum labore quæſita.* Quaſi dicat, nimis vanus, & curioſus voluit Rex Ezechias videri coram Rege magno Babylonico; quia ea quæ Patrum labore, & Dei prouidentia data erant templo, oſtendit, vt exponeret periculis, & perderentur, vt accidit. Propter quod Chriſtus curioſitatem quam impij Phariſæi deſiderabant ſigna petendo, reprehendit aſpere, neque fecit.

Rabbanus in Gloſſa.
Periculum in curioſitatibus.
Quæ à Deo conceſſa ſunt, tacere.
Qui dona Dei oſtentat, perdit.

DIFFICVLTAS VIII.

Quomodo intelligatur, generatio praua, & adultera?

QVæritur, quare Phariſæos vocauit Deus generationem prauam, & adulteram?

1346. 1. Responsio Hieronymi in litera citati: *Quia Iudæa dimiſerat virum ſuum verum Deum, & multis amatoribus ſe copulauerunt, id eſt, Dijs alienis.* Quaſi dicat, quotidie adultera mutat fidem, & quærit varios modos peccandi, ſed in nullo requiem inuenit, & nunquam Deo adhæret; imò fugit ab eo; quia in vitiis exiſtimat non indigere, & ſemper fallitur. Vnde interrogat Oleaſter, quare filij Iſraël vociferati ſunt dicentes Exod. 14. num. 12. *Melius eſt nobis ſeruire Ægyptiis?* Et reſpondet, *hæc eſt tentatio peccatorum arbitrantur ſe abundare ſub vitiis, & indigere ſub virtute. Audi quoſdam*, apud Malachiam 3. num. 14. dicentes, *Vanum eſt colere Deum, & quid emolumenti, quod cuſtodierimus, & quod ambulauerimus humiliter à facie Domini exercituum, & non beatificamus ſuperbos, etiam ædificati ſunt, facientes impietatem etiam probauerunt Deum, & ſaluati ſunt.* Quaſi dicat, impij multoties exaltati ſunt, & fruuntur honoribus, & dignitatibus, & meretrices, quæ multis amatoribus copulantur, diuitiis abundant, ſalute, & pace fruuntur. Sed væ illis, quia praui ſunt, & ex generatione adulterina nati, & ſubito tranſiit gloria eorum, & fallacia mundi, & Dæmonis demonſtratur, & virtus omnipotentis oſtenditur magnificando iuſtos, & adulteros, reprobosque confundendo.

Hieronym. in litt. cit.
Adulteræ diffinitio.
Oleaſter in Exod. c. 14. n. 12.
Tranſlat. Pagnin. Malach. 3. n. 14.
Gloria impiorum cito tranſit, quia adulterina eſt, & fallax.
Meretrices abundant diuitiis.

1347. Vnde interrogat Chryſoſtomus ſerm. de Eliſæo, & Syrorum inſidiis, quare dicitur, 4. Reg. 6. num. 8. *Quod Rex Syriæ, conſilium iniit cum ſeruis ſuis dicens: in loco illo, & illo ponamus inſidias?* Et reſpondet, *tenduntur in campo ab inimicis Dei inſidiæ doli ab hoſtibus præparantur, deceptionum latebræ diſponuntur, vt populus Dei, non tam bello, quam inſidiarum fallacia decipiatur. Sed hoc nudat Eliſæus Propheta Sanctiſſimus.* Quaſi dicat, generatio praua, & adultera inſidias ponit iuſtis, & timoratis affirmans, quod diuitiis, & honoribus, dignitatibusque malæ partis viuitur, & fruitur hoc mundo, & quod iuſti, & docti ſunt miſeri, afflicti, & contempti in hoc mundo. Sed ad Dei prouidentiam pertinet inſidias tales tollere, & paſſim videmus, quomodo repente praui, & adulterini moriantur, & quomodo pretioſa ſit mors Sanctorum. Vnde Lyranus ſua in Gloſſa ad mores ait: *Syria interpretatur ſublimis, & iam per Regem Syriæ intelligitur Diabolus; qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ; pugnat autem contra fideles, qui per Iſraël intelliguntur, & ponit inſidias ad ipſos capiendos. Oſtendens eis omnia regna mundi, & voluptates eius, quibus ſui fruuntur; ſed per Eliſæum fruſtrantur, quando per prædicatorem aſtutia Dæmonis denuntiatur fidelibus, & ab eis præcauentur; propter hoc Chriſtus hodie tanquam Magiſter Prædicatorum inſidias Phariſæorum capit, & non ſolum ſigna, quæ petunt fecit, ſed illos exprobauit, & illorum inſidias manifeſtauit vocando eos adulteros, & prauos, quia ſuperbiendo, & non orando, ſigna & miracula poſtularunt.* Vnde Ambroſius lib. 3. exameron, cap. 2. ponderans requiſita ad ſigna, & prodigia a Deo poſtulanda, ait: *Diſcimus naturam poſſe conuerti, quando petra aquas fluxit, & ferrum aquas ſuparauit, quod vtique Eliſæus orando facere meruit, nõ imperando.* Quaſi dicat, rectè generatio iſta Phariſæorum adultera vocatur à Chriſto, quia ſigna ab eo poſtulant, non orando, ſicut ſancti faciunt, ſed poſtulando, & dicendo volumus à te ſignum videre.

Chryſoſt. ſer. de Eliſ. & de Syrorũ inſid. is. 4. Reg. 6. n. 8.
Diabolus diuitias apparentes meretricibus cõdonat.
Lyranus in Gloſſa.
Diabolus capus ponentis inſidias.
Superbi ſemper iubere volunt.
Ambroſ. lib. 3. examer. c. 2.
Praua & adultera generatio, quæ non orationibus ſigna petit.

1348. 2. Responsio Abulenſis citati in litera: *Chriſtus non dixit Phariſæis, quod erant nati ex adulterio, ſed metaphoricè loquutus eſt; quia quamuis ex legitimo thoro non eſſent non diceret talem contumeliam; quia virum grauem, & modeſtum, non decet ſalſa dicere, &c.* Vnde de Socrate de adoleſcente pertinaciter tacente dixiſſe fertur, *Loquere adoleſcens, vt te videam.* Quaſi dicat, *profer verba, vt ſpecimen tui præbeas.* Vnde Chriſtus Dominus Matth. 12. n. 13. dixit, *Quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?* Quaſi dicat, ex fructibus arbor agnoſcitur, & mala arbor non poteſt bona verba proferre. Vnde Cyrillus lib. 3. theſaur. cap. 2. *Arbor ex fructu ſuo cognoſcitur; fructus autem Patris, verbum ſuum, hoc eſt, filius ſuus.* Et Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 4. *Dum eum Hæreticum, qui Chriſtum Dei, non boni filium flagitioſe faciebat; hac ratione pulchrè confutat: Adhibet operi bono optimum etiam miniſtrum, ſermonem ſuum eructauit, inquit cor meum ſermonem optimum: agnoſcat hic primum fructum optimum, vtique optimæ arboris, (Marcion,) imperitiſſimus, ruſticus quidem, in malam bonam inſeruit, ſed non valebit, blaſphemiæ ſurculus areſcet cũ ſuo artifice, & ita bona arboris natura teſtabitur.* Quaſi dicat, verbum æternum eructatum a Deo teſtificatur bonitatem eſſentialem Patris ſui, quia per verba hominea cognoſcuntur. Vnde Hilarius explicans illud Ioann. 17. n. 1. *Pater venit hora, clarifica filium ſuum,*

Abulenſ. cit. in litt.
Socratis axioma.
Matth. 12. n. 13.
Verba ſunt indices cordis.
Cyrill. lib. 3. Theſau. c. 2.
Tertull. lib. 2. contra Marciõ. c. 4.
Hilarius in c. 17. Ioan. 17. n. 1.

Verba demõſtrant honorificentiam.

*tuum, vt filius tuus clarificet te, ego te clarificaui ſuper terram,&c.*inquit, *laus Patris omnis à filio eſt, quia in quibus laudatur filius laus erit Patris.* Quaſi dicat, Pater æternus per verbum ſuum omnia conſummata, & perfecta fecit, ergo verba honorem, & perfectionem dant tam ſummo Patri, quam hominibus.

1349. Athanaſ. orat. 2. contra Arrianos.

Et D. Athanaſius oratione ſecunda contra Arrianos, *Ita quoque ille cum homo factus eſt,& IESVS appellatus, nihilominus haberet omnem creaturam pedibus ſuis ſubiectam, ſibique ſuoque nomini genua flectentem, pariterque confitentem, verbum carnem factum mortemque in carne ſuſtinuiſſe, non ignominiam Deitatis, ſed ad gloriam Dei Patris.* Quaſi dicat, verbum Dei carnem factum tam efficacia, modeſta; & viua verba protulit, & produxit quod per illud honorem, & gloriam Patri æterno dedit, & quod honoris amiſerat, per hominem, per verbum Dei recuperauit. Vnde

Verba compoſita Chriſti honorem Dei recuperauerunt.

Hilar. loco citato.

Hilarius loco citato. *Clarificatur ergo per filium Pater in eo quod ſit à nobis per filium intelligendus.* Quaſi dicat, ita verba Verbi diuini incarnati caſta, compoſita, honeſta, atque efficacia fuerunt apud homines, vt ex verbis illius homines ad gloriam Patri exhibendam alliceret, & prouocaret, & ad cœleſtia deſideria mentes erigeret, vt patet de Petro dicente, *Quæ ibimus, quoniam vitam æternam habes?* vnde benè Abulenſis adnotauit, qood non exhonorare voluit Chriſtus Phariſæos ſuis verbis, ſed metaphoricè loquutus eſt dicens, *generatio praua, & adultera*, & cæt.

Verba verbi incarnati homines ad dãdam Deo gloriam prouocabant.

DIFFICVLTAS IX.

Quare ſignum Ionæ datum eſt Phariſæis.

QVæretur, quam ob cauſam Ionæ ſignum datum eſt Phariſæis incredulis?

1350. Chryſoſt. in litt. cit.

1. Responsio ſit Chryſoſtomi in littera citati, *Non vt eos induceret, ſciebat enim illos lapideos, ſed vt alios emendet.* Quaſi dicat, cum impiis non ſunt prodigia facienda; quia obſtinati ſunt, & fruſtra ſigna proeis dantur, quia lapidea corda habent. Vnde interrogat Oleaſter, quare de Pharaone viſis prodigiis ineffabilibus dicitur Exod. 7. num. 25. *Non poſuit cor ſuum etiam ad hoc*, ſic legit Pagnious? Et reſpondet, *Licet monita multiplicia impiis non curant, neque conſiderant: Dei enim magnum nuntium eſt cognoſcere flagella eius?* Quaſi dicat, hoc intereſt, inter pios, & impios, quod pij etiam mala, quæ à natura proueniunt, flagella Dei eſſe credunt; impij verò flagella apertiſſima Dei mala à natura aduenientia arbitrantur.

Oleaſter in Exod. 7. n. 25

Tranſl. Pag.

Impij obcæcati, neque monitis ex altera vita venientibus credit.

1351. Chryſoſt. in Pſal. 50.

Vnde interrogat Chryſoſtomus in Pſalm. 50. *Quare Dauid Nathan Propheta tantis flagellis eius minanti tam cito credidit:* nam cum diceret Propheta *Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & vxorem illius accepiſti tibi in vxorem, &c.* addit *Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum?* 2. Regum 12. num. 9. Et reſpondet, *Quia pius eras credidit Prophetæ, & malis ſuperuenturis.* Et addit Sanctus *redeans velociter ad conſcientiam tanquam fidelis, & idoneus ſeruus culpam ſimpliciter confitetur dicens peccaui.* Et in Pſal. 143. ait idem Sanctus, *Si quis ex his, qui iacent non ſurgunt, non in cauſa eſt Deus, qui erigit omnes eliſos, ſed qui nolunt reſurgere: nam Iudam quoque cum cecidiſſet voluit erigere, & vt ſurgeret nihil non fecit, ſed ille noluit.* Quaſi dicat, quæ non pectora mortalia cogerent, miracula, quæ Iudas vidit, & prodigia quæ ipſe palpauit intra ſe; ſiquidem pœnitentia infructifera torquebatur, & tamen de prodigiis quæ videbat; *videbat, & non credebat*, & venena de pretioſiſſimo liquore effuſo coram pedibus Chriſti faciebat; Dauid verò cum cecidiſſet, erectus eſt, quia credidit prodigio à Nathan notificato, nempe id, quod ipſe in ſecreto commiſerat à Deo Prophetæ reuelatum fuit.

2. Reg. 12. n. 9.

Peccatores pij cito conuertibuntur.

Chryſoſt. in Pſalm. 143.

Iudas de prodigijs Chriſti venenum faciebat.

Dociles facile à Deo veniam conſequuntur.

1352. Ambroſ. exhort. ad pœnit. tom. 4.

Vnde Ambroſ. exhort. ad pœnit. tom. 4. *Si baptizatus deſertor violatorque Sacramenti fuerit homo peccat, & Deum repellit à ſe, ſi autem agat pœnitentiam ex toto corde, vbi Deus videt ſaluabitur, ſicut vidit cor Dauid, quando increpatus à Propheta poſt Dei terribiles commotiones exclamauit, peccaui, & mox audiuit, abſtulit Dominus peccatum tuum. Quantum valent tres ſyllabæ? tres enim ſyllabæ ſunt peccaui. Sed in tribus ſyllabis flamma ſacrificij eius ad cœlum aſcendit.* Quaſi dicat, prodigia pro Dauid facta, & oracula Nathan ei profuerunt; Abſalon vero, Saul, & Iudas, fruſtra ſigna receperunt; & ita Phariſæis Chriſtus ſolum ſignum Ionæ dedit quia per infidelitatem reſurrectionis, quæ per Ionam figurata eſt, perierunt.

In tribus ſyllabis conſiſtit ſalus æterna.

Saul, Abſalõ & Iudas perierunt.

1353. Abul. citat. in littera.

1. Responsio fuit Abulenſis citati in littera *dedit Phariſæis ſignum Iona Prophetæ, de quo ipſi non gaudebant ſicut Achaz accidit, cui inuito etiam dedit Dominus.* Quaſi dicat, cum Dominus infauſtum, & ſiniſtrum aliquid vult nũtiare inimicis ſui ſigna triſtitiæ inſinuat. Vnde interrogat Lyranus, quare Summus Pontifex Ioiada centurionibus dedit ſignum dicens, 4. Reg. 11. num. 5. *Iſte eſt ſermo, quem facere debetis, tertia pars veſtrum introeat ſabbatho, & obſeruet excubias domus Regis?* Et reſpondet, *quia centurionis fuerunt ſigna ad hoc vt occideretur Athalia, quæ erat educata à parentibus idololatris, ſcilicet, Achab & Iezabel, propter quod erat nequiſſima in tantum quod libidine regnandi filios filij ſui interfecit.*

Lyranus.

4. Reg. 11. n. 5.

Signa infauſta timẽt impij magnates.

1354. Theodoret. q. 36.

Vnde Theodoretus quæſt. 36. *Athalia vt impia tyrannica voluit omne genus Dauidis tanquam pium radicitus exſcindere vt arrepto imperio ſuam doceret impietatem, ſed quia omnia ſapienter regit, & ſex quidem annos tenuit regni adminiſtrationem execranda Athalia; anno autem ſeptimo ſapientiſſimus Pontifex regnum reduxit ad genus regum & ad hoc quaſi dux, poſuit ſigna, & excubias domus Regis vt occiderent ſceleſtiſſimam Athaliã.* vnde Ioſeph lib. 9. antiq. c. 7. *Tunc Gothalia, vel Athalia ſiniſtros euentus ſuæ fortunæ proſpiciens, & puerum leas ſtantem ſuper tribunal Regium eique diadema regale ſuperpoſitum, ſciſſa veſte ſua vehementer exclamans iuſſit occidi, qui ei fecerant inſidias, & principatum auferre tentauerant; Ioiada vero*

Superbi ſemper volunt imperare.

Fatale ſignũ nunquam deſicit impijs.

Ioſeph lib. 9 antiq. c. 7.

euocans

euocans centurionem iuſſit, vt educentes Athaliam in Conuallem Cedron eam ibi perimerent.

1355. *Pondera ſiniſtros euentus ſua ferunt.* Quaſi dicat, impij ſemper pauidi ſunt, & timent valde ſigna & prodigia ſuæ ruinæ. Iuſtus autem (inquit Hieronymus) *Siniſtram non habet,* vnde Dauid dicebat, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Pſalm. 107. num. 1. *cantabo, & pſallam in gloria mea.* vbi D. Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 6. *Paratus namque corde eſt ille, qui & interius promptus eſt pati pro Chriſto & exterius, licet in angariam deuotus eſt, ſi qua inferuntur patientiſſime tolerare.* Quaſi dicat, *Paratum eſt cor meum omnia malignantium interius opprobria ſuſtinere, paratum etiam eſt exterius pro te, quæ me cruciare poſſunt libenter ſuſtinere & hac de cauſa lætus cantabo, & pſallam in gloria mea.* Quaſi dicat, neque dexteram expecto, neque ſiniſtram fortunam timeo; quia paratum eſt cor meum ad vtramque manum; quia iuſto non ſunt ſigna ſiniſtra, vel infauſta, ſed omnia felicia, & dextra ſunt. Sic dicitur de Aod, Iudicum 3. numero 15. *Quod vtraque manu pro dextera vtebatur.* Sic Eleazarus, vt teſtatur Diuus Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 40. *Vtraque manu beſtiam interficiebat.* 1. Machab. 6. num. 45. *Hinc eſt, quod Diabolus dum ſe armat contra Zachariam Prophetam, non ad ſiniſtram, ſed ad dexteram eius ſe prabet, & Sathan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei,* Zachar. 3. n. 1. *vbi Rupertus: ſtabat, non à ſiniſtris, ſed à dextris, quod in eo nihil ſiniſtrum, nihil malum, ſed totum eſſet bonum.*

Hieronym. Iuſti non timent fortunã ſiniſtram. Pſal. 107. n. 1. D. Iſidor. Peluſ. lib. 2. ep. 6. *Opprobria nõ timent iuſti.* Iudic. 3. n. 15. *Eleazarus & Aod vtraque manu fortes.* Ambr. lib. 2. offic. cap. 40. 1. Machab. 6. n. 45. Zach. 3. n. 1.

1356. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare Dominus præcepit filiis Iſrael.* Num. 9. n. 17. *Quod die, & nocte quando diſcedebat nubes proficiſcerentur?* Et reſpondet: *Optime inſtruit nos locus iſte, quam parati eſſe debeamus ad obſequium Dei; ſiue enim die, ſiue nocte ſe incedere præcipiat, alacriter, & celeriter faciendum eſt.* Quaſi dicat, non eſt cauſandum nox eſt, nequeo ire, quoniam qui te nocte ambulare præcepit lumen præſtabit, ſimiliter ſi te in via detineat, & deſiderium tuum tardet adimpleri diſce à filiis Iſraël, qui ſiue nubes aſſiſteret, ſiue proficiſceretur ab eis, nullum præſagium, neque augurium faciebant, ſed ſemper obediebant Deo æquo animo ſiue in itinere detinerentur, ſiue ambularent, ſicut Domino placebat ita tolerabant alacriterque obediebant Deo. Nos vero, ſi quod deſideramus tardauerit, murmuramus, & augurium ex auibus & animalibus latrantibus ſumimus, & ſæpius in deſperationis barathrum hac de cauſa incidimus, ſicut Phariſæis contigit; quia audito ſigno de Iona Propheta contra Chriſtum murmurabant, & ipſi ſe ſuis manibus, & in corde dilacerabant.

Oleaſter in Num. 9. n. 17. Tranſl. Pag. *Fidelis & obediẽs ſeruus ad omnia paratus.* *Impij auguria, & præſagia quærunt in naturalibus.* *In barathrũ deſperationis incidunt paruuli.*

1357. Vnde Tertullianus lib. de patientia cap. 8. *Fatigetur improbitas, quouis actus ille ſit dolore, & contumelia conſtrictus grauius à Domino vapulat; plus improbum illum cædis ſuſtinendo.* Quaſi dicat, ipſa noſtra patientia aduerſariorum euentus deprimuntur, & quaſi ridendo de fortuna aduerſa, & infelice; ipſamet fortuna torqueatur, itaut confuſa fugiat, nam teſte Ouidio; *Ne fortunæ cedas, ſed ſemper audacior ito.* Quaſi dicat, qui lætus ſigna & caſus aduerſæ fortunæ ſuſcepit, illam vincit. Idcirco dicebat Tertullianus loco citato; *Quis te lædit vt doleas, quia fructus lædentis in dolore læſi eſt.* Quaſi dicat, *Fructus Phariſæorum Chriſtum tentare conantium, & lædere deſiderantium, in ipſos refundit quia ſignum datum eſt eis, de quo ipſi non gaudebant, ſed multum dolebant,* vt Abulenſis dixit, *Sed ſapiens legiſlator Chriſtus eiſdem mediis, quibus vituperare Chriſtum volebant, ipſos torquere dignatus eſt.* Vnde concludit Tertullianus; *Ergo cum fructum eius euerteris, tum dolendo, ipſe doleat, neceſſe eſt amiſſione fructus ſui* (& addit) *Tunc tu non modo illæſus ibis, quod etiam tibi ſolum ſufficit, ſed inſuper aduerſarij tui & fruſtratione oblectatus, & dolore defenſus.* Quaſi dicat, ipſa Phariſæorum confuſio Chriſto illæſo, & victore exiuit; quia audiendo ſignum Ionæ Prophetæ obmuteſcere facit illos.

Tertul. lib. de patient. cap. 8. *Prudens de fortuna aduerſa ridet.* Ouid. Tertullian. citat. Abulenſis ſup. citat. Tertullian. citat. *Confuſionem aduerſarius præſtat, qui intentionem malam fruſtratam relinquit.*

DIFFICVLTAS X.

Quare viri Niniuitæ condemnaturi ſunt generationem Iudæorum?

QVæretur, quare Chriſtus dixit, quod reſurgent Niniuitæ ad condemnãdum Iudæos?

1358. 2. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati; *Quia Iudæi fuerunt ſemper peiores, Niniuitæ vero pœnitentiam egerunt; ideo in reſurrectione condemnabunt duritiam eorum.* Quaſi dicat, quod ingrati peccatores beneficiis peiores fiunt. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare filij Iſrael poſtquam receperunt tot tantaque beneficia in deſerto murmurauerunt omnes filij Iſrael in Craſtino.* Numer. 16. numer. 40. Et reſpondet, *quia ſunt, qui flagellis Domini emendantur, bonum mihi, quia humiliaſti me* Pſalm. 118. num. 71. *Et ſunt, qui beneficiis Dei ſunt deteriores,* de quibus Iſaias ait cap. 1. num. 5. *Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationes.* Et addit Oleaſter, *admiranda eſt ingratorum peccatorum impudentia; ſocios abſorptos, & combuſtos viderant in momento; quia ducibus rebellabant, neque tamen timent, ſed impudentiores fiunt.* Quaſi dicat, Dathan, & Abiron, & ducentos, & quinquaginta viros propter ingratitudinem; terra viuos deuorauerat neque tamen reliqui Iſraëlitæ emendauerunt ſe proſpicientes, quod ingratis quoque pœna cum ipſo munere incurrit, vt Seneca dixit.

Chryſoſtom. in littera cit. *Ingrati beneficiis peiores fiunt.* Oleaſter in Num. 16. num. 40. Tranſl. Pag. Pſ. 118. n. 71. Iſai c. 1. n. 5. *CCL. viros terra deuorauit.*

1359. Vnde interrogat Rabbanus, quare dicitur 3. Reg. 11. num 4. *Quod Salomon cum eſſet Senex deprauatum eſt cor eius per mulieres?* Et reſpondet, *apparet in perſona Salomonis mira excellentia, & mira ſubuerſio, flenda vorago; quod in illo diuerſis temporibus extitit prius bonum, & poſterius propter ingratitudinem beneficiorum malum.* Quaſi dicat, hoc in Eccleſia, ſimiliter oſtenditur: nam bona illius bona Eccleſiæ, mala illius, mala Eccleſiæ ſignificant, id eſt, multi ſunt intra Eccleſiam peccatores, qui bene cœperunt & per gratiam Dei augmenta virtutum habuerunt, ſed ingrati peſſimi, & malitia pleni ſunt, quia beneficiis repleti peiores in ſenectute fiunt ſicut Salomon.

Rabbanus in gloſſ. cit. 3 Reg. 11. num. 4. *Salomon ingratitudinis ſymbolum.* *Peccatores ingrati quotidie peiores fiunt.*

Vnde

D. Irinæus in gloſſ.

1360. Vnde Diuus Irinæus, *Cum Salomon ſine offenſa ſeruiret Deo & miniſtraret diſpoſitionibus eius, tunc glorificabatur; cum autem vxores accipiebat ab vniuerſis gentibus, & permittebat eas erigere idola in Iſrael, dixit Scriptura de eo quod ingratum cor eius deprauatum eſt iam ſenex.* Quaſi dicat, quotidie peior Salomon fiebat. Et Auguſtinus præfat. in Pſalmum 126. *Quid mirum ſi cecidit Salomon? In paradiſo non cecidit Adam? non cecidit Angelus de Cælo, & Diabolus factus eſt? Ideo docemur in nullo hominum ſpem eſſe ponendam.* Quaſi dicat, multi peccatorum quotidie peiores fiunt propter ingratitudinem beneficiorum receptorum. Vnde Tertullianus lib. 5. aduerſ. Marcionem. *Reiicitur ingratus Salomon, ſed à mulieribus alienis mancipatur.* D. Greg. lib. 12. mor. c. 12. *Salomon immoderato vſu, atque aſſiduitate peccatorum, ad hoc vſque perductus eſt vt idolis templum fabricaret, qui prius Deo conſtruxerat templum.* Quaſi dicat, qui tantis donis à Deo repletus eſt vt cum eo loqueretur, ad talem miſeriam propter ingratitudinem peruentus eſt.

Auguſtin. in præfat. ad Pſal. 126.
Quo perfectiores eo timidiores.
Tertullian. lib. 2. contra Marcion.
Greg lib. 12. mor. c. 12.

1361. Vnde Theodoretus quæſtione 35. citat. in gloſſa. *Ad amplificandam criminationem ingratitudinis, Scriptura meminit diuinæ reuelationis quæ bis ei facta fuit. Neque enim per alium Prophetam ei oſtendit quid agendum; ſed ipſe Deus ei ante omnia prohibuit cultum Deorum qui falſo nominantur. Deinde alias iuſſit ſeruare leges; quoniam autem per libidinem, & intemperantiam declinauit ad impietatem; & fuit ei impudicitia conciliatrix cultus idolorum. Eum priuauit ſua cura, & prouidentia.* Quaſi dicat, ad Prouidentiam Dei pertinet ingratos punire; quia prius bene incipiunt, & poſtmodum beneficiis peiores fiunt, ſicut Phariſæis contigit; quibus Deus propter ſuam ingratitudinem minatur, quod à Niniuitis pœnitentibus iudicati & condemnandi ſunt.

Theodor. quæſt. 35. citat. in gloſſ.
Deus ipſe ad Salomonem loquutus eſt.
Iudicium comparationis.

1362. 2. Responsio Gloſſæ ordinariæ in littera citatæ. *Quia Ionas paucis diebus prædicauit Niniuitis, & ſine ſigno, & pœnitentiam fecerunt; Iudæi vero, Chriſto quotidie prædicante non crediderunt.* Quaſi dicat, generatio iſta Phariſæorum dura ceruice fuit ſemper Domino Deo ſuo, ſemper obſtinati, ſemper rebelles, & amari; filij vero Niniuitarum ſtatim mites corde, & compuncti fecerunt ad prædicationem Ionæ pœnitentiam.

Gloſſa ord. in littera.

1363. Vnde interrogat Oleaſter, quare ad commotionem filiorum Iſraël contra Moyſem, & Aaron, vt omnes quieſcerent, dixit Dominus Moyſi, Numer. 17. num. 10. *Refer virgam Aaron in tabernaculum vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſraël?* Et reſpondet cum tranſlatione Pagnini, *Ad ſeruandum in ſignum filiis amaritudinis, ſeu amaris; quia dicunt Hebræi, quod verbum Marah, à quo meri, quod eſt amarum, ſignificat mutare ſeu tranſgredi rem, & præceptum, ſeu rebellare, & non obedire. Et ſic erit ſenſus, filij Iſrael erunt in ſignum ſemper, quia amari fuerunt ori Domini, vt qui os Domini amaricarunt.* Vnde Hieronymus vertit, *Filij Iſrael amaritudine ſemper pleni ſunt.* Quaſi dicat, quia ſemper voci Dei filij Iſraël non obedierunt voci Domini, amari, & rebelles fuerunt Deo. Ideo quaſi dicat, Niniuitæ eos in die iudicij iudicabunt; quia obſtinati ſunt rebelles, & amari Deo, non ſicut ipſi qui ad primas prædicationes Ionæ conuerſi fuerunt ad pœnitentiam.

Oleaſter in Num. 17. n. 10 Tranſl. Pag.
Hebræa vox Marach.
Iſraëlitæ generatio ſemper amara Deo.
Hieron. cit. ab Oleaſtro.

1364. Vnde interrogat Beda citatus in gloſſa ad 3. lib. Regum cap. 11. *Quomodo Phariſæi, & Iſraëlitæ, qui tantum gloriabantur de Domino David & Salomon, non imitati ſunt maiores ſuos pœnitentiam agentes;* quia de David teſtes ſunt ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, & inclyta mors eius. De Salomone autem ait Beda loco citato, *Aiunt libri Hebræorum Salomonem quinquies tractum fuiſſe per plateas Hieruſalem cauſa pœnitentiæ. Item aiunt eum veniſſe in templum, quod ipſe ædificauerat cum quinque virgis, de quibus quatuor dedit quatuor Legiſperitis, vt verberaretur ab illis qui communi dixerunt conſilio, quod in Chriſtum Domini manum non mitterent, vnde fruſtratus ab illis, à ſe depoſitus eſt à Regno.* Et Tichonius regula 4. de promiſſ. & leg. ibi in gloſſa ordinaria ait. *Quid dicimus de Salomone, cum Deo eſt, an poſt idololatriam reprobatus? Si reprobatum dixerimus, occurrit vox Dei, quæ dicit; nec terra quidem regnum auferre Salomoni propter David, ſicut ſcriptum eſt in libro Regnorum, quo manifeſtum eſt cum Deo eſſe Salomonem, cui regnum terræ non eſt ablatum, & cui dictum erat miſericordiam meam non auferam ab eo.* Et Epiphanius contra hæreſ. 42. *Marcion dicit in infernum deſcendiſſe Dominum, vt ſaluaret Cain, & Core, & Dathan, & Abiron, & Eſau, & omnes gentes, quæ non nouerunt Deum Iudæorum; Abel autem & Enoch, & Noe, & Abraham, & Iſaac & Iacob, Moyſem itemque ac Salomonem illic reliquiſſe.* hæc reprobat Epiphanius *Et rectè tanquam hæreticum*, & ex Gloſſa ordinaria in 3. Regum cap. 11. *Omnia, & ſequentia quaſi narrata narro non defendo.*

Beda cit. in gloſſ. in lib. 3. Reg. c. 11.
Hebræorum traditio.
Salomon virgis cædi imperauit.
Tichonius regula 4. de promiſſ. & leg. in gloſſ. citat. cap. 11. Reg 3.
Indicio quod Salomon non eſt damnatus.
Epiphanius contra hæreſ. 42.
Error Marcionis hæretici.
Gloſſ. ordin. in lib. 3 Reg. 11.

1365. Et Diuus Hieronymus in capite 43. Ezechielem citat. in gloſſa ait, *Non ſolum cultores templi, & aduenæ, ſed & ipſe fabricator eius Salomon peccauit, & offendit Deum, licet poſtea egerit pœnitentiam ſcribens prouerbia, in quibus ait: nouiſſime ego egi pœnitentiam.* vbi Septuaginta legunt; *Poſtremo ego egi pœnitentiam, quod ergo Hebraicè, eſt poſui in corde meo, & ſeptuaginta ſunt interpretati.* Et D. Irinæus lib. 4. c. 45. in gloſſa. *Sufficienter increpauit Salomonem Scriptura, vt non glorietur omnis caro in conſpectu Domini, et propter Dominum in ea quæ ſunt ſub terra deſcendiſſe euangelizantem, & illis per aduentum ſuum remiſſionem peccatorum exiſtentem his qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui ſperabant in eum, id eſt, qui aduentum eius prænuntiauerunt, iuſti, & Prophetæ, & Patriarchæ, quibus ſimiliter vt nobis remiſit peccata, quæ non oportet nos imputare his ſi quominus contemnimus gratiam Dei*, hæc Irinæus in gloſſa ait.

Hieron. in c. Ezech 43. in gloſſa.
Tranſl LXX *Hebræa lectio*
Chriſtus deſcendens ad inferos Sanctos Patres eduxit.

1366. Bachiarius autem citatus in gloſſa in Epiſtola ad Ianuarium de recipiendis lapſis ait: *Salomon ille mirabilis in alienigenarum mulierum incurrit amplexibus, & ſacrilegij errore ſe polluit, ſed qui per Prophetam culpam erroris agnouit numquid miſericordiæ cæleſtis extorris eſt? Forſan dicis nuſquam eum in canone lego pœnituiſſe, nec miſericordiam conſecutum.* Audi ergo frater, *pœnitentiam eius, quæ non inſcribitur publicis legibus, fortaſſe ideo acceptabilior iudicatur, qui non ad faciem populi ſed in*

Bachiarius epiſt. ad Ianuar. de recipiend.

ſecreta conſcientia Deo teſte pœnituit; veniam autem conſecutum ex hoc agnoſcimus, quia cum ſolutus eſſet à corpore ſepultum illum inter Regum Iſraelitarum corpora Scriptura commemorat; quod tamen illis peccatoribus Regibus denegatum eſſe cognoſcimus, qui vſque in finem vitæ ſuæ in propoſitæ peruerſitate manſerunt. Et ideo quia inter reges iuſtos meruit ſepeliri, non fuit alienus à venia. Quaſi dicat, potuit habere Salomon contritiones & dolores cordis de peccatis, & veram pœnitentiam doloris habere. Quod autem de ſepulchro corporis tradit Doctor iſte, non eſt argumentum ad rem.

Contritio vera pœnitentia.

Reges ſepulchra ſeorſum habebant.

1367. Cyrillus autem Hieroſolymitanus catecheſi 1. in Gloſſa citat. ait, *Vide, quod pulchrum eſt confiteri. Corruit quod pœnitentibus datur ſalus?* Et Salomon ceciderat (ſed inquit) *Poſtea ego egi pœnitentiam.* Et Gloſſa ordinaria in capite 11. Regum lib. 3. *Hebræi ſub ſenium prope mortem Salomon Spiritum Sanctum habuit habitantem. Et dictauit libros iſtos Canticum Canticorum, & Eccleſiaſtem.* Et paulò infra dicit Gloſſa aiunt Hebræi librum Eccleſiaſtis. *Salomonis eſſe pœnitentiam agentis, quod in ſapientia, diuitiiſque confiſus per mulieres offenderit Deum.* Ex quibus colligitur, *Quod Phariſæi non deſcendentes de Dauid & Salomone, ſed ex duritia & pertinacia diabolica didicerunt pœnitentiam, quam Chriſtus prædicabat renuere.* Et quod meritò in iudicio iudicandi, & condemnandi ſunt, in iudicio comparationis, ſicut ex Abulenſi ſupra probatum eſt.

Cyrill. Hieroſol. cat. 1. in gloſſa.

3 Regum 11. *Hebræa traditio.*

Salomō compoſuit Eccleſiaſtem. Et Cant. canticorum.

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur, quod Regina Auſtri venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis?

1368. QVæretur, quare Chriſtus Reginæ Auſtri exemplo viſus eſt.

1. RESPONSIO Hieronymi citati in littera, *Vt confunderet Iudæos, quia fœmina vna per tot, tantaſque difficultates relicto Regno venit, vt audiret ſapientiam Salomonis, & Iudæi Chriſto regnante nolebant doctrinam eius audire, imo exprobrabant.* Quaſi dicat, ſunt peccatores ita inſolentes quod non ſolum laborent pro doctrina Euangelica audienda æſtimanda, & veneranda; ſed de audientibus ſermones & de prædicatoribus murmurant & irrident.

Hieronym. in littera cit.

Inſolētes verba Dei non audiunt.

1369. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur, *Quod Dathan & Abyron; quos terra deuorauit viuos fuerunt in ſignum filiis Iſrael.* Numer. 16. num. 32. Et reſpondet, *Quia docere nos vult Dominus, vt capiamus in alieno capite diſciplinam, & ſimul nos admonet pietatis ſuæ exemplum, ne de cætero nos puniat flagellis peccatorum.* Quaſi dicat, ſumamus omnes exempla in Regina Auſtri, quæ tanto labore ad audiendam ſapientiam Salomonis venit, & ne deſpiciamus verba Sancti Euangelii, ſed pluris æſtimamus, quod tam facile gratis nobis datur.

Oleaſter in Num. 12. n. 32. Tranſl. Pag.

In alieno capite diſciplinam capere.

Vnde interrogat Theodoretus quæſt. 27. & 28. in Gloſſa citat. *Quare Eliſeus præcepit vni de Prophetis, vt vngeret Iehu in Regem,* & diceret ei 4. Regum 9. numero 3. *Vnxi te Regem ſuper Iſrael aperieſque oſtium, & fugies, & non ibi ſubſiſtes,* Et reſpondet: *ne ſi fuiſſet comprehenſus fuiſſet in periculo. Vult enim nos Deus vti humana cautione, & prudentia.* Quaſi dicat, qui rationis honore ſunt præditi, eos ratione oportet vti ad id quod conuenit Vnde addit Lyranus; *Volebat enim Eliſeus hoc fieri ſecretè, ne fortè aliqui zelantes pro lege Ioram inſurgerent in Prophetam.* 1370.

Theodoret. q. 27. & 28. in gloſſa. 4. Reg. 9. n. 3.

Cautela & prudentia in Prædicatoribus.

Vnde iterum interrogat Theodoretus citatus, *Cur Prophetam appellauerunt fatuum?* Et reſpondet; *Vt qui eſſent impii Dei Prophetas afficiebant contumelia, & inſanos appellabant eos qui liberè loquerentur.* Quaſi dicat, ideo Prophetam miſit, Deus inter impios, vt Prophetam opprobriantes pro ſceleratis cognoſcerentur, quia qui verba Dei non audiunt fideliter, & obices aliis amittunt ad audiendum; impii ſunt, ſcelerati ſunt Chriſtiani peſſimi ſunt. Vnde addit Theodoretus: *Iehu autem non tanquam contumelia afficiens eum nominauit nugatorem, ſed celare volens ea, quæ dicta fuerant, poſtea vrgentem indicauit.* Quaſi dicat, Iehu honoratus fuit à Deo & coronatus corona Regia, quia verbum Dei pluris fecit, & Prædicatorem honorauit. 1371.

Theodoret. cit.

Scelerati & impudici Prædicatores contemnunt.

Theod. cit.

Qui Prædicatores honorant à Deo exaltantur.

Vnde interrogat Ambroſius epiſtola ad Irinæum, q. 12. quare Iehu Rex videns Iezabel dixit, *Præcipitate eam deorſum.* 4. Regum 9. numer. 33. *Et præcipitauerunt eam?* Et reſpondet, *quia Iezabel inimica erat veritati, & aduerſaria Prophetarum eloquiis, propter quod dilacerata eſt canum morſibus, vt eius non ſupereſſet veſtigium, ſed toto corpore ſuo cum omnibus poſteritatis ſuæ inſignibus extingueretur.* Quaſi dicat, diſcant, & timeant omnes qui verbum Dei, & Prædicatores contemnunt in alieno capite capere diſciplinam; quia neque memoria Regum Prædicatores in exilium mittentes propter veritates dicendas neque veſtigium ſucceſſionis eius relinquetur. Vnde Chryſoſtomus hom. 25. in epiſt. ad Romanos. *Igitur & tu quoque ſi reliquis perditionis cauſa fueris, grauiora patieris, quam qui à te ſubuerſi ſunt.* Quaſi dicat, timeant qui non ſolum verba Dei non audiunt, ſed alios prouocant, & vrgent, vt non audiant. Et addit Chryſoſtomus: *Neque enim peccare tantum in ſe perditionis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.* Quaſi dicat, Phariſæi ſceleratiſſimi & ingratiſſimi fuerunt, qui non ſolum vt Regina Auſtri patriam reliquit, & multis laboribus venit ad audiendam ſapientiam Salomonis; ſed Chriſtum, qui plus quam Salomon erat, non ſolum in ciuitate Ieruſalem non audiebant, ſed extra Synagogam eiiciebant eoſque qui illum audiebant, aut recipiebant. 1372.

Epiſt. ad Irinæum q. 12. 4. Regum 9. n. 33.

Iezabel quæ Prædicatores contēpſit præcipitata periit.

Chryſoſto. hom 25. in epiſt. ad Romanos. in Gloſſ. ordinaria citat ad c. 4. Regum 9.

Idem Chryſoſt. cit.

Chriſtus præſidium Prædicatorum.

2. RESPONSIO fit Abulenſis in littera citati: *Exemplum Reginæ Auſtri poſuit Chriſtus, quia ſemper humilia elegit, vt fortes, & ſuperbos Phariſæos doctos confunderet.* Vnde interrogat 1373.

Abulenſis in littera cit.

Oleaſter in Geneſ. 48. n. 14.
Humilia elegit Deus, vt confunderet fortia.

terrogat Oleaſter, in Geneſ. 48. num. 14. *Quare Iacob manum dexteram ſuper caput Ephraim, qui minor erat, poſuit, ſiniſtram vero ſuper caput Manaſſe, qui maior erat? Extendenſque dexteram*, Geneſ. 49. *Super caput Ephraim, &c.* Et reſpondet, *Quia gaudet Deus, ſumme ex minoribus maiores vice verſa facere, vt ſi cupias maior fieri te in oculis tuis minorem facias, ſic fecit filiis Abraha Iſaac, & Iſmaeli, ſic Iacob & Eſau, & nunc Ephraim pra Manaſſe extollit.* Vide Auguſtinus lib. 16. de ciuitate cap. 4.

Aug. lib. 16. de ciu. c. 4.
Humilitas ſcala cœli.

Tutam verámque in cœlum viam molitur; humilitas ſurſum leuans cor ad Dominum non contra Dominum. Quaſi dicat, humilitas ſcala eſt, per quam humiles ad cœlum aſcendunt, ex quo ſuperbi ſpiritus propter elationem ruerunt. Sic Beatus Vmbertus cap. 37. *De vtilitate humilitatis, vt humilitatis fructum agnoſcatis, quod eſt fundamentum ſpirituale totius ædificium ſuſtentans, & ſcala ad cœleſtia nos ſublimans.* Et Chryſoſtom. homil. 40. in Epiſtol. ad Corinthios. *Sedebis, (inquit,) in curru humilitatis qui te in cœlum ſuſtollet, qui equos habet alatos; ſi autem ab illo cecideris, & in arrogantiæ currum tranſieris nihile melius effeceris, quam ſerpentes humi repentes, imò vere miſerius, & miſerabilior.* Quaſi dicat, erit infelicior Icaro, qui currum arrogantiæ aſcenderit.

B. Vmbert. c. 37.
Chryſoſt. hom. 40. in ep. ad Cor.
Superbia ſerpens repens.
Aug. in Pſ. 93.
Ruper. in Exod. 3. n. 11. & 12.

Vnde Auguſtinus in Pſalm. 93. *Humiles quaſi in terram ſe deprimunt, & in cœlum aſcendunt.* Vnde Rupertus lib. 1. in Exod. 3. num. 11. *Moyſes à Domino exaltabatur in Ægypto ſigna, & prodigia faciens, & cum reſpondiſſet quis ſum ego, vt vadam.* Dominus dixit, num. 12. *Ego ero in ore tuo, verba proferens, & in manu tua ſigna faciens.* Et addit Rupertus: *Quoniam in mitiſſimus virorum pro tuo glorioſo negotio cum Pharaone dimicare, & cum Regibus confligere te indignum ducis, atque hoc modo vſque ad nouiſſima terræ, te deprimis, ecce ego ſuſtollam te ſupra altitudinem nubium faciamque te Deum, non quem ille fideliter adoret, ſed quem ſeruiliter formidet, vt imperes aquis pro poteſtate Dei.* Quaſi dicat, qui vſque ad terram humiliatur meretur vt vſque ad cœlum extollatur.

Humilitas vices Dei habet.
Rupertus cit.
Qui ſe humiliat exaltabitur.

1374. Vnde interrogat Auctor quidam in Biblia aurea cap. 59. quare D. Petrus videns Chriſtum ad ſe venientem dixit ſumma cum humilitate Lucæ 5. num. 8. *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine?* Reſpondit, *Petro dicente humiliter Chriſto, exi à me, quia peccator ſum ego, ex hoc officium Apoſtolatus ipſi Dominus benignè commiſit.* Quaſi dicat, humilitas fundamentum fuit ſupremæ dignitatis Petro collatæ. Et Chryſoſtomus homil. 3. in Matth. *Nihil enim ſic eſt amicum Deo, quam ſi quis minimus ſe annumeret, hoc eſt enim caput totius Philoſophiæ, atque faſtigium.* Quaſi dicat, neque Philoſophi gentiles, neque fideles Chriſtiani ſine humilitate ſcientias, & honores adepti ſunt.

Ampilogus in ſua Biblia aurea c. 59.
Luc. 5. n. 8.
Humilitas fundamentū Pontificatus.
Chryſoſt. homil. 3. in Matth.
Humilitas Philoſophiæ radix.

1375. Vnde interrogat D. Gregorius Magnus in in 3. Cantic. *Quare pulchritudinem ſponſi contemplans ſponſa quaſi admirans, & amore eius capta dixit: coma eius, ſicut elata palmarum, nigra quaſi coruus*, Cantic. 5. Et reſpondet, *Coma ſicut elata palmarum ſunt, quia electi quoque dum ſemper ad alta virtutum ſe efferunt, per Dei gratiam quandoque ad victoriam ſe perducunt; nigra autem ſicut coruus exiſtunt; quia quamuis virtutibus in cœlum ſe erigant; ſemper tamen peccatores ſe eſſe cognoſcunt.* Quaſi dicat, tunc vera animi celſitudo coram Deo apparet, cum quis humiliter de ſe ſentit.

D. Gregor. Magn. in c. 3. Cant.
Iuſti quo excelſiores eo humiliores.
Humilitas vera in corde.

S. Bernard. de Sena, ſer. 16. in Sabbat. Quadr. art. 2. & 3.
Humilitas eſt ſicut magnes.

Vnde noſter Sanctus Bernardinus de Sena ſerm. 16. in Sabbath. poſt 1. Dominic. Quadrageſim. artic. 2. & 3. *Sicut magnes attrahit ferrum, ſic humilitas gratiam.* Quaſi dicat, quod Eccleſiaſticus 3. numer. 20. dixit, *Quo maior es, humilia te omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Quaſi dicat, quod non ſolum homines, ſed Angeli, & Deus fugiunt à ſuperbo, & ad humilem omnes accedunt, conuerſantur, & diligunt; quia teſte Bernardo: *Humilitas facit amabiles, maieſtas admirabiles.* Et Diuus Auguſtinus libr. de Sancta Virginitate. *Simulatio humilitatis maior ſuperbia eſt; ideò ſcriptura dixit, quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus.* Ideò Phariſæis ſuperbis ſimulatione humilitatis accedentibus ad Chriſtum, & ſigna petentibus, vt confunderentur de vera humilitate Reginæ Auſtriæ, quæ tantis laboribus venit ad Salomonem audiendum, poſuit exemplum, quia ſemper Deus infima mundi elegit, vt confundat ſapientes.

Aug. lib. de S. Virgin.
Simulatio humilitatis maior ſuperbia.

DIFFICVLTAS XII.

Quomodo intelligatur cum ſpiritus immundus exierit ab homine?

QVæritur, quomodo Dæmon egreſſus de homine ambulat per loca inaquoſa, & dicit, reuertar vnde exiui?

1. Responsio fuit Lytani in littera citati: *Hic exponitur excæcatio Iudæorum, & poſſeſſio à Diabolo, quia primò acceperunt legem Moyſi, & Dæmon tranſiuit ad gentiles vbi ſemper fuit. Sed poſtea gentiles receperunt fidem, & Iudæi non receperunt; tranſit Dæmon de gentilibus ad Iudæos, & cum illis manet, & ſic ſunt poſteriora eorum peiora prioribus.* 1376.

Lytanus in littera citat.
Dæmon quieuit requiē in animabus Iudæorum.
Oleaſter in Leuit. 18. n. 4.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit. 18 dixit Dominus Moyſi, *Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, ego Dominus Deus veſter?* Et reſpondet, *quia qua fecerit homo etiam vita temporali viuet, propter illorum obſeruantiam*, quia iuxta tranſlationem Pagnini, *quæ faciet, & viuet in eis.* Quaſi dicat, qui ſeruauerit legem Dei non ſolum viuet in æternum, ſed in hac vita propter obſeruantiam legis vitam iucundam habebit; quia abſque hoſpite immundo, (Dæmone ſcilicet,) per gratiam Dei expulſo, vita viuit, qui cum illo morte moriebatur. Vnde ait Oleaſter citatus, audi Ezechielem dicentem cap. 20. num. 11. *Ego dedi eis præcepta non bona, id eſt, quæ eis non erunt bona, poſtquam ea non ſeruant; lex enim non ſeruata auget peccatum, & mala dicitur, & videtur oneroſa frangenti quoniam propter illius fractionem punitur.* Vnde ſequitur in Ezechiele, *& iudicia, in quibus non viuent, id eſt, propter quæ non viuent cum obſeruanti-*

Tranſl. Pag.
Qui legē Dei ſeruat diuturnam eſt habet.
Ezech. c. 20. n. 11. ab Ol. cit.
Lex Dei onoroſa, & terribilis malè viuentibus.

V 2 bus

bus vitam pollicetur. Quaſi dicat, dum ſpiritus immundus per peccatum in hominibus habitat, torquet illos & non viuunt, ſed quod moriantur, & pereant deſiderat, cum vero exierit, ab anima reſpirant, & viuunt homines.

1377. Audiatur Ezechiel cap. 18. *Loquens de impio qui legem non cuſtodiens ſpiritum immundum admittit, nunquid viuet? non viuet, omnes abominationes iſtas fecit, moriendo morietur ſanguis eius ſuper eum.* Vnde ait Oleaſter, *Si ergo qui legem non cuſtodit morietur, Sequitur, quod qui cuſtodierit vita viuet etiam temporali.* Quaſi dicat, ſi vbi ſpiritus imus habitat auget domum ſuæ habitationis abominationibus ineffabilibus, ſequetur quod quando exierit tam moleſtus inhabitator vita viuet homo, & reſpirabit. Cuſtodiatur ergo cor, ne permittat Dæmonum, domicilium eſſe, ſed omni diligentia cuique perpetua portas ei claudamus, ne iterum ingrediatur, & plus torqueat, quam antea. Vnde Clemens Alexandrinus lib. 2. ſtromat. *Ac mihi quidem videtur cor eſſe abſimile diuerſorio, quod effoditur, & ſtercore ſæpe repletur, cum homines ſe petulanter gerant & locum nihil omnino curent, vt qui ſit alienus; eodem modo cor quoque cum quamdiu nulla eius cura geritur ſit immundum, & multorum Dæmonum habitaculum.* Quaſi dicat, vbi ſpiritus immundus inhabitat, neque lucem dei, neque lætitiam vllam ſinit cor habere, quia curis & infatigabilibus laboribus torquet hoſpites ſuos. Cum vero exierit homines reſpirant. Et ſic Sanctus Proſperus dicere ſolebat lib. 2. de vita contemplatiua c. 12. *Heu quam ſubtiliter nos ille decipiendi artifex fallit? Quanta cæcitate oculos noſtræ mentis obducit, ne diſcernamus gaudendi audi, vnde iuſtius gaudeamus.* Quaſi dicat, eiiciamus hoſpitem peccatum, gaudiumque inueniemus verum: nam ſummopere errat, qui extra Deum quærit, quod in Deo eſt: nam Sathanas hominibus promittit gaudium rerum terrenarum obiectu, mundanarumque rerum oblatione, ſed cum in voluntate recipitur, indicibilibus pœnis grauat cor, & multoties deſiderat eum expellere, & vi conſuetudinis & malitiæ non poteſt.

Ezech. c. 18. n. 13.
Spiritus immundus abominationes auget.
Oleaſt. citat.
Abſque peccato homo reſpirat.
Clem. Alex. lib. 2. ſtromat.
Immundorum ſpirituum cor immundum.
S. Proſperus lib. de vita contemplat. c. 12.
Peccatũ hoſpes moleſtiſſimus.
Conſuetudo natura altera.

1378. Vnde Philo lib de Cherubim, *Nihil purificatam mentem maiori afficit lætitia, quam quod Dominum habet, quem agnoſcit Regem rerum omnium.* Et Oleaſter locum Iſaiæ c. 41. n. 16. adducit, *I ſanctò Iſraël lætaberis* vel vt ea Hebræo legit, *In ſancto Iſraël laudabis te.* Quaſi dicat, laudabis te, quod ſis ſeruus Sancti Iſraëlis, quod vulgata Lectione congruit: *nam qui Dei ſeruus eſt*, qui eum ſuum Dominum agnoſcit, vera & inexplicabili lætitia afficitur, ita vt illius abſentia pereat & mori videatur. E contra vero peccator infelix præſentia Diaboli torquetur, & cum exierit Deum laudat, quia reſpirat, & ideo perpetuo clamat, *Exurge Domine adiuua infirmitatem meam, Exurge, & diſſipentur inimici noſtri & fugiant immundi ſpiritus, quia cum exierint non habent requiem quoadusque inhabitent in hominibus.*

Philo lib. de Cherub.
Oleaſter in Iſai cap. 41. n. 16.
Tranſl. Heb.
Seruus Dei cognomen ineffabile.

1379. 2. Responsio Rabbani in littera citati. *Loca arida ſunt corda fidelium quæ à malitia fluxa cogitationis expurgata, impugnator callidus explorat, ſi quos greſſus infigere poſſit.* Quaſi dicat, ſunt corda Doctiſſimorum hominum ab omni vitio expurgata: ſed Diabolus his per greſſus vanitatis ingredi conatur. Vnde dicebat Hieronymus in cap. 3. Ionæ, *Difficile homines potentes, & nobiliores & difficilius eloquentes credunt Deo, vt appareat ſcientiam ſine charitate portam apertam eſſe Dæmonibus.*

Hieronym. in c. 3. Ionæ.
quia ſciẽtia.

1380. Vnde interrogo, quare dicitur Eccleſiaſtici 9. num. 12. *Sicut piſces capiuntur homo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo.* Et reſpondet D. Hieron. quod de viris Eccleſiaſticis locutus eſt Eccleſiaſticus & aduerte cum quodam Neotherico, *Quod piſciũ, & auium ſigillatim fecit mentionem, vt ſub priorum typo indocti, & inſipientes, hi enim auidiori victu hamum voluptatis deuorant; ſub auium vero figura, litterati, & ſapientes, qui totæ ſcientiæ alis nullo charitatis adhibito fræno, ſine temperamento, veluti plenis velis effrænes volant graphicè adumbrentur & vero vt de piſcibus dicatur: Capiuntur ſicut aues, & nullo alio modo.* Vnde Olympiodorus ibi citatus, *Vt illi quoque qui opinione vana ſcientia ſuperbiunt & efferantur cum ſibi videantur excelſi eſſe & veluti volantes aues Dæmonum laqueis facilè capiuntur.*

Eccl. 9. n. 12.
Hieron. ibi.
Velaſquez in Epiſt. ad Philip. 21.
Aues ſunt Doctores ſuperbi laqueis Diaboli capiuntur.
Olympiodorus cit.

1381. Vnde interrogat Oleaſter, quare Balam Propheta de ſe ipſo dixit, *Homo cuius obſcuratus eſt oculus.* Numer. 14. num. 16. vel vt legit Pagninus. *Vir obturatos habens oculos?* Et reſpondet, *Quales eſſe debeant, qui à Domino de arcanis Dei docentur, pulchrè locus iſte deſcribit; quia videlicet oculos corporis ad omnia terrena obſcuratos habeant, & ſola cæleſtia contemplentur.* Et iterum interrogat, quare in eodem capitulo dicitur, *Qui cadens apertos oculos videt?* Et reſpondet, *Quia cadentes in ſuo cogitatione, & humiles debent eſſe, qui de rebus cæleſtibus & ſcientiis diuinis tractant.* Quaſi dicat; Tales enim qui ſcilicet, nihil terrenum vident, & humiles omnino ſunt apti, & digni ſunt, qui intima Dei cognoſcant, & futura præuideant cauté cauentes egreſſus Dæmoniorum, qui greſſibus vanæ gloriæ ingredi conantur.

Oleaſter in Num. 14. n. 16.
Tranſl. Pag.
Litterati oculos obturatos ad terrena habeant.
Oleaſt. citat. ſupra.
Cadētes corram humiles ſunt & ſapientes.

1382. Vnde Caſſiodorus lib. 9. variarum epiſtol 6. *Et ideo primum nobis placuit tuos mores inſpicere, ſine quibus poſſunt qualibet optima diſplicere?* Quaſi dicat, in ſcientificis, & litteratis primum de moribus & vita examen præcedat ad dignitatis culmina. Et addit Caſſiodorus, *Secunda nobis cura fuit eloquentia tuæ fluenta perquirere, quam licet ſingulariter diligamus, moribus autem iuſtè poſtponimus: in illis enim vita cognoſcitur, hic autem lingua laudatur. Sed in te valde decorum, quia vtrumque noſceris habere ſociatum.* Quaſi dicat, qui litteris, & virtutibus imbutus eſt, clauſas omnino habet ianuas, vt greſſus Dæmonum, eum ingrediantur, & dignus eſt, vt omnibus anteponatur.

Caſſiod lib. 9. var. Ep 6.
Virtus primò reſplendeat in litteratis.
Caſſiod. cit.
Religioſi docti & virtuoſi dignitates quaſi proprias habent, idiotæ vero ſuos mercenarios, & ſuros.

Hinc Bernardus explicans Oſeæ cap. 10. numero 13. iuxta verſionem Septuaginta. *Seminate vobis ad iuſtitiam, metite ſpem vitæ, & illuminate vobis lumen ſcientiæ,* ait ſermone 37. in Canticum. *Vltimam poſuit ſcientiam tanquam picturam quæ ſtatum habere nequeat ſuper inane; Et ideo illa duo promiſit, & ſubiecit illi, tanquam ſi ſolidum aliquid picturæ ſubſterneret, ſecurus iam intendam ſcientiæ, ſi vita prius per beneficium ſpei ſecuritatem accepero.*

Bernard. ſer. 37. in Cant.
Oſeæ c. 10. n. 13.
Tranſl. LXX

Et

1383. Ambroſ.ſer. 5. in Pſ.118.

Et Ambroſius ſerm. 5. in Pſal. 118. *Scientia, quæ verè ſcientia eſt, non in ore, ſed in corde & ſpiritu ſedem habet, vere eſſe, vereque viuere.* Quaſi dicat, ſcientia, quæ interiori ſpiritu deſtruitur, emortua eſt. Vnde Nyſſenus, *Tunc maxime vis oculorum conſpicitur, enim ipſa opera teſtimonium oculorum perhibent.* Et Lactantius lib. 6. diuinar. inſtitut. cap. 15. *Sicut in itinere celerando nihil prodeſt viam noſſe, niſi conatus, ac vires ſuppetant ambulandi: ita ſcientia nihil prodeſt, ſi virtus propria deficiat.* Quaſi dicat, nihil nihil intereſt plenos litteris, & titulis eſſe ſi conatus vehementiſſimos non adhibeamos, vt Dæmones cogitationibus vanis non ingrediantur ad nos.

Nyſſenus cit. Lactan. lib. 6 diuin. inſtit. c. 15.

Scientia ſine virtute nihil eſt.

1384. S. Fulgent. ep. 1. ad Eugen. Abb. Pſ. 49. n. 16. Tranſlat. Hebr.

Vnde interrogat S. Fulgentius epiſt. 1. ad Engen. Abbatem, quare dixit Pſalmiſta Pſ. 49. n. 16. *Vt quid aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* vel vt Hebræus legit, *vt quid acuis teſtamentum meum?* Et reſpondet, *Quia cætera ſancti Spiritus dona, id eſt, linguæ, Prophetia, Sacramentorum ſcientia, fides facultatum in pauperes, diſtributio, corporis quoque ipſius exactio, poſſunt hæc haberi ſine bona voluntate, ad hoc ſcilicet, vt habentem onerent, & non honorent.* Quaſi dicat, qui plenus eſt ſcientiis & donis Dei; & tamen ianuas vanitatis Diabolo apertas reliquit, hic ſe onerat, non ſe honorat; *Quia de tali dici poteſt: proiecisti poſt tergum tuum, & ſermones meos retrorſum.* Vbi tacitè videtur alluſio ad onera, quæ humeris & dorſo portantur, ſic ſcientiæ, & doctrinæ ſine charitate, & cum vanitate non leuamini; ſed faſtidio, & oneri ſunt. Et ſic dicebat Auguſtinus, *Vbi non videantur à te, ſed onerent te.*

Virtutes & ſcientia ſine charitate onerant, non honorant.

Pſal. 49. cit.

Auguſtin. citat.

1385. D. Gregor. homil. 18. in Ezec. 3. n. 14

Vnde interrogat D. Gregorius homil. 18. in Ezechielem. Quare dicitur Ezechielis 3. n. 14. *Spiritus quoque leuauit me & aſſumpſit me?* Et reſpondet, *quia ſunt nonnulli quos eleuat Spiritus, ſed eos non aſſumit Spiritus, quorum intellectus ad ſpiritualia emicat, & tamen vita in factis carnalibus manens intellectui non conſtat.* Quaſi dicat, multi Doctores ſunt qui fingunt ſe habere ſpiritum Domini & eleuati, ſicut Balaam, qui prophetiæ Spiritu eleuatus erat, ſed non aſſumptus, quia potuit à longe futura proſpicere. Et tamen à terrenis deſideriis noluit mentem ſeparare, ſic multi litterati, & myſtici Theologi ſcientiis repleti ſunt, ſed tamen dignitates terreſtres ſolum quærunt, & pro illis diu noctuque laborant ſuperbiuntque, & ſupra omnes eleuare ſe procurant. Et ſunt multi, qui eleuati ſunt, ſed non aſſumpti à Deo, quia confeſſiones perpetuò adminiſtrant, tamen ad optima quæque muneraque proſpiciunt, & qui abſtinentiam, & abſtractionem rerum temporalium monent, ſibi volatilia cœli, & cibos delicatos perpetuo procurant, & ſicut Balaam Prophetæ contigit. Sic & illis, nam iſte malus Propheta, Regi Balac nuquaquam acquieſcere voluit, quouſque munera illi promiſit. Et tunc inquit Theodoretus, non timoit iram Dei, *Quia cupiditas apparebat quæ mentem premebat.* Sic & illi ſequaces Balaam, timoratos ſe in confeſſionibus oſtentant. Sed ſi munera eis offeruntur, & cupiditas apparet, tunc latam conſcientiam, & portas Diabolo aperiunt & greſſus eorum non rectè dirigontur. Et addit Gregorius, *Sed quoniam Ezechiel, & intellectu eleuatus erat & aſſumptus pariter vita, propterea abiit amarus in indignatione ſpiritus.* Quaſi dicat qui ſibi non placet in actibus ſupremis litteratis, & myſticis, neque quæ ſunt ſua quærit, ſed quæ IESV CHRISTI, & omnia huius vitæ amara, & indigna appetit, hic vere eleuatur, & aſſumitur à Deo. Vnde dicebat Bernardus citatus, *Leuat quippe cognitionis alam, ſed ſola non ſufficit, ruit citius, qui vna tantum ala volare contendit, & quo magis attollitur, peius colliditur.* Quaſi dicat, qui res ſpiritualis anagogicas, & vnitiuas gerit infatigabiliter, & tamen ad officia, & dignitates anhelat, hic vna ala volat & qui ſe ſupra ſe extollit, & eleuatur, vt corda, & animos Principum & Regum poſt ſe ferat, & nihilominus lucra de ſpiritualibus facit, & munera, & pretioſa quæque recipit; hic, quò altius volat, plus colliditur.

Myſtici qui non à Deo aſſumuntur fugiendi.

Litterati, & myſtici vſque ad dignitates anhelantes, non plus.

Confeſſores cupidi puniendi.

Theodor. cit.

Confeſſores qui munera recipiunt latæ conſcientiæ

Gregor. cit.

Amari & nō de ſe placētes Deo ſunt grati.

Bernardus ſup. cit.

Vna ala volat qui dignitatis & myſtica quærit.

Reuelationes fingentes colliduntur de alto.

Vnde dicebat Euthymius in Matth. 12. n. 10. *Geſtat dexteram manum aridam, quiſquis dexteram operationem non exercet, (dico ſane virtutem) id eſt, claudicat in virtute qui orationi vacare, & mundo placere, & dignitatibus ſtuet prætendit.* Et Ambroſ. in Lucam. *Et tu qui putas habere manum ſanam, caue ne ſacrilegio contrahatur.* Quaſi dicat, *Caue ne vna manu abſolutionem peccatorum tribuas, & alteram ſicut medicus abſconditè ad recipiendum extendas.* Et addit Ambroſ. citat. *Extende ſæpius eam ad pauperem, qui te obſecrat, extende vt proximum iuues, vt viduæ ſubſidium feras, eripias iniuriæ, quem vides iniuſte contumeliæ ſubiacere. Extende ad Deum pro peccatis tuis? ſic extenditur. Sic Ieroboam manus cum apprehendere Prophetam voluiſſet.* Quaſi dicat, pro pauperibus, viduis, afflictis, & miſeris roga & pro eis, quære ſubſidium à conſiliariis tuis, & non extendas tibi manus niſi ad accipiendam alapam ſicut ſanctus Propheta accepit nomine Gad coram Rege Ieroboam pro Dei amore, & pro obſeruantia & obedientia Dei. Et ſi tu ſic portas Diabolo clauſeris, caue ne per greſſus vanæ gloriæ te inuadat, quia ſicut leo rugiens circuit quærens ingredi à corde vnde exiuit, & ſpiritus nequiores ſe aſſumit, vt reuertatur, & ingrediatur in illiteratis, myſticis, & in actibus virtutum occupatis; quia ibi requiem inuenit, quia inuenit corda ſcopis mundata, id eſt vitiis purgata, & vanitatis gloria aperta, & ibi maior eſt victoria; vbi perfectio plus apparet. 1386.

Euthym. in Matth. cit. Ambroſius in Lucam.

Manus Confeſſorum non ſicut Medicorum.

Ambroſ. cit. Confeſſor opprobria & alapas recipiat pro Dei honore, non munera.

3. Reg. c. 13.

Dæmon circuit corda mundata.

TRACTATVS XLI.

AD LITTERAM In Cap. XV. Matth.

De Chananaa ad Dominum clamante.

TEXTVS.

21. ET egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis. 22. Et
ecce mulier Chananea à finibus illis egreſſa clamabat dicens ei: Mi-
ſerere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à Dæmonio vexatur.
23. Qui non reſpondit ei verbum, & accedentes Diſcipuli eius
rogabant eum dicentes, dimitte eam, quia clamat poſt nos. 24. Ipſe
autem reſpondens ait: non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierant domus Iſraël.
25. At illa venit, & adorauit eum dicens: Domine adiuua me. 26. Qui reſ-
pondens ait, non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 27. At
illa dixit, etiam Domine; nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa do-
minorum ſuorum. 28. Tunc reſpondens Ieſus ait illi: ô mulier magna eſt fides
tua, fiat tibi ſicut vis, & ſanata eſt filia eius ex illa hora.

EXPLANATIO *Litteræ.*

1387. Chryſoſt. in Matth. *Chriſtus fecit vtraque populum vnum* Act. 10. n. 19.

QVARE Chriſtus ſeceſſit in partes Tyri, & Sydonis diuerſimode explicatur à Doctoribus. Chryſoſtomus exiſtimat, quia paulo antea legis cæremonias abrogauerat, veniendoque ad gentiles docuit, quod iam non erat diſtinctio inter Iudæos, & Græcos, vt in viſione Petri patet Actor. 10. num. 19. Alij vt Hieronymus, & Beda; quia Iudæi Doctrinam Chriſti recipere nolebant; & ſicut Paulus, & Barnabas dixerunt, Actor. 15. num. 45. *Ecce conuertimur ad gentes; quia Iudæi Apoſtolos recipere renuebant.*

Hieronym. Beda. *Chriſtum ſui nõ receperũt.* Act. 15. n. 45.

1388. Et ecce mulier Chananæa, id eſt, ſtatim: nam mox vt venit Chriſtus in Regionem illam venit ad eum mulier Chananæa, vt innuitur Marc. 7. Mulier Chananæa, id eſt, de ſtirpe Chananæorum, qui adhuc manebant in Regione illa. A finibus illis egreſſa, id eſt, de Prouincia Tyri, & Sydonis. Clamabat, quia magno deſiderio tenebatur de ſalute filiæ ſuæ, vel vt afflictionem cordis magis oſtenderet. Vel vt Abulenſis; quia magnam fidem de Chriſto conceperat, quam affectu vocis explicabat.

Marc. 7. *Afflicti dolore clamant.* *Auctoris Sententia* Abulenſ. in Matth.

1389. Miſerere mei. Non petebat aliquid mulier iſta pro ſe, ſed pro filia, & tamen amor illius faciebat, vt ſibi præſtaretur, quod amatæ filiæ deſiderabat, & dixit, Domine, vt reuerentiam debitam Chriſto oſtenderet, quia ipſe eſt ſolus Dominus omnium. Fili Dauid, id eſt, Meſſias: nam de ſtirpe Dauid venturus erat Meſſias, vt patet Ioan. 7. Filia mea male vexatur à Dæmonio; erant enim quidam Dæmones crudeliores aliis, quibus maior nocendi datur poteſtas, & ideò filiam Chananeæ nimis torquebant.

Reuerentia Chriſto ſumma debetur. Ioan. 7. *Dæmones crudeliores, quibus Deo poteſtas permittitur.*

1390. Qui non reſpondit ei verbum, id eſt, neque bonum, neque aſperum reſpondit, ſed permittebat eam clamare, & hoc erat mulieri ad maiorem moleſtiam; quia videbatur valde contemni. Et accedentes Diſcipuli, id eſt, cum viderent quod mulier erat moleſta Chriſto, & Apoſtolis acceſſerunt, vt intercederent pro ea dicentes, dimitte illam, id eſt, expedi concedendo illi quod poſtulat, quia clamat poſt nos. Quaſi dicant, non tantum propter ſuam importunitatem; ſed etiam quia nos faſtidiat, veniendo per viam, & clamando poſt nos, & ſi non obtemperas, & præſtas quod petit clamabit moleſtando nos.

Contemptum non loquendo & grauiter videndo oſtẽdit ar. *Auctoris mens.* *Faſtidiũ generat clamor continuus, & importunus mulierum.*

1391. Non ſum miſſus ad oues quæ perierant domus Iſraël, id eſt, non eſt licitum hoc facere, quia ego non veni niſi pro ouibus quæ perierant de domo Iſraël, vt reducerem eas ad ouile, id eſt, pro Iudæis; iſta autem mulier Chananæa erat. At illa venit, id eſt, permiſerunt Diſcipuli eam ad Chriſtum accedere vt magis, ac magis clamaret, & Apoſtoli ſuis intercesſionibus eam adiuuarent. Et adorauit eum, id eſt, cecidit ad pedes eius in terram prona, Domine adiuua me, id eſt, da mihi quod peto, & ſuppleat

Pauperes etiã cum Chriſto valent ad ſalutẽ animæ.

Infirmitas orationis humanæ à Deo iuuatur. ſuppleat immenſa bonitas tua diuina fragilitatem, & paupertatem orationis humanæ; quia tuo fauore adiotæ preces meæ ad te verum Deum accedent.

1392. Qui reſpondens ait: non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Grauis & aſpera reſponſio erat, inquit Abulenſis, *Quæ nimis irritaret cor mulieris, niſi eſſet plenum fide, & patientia ſolidum.* Quaſi diceret, Chriſtus, non petis iuſtum; quia dare canibus panem filiorum, non rationi conſentaneum, & Iudæi filij ſunt; Chananæi autem quaſi canes. At illa dixit, etiam Domine, id eſt, tu dicis, quod iuſtiſſimum eſt, ſed tamen ſine læſione filiorum, etiam quod cadit de menſa, id eſt, micæ, permiſſum eſt canibus manducare. Et ideò addit: nam & Catuli edunt de micis quæ cadunt de menſa Dominorum; dicit autem, Catuli comedunt, quia ſunt canes paruoli, quos vocamus in Hiſpania *Cachorrillos*, qui iſti ad micas de ore puerorum cadentes, maximè accedunt, & per Iſaiam dicitur cap.8. num.18. *Ego & pueri, quos donauit mihi Dominus.* Et 1.Pollicor. nepotes vocantur pueri.

Fides & amor, & fiducia, & ſpes multa ſuſtinent.

Canes ad pueros comedentes accedunt.

Ariſt. 1. Polit. Iſai. 8. n. 18.

1393. Tunc reſpondens Ieſus, id eſt, quando Chananæa dixit Catulos edere de micis, quia iam non videbatur, quod poſſet eſſe maior fides, nec patientia, neque humilitas, ait illi: ô mulier magna eſt fides tua, id eſt, quia tanta eſt fides tua non poteſt negari tibi, quod petis, fiat tibi ſicut vis, id eſt, ſanetur filia tua, ſicut tu petis, & ſanata eſt filia eius, id eſt, liberata à vexatione Dæmonis. Ex illa hora, id eſt, ex hora, qua Chriſtus dixit, fiat tibi ſicut vis, vt oſtendatur, quia Chriſtus ſubitò operabatur, eo quod Dominus erat, & non egebat longitudine temporis, ſicut in curationibus naturalibus contigit, quæ paulatim ſalutem reſtaurant. Vnde quando mater Chananæa in domum ſuam redit inuenit filiam ſuam lætiſſimam, & à Dæmonio liberatam, & lachrymis profuſis mater, & filia Deo, id eſt, & Chriſto Domino gratias immenſas dederunt.

Chananæa exemplum fidei humilitatis, & patientiæ.

Ex illo momento quo Chriſtus dixit fiat puella ſanata fuit.

Chananæa & filia eius gratiſſima Deo.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Editio Vulgata. 1. Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis & ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa.

Tranſlatio Vatabli. 2. Et digreſſus illinc ſeceſſit in partes Tyri, & Sidonis, & ecce mulier Chananæa quæ à finibus illis venerat.

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Et egreſſus eſt illinc Ieſchua, venitque in fines Tzour, & ecce mulier Cananithes à finibus illis exiit, &c.

Caiet. in Matt. 15. &c. 4. Et egreſſus Ieſus Tyri, & Sidonis ciuitatem gentilium.

Tranſlatio ex Syriaca. vbi Vulgata. n. 24. 5. Filia mea malè à Dæmonio vexatur.

Tranſlatio Vatabli. 6. Filia mea miſerè à Dæmonio agitatur.

Tranſlatio Vatabli. 7. Non ſum miſſus niſi ad oues perditas Domus Iſraëliticæ.

Tranſ. ex Syriaca. vulgata. num. 26. 8. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ aberrauerant à domo Iſrael.

Tranſlatio Vatabli. 9. Illa verò venit & adorauit eum dicens Domine ſuccurre mihi.

Tranſlatio ex Syriaca. 10. Illa verò veniens adorauit eum dicens Domine mi adiuua me.

Caietanus citatus num. 26. Vulgata. 11. Genufleċtendo ſe, ſen aliàs iuxta morem illorum reuerentiale ſignum monſtrauit.

Tranſlatio Vatabli. 12. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & obiicere catellis.

Tranſlatio ex Syriaca. 13. Non decorum eſt accipere panem liberorum, & obiicere canibus.

Tertullianus libr. de oratione fol. 181. num. 27. Vulgata. 14. Nunquid panem filiis pater aufert, & canibus tradit.

Tranſlatio Vatabli. 15. Certè Domine, etiam catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

Tranſ. ex Syriaca. num. 28. Vulgata. 16. Etiam Domine mi, quinimo canes edũt de micis quæ cadunt à menſis dominorum ſuorum, & viuunt.

Tranſlatio Vatabli. 17. O mulier magna eſt fides tua, fiat ſicut vis, & ſanata fuit filia eius ex illa hora.

Tranſ. ex Syriaca. 18. Tunc dixit Ieſchua: ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, & ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Caietanus in Euangelia Matthæi 15.

19. O mulier magna eſt conſtantia tua perſeuerans: habita indigna reſponſione. *Reliqua per quæſtiones.*

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus ibat in ciuitates Tyri, & Sidonis cum gentiles eſſent?

QVæretur, quare cum prohiberet Chriſtus Diſcipulis ſuis, quod non intrarent in ciuitates gentilium, quomodo ipſe ibat?

1394. Abul q. 56. in Matth.

1. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 56. in cap. 15. Matth. *Propter indignitatem Iudæorum: nam Phariſæi Chriſto indigni erant, qui eum perſequebantur, quia propter veritates ab eo dictas ſcandalizabantur, ideò nunc iuit ad gentes, ad tempus.* Vnde Hieronymus ait, *Scribis, & Phariſæis calumniatoribus derelictis tranſgreditur in partes Tyri, & Sidonis.*

Hieron. in Catena S. Thom. citat.

1395. Theophyl. cit. in Abul. *Salus gentibus danda erat poſtremo*

2. RESPONSIO Theophylacti in Abulenſ. quæſt. 56. citat. *Poſtquam de eſcis Dominus docuerat videns incredulitatem Iudæorum fines ingreditur gentium.* Quaſi dicat, Iudæis proteruis, & infidelibus exiſtentibus ſalus ad gentes conuertitur.

1396. Remig. in Catena cit.

3. RESPONSIO Remigij in Catena citati: *Iuit autem, vt Tyrios, Sidonioſque lucraret, ſiue vt huius mulieris filiam curaret à Dæmonio, quatenus per eius fidem Scribarum, & Phariſæorum nequitiam condemnaret.* Quaſi dicat, infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & fidem Chananææ iſtius, vt puniret impios inimicos, & vt noſtro Hiſpano ſermone dicitur, *Con vna caña apelear per afrentar mas ſus enemigos.*

Hiſpana locutio.

1397. Abul q. 57. *Legiſlator nõ eſt ſubiectus legibus ſuis.* Luc 9. Ioan. 4.

4. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 57. *Quod illud præceptum, ſcilicet in viam gentium non intrabitis, Chriſtus non arctabatur obedire, quia legiſlator non eſt ſuis legibus ſubiectus.* Et dato quod teneretur Chriſtus illo præcepto non videretur agere contra illud: nam ibi prohibebatur prædicare gentilibus: intra autem ciuitates Samaritanorum, cum non eſſet ad prædicandum, licitum erat, ſicut Chriſtus ſemel miſit diſcipulos ad quendam locum Samaritanorum, vt ei pararent cibos, & Samaritani noluerunt recipere Chriſtum in Vrbe, Lucæ. 9. Et interdum intrabant Diſcipuli pro cibis in vrbes Samaritanorum, vt patet Ioan. 4. Chriſtus autem non prædicauit Chananæis, ſed tantum curauit filiam iſtius mulieris Chananeæ.

Chriſtus propter Chananeæ fidem pertranſit per fines Tyri.

1398. Chryſoſt. ſup Matth. ab Abul. cit. *Occultè expediunt multa, quæ non licet publicè.*

5. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Si quis autem quærat, cur Diſcipulis ſuis dicat: in viam gentium ne abieritis, qualiter autem Chriſtus ambulat hanc viam? Reſpondemus quod non erat obnoxius Chriſtus præcepto, quod Diſcipulis dederat. Secundò quia neque prædicaturus abiit.* Vnde Marcus dicit, *quod occultauit ſeipſum.* Quaſi diſtingueret de prædicatione publica, & occulta; quia multa expediunt dici in occulto, quæ non licet publicè prædicari, propter circunſtantias, quæ offerri poſſunt.

DIFFICVLTAS II.

Quare Chananæa clamabat dicendo: Miſere mei Domine fili Dauid?

QVæretur, quare poſt Chriſtum tam altè clamabat, dicendo talia?

1. RESPONSIO Gloſſæ: *Magna fides Chananeæ hic notatur in Deum credit, vbi Dominum vocat hominem, vbi dicit filium Dauid nihil ex merito poſtulat, ſed ſolam miſericordiam Dei efflagitat dicens: miſerere mei, nec dicit miſerere filiæ, ſed miſerere mei; quia dolor filiæ eſt dolor matris, & vt magis eum ad compaſſionem moueat, totum ei dolorem enarrat. Vnde ſequitur, filia mea malè torquetur.* Quaſi dicat, cor afflictum erat Chananææ nimis, & omnes cauſas remedij ad dolorem ſuum auferendum quærebat, & ſic lamentabatur, & propriam filiæ ſuæ afflictionem faciebat. 1399.

Gloſſa ord. *Amor filiorũ parentibus facit moleſtias ſi eſt neceſſitas.*

2. RESPONSIO Gregorij in homil. *Vide autem prudentiam fœmineam, non iuit ad homines ſeductores, non quæſiuit inanes ligaturas, ſed omnes relinquens Diaboli cultus, venit ad Dominum.* Quaſi dicat, non quærit patrocinium, & fauores humanos, ſed ad orationem recurrit, & ita medicamen verum inuenit. 1400.

Gregor. in homil. *In tribulationibus ad orationem recurrendum.*

3. RESPONSIO Caietani ſumpta difficultate ex D. Auguſtino de conſenſu Euangeliſtarum in Catena citato, qui ait: *Confundit Matthæus loca; primum namque apud Marcum 7. num. 25. Mulier hæc ingreſſa eſt domum, in qua erat Ieſus, & non habito ibi reſponſo à Ieſu, ſecuta eſt Ieſum de domo egreſſum, clamans poſt eum.* Quaſi dicat, clamabat, vt ſaltem ea importunitate audiretur; à principio autem cum Domum intraſſet non clamabat, ſed procidens ad pedes Chriſti exorabat ſalutem filiæ ſuæ. 1401.

Caietan. in Euang. Marc. 7. n. 25 *Chananæa domum primum intrauit orans.*

4. RESPONSIO *Dixit autem: Miſerere mei, ad oſtendendam humilitatem petitionis; nam non petiuit aliquid, quaſi ex merito, & ad oſtendendum dolorem, & compaſſionem matris pro filia: ſuum enim reputabat incommodum, quod filia patiebatur.* 1402.

Auctorum mens. Humilitas miſericordiã petit.

5. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 64. *Vocauit filium Dauid ad honorem, & expreſſionem filiæ ſuæ: nam volebat dicere eum eſſe Meſſiam; quia maximum bonum, quod Iudæi expectabant erat Meſſias, quia iſtum dicebant excellentiorem futurum omnibus hominibus. Et per conſequens expectabant futurum filium Dauid, id eſt, de ſemine Dauid, & de ciuitate Bethlehem, cum vero vidiſſent Chriſtum facientem tot tantaque miracula,* dicebant Ioann. 7. num. 31. *Nunquid Meſſias plura ſigna faciet, quam hic facit. Et hac de cauſa duo cæci,* apud Matth. 9. n. 27. *vt à Chriſto lumen reciperent, clamabant honorando Chriſtum, & dicentes, fili Dauid miſerere. Et cum etiam hæc mulier Chananæa audierat miraculum illius cæci, qui in via Iericho* 1403.

Abul. q. 64. *Meſſias excellentior homo eſt.*

Ioan. 7 n. 31. *Miracula inus teſtes diuinitatis Chriſti.* Matt. 9. n. 27

Qui deſiderat, conſequi, omnia poſſibilia repraeſentant.

lumen recepit honorando Chriſtum hoc nomine, fili David, & ideo repetiuit, vt quod deſiderabat, conſequeretur.

DIFFICVLTAS III.

Quare Chriſto dixerunt Diſcipuli dimitte eam, quia clamat poſt nos?

QVæretur, quare Diſcipuli Chriſto dixerunt, dimitte eam, quia clamat poſt nos?

1404. Chryſoſt. in catena. *Regibus nemo debet praecipere, ſed rogare humiliter.*

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citat. *Æſtimo autem Diſcipulos ad calamitatem mulieris eſſe triſtatos, ſed tamen non ſunt auſi dicere, da ei hanc gratiam, ſed dimitte eam, ſicut & nos, ſi volumus alicui perſuadere multoties contraria dicimus.* Quaſi dicat, optimus modus intercedendi eſt proponere, non abſolute petere, quia Reges, & potentes volunt adorari, non iuberi.

1405. Hieronym. cit. in Abul. q. 68. *Mulieres importunæ ſunt cum petunt aliquid.*

2. RESPONSIO Hieronymi. *Diſcipulis adhuc illo tempore myſteria Domini neſcientes, vel miſericordia moti rogabant pro Chananæa muliere, vel importunitate eius carere cupientes.* Quaſi dicat, cum Sacramenta pectoris Chriſti Diſcipuli ignorarent tunc, rogabant non efficaciter pro Chananæa, ſed magis pro ſeipſis vt vexationem, & moleſtiam acclamantes, & gemitus mulieris exeuſarent.

1406. Abul. q. 69. *Orationes Sanctorum valde vtiles.*

3. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 69. *Voluit Chriſtus, quod Diſcipuli pro Chananæa rogarent ad inſinuandum, quod Deus vult, quod nos adiuuemur orationibus Sanctorum; quia licèt exaudire nos diſpoſuerit; vult tamen, quod Sanctis intercedentibus hoc fiat.* Vnde Gloſſa dicit, *ideò non reſpondit, vt Diſcipuli pro ea rogarent, oſtendens per hæc neceſſarias eſſe preces Sanctorum.*

1407. *Authoris mens. Humilitas opprobriis probatur.*

4. RESPONSIO Poteſt dici meo iudicio, quod multum valent deprecationes Sanctorum, quia ſtatim, vt Diſcipuli rogauerunt pro ea aliquid Chananæa conſequuta eſt: nam primum non reſpondebat, & poſt interceſſiones reſpondit ei. Et licet aſpere hoc fuit, quaſi lapidarius prudens, qui in lapide approbationis probat metalla, ſi aurum, vel ſtannum ſit. Ita Chriſtus aſperis reſponſionibus probauit fidem, amorem, humilitatem, & patientiam Chananææ. Niſi velimus dicere, quod rogauerunt Diſcipuli, vt poſſint reſpondere calumniantibus Iudæis, ſi dicerent, quod miracula faciebat Chriſtus cum gentilibus Chananæis. Et tunc reſponderent eis, quod hoc facit propter interceſſionem Diſcipulorum ſuorum, & propter ingentem importunitatem mulieris; ſed realiter non fuit, ſed propter ſingularem, & inauditam fidem mulieris.

Authoris mens.

Etiam diſcolis ſatisfaciendum.

Fides ſuper omnia æſtimanda.

***

DIFFICVLTAS IV.

Quare Chriſtus reſpondit mulieri, non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus?

QVæretur, quare Chriſtus dixit, non eſt bonum tollere panem filiorum, & obiicere catellis?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena Sancti Thomæ: *Quanto ergo mulier magis multiplicabat ſupplicationes tanto Chriſtus multiplicabat negationem, & non adhuc Iudæos oues vocat, ſed filios, illam autem canem.* Quaſi dicat, quia mulier vidit nihil poſſe Apoſtolos inuerecunda effecta eſt: bona inuerecunda, antea enim nec in conſpectum venire audebat. Vnde dicitur, clamat poſt nos; quando autem videbatur, vt anguſtiata recedere, tùc feſtina venit, & repulſa eſt intolerabili ignominia comparando eam canibus, ſed neque propter hoc fidem perdidit, ſed inſuperabiliter auxit. 1408. Chryſoſt. in Caten. S. Thom. *Amor veritas opprobriis, & ignominiis ſolidatur.*

2. RESPONSIO Rabbani in Catena citat. *Canes autem Gentiles dicuntur propter idololatriam, qui eſui ſanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum vertuntur in rabiem.* Quaſi dicat, gentibus non eſt idoneum dare panem, quia ipſi ſanguine taurorum, & animalium ſuſtentantur, & cadaueribus mortuis, & ita legem, & præcepta diuina abhorrent, & in rabiem conuertuntur eis. Sic dixit Gloſſa: *Gentiles erant enutriti, ſordibus idololatria comedentes ſanguinem ſacrificiorum*, vt Deut. 32. n. 38. dicitur, *Surgant, & opitulentur eis, id eſt, dij de quorum victimis adipes comedebant, & bibebant vinum libaminum.* 1409. Rabban. in Catena cit. *Gentiles lege Dei torquentur.* Deut. 32. n. 38.

3. RESPONSIO Theophylacti, Canes Gentiles vocantur, quia erant contemptibiles à Iudæis, & tanquam ſcelerati reputati: panis verò benedictionem induit promiſſam filiis Abrahæ. Vnde Gloſſa dicit: *Filij ſunt Iudæi generati, & nutriti per legem, panis eſt Euangelium, miracula, & alia, quæ ad ſalutem noſtram pertinent, non eſt ergo conueniens, vt à filiis auferantur, & dentur gentibus, qui ſunt canes, donec Iudæi repudient.* 1410. Theophyl. cit. in Abul. *Canes contemptibiles ſunt.* Gloſſa. *Panem Euangelij Iudæi recuſauerunt.*

DIFFICVLTAS V.

Quare Chananæa dixit vtique Domine: nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum?

QVæretur, quare non eſt indignata, neque exaſperata, ſed plus conformata cum Chriſto aſperis verbis auditis? 1411.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citat. *Vide autem mulieris prudentiam,* Chryſoſt. in Caten. S. Thom.

qualiter

qualiter neque contradicere auſa eſt , neque triſtata in alterum laudibus neque moleſtata in proprie commiſſe. Vnde ſequitur:etiam Domine nam & catelli edunt. Quaſi dicat , Chriſtus Iudæos filios vocat ; hanc autem Chriſtus Dominus canem nominat ; hæc vero , & opus canis adiecit , ac ſi dicat ; ſi canis ſum , non ſum aliena; canem me dicis , ergo nutria me , vt canem, quia non poſſum relinquere menſam Domini mei.

Humilitas iungens Deum vincit.

1412. *Hieron. in Catena*

2. Responsio Hieronymi in Catena citat. *Mira autem hec mulieris fides , patientia , & humilitas prædicatur ; fides qua credebat ſanari poſſe filiam ſuam ; patientia , qua toties contempta in precibus perſeuerabat ; humilitas , quia ſe non canibus , ſed catellis comparat; ſeſe enim ne filiorum panem non mereri , nec integros poſſe capere cibos , neque ſedere ad menſam cum Patre poſſe , ſed contenta ſum reliquiis Catulorum , vt per humilitatem micarum ad panis integri veniam magnitudinem.* Hæc Hieronymus.

Humilitas, patientia, fides, & omnes virtutes commendantur in iuſto.

1413. Chryſoſt. in Catena cit.

3. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Propter hanc autem Chriſtus tardabat; præſciebat enim hoc dicturam.* Quaſi diceret, neſcio quis plus patiebatur, an mulier non conſequendo , quod impetrabat , an Chriſtus, non cito dando , quod orando non merebatur.

Chriſtus plus patiebatur poſtulata non cito donando.

1414. Theophyl. in Abul. q. 78.

4. Responsio Theophylacti: *Iudæi panem totum habent deſcendentem de cœlo , & tua etiam beneficia ; ego autem micas poſtulo , id eſt , modicam beneficij partem.* Quaſi dicat , inſinuando , quod Marcus cap.7. dixit , ſine prius ſaturare filios:nam Chriſtus non negabat,quod beneficia gentibus facienda eſſent , ſed prius Iudæis.

Partem beneficiorum Chananæa poſtulat. Marc.7.

1415. Abul.q.78.

5. Responsio Abulenſis quæſt. 78. dixit: *Hæc mulier , quia putauit verbum Chriſti eſſe in fauorem ſuum : nam in numero Canum conſtituebat illam. Et tamen canes non ſunt præſsus alieni , ſed ſunt de familia Domini.* Quaſi dicat , idem quod ſupra de Chryſoſtomo retulimus.

Chryſoſt. cit.

1416. *Auctoris mens.*

Sed meo videri. Chananæa hæc verba reſpondit , vt conformaretur voluntati Chriſti dicentis , non eſt bonum dare panem filiorum canibus. Et ita dixit , etiam Domine , id eſt, nihil iuſtius , & conſentaneum rationi , poteſt dici , quam quod Dominus meus reſpondit : ſed oro ſupplex , vt ſicut catellis permiſſum eſt de micis,quæ cadunt de menſa comedere. Ita mihi liceat de innumerabilibus beneficiis , quæ omnibus populis , & hominibus impartiris ſaltim ſanitatem filiæ meæ conſequi. Quaſi dicat , ſi tua miſericordia eſt inexhauſta, & inextinguibilis , quia de pietate pluſquam de omnipotente acclamaris : quid nocebit tuæ infinitæ miſericordiæ , vt micam paruam mihi tribuas , quia tunc plus lucebit , quò ego , quia Chananæa plus demereor.

Conformatio diuinæ voluntati obligat animū.

Miſericordia Dei inexhauſta.

***

DIFFICVLTAS VI.

Quare Chriſtus dixit , ô mulier magna eſt fides tua fiat ſicut vis?

QVæritur, vnde proceſſit iſta Chriſti admiratio fidei Chananææ.

1417. Chryſoſt. in Catena cit.

1. Responsio Chryſoſtomi citati in Catena Sancti Thomæ . *Fides tua maiora his audire poteſt , verum interim fiat , ſicut vis.* Et addit Chryſoſtom. *Vide autem qualiter non parum hæc mulier intulit in filia medicinam , propter hoc enim , neque Chriſtus dixit , ſana ſit filia tua , ſed magna eſt fides tua , fiat tibi ſicut vis. Et diſcas , quoniam ſimpliciter loquebatur , & non adulationis,ſed multa fidei erant verba ipſius.* Quaſi dicat , hæc Chriſti vox ſimilis eſt illi voci , qua dixit , *Fiat firmamentum, & factum eſt.*

Medicina filiæ Chananææ matris fides. Gen.1.n.6.

1418. Hieron. in Caten. cit. Pſ 21.n 17.

2. Responsio Hieronymi in Catena citati : *Mira autem rerum conuerſio. Iſrael quondam filius nos canes:pro diuerſitate fidei ordo nominum mutatur,de illis poſtea dicitur, circumdederunt me ſicut canes multi , nos audiuimus cum muliere fides tua te ſaluam fecit.* Quaſi dicat : omnia tempore mutantur. Et Iudæi , qui filij vocabantur , nunc canes rabidi,& veneno pleni ſunt contra fidem Chriſti , & Chananæis,& gentilibus, hoc eſt , eorum deſcendentibus dici poteſt : *O quam magna eſt fides veſtra?*

Ordo rerum mutatur tempore. Hiſpania eſt Chananæa, cui dici poteſt ô mulier quam magna eſt fides tua.

1419. Rabb. cit. in Caten. S.Thom.

3. Responsio Rabbani in Catena citati : *Merito fides huius mulieris magna dicitur; quia cum gentes neque lege fuerint imbutæ , nec vocibus Prophetarum inſtructæ ad prædicationem Apoſtolorum mox in auditu auris obedierunt , ideo ſalutem impetrare meruerunt.* Quaſi dicat, *Diſcamus hinc , ſi ad primas Eccleſiæ rogantis lachrymas Dominus ſalutem animæ differat dare, non eſt deſperandum , vel à petendo ceſſandum ſed magis precibus inſiſtendum, vt audire mereamur, magna eſt fides tua.*

Nunquam ab oratione ceſſandum.

1480. Abul. q.79. in Matth.

4. Responsio Abulenſis quæſt. 79. Chriſtus dixit : *O mulier , magna eſt fides tua per modum admirationis de magnitudine fidei mulieris ; voluit enim laudare illam,quia laudanda erat;& hoc fuit primum ad alliciendum homines ad fidem.* Quaſi dicat, admiratur Chriſtus vt nos prouocet ad magnam fidem , & ita cæcis duobus dixit Matth.9.n 29. *Secundum fidem veſtram fiat vobis , & mulieri , quæ fluxum ſanguinis patiebatur* Marc.5.& Lucæ 8. dixit : *Confide filia , fides tua te ſaluam fecit.*

Chananæa, ſignum fidei omnibus hominibus.

Matt 9.n.29 Marc.5. Luc.8.

1421. *Auctoris mens.*

Vel dicamus , quod Chriſti admiratio fuit ad opprobriandum Iudæos, qui quotidiana miracula Chriſti videbant , & vix credere potuerunt. Chananæa autem,antequam aliquod prodigium videret credidit excellenter,& fuit in fide conſtantiſſima non concuſſa iniuriis , neque dilatione fatigata. Imò ſicut triticum gelu , & frigore ſolidatur , vt fructus , & ſpicas fertiliores proiiciat. Sic fides Chananææ opprobriis, & reſponſionibus Chriſti aſperis , plures radices proiecit , & ita fructus copioſos gratiæ à Chriſto recepit,quaſi admiratus de tali fide , & conſtantia,& ſic voluntati eius tradidit eius poteſtas ad ſanitatem ſuæ filiæ dicendo , *Fiat ſicut*

Fides Chananææ tritico comparatur.

Opprobrium Iudæorum fides Chananææ.

tu

tu vis, quia tu credidiſti, ſicut ego volo credant omnes homines, vt ſaluentur.

1422. *Rabban. in Caten. cit.* *Sordes peccatorum filia vexata à Dæmone.*

6. RESPONSIO Rabbani in Catena citat. qui ait, *Si quis conſcientiam habet alicuius vitij ſorde pollutam filiam habet malè à Dæmonio vexatam. Item ſi quis bona quæ geſſit peccatorum peſte fœdauit, filiam habet immundi ſpiritus furiis agitatam. Ideòque neceſſe eſt, vt ad preces, lachrymiſque confugiat, Sanctorumque interceſſiones, & auxilia quærat.* Quaſi dicat vnuſquique fraudes, & laqueos Diabolicos fugere debet, ne filios nutriat ſub aliment Dæmoniorum, & non ceſſet ſemper clamare, & auxilium omnium Sanctorum inuocare, Deum humiliter deprecando, vt liberet nos à malo. Sed de hoc ad mores poſtea. *Diabolus conatur vexare homines.*

TRACTATVS XLII.

AD MORES,

In Cap. XV. Matth.

De Chananæa ad Dominum clamante.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Christus ibat in ciuitates Tyri, & Sidonis, cum gentiles eſſent?

QVÆRATVR, qua de cauſa Chriſtus intrauit in ciuitates Chananæorum?

1423. *Chryſoſt. cit. in litt.*

1. RESPONSIO fuit Abulenſis citat. in littera, qui ait: *Quòd Phariſæi indigni erant præſentia corporis Christi, nam ei opprobrarunt, & inhonorauerunt, eo quod dixit eis veritatem, & ideò aufugit ad gentiles.* Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Geneſ. 37. num. 18. *Quòd videntes fratres Ioſeph, machinati ſunt occidere eum.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet, *Debet odioſus homo maximè cauere aſpectum eorum quibus eſt odioſus, ne videlicet illis, aut illorum obtutibus ſe exhibens eos in ſe prouocet.* Quaſi dicat: exemplum Chriſtus nobis reliquit, vt fugiamus inuidos inimicos; quia ipſe in partes Tyri, & Sidonis aufugit, quia inimici eius exprobrabant eum multis ab eo acceptis beneficiis. *Perſequutoris fugiendi. Oleaſter in Geneſ. 37. n. 18. Tranſlat. Pagnin. Coram oculis perſequentiũ non apparendũ perfectis.*

1424. *Lyran. in 1. lib. Reg. c. 22. n. 1.* *Odollam locus plenus cauernis.*

Vnde interrogat Lyranus ſua in Gloſſa ſuper 22. lib. 1. Reg. *Quare abiit Dauid, & fugit in ſpeluncam Odollam?* Et reſpondet, *Quia fugit periculum, quod ante faciem Saul expertus fuerat.* Et addit: *Odollam locus eſt plenus cauernis, & rupibus, & per conſequens fugitiuis aptus.* Quaſi dicat, à facie inimicorum non eſt ſecurus in rupibus, & cauernis innocens inuidiatus lucidus, & præclarus; quia quo præclarior quis, eo odioſus eſt inuidis. Et Chryſoſtomus homil. 46. in Geneſ. explicans prudentiam Dauidis, qui fugit à facie Saulis, qui haſtam manu tenens volebat infigere eum Dauid, ait: *O excellentiſſimam inſaniam Saulis! O ſtuporis magnitudinem, eum qui ſibi vitam ſeruarat, & omnem exercitum ab alienigena Goliath furore liberauerat, vt hoſtem ſuſpectum habet, & mente obtenebratus ab inuidia, vt à quadam ebrietate benefactorem, vt hoſtem expectat.* Quaſi dicat, effectus inuidiæ, & malæ voluntatis tales ſunt, vt neque ſanitates, curationes, beneficia, & munera immenſa reſpiciat, propter quod nullum, eſt efficax remedium, niſi inuidiotus, eſt imitatus fugere à facie peſſimorum, vt Chriſtus fecit, qui à Phariſæis inhonoratus Tyros, & Sidonios aufugit. *Infamia ingrata & ebria eſt inuidia.*

Et addit Chryſoſtomus loco citato: *Ita enim ſe habere ſolet huius affectionis malitia: primum corrumpit, à quo generatur; ſicut enim vermis qui in ligno producitur lignum primè conſumit; ita & inuidia illam primo animam corrumpit, à qua nata eſt, vt patet in Republica Phariſæorum, quod excluſo à ſe Christo primo ſine ſua præſentia obſcura, & in perpetuum mortua manſit.* *Chryſ. cit. Inuidia immemor beneficiorum vertit, & inuidi ſimiles.*

2. RESPONSIO Theophylacti in littera citati: *Iudæis prætermis, & infidelibus exiſtentibus Christus ad gentes conuertitur; quia maximis calumniationibus per ſermonem eſcarum eum perſequebantur.* Quaſi dicat, Phariſæi Chriſtum lædere conabantur, ſed ipſi interius torquebantur, & vrebantur. 1425. *Theoph. cit. in litt.* *Phariſæi intus vrebãtur.*

Vnde interrogat Oleaſter, *Quare Dominus apparuit in flamma ignis de medio rubi, & videbatur, quod arderet, & non comburretur*, Exod. 3. num. 2. Et reſpondet, *Quia adumbrabat populum ſuum quaſi in fornace ferrea Ægypti detineri, non tamen poſſe ab igne ardenti comburi.* Vnde apud Iſaiam habes. *Ne timeas, quia redemi te Iſrael, vocaui nomen tuum, meus es tu, cum tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te; cum ambulaueris per ignem non combureris, & flamma* *Oleaſt. in Exod. 3. n. 2.* *Iſ. c. 3. n. 2.* *Eccleſia quaſi rubo comparatur.*

flamma non ardebit in te. Et addit Oleaſter, *Nullus enim cuiuſcumque potentiæ, aut conditionis Eccleſiam vnquam læſit, qui non grauiſſimas, & maximas pœnas, dares. Rubo enim Eccleſia comparatur, vt ſciatur quod omnis qui tetigeris eam à ſpinis eius pungendus eſt.* Quaſi dicat, hoc intereſt inter bonos, & malos, quod boni ſunt viride lignum, quod non facilè comburitur, aut inflammatur; mali verò ſicca ſunt ligna, quæ ignis tribulationis in momento deuorat. Vnde cum Chriſtus apud Lucam dicatur, lignum viride, perſecutionibus Phariſæorum non comburebatur, ſed ipſis relictis in partes Tyri, & Sidonis ſe contulit cordibus inimicorum igne, & flamma combuſtis; tum quia Chriſtus contemnebat eos; tum etiam, quia vindictam de Chriſto ſumere non poterant.

Perſecutores iuſtorum ipſos flammis vindictæ torquentur,

1426. Vnde interrogat Chryſoſtomus homil. de Dauid; *Quare fugiens Dauid à facie Saulis perſequentis abſcondit ſe in ſpelunca quam ingreſſus eſt Saul, vt purgaret ventrem*, 1. Reg. 24. num. 4. Et reſpondit, *Quia Dauid erat beatus, & egeſtatem præ diuitiis, ſolitudinem præ patria, labores, periculaque præ delicijs ac ſecuritate, perpetuum exilium præ terrarum orbe elegit, vt Saulem ab illo in ipſum odio maleuolentia liberaret.* Quaſi dicat, figurabat Dauid Chriſtum qui pro immenſis beneficijs Phariſæis, & Iudæis exhibitis loco gratitudinis, & ciborum delicatorum charitate perſecutiones, & blaſphemias contra illum excitarunt; ita vt fugere à facie eorum pro remedio aſſumpſit, & in partes Tyri, & Sidonis ſe conferre. Et addit Chryſoſtomus. *At ne ſic quidem melior factus eſt Saul? non, ſed perſequebatur, & vbique circumibat, quærens eum, qui non ſolum nihil læſerat, ſed cum eſſet læſus, tum maxima, tum innumerabilia pro iniuriis bona rependebat.* Quaſi dicat, an propter iſtam perſecutionem Phariſæorum, & exilium voluntarium, quod Chriſtus aſſumpſit, inimici ſui eum relinquerunt? Minimè. Sed plus indignati dicebant. *Vbi eſt ille?* Et Chriſtus à beneficiis ceſſauit? Imò minimè plura, & immenſa beneficia operabatur, & pro illis lapidabatur, vexabatur, & inhonorabatur; ita vt impaſſibilem Chriſti patientiam. Quaſi commouerent, & eis ingratis, & crudelioribus beneficiis, quaſi leopardis, quibuſcum benefecerat peiores ſcilicet, dixit. *O generatio praua vſquequo patiar vos?* Matt. 17. n. 17.

Chryſoſt. hom. de Dauid & Saul 1. Reg. 24. n. 4.

Exilium eligendum plus quam inimicos expectare.

Dauid Chriſtum præfigurabat fugiendo.

Chryſoſt. cit.

Inimici beneficiis peiores ſunt.

Ioan. 7. n. 11.

Verba Ignatij Martyr. Matth. 17. n. 17.

1427. Vnde Rabbanus ad locum citatum 1. Reg. 24. *Rex ex improuiſo exceptis inſidiis, quod innocenti moliebatur, incidit in foueam, quam fecit: Dauid vero pro malis bona retribuens, in ſpelunca tegitur, ne inueniretur, & Ieſus latebat in carne, quam acceperat de terra, ne à Iudæis inueniretur diuinitas: illi ergo non cognoſcentes Deum hominem perſecuti ſunt illum Iudæi, donec in monumento poneretur, quod exciſſum erat in petra.* Quaſi dicat, dira & crudelis perſecutio inimicorum iuſtum perſecutum non derelinquit, quouſque in ſepultura ſepeliatur. Lyranus noſter ſua in Gloſſa ad cap. 1. Reg. 24. citatum. *Crudelitas autem Saulis apparet, eo quod quærebat Dauid in rupibus, & in ſpeluncis, quaſi inacceſſibilibus, ita quod ex deſiderio occidendi eum exponebat ſe, & ſuum exercitum periculis multis & magnis.* Quaſi dicat, fera peſſima inuidia eſt, & mala voluntas, ita vt pro vindicta eius, quem abhorret exponit ſe immenſis periculis animæ, & corporis, vitæ, & honoris, vt in Iudæis patet, qui vſque ad mortem Chriſtum perſecuti ſunt, non conſiderantes, neque timentes, quod ſceptrum Iudææ, *auferendum erat ab eis*, & lapis ſupra lapidem non derelinquendus à Tyto, & Veſpaſiano propter occiſionem Chriſti, & quod ad gentes itoros erat Dominus Ieſus, ſicut de facto hodie ad Tyrum, & Sidonem abiit.

Rabb. ad locum citat. 1. Reg. 24. Inimici in foueam quā moliuntur cadunt.

Diuinitas latebat in terra humanitatis.

Lyran. ſua in Gloſſa.

Inuidia fera peſſima quæ non quieſcit niſi cadauerum.

1428. Chryſoſtomus homil. de Dauid & Saule ait; *Vidiſti tenſa retia, vidiſti venatum inſidiantem, vidiſti venatorem erectum, vidiſti omnes adhortantes, vt enſem in hoſtis pectus immergeret? Nunc mihi ſpecta philoſophicam animi moderationem, ſpecta luctam, victoriam, coronam. Spelunca campus erat; luctatus eſt Dauid, pugilem egit iracundia, Saul certaminis materia, agonotheta Deus. Sed aduerſus ſeipſum erat maius prælium:* Quaſi dicat, contumeliis, & laboribus opprobriiſque plenus erat Chriſtus, non alia occaſione, niſi quia veritates prædicabat. Sed elegit non aliam vindictam ſumere, niſi abſcondere ſe ab oculis inimicorum; quia multo maius eſt parcere fugiendo, quam perdere inimicis reſiſtendo. Vnde Chriſtus abiit in partes Tyri, & Sidonis, vt inſidias inimicorum fugeret.

Chryſoſt. homil. de Dauid & Saul.

Nulla maior Philoſophia quā ſeipſum vincere.

Fugere à facie inimicorū victoria eſt.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Chananæa clamans dicebat: Miſerere mei fili Dauid?

QVæritur, quare mulier iſta clamabat, & dicebat, miſerere mei, &c.

1429. 1. RESPONSIO Gloſſæ citat. in littera. *Quia nihil ex merito poſtulat, ſed ſolum miſericordiam Dei efflagitat.* Quaſi dicat, illa eſt efficax oratio, quæ Dæmones expellit, quia non ex meritis propriis, ſed ea miſericordia Dei poſtulatur. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Deuteron. 28. num. 10. *Videbunt omnes populi terræ, quod nomen Domini inuocatum eſt ſuper te, & timebunt à te?* Et reſpondet, *Eſt enim hic aduertenda orationis efficacia ad hoſtes deterrendos, quoniam ſcientes nos inuocare nomen Dei noſtri ſuper nos deterrentur.* Quaſi dicat, clamat Chananæa, & Chriſtum filium Dauid nominat, vt Dæmon à quo vexabatur, fugeret ab ea.

Gloſſa in litt. cit.

Efficax oratio quæ humilis eſt,

Oleaſter in Deut. 28. n. 10. Tranſl. Pag.

Oratione Dæmones expelluntur & hoſtes.

1430. Vnde interrogat Ambroſius in Pſalm. 118. in gloſſa citat. quare Eliſæus, vt victoriam Regi Iſraël prophetizaret dixit 4. Reg. 3. num. 15. *Adducite mihi Pſaltem: cumque caneret Pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini?* Et reſpondet Propheta, *vt prophetarent pſallendi peritum iubebant pſallere, quo ſuaui inuitata dulcedine, ſpiritualis infundebatur gratia.* Quaſi dicat, ad orationis dulcedinem vocibus ſuauibus exclamatam ſemper gratiæ tam corporis, quam animæ conſequutæ ſunt. Et addit Ambroſ. loco citato, *Pſallentes non defuiſſe Eccleſiæ, Saulis Dauid docemur exemplo, quo pſallente malus ſpiritus*

Ambroſ. in Pſ. 118 in Gloſſa cit. 4. Reg. 3. n. 15.

Oratio ſanitatem corporis & animæ conſequitur.

Ambs. cit.

ſpiritus expellebatur, qui Saulis Regis corda vexabat. Quaſi dicat, non immeritò Chananæa clamabat orando, & inuocando miſericordiam Dei, & ſic à Dæmone eius filia liberaretur, ſicut per dulcedinem orationis Dauid pſallentis, cuius filius erat Chriſtus Dæmon à Saule expellebatur. Et ideò vociferabatur dicens; *Fili Dauid miſerere mei, quia filia mea male vexatur.*

Dauid oratione Dæmonē expellit.

1431. Et Lyranus in cap. 3. Reg. lib. 3. *Ad hoc enim, quod ſpiritus tangat cor Prophetæ facit eleuatio mentis per deuotionem ad quod iuuat melodia ad hoc ordinata.* Quaſi dicat, per melodiam vocum cor eleuatur ad deuotionem, & pietatem, ideò cor Chriſti ad clamores Chananææ, quaſi melodiam audiendo inclinabatur, & recreabatur; & ideò dilatabat effectum, vt cauſa duraret, id eſt, oratio perſiſteret. Et addit Theodoretus q. 11. in Gloſſ. citat. *Vtebatur autem ſpirituali Dauidis modulatione, & ex his Leuitis, qui tibias, & cytharas tangebant, Eliſæus vocauit vnum; illo autem pſallente, quod erat agendum ſignificabat gratia Sancti Spiritus.* Quaſi dicat, Chananæa à Deo inſpirata orabat, & clamabat dicens, fili Dauid, quia illa pſallente, & ſic clamante gratia diuini ſpiritus ſanitatem filiæ ſuæ diſponebat. Vnde Cyrillus Hieroſolymitanus. *Cor tuum prepara ad ſuſceptionē diſciplinæ, frequenter ora, vt te dignum efficiat neque in die, neque nocte ſis otioſus.* Quaſi dicat, nunquam ceſſes orare, ſi vis omnia à Deo impetrare.

Lyranus ſup. in Gloſſ. ad lib. 4. Reg. 3. Auctoramenti. Melodia vocum prouocat ad deuotionē. Theodoret. quæſt. 11. in Gloſſ.

Chananæa canebat, dū orabat.

Clem. Hieroſolymitanus in præfatione ad Catheſes.

1432. 2. RESPONSIO quam littera adnotauimus, quare non dixit, miſerere filiæ meæ, quia compaſſionem volebat amplificare, & quia ſuū incommodum reputabat, quod filia patiebatur. Quaſi dicat, cognouit, & ſequuta eſt, hæc mulier conditionem Dei, qui labores amicorum, quaſi proprios reputat. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 14. n. 19. *Et profectus eſt Angelus qui ibat ante caſtra Iſrael?* Et reſpōdet: *perirēt iuſti niſi Dominus ſe medium inter eos, & hoſtes poneret, quia taliter Deus iuſtos ſuos diligit, quod ſeſe primum propter eos hoſtibus obiicit. Quapropter Abrahæ dicebat, ego ſcutum tuum, & merces tua magna nimis.* Quaſi dicat, ſicut ſcutum defendit hominem, & ictus enſis, aut lāceæ ſuſcipit. Sic qui iuſtis malefacit Deū lædit, quia Dei, & hominis amici ſui eadem eſt voluntas; ſicut & matris, & filiæ vnum erat incommodum, & dolor. Vnde interrogat Cardinalis Toletus in Ioan. 6. n. 11. quare dicitur, *Quod inuitatus ſuis dedit Chriſtus quantum volebant ex panibus, & piſcibus, vel vt alij legerunt, quantum volebat Chriſtus.* Et reſpondet, *illud volebant aliqui textus habent in ſingulari, vt ad Chriſtum referatur; hæc tamen ſenſum non mutant*: nam homines Chriſtū ſequentes; ita erant addicti Chriſti voluntati, ac ad illā cōpoſiti, & adaptati, vt idem valeat, quantū ipſe volebat, ac quantum ipſi volebant.

Auctoramentum in littera. Amicorū labores quaſi proprios reſpicit Deus. Oleaſter. in Exod. c. 14. n. 19. Tranſlat. Pagnin. *Scutum iuſtorum Deus.* Geneſ. 15. n. 1.

Card. Tolet. in Ioan. 6. n. 11. *Tranſlationes diuerſæ. Volūtas Dei, & ſui amici eadem.*

1433. Idem poſſumus aduertere in oratione Dominica, cum preces effundimus coram Deo, *Vt noſtra poſtulata impetremus, & nobis Deus concedat, quod volumus, cur non dicimus fiat voluntas noſtra?* Et reſpondet Neothericus quidam, *in re orationis ferè ſynonima ſunt mea, & diuina voluntas, tanquam ſtrictius concatenantur, fiat volūtas tua, ac fiat voluntas mea: quia tam efficax eſt oratio, & ita ad ſe inclinat, atque trahit Deum, vt in re orationis idem ferè videatur fiat voluntas tua, ac fiat voluntas mea.* Quaſi dicat, ſi confor-

Celada in Iudith. *Orationis Dominicæ intentio.*

mitas voluntatum Dei, & hominis conglutinata eſt, & fortiter vnita, gaudiū vnius, alterius eſt gaudium, & incommodum creaturæ Dei incommodum eſt, ſicuti vexatio filiæ Chananææ erat, & matris: propter quod dixit miſerere mei, quod idem eſt, ac miſerere filiæ, quam ſicut me diligo.

Matris & filiæ cor vnū.

Vnde interrogat Euſebius Emiſſenus hom. 5. ad Monach. cit. in Gloſſ. Quare etiāſi Saul dixit: *Peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonē Domini, hoc non fuit ſufficiens, vt non adimpleretur, quod Samuel dixit Sauli.* 1. Reg. 15. n. 4. *Abiecit te Deus, ne ſis Rex?* Et reſpondet, *quia non ſufficit, ſummis labiis dicere peccaui, parce, remitto, miſerere: nam & Saul hoc dicebat, ſed non obtinuit veniam illam, quam Dauid vna pœnitentia voce promeruit. Et hoc quare? Quia confeſſionem illā nuda magis verba, quam veri gemitus exprimebant.* Quaſi dicat, quando cor orantis, & ſupplicantis non eſt vnitum cum voluntate Dei, effectus orationis non producuntur; quia cauſa debet proportionari cū effectibus; ſi autem cauſa efficiens non eſt vnita cum Dei voluntate, neque effectus orationis efficaciam habebūt. Vnde addit Euſebius Emiſſenus: *Quia non compenſat magnitudinem criminis lenta humiliatio ſupplicantis.* Quaſi dicat; ideò Chananæa fortiter, & viriliter clamabat, dicendo: *Miſerere mei*, vt voluntatem ſuam firmiter traderet Chriſti voluntati, ſicut contigit, quod Chriſtus voluit: ſicut mulier volebat dicens, fiat ſicut vis.

1434. Euſeb. Emiſſ. hom. 5. ad monach. in Gloſſa. 1. Reg. 15. n. 4.

Cauſa & effectus proportionantur.

Euſeb. Emiſſ. citat. *Orationes remiſſæ inefficaces.*

Vnde Bernardus ponderans, quare orationes Saulis à Deo repudiatæ ſunt, ait. ſer. *Ecce nos reliquimus omnia*, in gloſſ. cit. *Indignus cœleſti benedictione conuincitur, qui dubio orat affectu, duplici petit intentione, aliud ſibi refugium parans, ſi fortè eam non obtinere contingat. Vbi perſiſtit in ſententia Samuel Sanctus. Saul inquit, honora me coram populo. Ad quid hæc honoratio miſer? Haccine erat tota illa ſupplicatio, peccaui, ora Dominū pro me.* Quaſi dicat, Bernardus qui Deū orat duplici intentione non habet rectum cor cū Deo, neque Deus ſe credet ei, qui oratione refugium ab alio præter Deum quærit, non recte aſcendet talis oratio, tortuoſa eſt. *Et meritò non pepercit*, (addit Sanctus citatus,) *qui intuebatur cor, quia falſa nō poteſt ſupplicatione moueri.* Propter quod Chananæa ita cor ſtatim Domini ad compaſſionem prouocauit, quia talis erat prudentiæ, vt Gregorius adnotauit, quod non ibat ad homines ſeductores, neque ad idola (cum gentilis eſſet,) quia omnia inania reputauit, ſed ſolum ad Chriſtū toto corde ore, & clamore ex intimis viſceribus hauſto, orauit, & efficaciter poſtulauit dicens, miſerere mei fili Dauid.

1435. S. Bernad. ſuper illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia.* 1. Reg. 15. n. 30.

Bernard. cit.

Oratio ſolum Deū quærat, vt recta ſit.

Gregor. cit. in litt. *Oratio Chananææ recta, & non tortuoſa.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare Diſcipuli dixerunt Chriſto dimitte eam quia clamat poſt nos?

QVæretur, an Diſcipuli faſtidioſi hoc Chriſto dixerunt, vel ex pietate moti?

1436. 1. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati *Æſtimo Diſcipulos ad calamitatem mulieris eſſe triſtatos. Sed quaſi contrarium à Chriſto petierunt, quod deſiderabant, vt fieret.* Quaſi dicat, ferè ſemper falluntur homines cum ea, quæ orationibus Sanctorum, non conſequun-

Chryſoſt. cit. in litt.

Orationes nō fruſtrantur cū non habēt effectum.

tur, triſtantur. Et aduertere debent, quod conſequutis dignitatibus, vel quibuſcumque, quæ deſiderant plus doloris,& triſtitiæ habiture erant.

1437. *Oleaſter in Deut. 11. num. 10. Tranſl. Pag.*

Vnde interrogat Oleaſter, quare Moyſes Deut. 11 num. 10. dixit Iſraëlitis: *Terra ad quam tu ingrederis, non eſt ſicut terra Ægypti?* Et reſpondet, *Solet peccatores decipere cogitatio, qua cogitat delitioſius, & abundantius in ea, qua deſiderat, & poſtulat, viuere, ſed conſequuta poſtulata multoties mentiuntur. Vade ad conſolationem eorum, qui non conſequuntur, quæ poſtulant à Deo, ſufficit eis dicere, quod non expedit eis; quia triſtitia, & dolore forſitan perirent, & ſua quiſque ſorte contentus ſit. ſed hoc eſt ſurdis canere; quia omnes triſtantur, ſi non conſequuntur, & fauores Diſcipulorum quærunt, vt Chananæa forſan fecit.*

Surdis canere eſt perſuadere non expedire eis quod poſtulant.

1438. *Procop. in Gloſſ. ad c. 16. lib. 1. Reg. 1 Reg. 16. n. 1.*

Vnde interrogat Procopius in Gloſſa: *Quare cum Dominus Samueli præciperet, vt vngeret Dauid in Regem? reſpondit, quomodo vadam? audiet Saul, & interficiet me?* Et reſpondet, *Quia quoties lamentabatur de ſententia à Domino intimata contra Saul, & orabat infatigabiliter, itaut Deo faſtidium daret eo dicente vſquequeque tu luges Saul, cum ego proiecerim eum.* 1. Reg. 16. num. 1. Quaſi dicat, inanis eſt poſtulatio, & oratio lamentabilis tua; quia non expedit Saol, vt regnet, quia quotidie deterior eſt,& maiores pœnas patietur. Et addit Procopius; *Mentiri enim membrum Chriſti reputauit caſum magnæ perſonæ lamentabilem.* Quaſi dicat, falluntur multoties homines, cum poſtulata à contrario eueniunt, præſertim cum orant, vt excuſentur caſus lamentabiles Regibus & Principibus. Vnde Theodoretus q. 33. & 36. in Gloſſ. citat. *Cur Propheta iuſſus timuit vngere Dauid? Quoniam non ſolum erat Propheta ſed & erat homo.* Quaſi dicat, multoties ſerui Dei,& Prophetæ orationes ad Deum emittunt, & poſtulant, vt homines, & non conſequuntur, quia non expedit. Et ideo Diſcipuli clamabant pro Chananæa interceedentes; ſed Chriſtus tacebat; quia pro tunc non expediebat.

Etiam reprobis prodeſt poſtulata non concedere. 1. Reg. 16. n. 1. Procop. cit.

Caſum lamentabilem aſſimiā credit homo. Theod. q. 33. & 36 in Gloſſ.

Propheta velut homines falluntur aliquando.

1439. *Theod. cit. Propheta vt homines etiā loquuntur.*

Et ſi quæras quam ob cauſam tam lamentabiliter orabat pro Saule Propheta,& electum à Deo neſciebat? Reſpondet Theodoretus; *Quoniam non erat Deus, ſed homo, ignorantia autem diuinam reuelauit ſententiam.* Quaſi dicat, poſtulant vt homines multa ſerui Dei, quæ non expetunt cum autem diuinum decretum per reuelationem adquirunt humiliter, confitentur ſuam ignorantiam, & Deo alacriter dicunt *Fiat voluntas.*

1440. *Latinus in Pſ. 41. n. 3. Oratio copioſa quaſi aqua effuſa.*

Vnde interrogat Latinus Quare Dauid cum anxie oraret dixit Pſ. 141. n. 3. *Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio?* Et reſpondet. *an quia rei, quæ effunditur copia magna depromitur, ideo effunderis dictum eſt, vt longam precem ſignificaret;* Melius Theophylactus cum tranſlatione Septuaginta, *vbi pro precem meam, vertunt, effundo conſolationem meam.* Quaſi dicat, illa oratio, quæ ex corde cum Deo conformatur, ſecum conſolationem à Deo portat. Verba Theophylacti ſunt; *Docuit Propheta percutiendo pedibus quid in actu orandi præcipuè curandum, nimirum cordis affectum Percutit ergo pectus, quaſi manu deſignans Vnde oratio germana procedit & vt cor ipſum excitet Deo, quia verè conformatum cum eo eſt.* Quaſi dicat, animam in oratione non effundit, qui mente non adhæret voluntati diuinæ.

Theophyl. in Lucam. Tranſlat. 70.

Conſolatio & preces idem.

Vnde Chryſoſtomus homilia de fide Annæ matris Samuelis quæ vt 1. Reg. 1. num. 15. dixit, *Effudi animam meam in conſpectu Domini.* Et addit Chryſoſtomus, non ait, *deprecor, ſupplico Domino, ſed effundo animam meam coram Domino, hoc eſt, meipſam, totam voluntati Dei ſubieci, mentem meam exinaniui apud illum toto animo totáque virtute precationem meam peregi.* Quaſi dicat, illa effectum proſperum oratio expectet à Deo, quæ humiliter, & ex corde tota ſe in Dei voluntatem reſignauerit. Et ſic titulus Pſalm. 101. hic eſt: *Oratio pauperis, quam anxius fuerit, & corā Domino effuderit precē ſuam, conformans ſe, quaſi egenus, cum poſtulat, cum voluntate dantis, & tunc gemitus, & lachryma corda audientium commouent, & triſtantur, ſi non poſtulata concedantur.* quia non poſſunt ſuccurrere roganti, vt accidit Diſcipulis Chriſti qui de lachrymis Chananææ triſtabantur, & quaſi faſtidiantes, dixerunt dimitte eam, quia clamat poſt nos, vt petita reciperet prudenter intercedendo.

Chryſoſt. hom. de fide Annæ 1. Reg. 1. n. 15.

Oratio quæ verè reſignatur Deo conſequitur effectum. Pſalm. 101.

Oratio & eleemoſyna aſſimilantur.

Lachrymæ nimis mouēt.

DIFFICVLTAS X.

Quare Chriſtus reſpondit, non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus?

QVæritur, quare tam aſperam reſponſionem Chriſtus Chananææ dedit?

1441. *Chryſoſt. in litt. cit.*

1. Responsio ſuit Chryſoſt. in litter. citat. *Quia quanto mulier magis multiplicabat ſupplicationes, tanto Chriſtus multiplicabat negationem.* Quaſi dicat, perfecta oratio non debet faſtidium ſumere, ſed orationes, & ſupplicationes variare vſquequo Deo placeat, & conſequatur quod deſideratur. Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuiti 2. num. 5. *Præcipiebat Deus, quod etiam darent illi ſacrificium de ſartagine?* Et reſpondet, *Quid tibi vis Domine Deus in tanta differentia ſacrificiorum, & victimarum, vt ex farina tot volueris ſacrificiorum genera multiplicari?* Et addit, *Nunquid diuerſa genera vis munerum, quia aliquod eorum faſtidio eſt.* Ac ſi diceret noſtro Hiſpano idiomate: *Señor hante empalagado tantos, ſacrificios de de carne, que guſtas te offrezcan fruta de ſarten.* Et reſpondet *Docet nos pulchre locus iſte orationem in aliam aliquando mutare, cum prior ex repetitione cœperit faſtidio eſſe.* Quaſi dicat, deuotiones, & orationes Sanctorum nunquam omittendæ, quia neſcimus qualia Deo grata erit; quia quandoque de minimis, & paruis plus delectatur, quam de his quæ nobis videntur maximæ. Vnde videmus ſanctum Regem Dauid varios edidiſſe pſalmos, & mutaſſe cantica, quoniam ea repetendo timebat Deo fore faſtidioſa. Ideo Chananæa tantum de Chriſto placuit, quia relicta compaſſione ſuæ filiæ à Dæmonio vexatæ, nunc catellis latrantibus pro micis ſe comparat. Et ſi Chriſtus expulſionem multiplicabat, illa vt non faſtidiaret alia,& alia oratione varia fulciebatur.

Variare ſupplicationes Deo placet.

Oleaſter in Leu. 2. n. 5. Tranſlat. Pagnin.

Fruta de ſarten era agradable ſacrificio.

Minima ſolet Deo placere oratio.

Dauid varia cantica compoſuit Deo. Ne faſtidium Chriſto daret Chananæa intentum.

Vnde

1442. *Theodoret. in gloſſa ad 4. Regum 4. num.8.* *Sunamitis dicitur magna.* *n.27.& 28.*

Vnde interrogat Theodoretus, quare ſcriptura ſacra Sunamiridem, quæ recepit hoſpitio Eliſenm, vocat magnam 4. Reg. 4. *Erat autem ibi quædam mulier, quæ erat magna?* Et reſpondet, *quia diuerſimode multiplicauit orationes, vt Eliſeum moueret vt filium ſuum mortuum reſſuſcitaret.* Quaſi dicat, flexis genibus dixit Eliſeo: *Nunquid petiui filium à Domino meo? Nunquid non dixi tibi ne illudas me?* Neque per hoc ab oratione ceſſauit, nam cum Eliſæus mitteret Giezi cum baculo vt puerum ſuſcitaret, mutauit ſupplicationem, neque per repulſam deſperauit; ſed tenuit plantas prona Eliſæi, & dixit, *Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te*, 4. Regum 4. *Et ita vicit Eliſæum ſua patientia, & oratione; quia ſtatim ſurrexit Eliſæus, & ſequuta eſt eam, & reſſuſcitauit filium.* *Sunamitis repulſa non ceſſat ab oratione.* *4. Regum 4. n.30.*

1443. *Theodoret. in gloſſ. cit.* *Oratio ſicut apis argumentoſa.*

Vnde Theodoretus citatus: *Admirabilis Sunamitis in Prophetam quia valde fuit officioſa.* Quaſi dicat, Sunamitis quaſi apis argumentoſa fuit in oratione, vt remedium ſuæ calamitati inueniret, & hoc placuit Deo: ſiquidem effectum probauit beneplacitum Dei. Et D. Ambroſius epiſt. ad Irenæum in gloſſa citat *Sunamitis illa magna mulier in ſuperioribus hoſpitium parauit, & ibi concipiendæ ſobolis meruit prærogatiuam, ibi denique reſſuſcitati pignoris vidit miracula.* Quaſi dicat, preces & orationes variauit Sunamitis, & ideo ingenis mulier, quia eum ſuper genua ſua puer expiraſſet, & clamaret ad Deum, orationem mutauit & aſcendit ad cubiculum vbi hoſpitabatur Eliſæus, & poſuit cadauer pueri ſuper lectum hominis Dei, & clauſit oſtium & egreſſa vocauit virum ſuum, & ait, *Mitte mecum obſecro vnum de pueris & & aſinam, vt excurram vſque ad hominem Dei, & reuertar.*

Ambroſius epiſt. ad Irin. in gloſſa. *Oratio non otioſa ſed operibus adiungenda.* *4. Regum 4. n.22.*

1444. *Theod. cit.* *Efficax oratio Prophetæ.*

Vnde admiratus Theodoretus de efficacia virili, & de diligentiis orationibus adiunctis ait loco citato, *Cum experientia didiciſſet Prophetæ virtutem, cum ad Deum oraret, ſperauit etiam fore, vt puerum mortuum ſuſcitaret.* Quaſi dicat, Eliſæi orationes iam experimento cognoſcebat. Et ideo determinata variauit diligentias, & ad Carmelum feſtina, pertexit, & velut Camaleo mutauit in oratione colores: nam cum in Prophetæ lecto collocaſſet mortuum clauſo oſtio ad eum profecta eſt, *ne marito quidem ſignificata cauſa profectionis*, dicit Theodoretus. Ac ſi diceret, intus in corde doloribus filij mortui anxiabatur Sunamitis. Sed reprimebat triſtitiæ dolores, vt maritus ſuis non impediret viam ſuam. Vnde Ambroſius lib. de Abraham cap. 5. *Eliſæus defuncti pignoris reſſuſcitatione donata reſoluit hoſpitij, & ſupplicationis penſionem.* Quaſi dicat, placuit Deo, & Prophetæ multiplicatio rogationis, & diligentia deprecationis Sunamiridis, & ita effectus orationis multiplicauit ſolutionem penſionis. Et Lyranus addit, *Quod Sunamitis dixit Eliſæo noli deficere ancilla tuæ; quia Hebraicum verbum eſt æquiuocum ad mentiri, & deficere.* Et eſt ſenſus ſecundum Rabbi Salomon. *Si impetraris mihi filium cito moriturum, non eſſet mihi materia gaudij, ſed mœroris. Et ideo rogo, vt non moriatur, ſed vt viuat.* Quaſi dicat, tantum placent Deo preces, & orationes poſt repulſas datas, quod tam à Sunamitide, quam à Chananæa multiplicatæ fuerunt propter gaudium Dei audientis, & propter multiplicationem meritorum exclamantis.

Camaleoni ſimilis oratio. *Theodor. cit.* *Ingens prudentia dolores reprimere intra cor.* *Ambroſ. lib. de Abraham c.5.* *Orationes in effectu ſoluuntur.* *Lyran. iuxta Tranſl. Heb.* *Orationes Dei gaudiū multiplicant*

2. RESPONSIO Rabbani in littera citati *Canes autem gentiles dicuntur, quia erant ſanguinis eſui dediti, & cadaueribus mortuorum ſatiati vertuntur in rabiem.* Quaſi dicat: impudici, & carnalibus vitiis dediti, vt canes ſemper famem voluptatum patiuntur, & nunquam ſatiantur vſquequo remaneant fœtida corpora eorum ex putrefactione vitiorum carnalium, quod noſtro Hiſpano ſermone dicitur: *Eſtan llenos de bubas, hediondos, como perros muertos.* 1445. *Rabban. in littera cit.* *Canes ſunt impudici & carnales.* *Hiſpana locutio.*

Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 29. num. 12. *Præcipiebat Deus: ſumes & adipem totum, qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, & offeres incenſum ſuper altare; carnes vero vituli combures foris?* Et reſpondet, *Quod in Hebræo adipum renes ſignificantur hoc nomine Chelajot, quod idem eſt, ac deſiderare, quia deſiderium coitus, & appetitus ſemper remanet in renibus.* Quaſi dicat, ſunt homines ita vitioſi, & carnales, quod etſi potentia ad voluptates defecit; deſiderium tamen, & appetitus nunquam deficit, vſquequo manent fœtidi, & abominabiles Deo, & hominibus, propter quod præcipiebatur quod carnes vituli fœtidi foras comburerentur. Et ideò dicit textus adipem totum, qui operit inteſtina, & reticulum iecoris cum incenſo offeres ſuper altare. Vel vt legit Pagninus ſuffire facies in altari. Et addit Oleaſter, ſi quæras, *Quid ſibi velit huiuſmodi adipum fumus? Reſpondit, fœtent valdè vitia iſta Deo noſtro, quare quam primum nares eius huiuſmodi fœtor tangebat, excitabatur furor eius ad delendos homines tales. Et quemadmodum nobilis ſi fœtorem domi olfaciat clamans conqueritur vſquequo bonis, & odoriferis ſuffitibus occurritur, & ab ira quieſcit. Sic Domino peccatorum carnalium malo odore concitato huiuſmodi ſuffumigationibus occurrebatur, ac in peccatorem ſæuiret. Vnde ſæpius huiuſmodi ſuffitus vocatur odor quietis, quod humano more Deum ab ira quieſcere facit, quod in vſu dicimus, & repletus eſt Dominus odore ſuauitatis.* Ideò cum Chriſtus, improbabat Chananæam, eam aſſimilando canibus mortuis qui fœtent, vel hominibus vitio deditis, qui ſemper *Hieden como perros* ſuffitibus, & odoribus humilitatis, & patientiæ, fideique conſtantia placatus eſt, & odore ſuauitatis repletus. 1446. *Oleaſter in Exod. 29. n.12.* *Chelojot vox Hebræa.* *Deſiderium coitus.* *Vitioſi impudici abſque potentia peccant.* *Carnes fœtidæ impudicorum cremantur.* *Oleaſt. citat. Tranſl. Pag.* *Nobiles fœtidi & impudici ſemper Deo faſtidioſi.* *Suffitus orationis à furore facit Deū quieſcere.* *Humiles Deū placant à furore.*

Vnde interrogat Theodoretus cur dicitur 3. Reg. 22. num. 38. *Quod canes linxerunt ſanguinem Achab Regis, id eſt cadaueris eius in bello occiſi?* Et reſpondet: *Fluens autem ſanguis iaſſixus fuit currui, & eum in fonte, qui erat prope vrbem abluit auriga; canes autem linxerunt; meretrices autem ſub auroram de more lauerunt, non conſulto volentes lauari in ſanguine, ſed in aqua fontana, vt cōſueuerant.* Quaſi dicat, Achab Regem cœleſtibus ingratum beneficiis ita permiſit Deus occidi, vt canes eius vulnera lamberent; quia Reges, & nobiles peccatores miſeri, qui impudici ſunt, & viuunt ſenſualiter fœtibundi, & horribiles moriuntur. Quia vt Achab canes dignos ſui funeris miniſtros inuenit. Sic & impudici Principes meretrices, quibus vitam egerunt, & quibus ſalutem vitam, animam, & facultates impertiti ſunt in ſan- 1447. *Theodor. quæſt. 65 citat. in gloſſ. 3 Regum 22 n.38.* *Meretrices miniſtrant in morte impudicis hominibus.* *Ingrati ſunt Principes qui beneficiis abutuntur Dei.*

X 2 guine

guine eius lauant manus ſuas, & de morte eius non recordantur.

1448. Ambr. lib. de Naboth c. 6. in Gloſſ.

Vnde Ambroſius lib. de Naboth. cap. 6. in Gloſſ. *Defecit circa eum hominum humanitas, canum ſucceſſit aſperitas, quia de impudicis Ducibus, & Marquiantibus; poſt mortem aſperitas canum ſolum recordatur; ſucceſſores vero penitus animarum earum obliuiſcuntur.* Vnde Lyranus, *per iſtos canes ſignificantur Dæmones impudicorum animas cruciantes.* Quaſi dicat: Timeant omnes impudici, & enormes luxuriis dediti, & quaſi canes fœtidi ad vitium carnis anhelantes;

Canes ſunt Dæmones animarum.

quia non ſolum fames patientur vt canes in iſto ſæculo; ſed & animæ eorum in æternũ peribunt, & omni humilitate, & patientia à Deo futorem vindictæ extingoant contra eos, vt fecit Chananæa canibus comparata, quæ odore ſuauitatis, & orationis Chriſtum ſuauiter repleuit,

DIFFICVLTAS XI.

Quare dicitur; vtique Domine; nam & catelli comedunt de micis, &c.

QVæritur, vt quid reſpondit Chananæa; Nam & catelli comedunt, &c.

1449. Chryſoſt. in littera citat. *Mulierē prudentem quis inueniet.* Oleaſter in Leuit. 12. n. 2. Tranſl. Pag. Pythagoræ axioma.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citati: *Vide prudentiam mulieris, qualiter neque contradicere auſa eſt neque triſtata in alterum laudibus.* Quaſi dicat, non eſt ſufficiens laus ad prudentiam mulieris bonæ. Sicut neque maledictio, & execratio ad imprudentē, & impudica. Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit. 12. n. 2. *Præcipiebat lex, ſi mulier fœminam pepererit immunda erit duabus hebdomadibus?* Et reſpondet, *quid feciſti fœmina, quæ fertis in vtero nectar* (vt Pythagoras ſcripſit,) & addit, *Admanet lex, vt quanta impuriores, tanto longiori tempore à ſacris abſtineamus, quia, ſi ea, quæ ſine peccato conceperat, & pepererat, ſic arcetur a ſacris quid faciendum eſt de his, quæ grauiſſimis criminibus obrutæ, loca verentur ſacra intrare.* Ac ſi dicat

Coniugatæ concipiunt ſine peccato.

Oleaſter; ſi coniugatæ, quæ ſine peccato concipiunt, & concipiuntur, quia ſunt in gratia Dei, licet in originali omnes (præter Mariam immaculatam,) concipiantur, vt Dauid ait:

Pſ. 50. n. 6. *Mulieres pectora, & vbera oſtendētes templum non debent ingredi.*

Pſalm. 50. *Et in peccatis concepit me mater mea.* Si igitur quæ concipiunt cum benedictione Dei tanto tempore prohibentor ſancta ingredi. Meretrices, & impudicæ fœminæ, quæ ſunt hamus, vt capiant homines; pectora, vbera & terga dealbata oſtendentes, vt ad libidinem prouocent, quomodo ad ſancta Sanctorum accedunt. Quis tam horribilia videns non curat remedium? Quomodo ira Dei non excitabitur peſte, fame, bellis, & ciuilibus pugnis, vt regna conſumantur. Vnde benedictum eſt, quod non eſt maledictio ſuper frontem mulieris impudicæ; ſicut neque laus ſuper prudentem.

1450. Lyranus ſua in Gloſſ ad lib. 1. Reg. c. 25. n. 3.

Vnde interrogat Lyranus, quare dicitur lib. 1. Reg. cap. 25. num. 3. *Quod Abigail vxor Nabal erat prudentiſſima, & ſpecioſa?* Et reſpondet, *quia erat mente, & corpore gratioſa, id eſt, tam modeſta, & ornata virtutibus anima ſicut & ornamentis honeſtis corporis.* Quaſi diceret, cum Platone, *Quod honeſta, & pudica facies mulieris eſt ſicut ſapientia, quæ ſi oculis videri poſſet, eius forma, & pulchritudo amores maxime alliceret.* Quaſi dicat, quemadmodum ſapientia animos hominum captabat: Sic abſcondita, & ornatè compoſita mulier corda humana alliciet. Et per contrarium impudicè pectora oſtentantes homines in furorem concitant, & illas vilipendunt.

Pulchritudo in honeſtate conſiſtit. Plato c. 1. in Gl. Lyræ.

Mulieres impudicæ abominantur.

1451. S. Ambr. lib. 1. offic. c. 21. in Gloſſ.

Vnde Ambroſius loquens de prudentia, & honeſtate Abigail ait: *Dauid, armatam dexteram indignatione compreſſerat, Abigail autem deprecatione reuocauerat.* Quaſi dicat: ò quantum intereſt prudentia in vna famoſa muliere; quia furorem Dauid, & militum eius in gratiam conuertit. Et addit Ambroſius citat. *Vnde aduertimus tempeſtiuis quoque intercesſionibus non ſolum credere, ſed etiam delectari oportere.*

Ambr. cit.

Hieron. in Gloſſ.

Et Hieronymus in Gloſſa citat. *Nabal inſipiens Abigail Patris exultatio ſignificat.* Quaſi dicat, prudentia mulieris ſicut Abigail virum inſipientem portat, & eſt cauſa exaltationis non ſolum patris, ſed & totius proſapiæ vtriuſque.

Sapientia, & prudentia mulieris honorificentia ſunt ſuæ proſapiæ.

1452. Cyrill. in Ioan. c. 11. *Prudens mulier ligat exercitum.* Gregor. lib. mor. cit. in Gloſſ.

Et D. Cyrillus lib. 7. in Ioann. cap. 11. *Placida verba, ac mitia iracundia incitatum animum mitigare ſolent, & ad manſuetudinem reducere, quod nobis ipſe Dauid ſua prodit exempla, cuius diſtrictum mucronem in totius domus Nabal exterminium Abigail prudentiſſima vxor eius ſuauiloquentia, & humanitate vaginare cundidit, & à cruoris effuſione immunem reddidit.* Et D. Gregor lib. moral. citat. in Gloſſa: *Exaggerans prudentiam Abigail.*, ait: *Et non indicauit Abigail viro ſuo verbum puſillum, aut grande vſque mane*, 1. Reg. 25. num. 19. (Et addit,) *iracundos melius corrigimus, ſi in ipſa iræ commotione declinamus, perturbati enim, qui audiant, ignorant. Sed cum ad ſe redeunt tanto libentius exhortationis verba recipiunt, quanto ſe tranquillius tolerari erubeſcunt. Vnde Nabal ebrio culpam ſuam Abigail laudabiliter tacuit, malum enim quod fecerat nocere potuit, quia ebrius non audiuit.* Quaſi dicat: mulier prudens viro ſuo irato; neque ſi malum agat, reſpondere debet, ſed dare locum iræ, & tacendo expectare occaſionem, vt malum emendetur, & prudentia eluceſcat, ſicut Abigail fecit, quæ ſua prudentia tacuit, quæ beneficia fecerat Dauid, neque viro ſuo ebrio indicauit vſque ad mane.

1. Reg. 25. n. 19. *Inſipiens mulier omnia marito narrat.*

Marito iracundo debēt mulieres locū ire.

Abigail exemplum prudētia.

1453. Lyran. loc. cit. 1 Reg. 25. n. 35.

Et Lyranus loc. cit. *Vide prudentiam Abigail, cui Dauid tam manſuetus, & lenis*, ait. *Vade pacifice in domum tuam, & honorificaui faciem tuam*, 1. Reg. 25. num. 35. *Accipiendo de manu tua exenium, & ſic non feci tibi verecundiam repellendo in aliquo petitionem tuam.* Quaſi dicat, *tam ſapienter, & prudenter loquuta es, quod tanquam magiſtra mea doctiſſima, erudiſti me quietaſti me.* Et ideò benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit te hodie in occurſũ meũ, & benedictus eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & vlciſcerer me. Et Hebræi dicunt, quod verba Abigail fuerunt tantæ ſapientiæ, & prudentiæ, quod inſcribuntur ſepulchris ſuorum defunctorum. *Sit anima huius colligata in faſciculo viuentium.* Quaſi dicat, verba mulieris prudentis, quæ moleſtias non ſolum ſupportant, ſed indignationem, & iram viri ſui manſueſcit

Munera non accipere eſt faciem non honorare. *Mulier prudens magiſtra Philoſophorū.*

Hebræorum mos.

in

Verba mulieris prudentis in ſilice vel in plumbi lamina debent inſcribi. Prudentia mulieres prudentes impaſſibiles faciūt.

in ſilice vel in marmoribus,& in laminis plumbatis, & aureatis, in memoria æterna ſcribi debent,ſicut verba Abigail. Vnde Chananææ verba. quæ cum Catellis compararetur approbando ſententiam Chriſti, dixit: Vtique Domine, ſic Chriſtus admiratus de tanta prudentia voluntati mulieris ſe commiſit dicens,fiat ſicut vis. Quaſi diceret, ſcribantur verba iſta in generatione,& generationem.

1454. Abul. citat. in littera.

1. Responsio Abulenſis in littera citati. *Putauit mulier verbum Chriſti eſſe in fauorem ſuum, quia in numero canum conſtituebat illam, & tamen canes non ſunt prorſus alieni.* Quaſi dicat, peccatores in mundo ita miſeri, & contemptibiles ſunt, vt paucis micis catulorum, quæ in peccatis ſuis nutriuntur contenti ſint, nec panem Angelorum conſiderant, neque deſiderant.

Peccatrices pro miſero pretio in peccatis ſemper manent contento.

1455. Oleaſter in Numer.21. n.15. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare ingrati Iſraëlitæ Angelicum cibum contemnentes in deſerto dixerunt Numer. cap.21. n.15. *Anima noſtra deficit propter panem leuiſſimum.* Sic legit Pagninus? Et reſpondit: *audis quibus nos Deus noſter veluti paruulos alere voluit, & quibus nos volumus ſaturari. Vult nos ipſe, vt filios cibis delicatiſſimis enutrire; nos autem veluti ruſtici volumus porris & alliis ſaturari, ac impleri, ille iudicat nos ſatiari pane Angelorum; nos vero micis, & fruſtis canum contenti ſumus, nunquam ſiliquis porcorum ſatiati.* De quibus Cælius Rhodiginus lib.6.cap.21. *Adumbrata lætitia, quænam intelligenda docet apertius Seneca, hoc enim Duces magni faciunt rebus afflictis, vt hilaritatem de induſtria ſimulent, & aduerſas res adumbrata lætitia abſcondant.* Quaſi dicat, ſic ſunt infelices peccatrices, quæ rebus aduerſis ſemper & infelicem vitam agentes fingunt lætari vbi quaſi canes patientes famem circumeunt ciuitates,& plateas quærentes ſaturari de porcorum ſiliquis, neque Diabolus eas ſinit ſaturari peccatis, vt ſemper plus ad maiora peccata anhelent, vt ex Oleaſtro ſuprà adnotauimus. Vnde Philo lib.2. de Ioſeph. *Propitia gaudia ſomniis ſunt ſimillima veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt priuſquam comprehendantur auolant* Quaſi dicat, infelices miſeris & paucis, & ſomniatis voluptatibus contentæ ſunt; quia inter falſa gaudia luxurioſam vitam gerunt. Et ſic monet S Columbanus epiſt.contra auar. *Deſpice, quæ pereunt fugitiua gaudia viſa.* Et S.Auguſt.4.de ciuit.c.3. *Vt vitro eorum lætitia comparetur; fragiliter ſplendida, cui timeatur horribilius, ne repente frangatur.* Quaſi dicat, vita meretricis mulieris, & eius pulchritudo ornamentis impudicis compoſita, ſicut vitrum tantummodo ſplendeſcit, quia repente frangitur, vel infirmitate, vel morbo Gallico, vel vicinorum moleſtiis, vel iuſtitiæ diligentiis. *Vnde mulier prudens gaudia mundi, vt caduca calcauit,* inquit Symachus lib.10.c.32.

Porris & alliis nutriti ſunt infelices peccatores. — Cælius Rhodiginus l. 6. c. 21. — Seneca ibi. — *Meretrices vt canes circumeunt ciuitates.* — Oleaſt. ſup. citat. — Philo lib.2. de Ioſeph. — *Gaudia mūdi ſomniis ſimillima.* — S Columb. epiſt. contra auar. — S. Auguſt. 4. de ciuit. c.3. — *Gaudia mūdi vitro ſimilia ſunt.* — Symmach. l.10.c.32.

1456. S Nilus in Paræn. Paulin. ep. 1. ad Senec.

Sanctus Nilus in Paræneſi ait: *Auerſare in vita gaudium; ipſum enim lubricum eſt, & præcipitat exultantes.* Et Sanctus Paulinus epiſt.1. ad Senec. *Vitæ præſentis mala gaudia pro venenis, & luctibus auerſare.* Quaſi dicant; O infelices mulieres, quæ gaudiis apparentibus tam ſummopere gaudia ſumitis, quam citò vt canes venenati rabiem patiemini & doloribus impudicis vociferaturæ eſtis; enim iam animæ & corporis præcipitia expertæ, ſitis attentè conſide-

Mulieres impudica doloribus immenſis vexantur.

rantes, quod de micis delectationum & voluptatum nunquam fuiſtis ſatiatæ, contemnentes panem Angelorum, quem ſuis filiis promiſit Chriſtus. Sed de micis,& fruſtis fragmentiſque fingunt lætari, quamuis intus plagis & doloribus ſcateant, de quibus Ambroſ.lib.1.offic.c.12. *Intueris lætitiam, ſed introſpice vulnera peccatorum quæ intus patiuntur, & non videntur, & vibices animæ eius cordiſque æſtudines. O ſi triſtitias & dolores cordium, quas ambitioſi tenent proſpiceremus.* O ſi penuriam, & paupertatem, in qua finiuntur moriunturque pulchritudines fœminarum conſiderarent fœminæ, quomodo ſolum micas, quæ de menſa Domini cadunt ſicut Chananæa quærerent, & Chriſtu conformes dicerent, *Vtique Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum, & ſunt ita valde læti quod ſaltuat, & læti coram eo ſemper deambulant.* Quaſi dicat, cum peccator faſtidiatur de voluptatibus mundi ſolis micis, quæ de ſupernæ contemplationis gratia cadunt, ita ſunt hilares & læti, quod teſte Tertulliano dicant, *Nulla maior voluptas, quam faſtidium voluptatis.*

Ambroſ. l. 1 offic. c.12. — *Vulnera peccatorum ſecreta ſunt intolerabilia.* — *Extrema pulchritudinis miſeria.* — *Canes coram Domino ſuo ſaltuat.* — Tertul. lib. de ſpectac.

1457. Greg. lib.14. mor. Iob 18. n.6.

Vnde interrogat Gregor. lib. 14. moral. n.6. quare Iob 18. n. 6. dicitur, *Lucerna quæ ſuper eum eſt extinguetur?* Et reſpondit, *Bene autem de lucerna hac non dicitur, quæ apud eum eſt, ſed quæ ſuper eum eſt; quia iniquorum mentem terrena gaudia poſſident, ſicque eam in voluptatibus abſorbent, vt ſupra ipſa ſint, non apud ipſam.* Quaſi dicat, infelices peccatrices cum vitio ſunt datæ, ita vanitatibus, & delectationibus mundanis traduntur, vt neque micas de gratia Dei, neque cogitationem vnam de cæleſtibus rebus capiant, ſed ſemper ſupra animam ſuam mundana quærunt. *Iuſti vero,* addit Gregorius, *etiam cum proſperitatem vitæ præſentis habeat eam ſub ſemetipſis premere nouerunt.* Quaſi dicat, cum peccatores ad Deum conuertuntur, ita omnia delectabilia mundi contemnunt, quod pro ſola vnius micæ lætitia, quæ de orationis contemplatione de menſa diuinæ bonitatis cadit, omnia quæ fuerūt ſunt,& erunt in orbe delectamenta non commutabunt; quia magnum gaudium in ſcintilla vna amoris Dei ineffabiliter inuenitur, teſte D. Paſchaſio lib. 2. in Matth. *Et hac ſcintilla, iam erat combuſtum cor Chananea, cum clamauit, dicens, vtique Domine: nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de menſa.* Quaſi diceret, ſunt hilares, ita vt pſallentes coram Domino ſuo ſint, quia ſerui Dei, ita repleti lætitia ſunt, quod in ſe pſallentes non capiat cor intra ſe, ſed pulſando Deum quærit, & non ſatiatur, donec impleatur, & eo fruatur ſua in gloria.

Gaudia mūdi ſupra peccatrices ſunt. — *Peccatrices neque cogitationem de Deo volunt admittere.* — Gregor. cit. — *Pro ſola vnu ſcintilla amoris Dei omnia poſſibilia non commutabūt iuſti.* — D. Paſchaſ. lib.2. in Matth. — *Pſallentes ſerui Dei ſemper coram Domino.*

DIFFICVLTAS XII.

Quare Chriſtus dixit Chananeæ, O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis?

QVæretur, verum in Chriſto fuit admiratio, cum hæc dixit?

Rabban. in litt. citat.

1. Responsio ſit Rabbani in littera citati. *Admiratio fuit de magnitudine fidei Chananeæ, quia gentilis in auditu auris obediuit. Et ideo admiratus fuit Chriſtus ad noſtrum eruditionem, quia ſine magiſtro, ſine lege, ſine prædicatore Chananæa tanta fide repleta eſſet.* Quaſi dicat, quod electos ſuos enutriat Deus cum admiratione bonitatis, & præſertos in obſtinatione, & protervia; quia multiplicatis beneficiis, inſpirationibus, prædicationibus, magiſtris, & diſciplinis Regularibus quotidie peiores fiunt. Electi vero, vt Chananæa ſine lege, & ſermone tanta efficacia Chriſtum, & ſalutem animæ, & corporis quæſiuit.

Gratia Dei non cadit ſub merito.

Reprobi quotidie deteriores.

1459. Olealter in cap. 1. n. 2. Numer. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Numer. 1. n. 2. *Dixit Dominus Moyſi leuate capita filiorum Iſrael?* Et reſpondit, *non eſt Domine impletus numerus, quo eos numerare præcepiſti, & tam iterum eos ſupputari vis?* Quid eſt hoc, quod tam crebro eos numerat; *quemadmodum, qui pecuniam & nummos diligit, quotidie eos ſupputat, & Paſtor qui pecudes amat omni die gregis ſui numerum noſſe cupit. Ita & Deus homines, quos diligit ſupputare non ſinit.* Quaſi dicat, delectatur Deus augmentatione ouium ſuarum. Et quia fuit tempus, quando notus in Iudæa tantum erat Deus, at vbi venit plenitudo temporis, quo omnium miſereri diſpoſuerat, admiratur, & delectatur de aduentu Chananææ tanta cum fide ſine magiſtro & lege. Vnde in Pſ. 86. n. 4 quaſi in ſpiritu prophetizans Dauid fidem Chananeæ ait: *Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic, & quaſi numerans Deus diuitias ſuas dixit, memor ero Rahab & Babylonis ſcientium me.* Vbi nos docet Deus debere computari beneficia ſua, vt ex perceptis multis gratias agentes mereamur in immenſum augeri, & non tanquam ingratos repellat nos: Quia Chananæa filia Tyri, & Sidonis cum tanta fide obuians & quærens Chriſtum in admirationem poſuit Dauid, cum ait: Ecce alienigenæ & Tyrus; quia ad verbum *Ecce* admirationem inſinuat, vt de Magis ad Chriſtum adorandum Euangeliſta dixit, Ecce Magi, Matth. 2. Et particula, *O*, idem inſinuat, vt in pueris Hebræorum adnotauit Auguſtinus, quod eſt cauſa admirationis. Oſanna filio Dauid. Et de fide Chananææ, quæ nulla lege imbuta, neque magiſtro erudita cum tanta fide acceſſit. Ideo Chriſtus ait, O mulier magna eſt fides tua.

Auarus ſæpè nummos numerat, ſicut Paſtor oues.

Pſ. 86. n. 4.

Beneficia Dei recolere quotidie.

Ecce admirationem indicat.

Matth. 2. Auguſt. *O admirationem inſinuat.*

1460. Hieron. cit. in littera.

2. Responsio eſt Hieronymi in littera citati, qui ait, *Mira rerum conuerſio Iſraelitæ erant filij, Chananæa repulſa quaſi canis, poſtea de Iſraelitis adimpletum eſt, circumdederunt me ſicut canes, & de Chananæa fides tua te ſaluam fecit.* Quaſi dicat, attendant, & timeant omnes Reges & nationes viciſſitudines, & mutationes rerum, quia Regnum quod hodie diuitiis abundat, cras ad extraneos transferetur, propter impietates, abominationes, & iniuſtitias. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer. 22. n. 3. *Quod vidit Balach quæ fecerat Iſrael Amorrhæo, & timuit valde.* Et reſpondet, *quia daret, vt impij mala quæ Dominus aliis Regnis infligit, attentè conſiderarent, & in capite alieno Diſciplinam acciperent, ac vera remedia ſibi quærerent relinquendo mala ſua.* Quaſi dicat, ô Reges, & Principes terræ auſcultate flagella Dei, quæ noſtris temporibus ſuper Regna Angliæ, & Galliæ superuenere, *ipſo* legitimo Rege publicè decapitato, & in Gallia terræmotos regni, quia commota ſunt ſuper cardines terræ bella domeſtica, vt omnes audientes timeant viciſſitudinis obumbrationem, & omnipotentis Dei iudicium, qui facit vt domus ſupra domum cadat, & qui conturbauerunt Reges conſanguineos amicos & vicinos, & ipſi miſerabiliter conturbentur, vt ſupplicio eorum cæteri Deo fideles fiant, & de peccatis emendentur.

Viciſſitudo rerum admiratur.

Oleaſter in Num. c. 22. num. 3. Tranſl. Pag.

Reges in capite alieno diſciplinam accipiant.

Rex Angliæ hoc anno 1649. decapitatus eſt à ſuis ſeruis.

Bella domeſtica in Gallia terribilia.

1461. Ierem. c. 3. n. 7.

Propter hoc Ieremias clamabat cap. 3. n. 7. *Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata eſſet auerſatrix Iſrael dimiſiſſem eum, & dediſſem ei libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abiit, & fornicata eſt cum ipſa.* Et addit Oleaſter; *Debebat enim Domus Iuda in repudio Iſrael timere ſuum, & emendare mala ſua, quod quia non fecit; periit etiam & ipſa. Et vide quibus contulit malis ſuis, nempe ſuperſtitionibus, & execrationibus populi.* Et addit Oleaſter; *iſta enim ſolent eſſe medicina impiorum, quæ vtinam non ſint etiam Chriſtianorum.* Quaſi dicat, affligebatur Rex Balach bellis & calamitatibus, & vt remedium quæreret ſuperſtitioſis Dæmones conſulebat, & execrationes, & maledictiones populo Dei intendebat: nonne ad inimicos vincendos orationibus & benedictionibus populorum magis Deus placaretur? nonne in capite regnorum alienorum diſciplinam ſumere bonum eſt? nonne viciſſitudines rerum conſiderare ſalutare conſilium eſt, videndo proſapiam Chananææ iam illuſtratam, & Iudæorum vt viliſſimam, & infamem repudiatam.

Deus aliquos punit, vt alij emendentur timentes.

Oleaſt. citat.

Miniſtri ſuperſtitionibus inclinant regna conturbant.

Orationibus Deum placare licet.

1462. Lyranus ſua in gloſſa ad 1. Reg. c. 28.

Vnde interrogat Lyranus noſter ſua in gloſſa 1. Reg. c. 28. n. 5. *Quare dicitur quod Saul vidit caſtra Philiſthim, timuit, & expauit cor eius nimis?* Et reſpondit, *quia quæſierat mortem Dauid cum magna ſolicitudine & labore, cuius innocentiam plures probauerunt, & quoniam ipſum plurimum terruerat iniuſtè; ideo Dominus terrorem ab aduerſariis ſuis immiſit ſibi iuſtè*; quia Sapientiæ 11. n. 17. dicitur, *per quæ peccat quis per hæc & torquetur.* Quaſi dicat, viciſſitudinis obumbratio perſecuta eſt Saulem; & quia ipſe tot, tantiſque terroribus in Dauid iniuſtè inuaſerat; ideo ipſe modo videns Philiſthim timuit, & expauit miſerabiliter, & omnes qui cauſa fuerint conturbationis alicuius regni contra legitimum Regem ſuum fauendo rebellibus, & traditoribus pro certo timere debent, quod contra ipſos regna ſua conturbabuntur, quia per quæ quis peccat, per hæc, & torquetur.

Sap. 11. n. 17.

Rebelles & tyranni nunquam perſeuerant.

1463. Lyran. citat. 1 Reg. 28. n. 7.

Vnde iterum interrogat Lyranus, quare Saul dixit ſeruis ſuis, *Quærite mihi mulierem habentem pythonem, vt vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam.* 1. Reg. 28. num. 7. Et reſpondet, *Ad declarationem facinoris Saul, hoc dicitur, quia quod deſtruxerat quaſi zelo Regis iterum requiſiuit.* Quaſi dicat, Pythones Saul interficere fecit, eo quod vaticinabantur Dauid regnaturum poſt eum, & permiſit Deus, quod Pythoniſſam, quam quæſiuit vocaret Dæmonem, qui mortem, & regnum amiſſurum Sauli nuntiaret ſub forma animæ Samuelis. Quaſi dicat, viciſitudines Regnorum pro certo venturæ ſunt toties, quoties Reges Pythoniſſas, & Pythones in regnis ſuis conſentiant, & comburere non præcipiant,

Dæmon transfiguras ſe Deo permittente.

Legatur Gloſſa vbi varia ſunt opiniones de apparitione animæ Samuelis.

Iuſtin.Mart. q.52. ad Orthod.

Qui Pythoniſſas quæſiuit nunquam ſine labore, & afflictione.

præcipiaui. Hinc Iuſtinus Martyr quæſt.52. ad Orthodoxos: *Saul ſuſtulit ventriloquas, vt ea ratione Deum ſibi reconciliaret, quo ſententiam abrogaret, qua Saulem regno abdicauerat non ille quidem ventriloquarum impietatem odio perſequens, ſed regnum amans, & quia non admiſit Deus intentionem eius eum deſeruit, vt egeret eis, quas non bona intentione ſuſtulerat.* Quaſi dicat, Saul timens regnum amittere Pythones occidit, ſed non recto corde ſolum vt Deo placeret; quia qui ſcrutatur corda & renes agnouit deprauatã eius intentionem, & ſententiam non mutauit, ideò Pythoniſſam quæſiuit, vt ab ore eius culpæ ſuæ pœnam iuſtam audiret.

1464. Rabban.cit. in Gloſſa.

Vnde Rabbanus citatus in Gloſſa: *Samuel ſuperius mortuus legitur, ſed cauſa reſurrectionis eius repetitur ad damnationem Saulis; quia relicto Deo contra legem Pythonem conſulebat.* Quaſi dicat, Samuel mutationem, & viciſſitudinem Regni ſui Sauli prædixerat, & nullum aliud remedium inuenit ad placandum Deum, quam Pythoniſſæ confidere, quod abominabile erat Deo, & contra legem eius; ideò loco miſericordiæ iuſtitiam, & iram diuinam inuenit. Et ſic ipſe, & omnis eius poſteritas miſerabiliter periit, & infauſtè.

1465. Hieron.in in ca.7.Iſai in Gloſſa cit.

Incantationibus, & ſuperſtitionibus vti cauſa eſt perditionis regnorum.

Vnde Hieronymus in cap. 7. Iſai in Gloſſa citatus? *Plerique putant Saulem ſignum accepiſſe de terra, & de profundo inferni, quando Samuelem per incarnationem, & artes magicas viſus eſt ſuſcitaſſe.* Quaſi dicat, nullum præſagium certius, neque ſignum ſceleſtius ad conſummationem Regni vnius quam infernum, & eius miniſtros per incantationes interrogare, & ſcire per tales artes Diabolicas, futura contingentia, quæ ſcire nulli creaturæ licet per ſe, niſi verè à Deo reueletur, quod declarare, & intelligere ſolum expedit Eccleſiæ ſanctæ Dei, ſub cuius poteſtate omnia regna mundi ſtant, & per ipſam reguntur, & transferuntur per vmbrationem viciſſitudinis; quia omnia ſub poteſtate eius ſunt condita, vt nemo ſecurus præſumat, quia qui hodie canibus abiectis ſimiles ſunt, cras erunt filij gratiſſimi Deo, & è contra; quia ſcriptum eſt, *Qui ſtat, videat, ne cadat, vt Iudæis contigit, & Chananaa*; quia illi erant filij: & canes modo infames ſunt & Chananæa gentilis erat, & amantiſſima filia facta eſt, & audire meruit: ô mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

Re uelationes ex proprio capite nuntiare periculoſũ in fide.

1.Cor.c.10. n.12.

1466. *Auctoris mens.*

3. Responsio fuit, quod ad exprobandum Iudæos admiratus fuit Chriſtus; quia illi tot beneficiis, & miraculis viſis deteriores erant: Chananæa vero immenſas gratias agebat pro beneficio recipiendo; quia antequam reciperet fide ſuà certiſſima erat de miſericordia diuina. Quaſi dicat, ſemper Deo agendæ ſunt gratiæ in quocumque euentu, vt ei placeamus. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod 18. num. 8. *Quod Moyſes narrauit ſocero ſuo omnia, quæ fecerat Dominus Pharaoni?* Et reſpondet; *quia narranda ſunt, & prædicanda omnibus beneficia Domini, non ſolum quæ in nos, ſed etiam quæ in proximos collocauit, præſertim præclara geſta quæ pertinent ad eius gloriam, & honorem. Sic & labores populi narrat, & qualiter Dominus ab eis eripuerit.* Quaſi dicat, fidem Chananææ cum admiratione exaggerat Chriſtus, vt confundat inimicos ſuos, qui quaſi ingrati pro tantis beneficiis receptis, nunquam ei gratias egerunt. Vnde addit Oleaſter, *Tam mala quam bona ad gloriam Dei narranda ſunt, & potius mala quam bona, vt condoleant; inimicis verò potius bona, vt inuidia torqueantur; mala verò minimè, ne eis lætentur. Nolite*, inquit Dauid, *cum certum nuntium mortis Saulis audiſſet, annuntiare hæc in Geth, quæ vrbs erat Philiſthinorum, ne fortè lætentur filiæ incircumciſorum* 2. Reg. 1. num. 20. Interlinealis ibi ait: *Ne diuulgetur caſus populi Dei in ciuitatibus inimicorum.* Quaſi dicat, fides gentium cum Chriſto in omnem terram exeat ſonus eius, & vt Iudæi confundantur, & pereant, lætitia Chriſtianorum, & vt cœli enarrent gloriam, & gratias Deo pro beneficiis acceptis, & mulieres omnes cum Chananæa dicente vt chori fidelium, cantiones, & canticum nouum pſallant Deo pro beneficiis receptis.

Gratia pro beneficiis recipiendis Deo grata.

Oleaſter.in Exod. 18. n 8.

Tranſl. Pag.

Beneficia ſemper recolenda.

Amicis bona & mala narranda ſunt. Inimicis aduerſa nõ annuntianda, ſed proſpera vt torqueantur.

2. Reg. 1. n. 20.

Interlin.

Vnde Lyranus explicans illud, *Ne fortè lætentur filiæ Philiſthim, ne exultent filiæ incircumciſorum*, addit, *mulieres hic exprimit potius quàm viros, quia illæ ſunt, quæ præcipuè gaudere ſolent in choris cantilenas cantando de victoriis ſuorum, ſicut ſupra lib. 1. cap. 18. dictum fuit de mulieribus præcinentibus obuiam Sauli, & Dauid de victoria redeuntibus ideò Chriſtus fidem Chananææ exaggerat, admiratus dicens*; ô mulier magna eſt fides tua, vt omnes chori fidelium ea duce Deo laudes decantent pro beneficiis acceptis, & perfidi Iudæi, & peccatores proterui, & ingrati, qui quotidie de manu Domini bona recipiunt, & deteriores fiunt, confundantur; & pereant in æternum & vltra. 1467.

Lyran.cit. in 2.Reg.c.1. n.20.

Mulieres in choris celebrant victorias ſuorum virorum.

1.Reg. 18.

TRACTATVS XLIII.

AD LITTERAM,

In Cap. V. Ioannis.

De Paralytico triginta-octo annis grauato.

TEXTVS.

1. POST hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. 2. Eſt autem Hieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominabatur Hebraicè Betheſda quinque porticus habens. 3. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum aridorum expectantium aquæ motum. 4. Angelus enim Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & mouebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ ſanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. 5. Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate ſua. 6. Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: vis ſanus fieri? 7. Reſpondit ei languidus: Domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: Dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. 8. Dixit ei Ieſus, ſurge, tolle grabatum tuum, & ambula. 9. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem Sabbathum in die illo. 10. Dicebant ergo Iudæi ei, qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. 11. Reſpondit eis, qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula. 12. Interrogauerunt ergo eum; quis eſt ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum, & ambula. 13. Is autem qui ſanus fuerat, effectus neſciebat quis eſſet. Ieſus autem declinauit à turba conſtituta in loco. 14. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi, ecce ſanus factus es iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 15. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

EXPLANATIO Litteræ.

1468. *Tres erãt dies feſtiui in lege Hebraica.* NON multum intereſt ſpeculari, an hoc feſtum ſcenopegia eſſet an feſtum maximum per excellentiam dictum quod erat Pentecoſte, quia per legem viri ſemper ad feſta aſſiſtebant. Et ideò dicitur quod hodie aſcendit Ieſus ad feſtum quod Hieroſolymis celebrabatur. Eſt autem Hieroſolymis Probatica Piſcina. *Probatica piſcina idem quod ſtagnũ.* Græci loquor Probatica, quod Latinè idem eſt ac pecualis, & ſignificat locum ouium pro ſacrificio manentium. Et dicitur Piſcina, non quia piſces habebat, ſed quia erat ad modum Stagni, vbi ſolent piſces capi. *Caietan. in Euang.* Quæ cognominabatur Hebraicè Bethſaida pro Betheſda, quod ſignificat domum defluxionis, eo quod defluentes aquæ ibi colligebantur. Siue fuiſſet Bethſaida, nomen plateæ, vbi erat hoſpitalitas generalis. Siue vocabatur ita, quia erat domus miſericordiæ, vbi languidi curabantur, vt Matriti vocatur *El Hoſpital General.* *Locutio Hiſpana el Hoſpital General que tiene enfermos en diuerſas ſalas quas Porticus Euangeliſta appellat.* Vbi ſunt ferè mille lãguidi ex variis infirmitatibus vexati. Ideò ſequitur in his iacebat multitudo languentium, id eſt, *En las ſalas eſtauã los enfermos,* vt Hiſpano more loquar.

Angelus enim Domini. Dicitur Domini à diſtinctione Angeli Sathanæ, qui ſe transformat in Angelum lucis, & ſolet facere miracula, quia cognoſcit virtutes herbarum. 1469. *Auctoris Sententia. In loco miſericordia languidi propter ſanitatẽ ſunt.* Iacebãt languidi duplici de cauſa illo loco tum propter motionem aquæ, quia tunc vnus ſanabatur tum, & principaliter, vt curarentur à diuerſitate infirmitatum, & multi ſine motione aquæ ſani fiebant, ſicut quotidie videtur.

Erat

Auctoris mës

Propter ſua peccata languidus iacebat infirmus. Caietan. cit.

1470. Erat autem ibi homo 38. annos habens in infirmitate ſua, non ſuperfluit ſua. Quaſi diceret, quod propter ſua peccata infirmitas euenta ei eſt, quia aliæ infirmitates ſunt à Deo ad probandos, & exercendos ſuos, vt in magnis ſeruis Dei, quotidie experimur, teſte Gregorio Papa, qui aduerſa valetudine ſcribebat. Dicit ei vis ſanus fieri. Hoc interrogat Chriſtus, vt aliquo modo diſponat infirmum ad recipiendum beneficium, vt libertatem liberi arbitrij probaretur contra Pelagianos futuros, & quia in triremis aliquando ſunt homines damnati, quos *Galeotes*, vocamus, qui renuunt exire de iam miſerabili vita, & ſolent ludere ſe, & vendere ideò quæſiuit ab iſto miſero languido, dicens vis ſanus fieri.

Hiſpani quos Galeotes vocant ſe ludũt in triremibus.

1471. Hominem non habeo, hoc dixit, quia Chriſtum non cognoſcebat, vt poſt curationem Iudæis affirmauit. Sed narrabat illi ſuam infelicitatem, & cauſam propter quam non ſanabatur, quia hominem non habebat, quia ſi cognoſceret Chriſtum eſſe peteret, vt ſanaretur ab illo. Tolle grabatum tuum, & ambula. Perfectio ſanitaris ſignificatur, vt ita ſanus effectus eſſet, vt qui non poſſet vſque ad natatorium deſcendere, tolleret lectum ſuum. Ita Caietanus, ſed meo iudicio iuſſit illum tollum tollere lectum ſuum, vt ipſemet, & omnes eum aſpicientes, clarè & manifeſtè viderent miraculum, & in ſalute languidi dolum non ponerent dicentes, quod non erat valdè, & robuſtè ſanctus, & ſtatim ſanus factus eſt, id eſt, ita ſanitatem recepit, quod ſurrexit de lectulo, & induit ſe veſtimentis ſuis, & lectum ſuper humeros portabat, & ambulabat velociter; quia Deus perfectè beneficia operatur. Dicebant ergo Iudæi, id eſt, aduerſarij Chriſti, Sabbatum eſt, non licèt tibi tollere grabatum tuum, inimici facti ſunt teſtes ſalutis, cum prohibebant languidum, vt vires recuperatas exerceret portando lectulum ſuper ſeipſum.

Languidi ſuas miſerias narrant viſitantibus.

Probatio ſanitatis.

Æmulis occaſio maligнandi tollenda.

1472. Interrogauerunt eum, quis eſt ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum. Non dicunt, quis eſt ille, qui tibi salutẽ tribuit, ſed de prohibitione legis interrogant; quia malignitas inimicorum neque nominare, neque audire vult prodigia inuidi æmuli ſui, ſed calumniam, & cauillationem obiicere. Is autem, qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Vides quod ſuperius diximus, quod ignorabat languidus, quis eſſet Ieſus & propterea dixit illi, hominem non habeo. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo. & dixit illi, ecce ſanus factus es, noli peccare. Etiam hoc inſinuatum relinquimus, quia in infirmitate ſua erat languidus, eo quod propter peccata ſua euenit ei. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quod Ieſus eſſet. Hinc apparent duo; primum quod homo habuit fidem rectam de Chriſto. Secundum quod Iudæi erant gubernatores calumniatores Ieſu, quos timuit languidus, ne ei nocerent. Et ideò abiit, & dixit, quod Ieſus erat, qui ſanitatem illi tribuerat. Cætera in littera.

Malitia inimicorum non audit magnalia amicorum.

Caietan. cit.

Probatio euidens ſuperiorum ſententiæ.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, &c.

Tranſlatio ex Syriaca. 2. Poſt hæc erat dies feſtus Iihoudæorum, & aſcendit Ieſchua ad Ouriſchlem.

Tranſlatio Vatabli. 3. Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, &c.

Lyranus ſua in Gloſſa numer. 2. pro Vulgata. 4. Aſcendit Ieſus ad Paſcha Penteeoſtes.

Tranſlatio ex Syriaca. numer. 3. pro Vulgata. 5. Eſt autem illic in Oriſchelem locus quidã baptiſterij, qui vocabatur Hebraicè Bethehesdo domus miſericordiæ, eruntque in eo quinque porticus.

Tranſlatio Vatabli. 6. In his iacebat multitudo magna ægrorum.

Tranſlatio ex Syriaca. numer. 4. pro Vulgata. 7. In his iacebat plebs multa ægrotantium.

Tranſlatio Vatabli. 8. Angelus enim Domini deſcendebat certò tempore in piſcinam, & turbabat aquam itaque quicumque deſcendiſſet poſt turbationem, ſanus fiebat, à quocumque detinebatur morbo.

Tranſlatio ex Syriaca. numer. 7. pro Vulgata. 9. Angelus enim aliquando deſcendebat in baptiſterium, & turbabat eis aquas; iſque qui primus deſcendebat poſt turbationem aquarum, ſanitati reſtituebatur à quocumque dolore afficeretur.

Tranſlatio Vatabli. 10. Vis ſanus fieri? Reſpondit ei ægrotans Domine hominem non habeo.

Tranſlatio ex Syriaca. 11. Vis ſanitati reſtitui? Etiam Domine mi; nemo eſt autem, quum turbatæ fuerint aquæ, qui mittat me in bapiſterium.

Lyranus ſua in Gloſſa. numer. 8. pro Vulgata. 12. Multum deſidero, ſed non habeo hominem, qui me portet, & ego ſum ita debilis, quod non poſſum ita venire ſicut alij.

Tranſlatio

Per ſanitatem corporis ſanitas animarum.

noverat, à quo ſananda erat, & oculos habebat in carne unde facta corporalia videret, & nondum habebat in corde vnde Deum latentem cognoſceret; fecit quod videri poterat, vt ſanaretur, vnde videri non poterat. Quaſi dicat, ingreſſus eſt Chriſtus locum, vbi iacebat multitudo languentium, vt facta ſanitate vnius grauati per 38. annos, non ſolum ipſe per fidem eum agnoſceret, ſed etiam oculi mentis multorum aperirentur.

DIFFICVLTAS III.

Quare dicitur; erat autem ibi homo 38. annos habens in infirmitate ſua?

QVæretur, quare tam ſingulariter annos infirmitatis hominis Euangeliſta enumerat?

1480. Gloſſ. ordin. 1. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ ideſt, *Duobus minus quadraginta, qui numerus conſtat ex quater decem, & ſignificat perfectionem operum in decem præceptis legis, & quatuor Euangeliis, à quo duo minus habet, qui charitate Dei & proximi caret.* Quaſi dicat, numerus 38. denotat omnes virtutes Philoſophorum, & Iudæorum, quæ ſine charitate Dei, & proximi nihil ſunt.

Omnes virtutes morales ſine charitate nihil ſunt.

1481. Chryſoſt. in caten. citat. 2. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citati. *Patientiam hominis cognouit Ieſus, qui triginta & octo annos habens per vnumquemque annum ab ægritudine expectans aſſidebat & non deſiſtebat, & vt cognoſcamus per quam cauſam dimittens alios ad hunc venit.* Quaſi dicat, maior erat dolor de non conſecuta ſpe ſanitatis per tot annos, quam cruciatus doloris corporis, quos patiebatur, quia ſcriptum eſt, ſpes, quæ differtur, affligit animam.

Spes quæ differtur affligit animam. Prou. 13. n. 12.

1482. Lyranus in ſua gloſſa. 3. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa, *Ex quo patet, quod diu punitus fuerat; illam enim infirmitatem propter peccatum præcedens incurrerat. Veruntamen quia pœnam patienter ſuſtinuerat, ideo dignum erat, vt ei ſubueniretur. Vnde ſequitur. Hunc cum vidiſſet.* Quaſi dicat, etſi pro peccatis tanta languens patiebatur; tamen quia patienter tolerauerat labores, & infirmitatem ſuam Deus reſpexit ad illum, & miſericordia motus ſanauit.

Patientia impaſſibiles facit.

1483. *Auctoris mens.* 4. RESPONSIO ſit, *Quod ideo Euangeliſta dixit 38. annos habeas in infirmitate ſua, vt miſericordiam Dei exaltaret: nam tanto plus prælucet, quanto minus à peccatoribus meretur, & deſideratur;* quia ſcriptum eſt, *miſerans adoleſcentiam tuam*, Ieremiæ 2. n. 2. Et iſte miſer homo paralyticus, ita vetuſtis infirmitatibus animæ & corporis aſſuetus erat, quod conſuetudo in naturam inoleuerat, neque ſui recordabatur, & condolens tantæ miſeriæ Chriſtus iuit ad illum, & quaſi ingemiſcens & conturbatus obliuionis talis, ait Euangeliſta; hunc cum vidiſſet.

Ieremiæ 2. n. 2. *Miſericordia Dei plus exaltatur quominus meretur. Conſuetudo eſt altera natura.*

1484. Caietan. in caten. 5. RESPONSIO fuit Caietani in cap. 5. Ioann. qui ait, *Superfluit illa particula ſua.* Quaſi dicat, ſi languens infirmabatur non ab infirmitate alterius, ſed à ſua grauabatur. Sed iam ſupra diximus, quod Euangeliſta dixit, vt aduerteret quod propter ſua peccata infirmabatur.

Infirmitas propter peccata propria grauis eſt.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Chriſtus dixit Paralytico, vis ſanus fieri?

QVæritur, quare voluntatem languidi Christus examinauit? 1485.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in catena S. Thomæ. *Dixit Chriſtus vis te curabo; quia nondum magnum aliquod, imaginabatur ille de Chriſto, & ideo non turbatus eſt ad interrogationem, neque dixit iniuriari mihi veniſti? Quando interrogas ſi volo ſanus fieri, ſed manſuetè reſpondet, Domine hominem non habeo.* Quaſi dicat, ita aſſuetus erat languens ad patientiam, quod in mentem illius non venit poſſe iniuriari. Imo neque Chriſtus volebat tale, niſi eum ſanare, ſed ipſe neſciebat neque per auditum, neque per viſum mirabilia; quæ Chriſtus faciebat. & ideo ſuauiter reſpondet reddendo cauſam ſuæ detentionis. Chryſoſt. in cat. S. Th.

Patientia humiles facit & labores patientiam tribuunt.

2. RESPONSIO Gloſſæ, *Non neſcit quid velit, ſed accendit ad amorem ſanitatis, de qua iam deſperabat. Vnde iam conſequebatur quod non haberet, qui eum mitteret in aquam.* Quaſi dicat, qui ſcrutatur renes, & corda Deus non ignorabat voluntatem languidi, ſed incitauit cor eius, vt caperet quod ſciebat ire ſcilicet, in aquam ad ſanandum. 1486. Gloſſ. ordin.

Deſiderium accendit hominem ad amorem.

3. RESPONSIO Caietani, *Non petit, vt cognoſcat voluntatem infirmi, quæ cuilibet erat per ſe nota, ſed vt excitet eum ad aliqualiter petendum opem ab ipſo, vt vel ſic diſponatur ad perceptionem beneficij.* Quaſi dicat, ex parte recipientis gratias Dei, & beneficia vult Deus, quod aliqua ad recipiendum maneat diſpoſitio, & voluntas, & deſiderium, & petitio. 1487. Caietan. in Euang.

Diſpoſitio ad gratiam voluntas & petitio.

4. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa. *Non petit, quaſi dubitando de voluntate, ſed vt magis excitet eius deſiderium; quia per hoc dignior efficitur accipere Dei donum.* Quaſi dicat, optata bona plus æſtimantur, quam non ſperata. Ideo vt maiorem beneficij æſtimationem haberet, fecit quod plus deſideraret, & appeteret ſanitatem. Et ideo ait, vis ſanus fieri. 1488. Lyranus ſua in gloſſa.

Deſiderata plus æſtimantur tum conſequuntur.

5. RESPONSIO meo iudicio fuit, vt libertas liberi arbitrij comprobaretur; quia nunquam Deus inuita noſtra voluntate ſua dona tribuit, neque operatur, neque per ſe ſolum liberum arbitrium aliquid meritorium poteſt facere, ſed ſimul cum gratia, quemadmodum duo portantes lapidem, vterque operatur. Sic gratia, & liberum arbitrium ad opera meritoria ſe portant; quia neque voluntas ſola per ſe, neque gratia ſine renuente voluntate meritum operatur. Ideo vt in ipſa ſanitate, & gratiæ operatione mereatur languidus, eius voluntatem Chriſtus requirit dicens: vis ſanus fieri. 1489. *Auctoris mens.*

Gratia & liberum arbitrium ſimul operantur ad opera meritoria.

***

DIFFICVLTAS V.

Quare dicitur, Hominem non habeo?

1490. QVæritur, quid dicere voluit Paralyticus, cum ait, hominem non habeo?

Chryſoſt. in cat. cit.

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in catena citat. *Non nouerat quis eſſet, qui interrogabat, neque qui curaturus eſſet eum. Opinabatur autem fortaſſe vtilem ſibi fore Chriſtum ad mittendum in aquam: Sed Chriſtus oſtendit, quod verbo omnia poteſt facere. Vnde dixit tolle grabatum & ambula.* Quaſi dicat, non potuit venire in mentem languidi, quod qui loquebatur cum eo erat omnipotens tam verbo quam opere. Sed putabat quod ſuo tempore cum aqua mouebatur ab Angelo volebat eum adiuuare, ſed plus quam deſiderabat, inuenit vt ab effectu probatum cognouit.

Quæ in mentem non veniunt plus laetantur ſi bona ſunt cum adſunt.

1491. 2. RESPONSIO Cyrilli epiſt. 124. in gloſſ. citat. *Procurrit miſericordia ægrotum, & interrogat, vt valetudinis cupiditate ad petendum intendat, & ſe id facile præſtare poſſe inuit.* Quaſi dicat, oriens eſt nomen miſericordiæ & pietatis diuinæ, quia ſemper antecedit noſtra deſideria. Et ſic occaſionem obtulit paralytico, vt ipſe reſponderet quod hominem non haberet.

Cyrill.

Miſericordia Dei ſemper antecedit nos.

1492. 3. RESPONSIO Lyrani ſua in gloſſa cit. *Multum deſidero ſed non habeo hominem, qui me portet, & ego ſum ita debilis, quod non poſſum ita citò venire, ſicut alij.* Quaſi dicat, videbat Ieſum fortem, atque aptum ad portandum eum, & magnum reputaret, ſi in hoc ei ſeruire vellet; ſed ſtatim contulit ei maius beneficium, videlicet ſanitatem perfectam.

Lyranus ſua in gloſſa.

Afflicti ſemper medicinam anxiè quærunt.

1493. 4. RESPONSIO meo videri fuit, *Quod Paralyticus reſpondit tacitè ad obiectionem, qua de pigritia & craſſa diligentia argui poterat quaſi imputando, & arguendo eius omiſſionem, ſicuti in 38. annis, delectabatur in infirmitate ſua, & ad hoc reſpondit, dicens hominem non habeo.* Quaſi diceret, non propter meam culpam hic tanto tempore iaceo, ſed quia hominem non habeo.

Auctoris ſententia.

Ad obiectionem tacitam reſpondit languidus.

1494. 5. RESPONSIO Caietani in Ioann. 5. *Non audet languidus explicitè petere à Ieſu, vt velit ſibi opem ferre mittendo eum in piſcinam, ſeu natatoriam, ſed tacitè hoc petit manifeſtando id quod indiget homine ſcilicet mittente ipſum in piſcinam.* Quaſi dicat, per hoc implicitè petit, quod prouideat ſibi de homine ſe ipſo vel alio; quia in arduis laboribus dat crebro conſilium vis doloris. Et vt Chryſologus ait, *in deſperatis cauſis eſt ipſa magiſtra neceſſitas.* Ideo quaſi volens paralyticus Chriſtum docere dixit hominem non habeo ideo non ſanor, & ſi tu vis mihi ſanare portando me ad piſcinam ſanabor.

Caietan. in Ioan. c. 5.

Infirmitas eſt magiſtra quærens remedia.

Chryſolog. citat. ſup.

***

DIFFICVLTAS VI.

Quare dixit Ieſus languido tolle grabatum tuum & ambula?

QVæritur, quare non dixit Ieſus, iam ſalus tua tibi reſtituta eſt? 1495.

1. RESPONSIO Auguſt. in cat. S. Thomæ. *Tria dixit; Sed ſurge, non operis imperium fuit, ſed operatio ſanitatis; ſano autem duo imperauit, tolle grabatum tuum & ambula.* Quaſi dicat, paucis verbis, mirabilia fecit Chriſtus quia ſurgere de lectulo, & portare eum, & ambulare in momento factum fuit.

Auguſt. in cat. S. Tho.

Mirabilia Dei inueſtigabilia.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in caten. citat. *Innuere diuinæ ſapientiæ ſuperabundantiam, non ſolum ſanat ſed & lectum portare iubet, vt & credibile faceret miraculum, & nullus exiſtimaret phantaſiam eſſe quod factum eſt.* Quaſi dicat, non enim oſſi certiſſime, & vehementer compacta eſſent membra lectulum ferre poſſent. 1496.

Chryſoſt. in cat. citat.

Probatio miraculorum etiā à Chriſto datur.

3. RESPONSIO Bedæ; *Multum quippe inter ſanationem Domini, & quæ à medicis infertur diſtare probatur, hac videlicet voce iubentis, & mox impletur; illa vero per multa temporis interualla aliquoties perficitur.* Quaſi dicat, nimis profunda facta ſunt mirabilia Dei; quia cum ſanatus paralyticus, non ſicut homines medici ſanant, ſed in momento ſanus factus fuit. 1497.

Beda citat. in caten.

Mirabilia Dei ineffabilia.

4. RESPONSIO Caietani, *Imperat non ſolum homini, ſed naturæ; quoniam non erat in poteſtate languidi, aut voluntate ſurgere, ſed dicendo ſurge, morbum abſtulit vim ſurgendi contulit.* Quaſi dicat, dicendo, tolle grabatum tuum & ambula, perfectio ſanitatis ſignificatur, vt ita ſanus perfectus eſſet, vt qui non poſſet vſque ad natatoriam deſcendere tolleret lectum ſuum, & ambularet celeriter; quia beneficia à Deo operata ex omni parte ſunt perfecta. 1498.

Caietan. in Euang.

Beneficia à Deo exhibita ex omni parte perfecta.

DIFFICVLTAS VII.

Quare Iudæi dixerunt paralytico ſabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum?

QVæritur, quare Iudæi paralyticum impediebant lectulum portare? 1499.

1. RESPONSIO Auguſtini in catena Sancti Thomæ, *Non calumniabantur Domino, quia ſanum fecerat Sabbatho, quia ei reſpondere poſſet, ſi cuiuſque iumentum in puteum cecidiſſet, vtique die Sabbathi erueret illud, & ſaluaret?* Quaſi dicat, ſi licet à iumentis Sabbatho vitam conſeruare, quanto magis hominibus ratiocinantibus.

Auguſt. in caten. cit.

Argumentū à minori ad maius.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi in caten. citati, *Nimirum ſi malignari vellet, poterat dicere, accuſate eum qui iuſſit, & deponam lectulum. Sed & curationem occultaſſet: etenim ſciebat non ſolum eos eſſe morſos ex Sabbathi ſolutione, ſicut ex* 1500.

Chryſoſt. in caten. cit.

infirmitatis

infirmitatis ſanatione ſed neque hoc occultauit, neque veniam petiit, ſed clara voce beneficium confeſſus eſt. Quaſi dicat, ſi ingratus fuiſſet Paralyticus poterat tacere, & lectulum relinquere: ſed quia cognouit mundum, & malignitatem Iudæorum viriliter ſanitatem, & beneficium acclamauit.

Ingrati ſuũ ſolum vtilitate quærũt.

1501. 3. Responsio Lyrani noſtri ſua in gloſſ. *Iſti falſum dicebant, quia opera corporalia quæ ſunt ad Dei honorem bene poſſunt fieri in die Sabbathi, ſicut Sacerdotes in templo corporaliter operabantur templum ornando, hoſtias immolando, & lauando, & conſimilia,* vt dicitur Matth. 2. *Portatio autem huius grabati erat ad magnificentiam diuini miraculi, ſicut & modo, ſicut qui miraculosè de carceribus liberantur, portant compedes ſuos ad loca ſancta ad manifeſtationem ſuæ miraculoſæ liberationis.* Quaſi dicat, non frangitur Sabbathum neque dies feſtiuus modo operando in templis, quæ pertinent ad diuinum cultum; cultus autem diuinus eſt prædicare mirabilia Dei, ſicut Paralyticus faciebat portans lectulum ſuum, quaſi teſtem miraculi, & vt eo viſo omnes Deo gratias agerent.

Lyranus ſua in gloſſa. *Sabbatho licebat corporalia operari ad Dei gloriam.* Matth. 2. *Ad cultum diuinum pertinentia non ſunt relinquenda Sabbathis.*

4. Responsio eſt Auguſtini in caten. citati, *Quare non acciperem iuſſionem, à quo acceperam ſanitatem.* Quaſi diceret; quare obedire mihi non licet ei, à quo tam ingens beneficium accepi. Vnde Lyranus addit; *Ille qui me diuina virtute ſanauit, eadem virtute, & authoritate mihi præcepit, & per conſequens, teneor ſibi obedire nec ſum tranſgreſſor.*

Auguſt. in cat. citat. *Obedire benefactoribus grati animi eſt.* Lyran. ſua in gloſſ.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare inuento paralytico in templo dixit illi Ieſus, Ecce ſanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat?

1502. QVæretur, quare in templo Chriſtus agnoſcitur, & ibi Paralytico prædicet?

1. Responsio Chryſoſtomi in catena. *Curatus homo non ſeceſſit ad nundinas, neque voluptati, aut vana gloria dedit ſeipſum, ſed in templo conuerſabatur, quod maxima religionis eſt ſignum.* Quaſi dicat, emendatus exiuit Paralyticus de infirmitate, & ſermonem Domini, ideo meruit audire in templo, vt creſceret, & corroboraretur in gratia Dei, quia non vult Deus mortem peccatoris, ſed vt emendetur, & viuat.

Chryſoſt. cit. in cat. *Qui ex infirmitatibus, & laboribus emendantur à Deo adiuuantur.*

1503. 2. Responsio Auguſtini in catena. *Dominus quidem Ieſus, & in turba eum videbat & in templo. Ille autem languidus Ieſum in turba non agnoſcit, in templo agnoſcit in loco ſacro.* Quaſi dicat, aperit Dominus oculos peccatorum conuerſorum; ſi cum deuotione in templo ſancto ſuo, inuenit eos orando, & verba ſua à Prædicatoribus audiendo.

S. Auguſt. in cat. citat. *In templo cognoſcitur à ſuis Deus.*

1504. 3. Responsio Caietani, *Ecce iam ſanus factus es, iam noli peccare. Hinc inſinuat, quod propter peccatum infirmitas illa acciderat; & ideo dicit, ne deterius tibi aliquid contingat, id eſt, tum reſiduum peccatum tum noua ingratitudo de* [illegible] *aliquid mer*[illegible]*tur.* Quaſi dicat, ingratis quoque pœna cum [illegible] munere incurrit cum non emendantur, & grati Deo ſunt, quia in deteriora, & horribiliora peccata labuntur; quia abyſſus ingratitudinis abyſſum infinitum peccatorum poſt ſe portat.

Caietan. in Euang. *Ingrati in grauiſſima peccata labuntur.*

1505. 4. Responsio Lyrani, *Ne deterius aliquid tibi contingat, id eſt, incurrendo pœnam æternam; quia in recidiuante fiunt nouiſſima peiora prioribus.* Quaſi dicat, non ceſſant, qui non emendantur vſquequo in æternam condemnationem prolabuntur, vt dictum eſt.

Lyran. ſua in gloſſa. *Impij ſemper deteriores.*

1506. 5. Responsio Alcuini in catena citat. *Si gratiam conditoris cognoſcere volumus, & ad eius viſionem venire fugienda eſt turba cogitationum, & affectuum prauorum, declinanda ſunt prauorum conuenticula, fugiendum eſt ad templum, vt noſmetipſos templum Dei ſtudeamus facere, quos Deus inuiſere, & in quibus manere dignetur.*

Alcuinus in caten. citat. *Cogitationũ turbas fugere difficile eſt.*

1507. 6. Responsio Chryſoſtomi in caten. *Dixit illi, non pecces amplius, quia in hoc tribuit illi ſignum ſuæ diuinitatis oſtendens ſe ſcire omnia delicta, quæ ab ipſo facta erant.*

Chryſoſt. in caten. cit.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, quòd abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quod Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum?

QVæretur, quare iſte Paralyticus ſanus factus abiit, & nuntiauit Iudæis? 1508.

1. Responsio Lyrani ſua in gloſſa. *Dicunt aliqui, quod fecit malitioſè. Sed hoc non eſt verum, quia illos, quos Dominus ſanauit corpore, ſanauit & mente.* Vnde de illo dicitur in Ioann. cap. 7. *Totum hominem ſanum feci in Sabbatho quod etiam exprimitur hic ex verbo Chriſti cum dicitur iam noli peccare.* Quaſi dicat, præcedens peccatum eſt ſibi dimiſſum; & ideo dicendum, quod iſte ſanatus hoc bona intentione ad publicandam virtutem Chriſti.

Lyran. ſua in gloſſa. *Non accuſauit Paralyticus Chriſtũ, ſed illũ prædicauit, & exaltauit.*

2. Responsio Auguſtini in cat. citat. *Nunc autem ille poſteaquam vidit Ieſum, & cognouit eum amatorem ſalutis ſuæ, non fuit piger in euangelizando quem viderat.* Vnde ſequitur; abiit ille homo, & nuntiauit eis; quia Ieſus erat, *qui fecit eum ſanum.* Quaſi diceret, cognitio omnipotentiæ Dei & Chriſti miſericordiæ circa Paralyticum tantum operata eſt, quod audacter ad Magiſtratus Iudæorum ſe contulit, & euangelizauit Chriſtum. 1509.

Auguſt. in cat. citat. *Opera & beneficia corda hominum multum mouent.*

3. Responsio in caten. citat. *Non ita inſenſibilis erat, vt poſt tantum beneficium & admonitionem mali* [illegible] *detrahere vellet ſanitatem* [illegible] *dixiſſet. Sed hoc non* [illegible] *eſt, non enim dixit, quoniam Ieſus eſt, qui dixit tolle grabatum* [illegible] *quod videbatur Iudæis crimen eſſe ſed dixit, quoniam Ieſus eſt, qui* [illegible] *ſanum fecit.* Quaſi di[illegible], ſi Chriſtum vellet [illegible] de tanto [illegible] Sabbathi, arguerent ille[illegible] de [illegible] ſanitate, quam neque audire volebant æmuli perfidi Iudæi; & ideo ſuum gratum beneficij deuotionem demonſtrauit. 1510.

Paralyticus Chriſtum prædicauit tractabilem.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur quod Iudæi perſequebantur Ieſum quia hæc faciebat in Sabbatho?

1511, QVæretur, quare Iudæi perſequebantur Chriſtum, quia ſanabat omnes?

Lyranus ſua in gloſſa. *Iudæi ſemper occaſionē defectuum quærunt, vt perſequantur.*

1. Responsio Lyrani. *Perſequebantur Chriſtum ſcelerati tanquam violatorem diuinæ legis, quod eſt falſum, vt dictum eſt, quaſi dicat, nulla impiorum contra iuſtum & litteratum maior perſecutio, quam eam, quæ ex occaſione falſa alicuius defectus aſſumitur.*

1512. Cyrill. citat. in gloſſa.

2. Responsio Cyrilli in gloſſa ordinaria. *Si creditis nutu Dei Sabbathi ſolem oriri; omniaque gubernari, cur temere eum perſequimini: per quem Pater omnia operatus.* Quaſi dicat, ſi Chriſtus omnia operatur, tanquam verus filius Dei, cur eum perſequimini, quia operatur ſicut & Pater eius, quia in eſſentia vnum ſunt.

Pater & filius ad extra operantur.

1513. Auguſt. in caten. cit.

3. Responsio Auguſtini in catena citati. *Ille annuntiabat, & illi inſaniebant, propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in Sabbatho, manifeſtum enim opus corporale factum erat ante oculos Iudæorum, non ſanitas corporis, ſed depertatio grabati, quæ non videbatur ita neceſſaria, quemadmodum ſanitas.* Quaſi dicat, Sacramentum Sabbathi, & ſignum obſeruandi vnius diei ad tempus datum eſt Iudæis; impletionem vero ipſam Sacramenti in illo veniſſe conſequitur. Ideo reſpondit eis Ieſus: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor.* Quaſi dicat, nolite putare, quia Sabbatho ita requieuit Pater meus, vt in illo non operetur. Sed ſicut ipſe non operatur ſine labore, operor & ego. Sed ideo dictum eſt Deum requieuiſſe; quia iam creaturam nullam condebat poſtquam perfecta ſunt omnia; quietem vero appellauit ſcriptura, vt nos admoueret poſt bona opera quieturos. Vnde patet, quod Principes Iudæorum Chriſtum gratis perſequebantur, & opera miraculoſa calumniabantur.

Iudæi non vident virtutes ſed occaſiones murmurationis.

Filius, & Pater ſemper operantur.

Deus ſine labore operatur, & ſemper requieſcit.

4. Responsio Caietan. *Ita perſequebantur Chriſtum quod quærebant eum interficere, tanquam tota hæc hiſtoria propter hanc concluſionem relata fuerit ab Euangeliſta. Hinc incipit Doctrina ratio ſubſequenter data à Ieſu; quia hæc faciebat in Sabbatho.* Quaſi dicat, ratio principalis propter quam Iudæi Chriſtum perſequebantur, erat, quia Sabbathum violabat. Et cum hoc falſum eſſet, vt ex Lyra demonſtratum eſt, ideo ſatisfacit in hoc capite 5. Ioannis ad omnia ſeorſum, & profundè oſtentans ſe vere filium Dei, cum quo operatur, vt patebit in littera, modò ad mores. 1514.

Caietan. in Euang.

Falſitas inimicorum ſi rationibus concluditur, plus iraſcitur.

Lyran. citat.

TRACTATVS XLIV.

AD MORES,

In Cap. V. Ioannis.

De Paralytico triginta & octo annis grauato.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Chriſtus aſcendit ad diem feſtum?

1515. QVæretvr, quare ter in anno Chriſtus ad feſta aſcendebat in Hieruſalem?

Lyranus in ſua gloſſa. *Maſculi ter tenebantur in lege ad feſta aſſiſtere in Hieruſalem.*

5. Responsio Lyrani citat. in littera, *Quia maſculi tenebantur per legem ter in anno ad ſolemnitatem adire.* Quaſi dicat, docens fideles ſuos, quod dies feſtiuos ſumma cum deuotione recolant, vt Deus honorificetur, non vt in voluptatibus exerceamur. Vnde interrogat Oleaſter, quare præcipiebat Deus, Exod. 20. n. 8. *Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet, *quoniam quæ implere cupimus eorum ante recordamur. Sic voluit Dominus Deus nos ſancta diei memorari, ne eam diebus aliis ſimilem reputaremus, & ſine debito honore præteriremus.* Quaſi diceret. Aduerte, & conſidera Deum non dicere, quod eius recorderis, vt in eo gaudeas, tripudies, aut tibi vaces, ſed vt ſanctifices. Et addit Doctor iſte, *Multi enim ſunt, qui dierum feſtorum memorantur antequam veniant, non vt ſanctificent, aut Deo vacent, ſed vt lautè comedant, & bibant cæteris diebus licentioſius & quod deterius eſt, tunc vitiis indulgeant, ita vt peccata ac flagitia ſeruaſſe in diem ſanctum videantur, ac ſi bona opera eſſent. Cum Dominus nos eius ad hoc memores eſſe voluerit, vt tunc maxime eum colamus, beneficiorum creationis, videlicet, cunctarumque rerum ei gratias agamus, & ad docendum nos feſtiuis diebus Deum honorare & colere Chriſtus ad diem feſtum Hieroſolymam aſcendit.*

Oleaſter in Exod. c. 20. iuxta Pagn. n. 8.

Feſta celebrare vitiis, & gaudiis illicitis Deū exhonorare, non honorare eſt.

1516. Vnde interrogat Fulgentius lib. 1. ad Traſimundum, quare Chriſtus Lucæ 9. n. 26. dixit, *Qui me erubuerit, & meos ſermones: hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua?* Et

Fulgent. lib. ad Traſim. Luc. 9. n. 26.

Et reſpondit, *nec immerito talis ſeruus & abiicitur, & punitur, qui vno, eodemque ſilentio firmat errores qui terrore, ſeu torpore poſſeſſus ſilendo non adſtruit veritatem. Pondera verbum torpore poſſeſſus.* Quaſi dicat, *quod iuſtu punitione digni ſunt, qui ita ſunt torpore, & craſſa ignorantia repleti, quod non memorantur, quando feſta Eccleſiæ celebrantur & quomodo ad ſacra adire obligentur, & erubeſcunt ſermones Dei in Eccleſia audiſſe.* Sed veluti ruſtici, rationis incapaces viuunt, & ſilentio veritatem adſtrunnt, Dominicam quoque gloriam, qui non firmauerit, euacuat, & diuinam contumeliam qui non confutarit, accumulat, concludit Fulgentius. Quaſi dicat, negligens, & vitioſus Pater familias, vel Sacerdos populi eſt, qui non monet ſubditos, & ſeruos de obligatione ſeruandi feſta, & Deum ſedaturos; Hic quoque contumeliam Deo facit, quia gloriam Deo debitam tollit, & in die iræ ſibi iram theſaurizat, & cumulat.

Torpore, & negligentia repleti neſciunt ad ſacra adire.

Patres familias & Sacerdotes tenentur ſubditos à ſacrtero de diebus feſtiuis.

1517. Vnde Tertullianus lib. aduerſus Valentinianos cap. 1. *Nihil veritas erubeſcit, niſi ſolummodo abſcondi; quia nec pudebit vllum aures ei dedero.* Quaſi dicat, plus flagitij, & punitionis dignus efficitur, qui ſua omiſſione, vel malitia non prædicat veritatem fidei ſubditis ſuis, quam ipſi, qui non operantur, quod ignorant, & quod ſi certiores fierent, optimo animo aures ei dedere, id eſt, audirent alacriter, quæ & qualiter debeant legem Dei adimplete. Vnde addit Tertullian. loco citato; *Sciebat enim à confuſione formari negationem.* Quaſi dicat, multi propter confuſionis ignorantiam non adimplent præcepta Dei, ad quæ obligantur. Vnde Ambroſius lib. 10. in Luc. excuſans negationem Petri, quando dixit Ioann. 18. n. 18 *Non ſum*, inquit, *maluit videlicet ſe negare quam Chriſtum.* Quaſi dicat, per moralem ſenſum plus debet Sacerdos, & Diſcipulus Chriſti negare ſuum naturale eſſe, quàm Chriſti verba, & veritatem populis ſibi ſubditis annunciare. Hinc Concilium Tridentinum tantum commendat, & obligat Parochis, vt in diebus Dominicis ſemper explanationem litteræ Sancti Euangelij populis annuntient, Et dies feſtiuos, ieiunia, & vetera, quæ obligāt pronuntient.

Tertul. lib. aduerſus Valentinianos cap. 1.

Parochi non prædicantes grauiter arguentur à Domino.

Tertul. loco citat.

Propter ignorantiã multi peccant.

Ambroſ. l. 10. in Luc. Ioan. 18. n. 18.

Paſtor ſe ipſum & non verba Dei negare debet.

Conc. Trid.

1518. Vnde Oecumenius in epiſt. ad Roman. 1. n. 16. ait, *Quia criſtas erigebant Romani, ob multa quibus cæteris præſtantiores erant, puta diuitias potentiam, & ſapientiam: vos quidem, in his inquit, efferimini, ego autem Deum in medio veſtri prædicaturus aſcendam; nec me huius pudet. Quamobrem? Quia potentia Dei eſt ad ſalutem ſuſcipientium.* Quaſi dicat, Oecumenius tanquam verus, & inclytus Paſtor, & animarum Procurator. Plus æſtimo prædicare, quæ Euangelium præcipit, quam trophæa Romanorum, diuitias, & diademata Principum, vt hinc diſcant Parrochi quanta obligatione teneantur Euangelium ſubditis declarare per ſemetipſos, & ad dies feſtiuos prouocare, non vt voluptatibus, & deliciis repleantur, ſed vt in orationibus, & honoribus Deo debitis exerceantur; quia propter hoc Chriſtus ter ad feſta in Hieruſalem aſcendebat, vt nos doceret iſtas perfectiones.

Oecumen. in epiſt ad Rom. 1. n. 16.

Parochus non adquirat diuitias, ſed animas Deo.

Feſtiua gaudia orationes, & obſecrationes.

1519. Vnde interrogat Rupertus in Apocalyp. c. 1. n. 16. quare ibi dicitur, *Audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ dicentis quod vides, ſcribe in libro.* Sed nunquid Euangeliſta Ioannes ſurdus erat, quod tubæ ſimilis vox illi datur? Sed non meo videri, ſed quia Paſtor, & Epiſcopus Eccleſiarum Aſiæ erat, & in exilium relegatus, & vt aduerteret, quod veritas fidei, & Euangelium Chriſti, etiam abſentibus Paſtoribus prædicanda eſt per voces ingentes quaſi tubas, vt aëra, voces, & echo portent vſque ad Eccleſias, vbi homines aſſiſtunt, & ſciant, quæ debeant agere & à virtute non aberrent, Deoque vacent, feſtáque orationibus, & gemitibus non vinis, & voluptatibus celebrent; *Quia veritas* (inquit Rupertus) *non amat angulos, ſed palam omni mundo deſiderat, rectè non per qualemcumque vocem, ſed per vocem tubæ magnam id quod dictum eſt ſignificare decebat.* Hinc Sap. Prou. 1. n. 20. dicebat. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. Vnde Ambroſius in Pſ. 118. *Magna vox iuſtitiæ, per quam & mortui loquuntur; neque ſolum loquuntur, ſed etiam ſicut Abel clamant.* Quaſi dicat, efficax, & penetrabilis eſt vox proprij Paſtoris, per quam oues multæ perditæ ad gregem Domini reuocantur. Sed ſi tacuerit contra Abel mortem pertractare videtur, & ſanguis eius contra negligentem Paſtorem clamitat. Et addit Ambroſ. *Magna ſublimitatis magna vocis prædicatio eſt, quæ ſtultis ſapientiam pollicetur. Et Ieſus Dominus voce magna clamabat in templo* Ioan. 7. n. 37. *Si quis ſitit veniat ad me, & voce verè magna clamabat, qui vocabat homines ad regna cælorum ad illum venerabilem potum, quo vita æterna fructus infunditur.* Quaſi dicat, fructus prædicationis deſiderans Chriſtus, quod publicarentur in templo voce magna intonanit, & vt Paſtores inſtrueret, & oues ad veram doctrinam exhortaretur in feſtiuis diebus operandam, propter quod ter in anno ad feſta in Hieruſalem aſcendebat, vt homines repetere multoties feſta celebranda doceret.

Rupert. in Apoc. c. 1. n. 16.

Parochi vociferari debēt verbum Dei.

Rupert. cit.

Prou. 1. n. 20.

Ambroſ. in Pſ. 118.

Vox Paſtoris proprij mortuas oues excitat.

Ambroſ. cit.

Ioan. 7. n. 37.

Chriſtus in templo quare clamabat.

Templa colenda quotidie.

DIFFICVLTAS XII.

Quid ſignificabat Probatica illa piſcina, quæ erat Hieroſolymis?

QVæritur, quid ſignificabat illa probatica 1420.
piſcina, de qua hic fit mentio?

1. RESPONSIO fuit Lyræ in littera citati. *Probatica Piſcina, idem eſt, quod Aproboton, id eſt, locus ouium, quæ offerebantur ad ſacrificium, habens quinque porticus, vbi iacebat multitudo languentium.* Quaſi dicat, quod oues erant in Hoſpitalibus, vel Xenodochiis, quæ offerebantur motu charitatis pro ſuſtentatione pauperum, & ibi erant quinque porticus, vt vnuſquiſque conſideraret, quod multi ex pauperibus, qui iacebant ingreſſi ſunt in hunc mundum *Diuites & per porticum paupertatis egreſſi ſunt.*

Lyran. citat. in littera.

Aproboton Græcum nomen, idem quod Probatica Piſcina.

Diuites conſiderent porticum pauperis.

Vnde interrogat Oleaſter, quare præcepit 1521.
Deus in lege, Exod. 23. *Peregrinum non anguſtiis afficias; vos noſtis animam peregrini.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet: *Conſulit vulgus non petere ab eo, qui aliquando mendicauit, non ſeruire ei, qui ante ſeruiuit*, Et Prouerbium vulgare eſt, *No pidas a quien pidio, ni ſiruas a quien ſirvio.* Quoniam qui aliquando eguit non facile donat, & qui aliquando ſeruit rato alterius miniſterio contentatur, Dominus vero docet liberalem debere eſſe in pauperem, qui aliquando

Oleaſter in Exod. 23. n. 4.

Tranſl. Pagi

Hiſpanum adagium.

Xenodochia quotidie viſitanda.

paupertate preſſus fuit, & ex malis, quæ quia paſſus fuit diſcere alienis ſuccurrere. Quaſi dicat, viſitare debemus hoſpitalia, & Xenodochia, & conſiderare quanta mala pationtur illi, qui aliquando bonis fortuoæ fruebantur. Vnde Poëta de Regina dixit.

Poëta citatus ab Oleaſtro.

So mali non ignaram miſeris ſuccurrere didicit. Et hoc eſt quod Saocti Patres tam crebrò conſulunt, vt ſcilicet, cum videris pauperem, te pauperem fuiſſe, aut eſſe poſſe memoreris. Ideo dicitur Exod. 24. citato. *Peregrinum non anguſtiis afficies, vos noſtis animam peregrini, id eſt, felices, qui cum in proſperis ſe reſpexerint, de aduerſis ſuis recordentur, quia tūc pingues eleemoſynas tribuunt cum diuerſos porticus Xenodochi proſpexerint.*

1522. S. Auguſt. epiſt. 52.

Vnde dicebat Auguſtinus epiſt. 52. *Si pecunia ratio ſocios facit, quanto magis ratio naturæ non negotiandi ſed naſcendi lege communis.* Quaſi dicat, pauper & miſerrimus eſt, qui non conſiderat, cum ſocium ſuum malè fortunatum videt, quod eras poterat, & ipſe eſſe. Vnde Seneca epiſt. 95. dicebat, *Iſte verſus, & in pectore, & in ore ſit: Homo ſum, humanitatis nihil à me alienum puto, ſed neque à pectore, neque ab ore* Ambroſij exulabat, qui lib. 3. offic. cap. 7. dum in ditiores opem tenuioribus denegantes inuehitur, ſic ait: *Fera non excludunt feras, & homo excludit hominem. Illa etiam conformem ſui generis adiuuans, homo impugnat, qui nihil à ſe alienum debet credere, quidquid humani eſt.* Quaſi dicat, qui ex viſione pauperum laceratorum, qui ſuot in Xenudochiis non miſeretor, ſpeciem humanitatis amiſit crudelior eſt feris: Et Reges, miniſtrique impij, qui viduarum, pupillorumque nun miſerentur ſimiles ſunt Roboam, qui 3. Reg. 12. num. 10. dixit ſubditis ſuis, *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum vt ego autem addam, cadam vos ſcorpionibus.* Sed timeant huiuſcemodi proprietates ſcorpionum, quia in cauda venena portant, & cum plus quieſcunt cædentes eis, expargunt illa, & ſine remedio pereunt venenati.

Seneca. ep. 95.
Humanitas miſera ſemper præmeditanda.
Ambroſ. lib. 3. c. 7.
Feræ ſimiles diligunt.
Reges pij ſemper ne pereant ſicut Roboam.
3. Reg. 12. n. 10.
Scorpio in cauda venenum portat, & vulgus in fine.

1523. Vnde Auguſtinus in Pſ. 118. ſuauitatem & pietatem conſulens ſuperbis diuitibus ait, *Proximi facilior videtur eſſe cognitio. Omnis quippe homo eſt homini proximus, nec vlla cogitanda eſt longinquitas generis, vbi eſt natura communis.* Quaſi dicat, ſpecula clara & terſa ſuot pauperes qui ſunt in Xenodochiis, Hoſpitalibuſque; quia ibi clarè videtur fælicitas multorum, quantum durabit, & infælicitatem propriam, quantum quiſque timere debet; quia in hoc mundo teſte Apoſtolo, *Semper eſt viciſſitudinis obumbratio.*

Auguſt. in Pſ. 118.
Diuites & pauperes eiuſdem naturæ.
Pauperes ſpecula ſunt diuitum.
1. ep. Iacob. 17.

1524. Et ideo dicebat Leo Pontifex ſerm. 1. de ieiun. *Proximi nomine non tantum intelligendi ſunt, qui nobis amicitia, aut propinquitate iunguntur. Sed omnes prorſus homines cum quibus nobis natura communis eſt, ſiue illi hoſtes ſint, ſiue ſocij, ſiue liberi, ſiue ſerui. Vnus enim nos conditor finxit, vnus nos creator animauit eodem cuncti cælo & aere, eiſdem vtimur diebus.* Quaſi dicat, antequam homo formaretur, & anima illius in corpore infunderetur; nuone Dominus potuit Regem te conſtituere, qoem pauperem fecit. Et è contra, quare ergo ſi elementis communibus fruimur, tantum ſuperbia ſeparamus? Quare præſumptione euaneſcimus? non cogitantes, quod bona temporalia, infirmitates, & labores Dominus inclinauit ex hoc in illum, & fex eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ, & poteſt vice verſa, qui hodie in Xenodochio infirmatur eras conualeſcere, & qui robuſtus, & diues eſt, hodie aduerſa fortuna eras infirmari, & paupertate perire, quia in huius mundi rota ſunt quinque porticus in Piſcina Probatica, vbi iacet multitodo languentium, ad quos curandos aſcendit Dominus in Hieruſalem; quia feſtiua gaudia Dei, & ſeruorum eius, operibus miſericordiæ exaltantur hoſpitalia, & Xenudochia viſitando.

S. Leo ſer. 1. de ieiun.
Pauper & diues ex vna maſſa formati.
Aër communis omnibus.
Pſ. 74. 04.
Viciſſitudinis obumbratio in huius mundi rota.
Hoſpitalia viſitare diebus feſtiuis ſeruorum Dei eſt.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare dicitur quod erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate ſua?

QVæritur, quare enumerauit Euangeliſta 38. annos languidi? 1525.

1. Responsio Chryſoſtomi in littera citat. *Vt cognoſcamus per quam cauſam dimittens Chriſtus alios, ad hunc venit.* Quaſi dicat, maior erat dolor de non conſecuta ſpe ſanitatis, quum tot annis expectabat, quam dolor cruciatus infirmitatis longæuæ, quia ſuperat omnes calamitates & dolores cogitatio perditæ ſpei in quocumque aducoto.

Chryſoſt. in litt. citat.
Spes prolongata affligit animam.

1526. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 23. n. 4. *Præcipiebat Deus, ſi occurreris boui inimici tui, tibi reducendo reduces?* Sic legit Pagoinus. Et reſpondit, *modici animi conditio eſt, tunc maxima inimicitia recordari, cum proximum videris ſuo auxilio indigere.* Et addit ad noſtrum propoſitum, *Expende quam bellè te Dominus docuit vindictam ab inimico accipere,* Prouerb. 25 n. 21. *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum; ſi ſitit, potum da illi; quoniam ſi hoc feceris viuis eum carbonibus incendes, nihil enim inimicus iniquiori animo ferre ſolet, quam cum ſe viderit tuo auxilio indigere.* Quaſi dicat, ſepara cor tuum à vindicta, & bene fac inimicu; quia ipſe ſe ipſum occidet, turpiſſima & inaudita morte ſolum de ſua fortuna deſperando, & conſiderando, quod eget tuis beneficiis, & hæc defraudatio ſpei, & ſuæ fælicitatis vret caput, cor & viſcera eius.

Oleaſter in Exod. 23 n. 4.
Tranſl. Pag.
Conditio vilis proſtratum inimicum perſequi.
Prou. 25. n. 21.
Mors intolerabilis eſt egere auxilio inimicorum.
Defraudata vindicta ſpe cor & viſcera cremātur.

1527. Hinc interrogat Vexamis de Paſſ. Domini, quare de Iuda poſt bucellam dicitur, *Quod intrauit Sathanas in cor eius?* Et reſpondit, *quod tanto Sacramento, beneficioque repletus, ita cor proditoris exarſit, quod Sathanæ portas animi ſui aperuit, vt eum occideret, ſi vellet, quia ſeipſum beneficiis Chriſti ſufferre non poterat.* Quaſi dicat, ideo cibauit eum Chriſtus ſuo corpore & ſanguine, & in parapſide permiſit manum intrare, & panem intinctum ei tribuit, & verbis ſuauiſſimis eum loquebatur, vt doceret nos quomodo inimici pretioſiſſimis, & potioribus ſunt cibandi, & quia ipſi ſua iniquitate combuſti, occidunt ſe, & defraudati de ſua ſpe, & inimici fælicitate blaſphemantes pereunt miſerabiliter.

Vexamis de Paſſ. Domin.
Ioan. 13. n. 2.
Iudas beneficiatus à Chriſto urebatur.
Fælicitas iuſti inimicos vrit & donis & beneficiis ſuffocantur.

1528. Vnde interrogat Lyranus ſua in gloſſa, quare 2. Reg. c. 17. n. 23. dicitur quod Achitophel videns quod non fuiſſet factum conſilium ſuum,

Lyranus ſua in gloſſa. ad cap. 17. 2. Reg. n. 23.

Strauit

Strauit aſinum ſuum,& depoſita domo ſua ſuſpendio interiit? Et reſpondit, *hoc fecit,eo quod conſilium Chuſai approbatum fuerat,& ſuum reprobatum.* Quaſi dicat, plus torquebatur Achitophel cogitando, quod iam erat omni ſpe, & gratia Principis Abſalon,& Regis Dauid priuatus,quam tormentis laquei, à quo ſe ſuſpendit. Et addit Lyranus, *Et quia timebat,quod Dauid prævaleret, & in regnum rediret.* Quaſi diceret, conſiderabat conditionem naturalem Dauid, & quod gloriabatur benefaciendo inimicis ſuis, & hac conſideratione conſumebatur,& pro morte doloroſa, & tremenda reputabat, & timebat, quia beneficia ingratitudinibus remunerata,cor torquent; ideo mortem ſuam per aliam viam voluit,quaſi pro refrigerio præuenire.

Cogitatio defraudationis ſpei priuatos torquet & occidit.
Lyran. citat.

1529\. Vnde interrogat idem Lyranus ſua in gloſſa, quare poſt mortem infelicem Saulis dicitur 1.Reg.31.n.5. *Quod cum vidiſſet armiger eius, videlicet, quod mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo?* Et reſpondit, *ex triſtitia, & quaſi deſperans ſurripuit ſibi vitam.* Quaſi dicat, quia vidit ſuam ſpem mortuo Rege totaliter defraudatam; & quia ſuperat omnes calamitates cogitatio ſpei perditæ; ideo gladium arripiens ſuper eum mori elegit magis quam deſperatus viuere. Et Interlinealis addit: *Doeg ſecundum Hebræos erat iſte armiger, qui videns Saulem mortuum, metuens Dauid ſe interemit.* Quaſi dicat,Doeg innumera beneficia à Dauid acceperat, & ipſe accuſauit illum apud Saulem, & fuit occaſio, vt Sacerdotes perimerentur cum Achimelech, eo quod Dauid ſuccurrit in ſua neceſſitate 1.Reg. 21. & erat valde priuatus Saulis,& cum videret Regem mortuum omni ſpe,& auxilio iam deſtitutus ſe conſiderauit. Et elegit plus gladio ſuo perire,quam ab inimico benignitatem poſcere. Quia ſi ſpes, quæ differtur, affligit animam ſpe ſua omnino quis deſtitutus occidit corpus & animam vrit, ac torquet; ideo Paralyticus de ſua infelicitate per 38.annos conqueritur dicens hominem nó habeo,id eſt,plus me torquet ſpes de impoſſibilitate fauoris, & auxilij humani, quam ipſa longa & prolixa infirmitas, quam 38.annos patior.

Lyranus ſua in gloſſa.
1.Reg.31. n.5.
Triſtitia de non eſſe conſut mortem. Priuatis à Regis gratia deſtitutis ſtatim moriuntur.
Interlinealis in gloſſa.
Doeg priuatus Regis Saulis.
Mors doloroſa ab inimico auxilium poſcere.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Chriſtus Paralytico dixit, vis ſanus fieri?

1530\. QVæretur, quare Chriſtus à Paralytico interrogauit,vis ſanus fieri?

1\. RESPONSIO Chryſoſtomi in littera citat. *Quia ita aſſuetus erat ad labores Paralyticus,quod nulla impatientia ferebatur.* Quaſi dicat, pauperes afflicti ita grati animi ſunt propter beneficia recepta, vel recipienda, quod ſemper patientia nutriuntur: Vnde interrogat Oleaſter, quare cum puer filius Agar ſiti proſtratus ferè periret, Angelus apparens dixit, *Quid tibi eſt Agar?* Geneſ.21.n.17. Et reſpondit, *licet Dominus optimè noueris mala, quæ patimur; ea tamen à nobis audire deſideras; ne poſtea dicamus eum nobis ſine neceſſitate ſubueniſſe.* Et addit, *quæſiuit Chriſtus à languido,quem apud probaticam piſcinam ſanauit,vellet ne ſaluus fieri. Ad quid quæſo? nonne Domine noueras eum velle? Noui* (inquit) *ſed interrogaui, ne poſtea diceret me inuitum ſanare,& beneficium tanquam ingratum præteriiſſet.* Quaſi dicat. Et ſi teſte Seneca, *Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſitat;* tamen ſumma Chriſti liberalitas, interrogauit Paralyticum vis ſanus fieri, vt patientia ipſius ſolidaretur, & plus gratitudo radicaretur in corde eius; quia diuites, & ſuperbi quotidie immenſa à Deo beneficia recipiunt, & conſuetudine ac ingratitudine vileſcunt, neque recordantur creatoris ſui.

Chryſoſt. in litt. cit.
Patientia impoſſibiles facit.
Oleaſter in Gen.21 n.17 Tranſl. Pag.
Ingrati leui occaſione beneficia obliuiſcuntur.
Senec. de benef.
Patientia ſolidatur cum plus tacet quã ea muãitur eſt.

Vnde interrogat Ambroſius Apologia pro Dauid c.6.quare dicitur 2.Reg.2. n.1. *Poſt hæc conſuluit Dauid Dominum dicens num aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus aſcende?* Et reſpondit Ambroſius, *debitum ſibi imperium diu diſtulit, quod ſciebat Deo auctore deberi docens non præripiendum regnum, etiam ſi debeatur, ſed expectandum, vt ſuo tempore deferatur.* Quaſi dicat,per patientiam Dauid voluit ſummopere Deum magis ad ſe allicere, & quãuis ex reuelatione ſciebat,quod regnaturus erat, tamen voluntatem diuinam expectauit, & conſuluit. Et quia ſi Deus voluntatem hominis expectat ad benefaciendum ei. Quare homines Dei voluntatem non expectabunt ad recipiendum bona ſua ex manu Dei. Et addit Lyranus ſua in gloſſa, licet haberet ius Dauid in regno; quia erat inunctus ex præcepto diuino; tamen noluit intrare poſſeſſionem abſque diuino conſilio; *Quia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Quaſi dicat,quis non hac Chriſti interrogatione ad Paralyticum facta confunditur. Quia cum ſit omnipotens Deus voluntatem hominis requiſiuit dicens,vis ſanus fieri, vt omnia ſuauiter diſponeret, & cum voluntate vtriuſque miraculum plus luceret, & homines vermes & puluis cum ſint, reſiſtunt voluntati diuinæ conformari, & reſignari. Et concludit Lyranus; *Dauid per diuinam reuelationem aſcendit in Hebron, quæ alio nomine vocatur Charia tharbe, id eſt, ciuitas quatuor, & ſignificatur, quod homo bonæ voluntatis, qui per Dauid ſignificatur aſcendit ad perfectionem quatuor virtutum Cardinalium per inſtinctum, & adiutorium diuinum; quæ quidem perfectio ciuitas quatuor poteſt dici,* de qua dicitur Apocalyp. 21.n.16. *& ciuitas erat in quadro poſita.* Quaſi dicat,tunc anima iuſti in quatuor virtutes Cardinales fundata, & ciuitate Hieruſalem cœleſti fruetur, cum Deum requirat, & ſe conformet voluntati eius,ſicut Chriſtus quærit, & conformatur voluntati hominis miſeri, & languidi. Qui dicit,vis ſanus fieri; quia ego conformabor voluntati tuæ, ſicut effectus probauit amorem.

1531\.
Ambroſ. Apolog.de Dauid c.6.
2.Reg.2.n.1.
Iuſti in omnibus voluntatem Dei expectant.
Lyranus in ſua gloſſa.
Sap. c.8.n.1.
Deus ſuauiter diſponit omnia,& mouet fortiter.
Lyran.citat.
Iuſtus ciuitas quadrata.
Apocal.21. n.16.
Voluntas Dei conformata ciuitas quadrata.

DIFFICVLTAS XV.

Quare paralyticus reſpondit, hominem non habeo?

QVæretur, vt quid reſpondit languidus Chriſto,hominem non habeo? 1532.

1\. RESPONSIO Chryſoſtomi in caten. citat. *Opinabantur forſitan vtilem ſibi fore, ad*

Chryſoſt. citat.in litt.

mittendum eum in aquam; quia ipſe ita debilis, & infirmus erat, quod ſine adiutorio, & auxilio mouere non poterat Quaſi dicat, erat Paralyticus ſicut ouis, quæ perijt clamitans, & derelicta à Paſtore, quia gregem ſequi non poteſt, & neceſſe eſt, vt Paſtor veniat, & humeris ſuis portet eam. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod 28. n 9. *Sacerdotibus præcipiebat Deus dicens, accipies duos lapides Onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael?* Et reſpondit, *ad quid filiorum Iſrael nomina ſculpta, & deportata in humeris Sacerdotis tui? O bone Deus! Audiant hoc Paſtores animarum quali animo ferre oues ſuas debeant, & ſuper humeros ſuos infirmas portare. Audiant quid Paſtor ille Euangelicus perdita ex grege fecerit oui. Super humeros (inquit) ſuos poſuit gaudens, & amicos, & vicinos conuocauit ad gaudium inuenta pecudis*, Lucæ 15. n. 6. Sic & idem apud Iſaiam habes cap 40 num. 11. *Sicut Paſtor gregem ſuum paſcet brachio ſuo, congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit fœtas ipſe portabit.*

Miſeri & pauperes quærunt Paſtorem ſuum.

Oleaſter in Exod. 28. n. 9. Tranſl. Pag.

Paſtores & Epiſcopi quærant oues laſſas & lacentur inuo piſſe eas.

Luc. 15. n. 6. Iſai. 40. n. 11. Tranſl. Pag.

1533. Et addit Oleaſter, ſed quid nunc dicam de Sacerdotum & Paſtorum ſæuitia? *Pro eo* (ait Dominus) *quod in latus & in humerum impuliſtis, & cornibus veſtris corruſ petabitis omnes infirmas donec diſpergeretis eas foras ſeruabo pecudes meas.* Expende quæſo, *Paſtorem, & Paſtores, ille ſuper humeros portat; iſti humeris eas expellunt, ille ſinu ſuo fouet, iſti latere ſuo excutiunt, ille fœtas ducit; iſti cornibus ventilant; ille congregat iſti diſpergunt.* Quaſi dicat, væ Paſtoribus, & Sacerdotibus, qui in feras, & imbecilles ſuas oues clamantes, & fame, ſitique percuntes nõ aſpiciunt, & humeris ſuis nõ portant illas, vt à ſeruitutis peccato liberentur. Væ Prælatis, qui ſibi ſolum omnia adquirunt, & videntes oues ſparſas, & à grege reuocatas in delicioſis, & voluptuoſis pratis fruentes, baculum reprehenſionis nun iaciunt, & funda correctionis non reuocant perditas, & ſibilo verbi diuini non reducunt; propter ſolas proprias commoditates, & vt fama negligentiæ ſuæ, & omiſſione ad maiores dignitates exaltentur, quia iſti non ſunt Paſtores, ſed fures & latrones, non ſunt canes latrantes, ſed muti, non valentes ad oues tuendas. De quibus Paralyticus conqueritur, tanquam ouis quæ perit, in deſerto, quia hominem non habebat, qui eam humeris ſuis ad Piſcinam ſalutarem portaret.

Oleaſt. citat.

Paſtor bonus & fert à mercenarius in pauſis.

Prælati remiſſi canes muti non valentes latrare.

Prælati qui hominibus placere volunt fures ſunt, non Paſtores.

Oues contra Paſtores remiſſos clamant.

1534. Vnde interrogat Theodoretus q. 25. quare cap. 12. 2. Reg. n. 2. ſtatim vt Dauid adulterium commiſit Nathan Propheta celeri curſu ingreſſus eſt ad Regem dicens, *Diues habebat oues, & boues plurimos valde; pauper autem nihil habebat præter vnam ouem paruulam, &c.* Et reſpondit, *quia medicus animarum non ſinet morbum eſſe immedicabilem.* Quaſi dicat, quia Paſtor, & Præſul ſanctus, & rectus, cum ouium balatus audit ſtatim debet auxilium præſtare, ne fiat morbus inſanabilis, & infirmus deſperet, ſicut Paralyticus dicens, hominem non habeo. Et Chryſoſtomus in Pſ. 50 *Propheta ad Prophetam venit; ſicut enim medici aliorum medicorum conſilio indigent, quando ægrotant, & infirmitas oblinioni dat artem: Sic & in hoc Propheta & iſte, ille ſanus, iſte graui vulnere ſauciatus.* Quaſi dicat Paſtores, & Præſules multoties (quia homines ſunt) morbo ſauciantur, & debet etiam

Theodoret. quæſt 25. in gloſſ. 2. Reg. 12. n. 2.

Paſtores, & Præſules ſtatim debent oues curare ne fiant incurabiles

Chryſoſt. in Pſ. 50.

Medici in infirmitate indigent medico & quærere.

ſtatim medicum quærere, ne deterior fiat infirmitas, & illi dicatur: tu quomodo prædicas, non furandum, & furaris. Et addit Chryſoſtom. 2. Reg. 12. *Sermo mihi ad te ô Rex* (dixit Nathan) *ô ſapientia medici, in rauis portans gladium, vt faceret vulnus, ſed infirmanti non oſtendit, ne abhorreret medicinam. Abſcondit ferrum non ſub veſtimento ſed ſub velamine narrationis, ſtatim enim non dixit, ô inique, ô immunde, ô adulter, ô homicida. Quid igitur cauſam habeo, duo viri erant, &c. Duos homines Vriam & Dauid adduſcere perſonas. Pauperculi ouem mulierem dixit, quæ in gremio eius cubabat. Conſidera,* addit Chryſoſtomus, *pauperem inuentina pietatis habere fulcimina, in diuitibus autem multam ſuperbiam: apud pauperes; vxor & ancilla & miniſtra eſt, & procreat filios, & ipſa nutrix & mater eſt: apud diuites non ita, ſed cum generauerit filium, eum tradit foras Erubeſcit fieri nutrix, quæ facta eſt mater. Chriſtus autem nutritor noſter eſt, propria nos carne paſcit, & ſanguinem nobis propinauit, ouem in gremio cubat, & ſuper humeros portat; nutrix vero, ſi puer clamitat & luget, & ſi curat, non dolet; mater vero lachrymatur, & ſumma cum celeritate ad ouem perditam & balantem venit, & dicit: ecce ego ſaliens, & tranſiliens montes adſum: & ideo tam ſuauiter audiebat gemitum ouis iſtius languida clamantis, & auxilium quærentis & dicentis hominem non habeo; quia bonus Paſtor, cum præſto eſt ad balatus ouium delectatur; quia ſi tardaret deterior, & irremediabilis infirmitas ouis fieret.*

Chryſoſt. cit. 2. Reg. 12.

Confeſſor debet eſſe prudens non Eſpantadiſo vt Hiſpani di unt, id eſt, ſtupefactus.

Chryſoſt. citat.

Fulcimina pietatis in matre paupercula.

Caro Chriſti eſt alimentũ paruulorum.

Infirmitas ſine medico deterior.

Cant. 2. n. 8.

1535. Vnde interrogat Methodius hom. de Purific. quare peccante grege ouium Iſraël dixit Dominus Moyſi, Exod. 32. n. 7. *Vade deſcende, peccauit populus tuus?* Et reſpondit, *quia Præſulis optimi officium eſt malorum initiis occurrere vt facilius qui lapſi fuerant reſipiſcant.* Quaſi dicat, vtile valde eſt & dignum, quod Superiorum, & Paſtorum menti hæc ſcribantur, quia magnum periculum eſt in mora reprehenſionis, correctioniſque ouium errantium; quia quotidie deteriores fiunt.

Methodius homil. de Purificat. Exod. 32. n. 7. Tranſl. Pag.

Præſules cito ad lapſos occurrant ſubditorum.

1536. Vnde interrogat Origenes, quare Chriſtus poſt negationem Petri in domo Caiphæ ſtatim reſpexit eum Lucæ 22. n 61. *Cum ipſe Dominus ſaturabatur opprobriis, & oculos forſitan ab alapa ſacrilegi Malchi ſanguineos & vulneratos habebat?* Et reſpondit, *ne poſt negationem deterius vulnus putreſceret, & à memoria peccatum dilaberetur, & ſic viſo Domino, Petrus ſtatim fleuit amare.* Quaſi dicat, reſpexit Dominus ouem fœtidam, & peccato debilem, & clamantem, quærentem Paſtorem ſuum, & ſuo aſpectu curauit illam ouem perditam, & confirmauit in fide. Vnde Ioannes dixit cap. 1. n. 42. *Intuitus autem eum Ieſus, dixit; tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Quaſi dicat, poſtquam Dominus oculos in eum coniecit, ſtatim Petri nomen indidit, vt colligeremus à Paſtoris præſentia, atque conſpectu petræ ſoliditatem acquirere nos poſſe; licet luteí, fragileſque ſimus, & inconſtantes. Verba Origenis ſunt homil. 5. in Ioann. *Potuit Simon, eo quod Ieſus in eum intuitus eſt, eo vſque ſtabiliri, vt ab opere ſtabili, firmoque cognomen traheret, & Petrus vocaretur.* Ex quo manifeſtè colligitur, quod fidem, & fortitudinem Paralytici debilitati per triginta-octo annos à reſpectio-

Origen. homil. 5. in Ioann. Luc. 22. n. 61

Paſtor Chriſtus ouem errantẽ reſpexit ſtatim ne deterior fieret.

Luc. 22. n. 28

Ioan. c. 1. n. 42.

Fortitudo Prælatorum à viſione diuina prouenire debet.

Origen. homil. 5. in Ioann.

i. e.

Paſtor bonus ad voces ouis aſſiſtit. ne, & præſentia Paſtoris ſui Chriſti prouenit, qui ad voces, & aſſlictiones ouis errantis, & dicentis, hominem non habeo, qui mihi auxilietur, celeriter aſtitit, & curauit.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare Chriſtus paralytico dixit, tolle grabatum tuum, & ambula?

QVæretur, quare abſque vlla mora præcepit Chriſtus languido, vt tolleret grabatū ſuū?

1537. Auguſt. cit. in littera. *Ambitioſi antichriſta infernorum.* 1. RESPONSIO Auguſtin. in littera citati: *Surge non operis imperium fuit, ſed ſanitatis operatio.* Quaſi dicat, iuſti, & Sancti Prælati prius ſanitatem animarum quærunt, quam imperium & dignitates. E contra verò ambitioſi ineffabilibus modis, & mediis Præfecturas quærunt, ſeruiendo, laborando, humiliando ſe, opprobria, & viliſſima patiendo, & multoties hypocritando, & cauſas communitatis derelinquendo, & ſolum ſua quærendo, non quæ ſuper terram ſunt.

1538 Oleaſt. in Numer. c. 16. n. 3. Tranſlat. Pagnin. *Ambitioſi cauſam communem defendunt, & ſolum ſe diligunt cum aſtutia. Zelatores Religionis multoties ambitioſiores.* Vnde interrogat Oleaſter, quare ſceleſtiſſimi Dathan, & Abiron, Moyſi dixerunt Numer. cap. 16. num. 3. *Cur eleuatis vos ſuper congregationem Domini? Omnis populus ſanctus eſt, & in medio illorum Dominus?* Et reſpondet; *quia ambitioſi aſſueſcunt cauſam ſuam peculiarem communem facere, ne vitio ſingularitatis notentur. Sic Dathan, & Abiron non populo, ſed ſibi ambiebant primatum, ſed ne digito monſtrarentur communem faciunt cauſam ſuam, quaſi non ſuam ſed totius populi iniuriam indicare voluiſſent. O res mirabilis!* Quaſi dicat, quis ambitionum ſtrages, & inuentiones enumerare poſſet? quia ſunt multi clamantes zelo Religionis, & obſeruantia ſui inſtituti, & non requirunt ſanitatem languidi ſicut Chriſtus, ſed imperium, & ambitionem.

1539. S. Amb lib. 2. offic. c. 22. in Gloſſa. 2. Reg. 15. n. 3. *Ambitioſorum ſimulationes indicibiles, ſed non curabiles.* Vnde interrogat Ambroſius lib. 2. offic. c. 22. Quare Abſalon lamentabatur de malo regimine miniſtrorum Iſrael, deſiderans, vt iuſtitia Dei obſeruaretur dicens: 2. Reg. 15. num. 3. *Quis me conſtituet iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iuſtè iudicem?* Et reſpondet, *non ſe dolebat de iuſtitia Dei, ſed de ſuo deſiderato, & non impetrato imperio clamabat, & quoniam quæ diſſimulata ſunt diuturna eſſe non poſſunt, ſed tanquam ad tempus vincentia citò decidunt. Sic Abſalon, quamuis ſermonibus deliniebat multos, conuertit in ſe corda omnium, quia blanditiæ intimorum tangunt viſcerum ſenſum; ſed delectati, & ambitioſi elegerunt grata, & honorabilia ad tempus, & iucunda.* *Verba blanditia fingit ambitioſus.* Quaſi dicat, ambitioſus innumerabilibus figuris, & demonſtrationibus ſubridet, & honorat omnes quos deſiderat imperare, & moleſtare; ſed ſicut prata quæ vireſcunt, & rident citò ſiccantur, ſic & ſtrages citò ambitioſi cognoſcuntur.

1540 Chryſoſt. homil. de Abſalon. Vnde Chryſoſtomus hom. de Abſalon. *Perdidit Abſalon ſceleſtiſſimus mentem, perdidit ſenſum, amiſit conſilium, inſectatus Patrem, vſurpat imperium, regnum inuadit, ſed vt totum regnum patris ſanguine poſſideret.* Quaſi dicat, ſitis inſatiabilis imperandi non admittit ſocium, neque cum Patre Abſolon regnare, ſed ſolus cupiebat prætextu operandi iuſtitiam; ſiquidem dicebat; *Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, & iuſtè iudicem?* Vnde Lyranus ſua in Gloſſa: *Simulatio Abſalon fuit in duobus. Primo ſimulauit maximum zelum erga populum. Secundo, deuotionem erga Deum. Et ideo dicebat, quis me conſtituet iudicem pro neceſſitate populi, & non pro alia re iſtud onus ſuſtinerem.* Quaſi dicat, voces ambitioſi huiuſcemodi ſunt ſimulando imperium, quod deſiderat prætextu ſanitatis, & iuſtitiæ, quia ſalutem animarum, intendit; Chriſtus autem ſanitatem infirmi, non imperium oſtentauit dicens, ſurge, & ambula. *Ambitio non admittit ſocietatem in imperio.* Lyran. ſua in gloſſa.

Vnde Gloſſa in margine addit ſuper lib. 2. Reg cap. 15. *Furabatur Abſalon in ſpecie iuſtitiæ, ipſis ignorantibus auferebat eis cor, vt decepti pro eo ſentirent.* Quaſi dicat, ineffabilia ſunt figmenta ambitioſi cordis, vt muneribus, verbis, & blanditiis attrahere poſſit corda hominum, vt poſtea imperet ea, & dominetur eorum. Et Chryſoſtom. in Pſalm. 7. in Gloſſa. *Abſalon fuit filius Dauid, iuuenis incontinens, & perditus. Is neque naturam, neque educationem, neque ætatem neque quæ præceſſerunt reſpiciebat; ſed erat adeò crudelis, & immitis, & bellua potius, quàm homo, vt his omnibus præruptis, vt obicibus naturæ inſultaret legibus, & turba omnia ac tumultu compleret. Tunc enim omnia euertebantur decreta naturæ, hominum reuerentia, in Deum pietas, & religio, humanitas, & miſericordia, alimentorum remuneratio, & in ſenectutem reuerentia: nam etſi nolebat Dauidem reuereri oportebat, vt ſenem. Quod ſi canos negligebat certe, vt benefactorem. Quod ſi nec quidem, vt eum qui nullam fecerat iniuriam.* Et concludit Chryſoſtomus, *Quæ cauſa fuit tantorum malorum. Sed amor*, (inquit,) *principatus hanc omnem eiecit reuerentiam, & vt homo fera eſſet, effecit.* Quaſi dicat, nullum vitium, & malum excogitari poteſt, quod homo ambitioſus, qui ſiti imperandi vritur, non perpetret, & conſequatur. Ita vt ex homine transferatur in feram crudelem, & Diabolum Dominatorem cordis ambitioſi ſui. Ideò Auguſtinus dixit, *Quod vt Chriſtus nos doceret fugere imperium*, dixit Paralytico: *Surge non operis imperium inſtruens, ſed ſanitatem Paralytici prætendens.* 1541. Gloſſa in margine ad 15 2. Reg. *Ambitioſi corda hominū alliciunt ad ſe.* Chryſoſt. in Pſalm. 7. in Gloſſ. *A pueritia male nutriti ſceleſtiſſimi ſunt. Senes venerandi.* Chryſ. cit. *Ambitioſi feris, & Demonibus ſimiles.* Aug. cit.

DIFFICVLTAS XVII.

Quare Iudæi paralytico dixerunt, ſabbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum?

QVæretur, vtrum zelo legis Iudæi hoc Paralytico dixerunt?

1. RESPONSIO Lyrani citati in littera. *Iſti falſum dicebant, quia opera corporalia, quæ ſunt ad Dei honorem bene poterant fieri in Sabbatho.* Vnde Chryſoſtomus ait: *Infirmitate ſciebant eos eſſe morſos, non ex Sabbathi ſolutione, ſed ex infirmitatis ſanatione.* Quaſi dicat, Paralyticus 1542. Lyran. cit. in litt. Chryſoſt. cit.

Zelo iniqua inuidi opus bonum calūgniantur.

ralyticus factus eſt verè zelator legis Dei, non ſcelerati Iudæi, qui liuore moti calumniabantur opus charitatis, & Paralyticus zelo honoris Chriſti afflatus confundebat Iudæos, & quamuis reliquit eum ſolum Chriſtus, & abiit; cum ipſo fuit in tribulatione.

1543. Oleaſter. in Leuit. 2. n. 13. Tranſl. Pag.

Sal in pactis ſemper ponebatur ob recordationem facti.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit. 2. num. 13. præcepit Deus dicens, *In omni oblatione tua offeres ſal?* Et reſpondet, *Mirum valde eſt, quod ſic Domine Deus diligas, in ſacrificiis tuis ſal, vt nullum ſine illo acceptare velis, ſed voluit hac caremonia oſtendere, vt quotieſcumque miniſterium ei debitum ſoluimus pacti inter reminiſcamur, ne putemus nos aliquando cuncta ſoluiſſe.* Quaſi dicat, ſicut ſal omni comeſtibili ſaporem dat. Sic ex pacto zelum legis Dei in cordibus gratis ſemper debet remanere, & recordari pacti gratitudinis debitæ omni virtuoſæ operationi. Quia vt Oleaſter addit: *Ab aliis creditoribus nos eximimus, & de obligamus, cum ſoluimus, Deo vero ſoluendo debitores ſumus, qui dat vtcumque ſoluere, ſi ſolutio dici poteſt.*) Quaſi dicat, Iudæi opprimebant Paralyticum dicentes, non licet tibi tollere grabatum; ille vero zelo amoris, & gratitudinis Chriſti reſpondebat: *Qui me ſaluum fecit præcepit tollere, & zelum Dei, quo erat repletus erat gratia Dei, qua videbatur, non ſolutus à lege gratitudinis*; quia vt Oleaſter ait: *Soluendo debitores ſumus.*

Gratitudo in omni actione virtuoſa eſt, debita Deo. Oleaſt. cit.

Soluendo Deo debitores ſumus.

1544. S. Ambroſ. in Pſ. 118. 3. Reg. 19. n. 10.

Vnde interrogat Ambroſius in Pſalm. 118. quare Elias Domino reſpondit 3. Reg. 19. n. 10. *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum; quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael?* Et reſpondet. *Zelus ad vitam eſt diuina præcepta ſeruare, & amore Domini eius cuſtodire mandata.* Quaſi dicat, zelum Dei Paralyticus rectè obſeruabat; quia præcepta Ieſu ad litteram cuſtodiuit, tollens grabatum ſuum, & pactum gratitudinis ſeruans, ambulando, Iudæis contradicentibus reſpondendo, & reſiſtendo; quia habebat zelum ſicut Phinees, & ſicut Elias, & ſicut Mathatias, qui aduerſus ſacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem, & ſic Paralyticus clamabat beneficium receptum, & plebem contra perfidos Iudæos incitabat, & hunc zelum habent teſte Ambroſio citato, omnes qui inimicos ſuos putant, quia ſunt hoſtes Dei, quamuis patrem, fratres, ſorores, & omnibus dicit, ſicut dixit Dauid, Pſalm. 138. *Et inimici facti ſunt mihi*, ſicut contigit Paralytico, cui omnes vnanimes Iudæi contradicebant, dicentes, Sabbathum eſt, non licet tibi tollere grabbatum; & ipſe ſolus omnibus contradicebat, & tanquam inimicis Dei repugnabat.

Seruare mandata Dei, eſt habere zelū.

3. Reg. 19. 1. Mach. 2.

Inimici Dei repudiādi omnes qui non habent zelū Dei. Pſ. 138. n. 22.

1545. Ambroſ. lib. de fuga. c. 2. 3. Reg. 19. n. 14.

Vnde interrogat idem Ambroſius lib. de fuga ſæculi cap. 2. quare Elias Domino dixit 3. Reg. 19. num. 14. *Et derelictus ſum ego ſolus?* Et reſpondet, *Quia ſeruus Dei exul eſt mundi fugitans corporis, paſſiones, & abdicat ſe omnibus, vt ſolus remaneat, ſicut Elias, qui Domino dixit, & ego relictus ſum ſolus, ſed non erat ſolus, cum quo erat Dominus.* Quaſi dicat, qui verè zelator eſt legis Dei, non timet quod ſolus remaneat, & ab omnibus perſequutus ſit, quia exul eſt ſeruus Dei ab omni humano auxilio; neque tamen ſolus eſt, cū quo ſemper eſt Deus.

Religioſi exules mundo fugiunt omnes paſſiones. Zelator legis Dei ſemper perſecutus.

1546. Rabban. in Gloſſa. 3. Reg. 19. n. 18.

Vnde eleganter Rabbanus in Gloſſa citatus, explicans eadem verba Eliæ, *Et derelictus ſum ego ſolus.* Et reſponſum quod ad hæc verba dedit illi Deus 3. Reg. 19. num. 18. *Ego derelinquam mihi ſeptem millia virorum*, vbi Rabbanus ait: *Tanto Prophetæ quid difficilè fuit cognoſcere in hoc mundo famulos remanſiſſe Deo. Sed qui humilis etiam occulta Dei nouerat, elatus etiam aperta neſciebat.* Quaſi dicat, qui aliorum opera inſignia, & mirabilia non reſpicit, ſed contemnit clara, & aperta non cernit, quia caligine elationis, & inuidiæ offuſcatur, ſicut Iudæi qui ſanitatem Paralytici inuidendo non conſiderabant, & ideò ſuperbiendo blaſphemabant.

Pe ... ſi ſolus, & ſingularis vult apparere perſibus.

1547. Rabb. cit.

Semper iuſtus de proximus mira illos loquitur, & iudicat.

Vnde addit Rabbanus citatus. *Et ſic certum eſt, quod humilitatis radio ſe illuminat, qui aliorum bona ſubtiliter penſat, quia dum ea, quæ ipſe fecerit facta foris, & ab aliis conſpicit, cum qui de ſingularitate intus erumpere nititur ſuperbia tumorem premit.* Quaſi dicat, qui ſibi gloriam de actibus virtuoſis non tribuit, ſed in aliis conſiderat à tumore ſuperbiæ liberatur. Sicut Paralyticus qui totam ſanitatem, & virtutem, quam inimici calumniabantur ſoli Chriſto Domino tribuebat, dicens, *Qui me ſaluum fecit, &c.* Vnde concludit Rabbanus, *Hinc eſt, quod voce Dei ad Eliam ſolum ſe æſtimantem, & dicentem, ego relictus ſum ſolus: reſpondit Dominus, dereliqui mihi ſeptem millia virorum, vt dum non ſolum ſe remanſiſſe cognoſceret elationis gloriam, quæ ei de ſingularitate ſurgebat inclinaret.* Quaſi dicat, ſeruis ſuis qui mirabilia faciūt, & per fragilitatem omnes vanitatis flatus ſurgere conantur, diuinæ miſericordiæ, & pietatis medicamenta ergò adhibentur, vt medeantur, & humilitate proſtrati gloriam Dei ſolum acclament, & propriam miſeriam recognoſcant, vt Eliæ contigit. At vero ſuperbis, & elatis Deus reſiſtit, & confundit, humilia reſpiciens, & viliſſimis inſtrumentis confundens eos, ſicut Moyſi quem ſciniphes torquebant, & Phariſæis Dominum tentantibus, & blaſphemantibus voce vnius fœminæ ora obſtruxit laudantis, & dicentis, *Beatus venter qui te portauit*, Lucæ 11. Et vniuerſis Iudæis hodie qui contra miraculum Paralytici inſurrexerunt ſolo valore, & animo pauperis vnius ſoli, & perſecuti eorum perfidiam confundit, & increpuit dicens, *Qui me ſaluum fecit ille mihi dixit, tolle grabatum, & ambula, non imperij maieſtate ſed ſanationis, & ſalutis operatione*, vt Auguſtinus inſinuauit in littera.

Rabb. cit. 3. Reg. 19. n. 14.

Iuſtis ſuis Deus medicinam ergò præſtat.

Deus ſuperbis reſiſtit.

Exod. c. 9. n. 18.

Luc. c. 11.

Infirma mūdi elegit Deus, vt ſapientes confundat.

Aug. citat. in littera

DIFFICVLTAS XVIII.

Quare dixit Dominus paralytico, noli amplius peccare ne deterius tibi aliquid contigat?

QVæritur, quare inuento in templo Paralytico, dixit illi Dominus hæc verba relata? 1548.

1. RESPONSIO ſit Caietani in littera citati: *Ex hoc patet, quod propter peccata infirmitas homini acciderat, & ne deterius contingeret, erat exhortare illum ne in æternum propter peccata moreretur.* Quaſi dicat, abominabiles

Caietan. in litt. cit.

Infirmitates propter peccata euenire ſolent.

nimis

nimis Deo facti ſunt, qui deteriores beneficiis quotidie fiunt. Vnde interrogat Oleaſter, quare Numer. 26. num. 1. dicitur: *Poſtquam noxiorum ſanguis effuſus eſt*, dixit Dominus ad Moyſem, *Numera omnem ſummam filiorum Iſrael: &c.* Et reſpondet: *Quia ſummè Dominus deſiderat, vt ſoli boni in mundo ſint, qui eidum viuunt, ſeruiunt, & adminiſtrant; malos vero, qui beneficiis quotidie peiores fiunt, & prouocant iram ſuam nimis cupit eos è mundo eliminari, ad hoc peſtes, ad hoc fames, & aliæ hominum clades, vt ablata rubigine ex argento, exſufflatis ex aere paleis triticum maneat, quod in horreo Dominico cum gaudio colligatur.* Quaſi dicat, ingrati peccatores, qui deteriores beneficiis fiunt quotidie, ita Dominus odio habet, quod vſquequo pereant, & in æternum puniantur, non vult electos, & amicos ſuos numerari, ne cum eis appareant, neque nominentur corā eis.

Oleaſter in c. 26. Num. n. 1.
Iuſtos in mūdo deſiderat Dominus quod ſoli ſint.
Peſtis & fames ad impios perimendos permittit Deus.

1549. Vnde interrogat Lyranus ſua in Gloſſa, quare 3. Reg. 21. n. 20. *Dixit Rex impius Achab ad Eliam: num inueniſti me inimicum tibi?* Qui reſpondit, *Inueni, eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini.* Et reſpondet, *quod in Hebræo, & in libris correctis, iſte eſt ſenſus, num inueniſti me talem, quod deberes mihi inimicari? Et reſpondet, Elias inueni, eo quod es inimicus Dei, & factus eſt beneficiis deterior: nam ſicut res vendita tranſit in dominium, & poſſeſſionem ementis: Sic Achab videbatur totaliter ſubditus idolis, & ſeruiens eis, & his dictis fugit Elias.* Quaſi dicat, eo quod Achab quotidie deterior fiebat, inuentus eſt inimicus odioſus Deo, & à facie eius fugit Elias; quia ſupplicia Dei ingentia ſuper domum Achab ventura erant.

Lyran. ſua in Gloſſa. 3 Reg. 21. n. 20.
Ingratus Dei beneficiis inimicus crudelis fit.
Tranſlat. Hebr.

1550. Hinc Theodoretus quæſt. 60. & 63. in Gloſſa citat. *Bonitatis abyſſus Dominus Deus propter cædem Naboth minatus eſt exitium Achab, propter lamentationem autem largitus eſt dilationem ſupplicij, habens enim experientiam diuinarum prædictionum intentas timuit minas. Sed ſtatim rurſus rediit ad impietatem.* Quaſi dicat, *Immemor impius Rex beneficij, & dilationis ſupplicij propter ſceleratam cædem Naboth deterior factus eſt, & ideò multiplicato ſupplicio periit hic & in æternum.* Et Diuus Ambroſius lib. de Naboth cap. 17. *Dominus autem non poteſt mutabilis æſtimari ſi confeſſionis immemori non putabat eſſe ſeruandum, quod promiſerat confitenti.* Quaſi dicat, cum impius luget peccata ſua promittit veniam, ſed ſi non emendatur, ſed fit deterior non mutatur Deus, ſed iraſcitur contra ingratitudinem peccatoris. Et Theodoretus quæſt. 6. in Gloſſa: *Achab leuis erat, & infelix, & facilè huc & illuc transferebatur, quo factum eſt vt ſcelerata muliercula eum in impietatis barathrum iniiceret.* Quaſi dicat, multi ea bonis impij, ingratique Deo facti ſunt propter ſceleratas mulieres, & tanquam ingrati infirmantur, & deteriores quotidie fiunt. Vnde Ambroſius loco citato de Naboth cap. 17. *Conſidera, quia Iezabel, cuius ducebatur arbitrio, quæ auertit cor eius, nimius ſacrilegiis execrabilem fecit, & hunc eius pœnitentia reuocauit affectum.* Quaſi dicat, conſortia mulierum pluſquam peſtis fugienda ſunt, quia raro repetitur vnus, qui ab amplexibus eius euadat liber, & bonus, quotidie peiores, deteſtabiles fiunt.

Theodoret. q. 60. & 63. in Gloſſ.
Impij minas Prædicatorū Dei non timent.
Ambroſ. lib. de Naboth cap. 17.
Propter duritiam peccatoris Deus iraſcitur.
Theod. q. 6. in Gloſſ.
Non ſunt digni imperio, qui ad mulieres voluntati ſubiiciuntur.
Ambroſ. lib. de Naboth cap. 17.

1551. Vnde dicebat Cyprianus lib. de ſingularitate Clericor. poſt initium: *De carbonibus ſcintilla diſſiliunt, de ferro rubigo naſcitur, morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam.* Quaſi dicat, inter alia quippe mala quæ à ſequiori ſexu naſcuntur, hoc non vltimum eſt vt concupiſcentiæ fomitem mulier, vel ſolo aſpectu accendat, & ſic fugienda ſunt eius commercia; quia mulier ferro, igne aſpide nocentior eſt. Et Sanctus Bacharius interrogat, quare Ioannes in Apocalyp. 4. n. 6. dixit, *Et vidi tanquam mare vitreum, vt à nobis contagia mulierculæ effugantur; quia concupiſcentia æſtus tanquam vitrum facilimè ad viſum mulieris frangitur*, Memento frater, ait dictus S. Bacharius epiſt. de recipiendis lapſis, *Quod caro ſumus. mare illud eſt forma Baptiſmi*, quod Beatus Ioannes vidiſſe ſe dicit vitreum fuiſſe; *& ideò in nobis citò periclitatur, aut frangitur, lubrica via eſt ſæculi huius glaciali iniquitate conſcripta, quam non immodica concupiſcentiæ calor ſoluere facilis eſt ad lapſum ruinamque miſerorum.* Quaſi dicat, per continuationem conuerſationis mulierum ruina miſerorum certiſſima eſt, quia quotidie tales deteriorantur, & radicantur in voluptatibus.

Cyprian. lib. de ſingul. de Cleric. poſt initiū.
A muliere tanquam à Peſte fugiendum.
Aſpide nocentior mulier.
S. Bachar. Apoc. 4. n. 6.
Idem Bach. ep. de recip. lap.
Conuerſatio mulierum ruina eſt miſerorum.

1552. Vnde Origenes homil. 2. in Iob. ait: *Dæmon cum Iobum rerum ſuarum, filiorumque ſuorum ſaltura impetiuiſſet, videns quod nihil profeciſſet ad mulieris auxilium, tandem confugit, vt hac fortiſſimum athletam euerteret, & expugnaret, ac ſi muliere veſtitus, fortior euaſerit. Audiamus loquentem Dæmonem; quia introducitur. Habet*, inquit Iob vxorem, *qua me induens ſubtiliter per illam eum ſeducam.* Quaſi dicat, Dæmon adhuc propriam vxorem pro inſtrumento impatientiæ, (ſed fruſtra,) cogitabat aſſumere, vt fortiſſimum Iobum vinceret. Quid nō per contubernium, & voluptatis commercia cum meretricibus intentabit, in quibus radices peccati quotidie duriores, & fortiores emittit, *&c.* difficillimè euelluntur, imò deteriorantur; propter quod Chriſtus Paralytico à 38. annis curato, cui dixit, *Caue tibi, & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat*, quia ex contagione luxuriæ fortè in tam graue malum inciderat, & ne deteriorareturs conſuluit ei Dominus, ne rediret ad vomitum, quia periret in illo.

Origen. hom. 2. in Iob.
Mulier mala Dæmonis veſtis.
Paralyticus luxuriæ deditus fuerat, & ideò infirmatus eſt.
Luxuria contagij peſtiferum.

DIFFICVLTAS XIX.

Quare abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quod Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum?

QVæretur, ad quid Paralyticus nuntiauit Iudæis, quod Chriſtus ſanauit eum?

1553. 1. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa citat. *Dicunt aliqui, quod fecit malitioſè. Sed hoc non eſt verum, quia illos quos Dominus ſanauit corpore, ſanauit & mente.* Quaſi dicat, nullum mirabile opus ſerui Dei operantur, quod à malitia inuidentis, & murmurantis liberetur.

Lyranus ſua in Gloſſa.
Malitia humana veſtigia innumerabilia.

1554. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare cum tot, tantaque mirabilia Dominus per Moyſem in deſerto operatus eſt, Maria ſoror eius, & Aaron*

Oleaſt. in Num. c. 12. n. 1.

contra

Aaron, & Maria loquuti ſunt contra Moyſem.
Malitia humana peſſima fera.
Hiſpana loquela el malicioſo alaſpor parte lo echa todo.
Malitioſi inuidioſi ſunt, & detractores

contra Moyſem loquuti ſunt, Numer. 12. n. 1. iterum interrogat. Quare ſtatim ſequitur in texto, n. 3. *Et audiuit Moyſem quia vir humilis erat valde.* Et reſpondet ad primũ, *fera peſſima malitia eſt, quæ non ſolum in detractionem, ſed ſæpius in apertam iniuriam prorumpit.* Quaſi dicat, in mirabilibus quæ faciebat Deus per manus Moyſi dolum ponebant adhue fratres eius, quemadmodum legimus de fratribus Ioſephi, in quibus malitia ita excæcauit eos, vt non quieuerint vſquequo in profundam ciſternam eum proiecerunt.

1555. Et ad ſecundum reſpondet Oleaſter, *Non audit Dominus voces fratrum malitioſè detrahentium, aut ſe audire diſſimulat? audit certè Dominus, & detractores caſtigat.* Quaſi dicat, nemo putet ſanctis ſe imponere malitioſe detrahereque etiamſi ipſi non audiant, aut non aduertant; imò æquo animo tolerent, & nil curent; quoniam eſt Dominus qui audiat, & eos defendat, & malitioſos detractores graui pœna caſtiget. Et addit Oleaſter: *Expende ſerue Dei quam bonum Dominum habeas, qui ſcilicet iniurias tuas magis curet, & caſtiget quam tu,* vt patet in Paralytico, quem malitioſè dixerunt, quòd denuntiauerat Ieſum Iudæis, propter quod in templo inuenit eum Ieſus, & amicabiliter eſt ad eum loquutus, & defendit eum à Iudæis, in ſe recipiens perſecutiones Paralytici. Propter quod dixit Euangeliſta Ioannes, & perſequebantur eum propter ſanitatem Paralytici, quia Chriſtus eſt verus amicus ſeruorum ſuorum.

Oleaſt. cit. in Num. 12.
Malitioſos Deus caſtigat, etiamſi ſerui Dei diſſimulent.
Ioan. c. 5.
Auxiliator eſt Deus ſuorum.

1556. Vnde interrogat Theodoretus q. 4. in Gloſſ. citat. quare Elias dixit militibus Regis Ochoziæ, *Si homo Dei ſum deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos*, 4. Reg. 1. n. 10. *Et deſcendit ignis de cœlo, & deuorauit illum, &c.* Et reſpondet, *qui Prophetam accuſant crudelitatis, aduerſum Deum linguam mouent; ipſe enim immiſit ignem.* Et addit Sanctus; *oportet enim ſcire tue diuina prouidentia, & quòd iuſtè punit peccatores, & beneficio afficit ſuos cultores.* Quaſi dicat, de iure diuino ſancitum eſt, quod Deus ſuos amicos defendat, & qui eos irrident, & malitioſè detrahunt honorem de cœlo puniantur. Vnde Interlinealis in Gloſſa ait, *Ignis de cœlo deſcendit, quia conuitiando malitioſè, dixerunt, homo Dei deſcende.* Et Lyranus ſua in Gloſſa. *Cognouit Elias per reuelationem, quod irriſoriè vocabat eum hominem Dei, & quod conſentaneus erat Regi in peccato idololatriæ, & punitione Eliæ; & ſimiliter illi, qui cum eo erant, & ex hoc Dei ſententia erant, & puniendi, propter quod diuinam ſententiam pronuntiauit, dicens deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, &c.* Quaſi dicat, malitia Regis punita eſt in eius membris, quia miniſtri membra capitis ſunt, à quo reguntur.

Theod. q. 4. in Gloſſa.
4. Reg. 1. n. 10.
Malitioſi qui contra ſeruos Dei loquuntur contra Deum blaſphemant.
Deus cultores ſuos defendit.
Interlin. in Gloſſa.
Lyran. ſua in gloſſa.
Irriſores à Deo puniuntur.

1557. Vnde Theodoretus quæſt. 4. in Gloſſa citat. *Eſt autem perſpicuum eos quinquagenarios, & qui eis parebant conuenire cum ſcopo, & inſtituto eius, qui illos miſit. Vnde etiam à Deo immiſſa ſuſtinuerunt ſupplicia.* Quaſi dicat, omnes, qui conueniunt cum malitioſis, & illuſoribus detrahentes ſeruis Dei, & actionibus eorum participes efficiuntur ſupplicij Dei, quia de iure diuino Deus ſcutum eſt amicorum ſuorum. Et Ambroſ. in Luc. cap. 9. *Diſcipuli geſtientes igne deſcendere ſuper Samaritanos ſciebant Phinees reputatum fuiſſe ad iuſtitiam, quia ſacrilegos interemerat, & ad preces Eliæ ignem deſcendiſſe de cœlo, vt Propheta vindicaretur iniuria.* Quaſi dicat, ſancitum, & notum eſt hominibus, quod prodigiis, & flagellis punit Deus malitioſè calumniantes ſeruos ſuos. Et D. Thom. 2. 2. quæſt. 108. art. 1. ad 4. *Iniuria quæ infertur perſonæ alicui quandoque redundat in Deum, & in Eccleſiam, & tunc debet aliquis propriam iniuriam vlciſci, ſicut patet de Elia, qui fecit ignem deſcendere de cælo ſuper eos, qui malitioſè venerant ad illudendum, & capiendum eum.* Quaſi dicat, qui Paralyticum malitioſè delatorem Chriſti ſentiunt quacũque punitione digni ſunt; quia de perſona Chriſti non valenter ſentit, qui exiſtimat Paralyticum non ſanatum corpore, & mente fuiſſe, vt Lyranus inſinuauit.

Theod. q. 4. in Gloſſ.
Miniſtri non debent obedire Regibus in malis.
Ambroſ. in Luc. c. 9.
Calumniatores de iure puniuntur.
D. Thom. 2. 2. q. 108. art. 1. ad 4.
Iniuriã quæ redundat in Deum vindicare licet.
Lyran. in loc. cit.

DIFFICVLTAS XX.

Quare dicitur quod perſequebantur Ieſum, quia hæc faciebat, in Sabbatho?

QVæritur, an licebat Iudæis Chriſtum perſequi, quia Sabbathum non cuſtodiebat?

1558. 1. RESPONSIO Lyrani in litera citati. *Scelerati Iudæi perſequebantur Chriſtum prætextu falſo, quia non legem violabat, cum opera corporalia ad laudem Dei in templo licebat fieri.* Quaſi dicat, impij occaſionem remotam contra litteratum, & iuſtum quærunt prætextu imaginatio, vt eum perſequantur vſque ad inferos. Sed Deus vſque ad Sydera extollit, & honorat perſequutos ſuos.

Lyran. ſua in Gloſſa.
Iniuſti ſcelerati occaſiones contra litteratum quærunt.

1559. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum innumerabiles detractiones fratres Moyſis contra eum loquuti fuiſſent, apparuit Dominus in columna nubis. Et ait Numer. 12. num. 7. *Non eſt talis ſicut ſeruus meus Moyſes qui in omni Domo mea fideliſſimus eſt; ore enim ad os loquor ei.* Et num. 10. *Quare ergo non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi, iratuſque contra eos abiit?* Et reſpondet, *nuſquam legimus Deum talia dixiſſe Moyſi de ſe, qualia nunc de eo fratribus eum perſequentibus dicit; non ſolet Dominus aliquem ſeruum in faciem commendare, ſed inimicis ſuis, ſic & Dæmoni, quod nouerat inimicum Iob dicit: Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob* cap. 1. num. 8. *Quod non ſit ei ſimilis in terra ſimplex & rectus, & à malo recedens. Idem Chriſtum feciſſe legimus, qui Diſcipulis Ioannis abeuntibus cœpit dicere turbis de Ioanne, quid exiſtis in deſertum videre?* Matth. cap. 11. n. 7. Et addit Oleaſter, *Hoc flagello ſolet Deus torquere, vt plura dicat ſeruos ſuos habere quam putauerint ipſi qui inuident: vos dicitis me per eum loquutum, neque maiora de eo ſentitis, quam quod ſi communis Propheta, & ſimilis vobis. Ego autem dico vobis, quod multis gradibus, & elogiis excedit vos.* Quaſi dicat; inuido Sauli oſtendebat Deus Dauid Regem, antequam eſſet, & fratribus Ioſeph ſolũ ſomniũ narratur, & corda

Oleaſt. in Numer. 12. n. 7.
Protector eſt Deus ſuorum qui ſunt perſequuti.
Iob c. 1. n. 8.
Matt. c. 11.
Oleaſt. cit.
Inuidos laborantium in ſcriptura torquent ignorantes.
1. Reg. 2. n. 17.

Geneſ.37. n. 17. *Remedium contra inuidos.* *Domeſtici fratres inimici deteriores.*

eorum lacerabantur ſola imaginatione futuræ poſſibilis fratris Prælaturæ. Et hoc maximè fratres ab inuidia deberet deterrere, ne ſcilicet, Dominus eos, quibus inuident maiora quam ipſi imaginantur, oſtendat eis; quia diſponit Deus, vt omnes eorum, quibus inuident ſemper laudes, & præclara facta eis narrent; quemadmodum Phariſæis, qui Chriſto inuidebant, & perſequebantur, & erant multi qui cum Paralytico miranda Chriſti geſta; quæ ipſi pro pro nihilo reputarent, & refutarent) vſque ad ad cœlum ipſi extollerent, de quo plus indignabantur, & torquebantur inimici Domeſtici, qui ſemper fiunt, & ſunt deteriores. Sed ſi nullus propheta acceptus in patria ſua; in aliis nationibus litteratus, ingenioſúſque, inter fratres, vulneratus, & opprobriatus, vſque ad ſydera extollitur ſummis laudibus.

Extraneæ nationes laudãt quod iuſtum eſt. Luc.4. n.24.

1560. Vnde interrogat Procopius in Gloſſa, quare cum Eliſæus à Magiſtro ſuo peteret dicens. *Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Dixit Elias, 4. Reg. 2. n. 10. *Rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi, quod petiſti?* Et reſpondet; *quia res difficilis valde eſt videre ſuper cœlos volare Prophetam vnum, & alios non inuidere, ideò dixit, rem difficilem poſtulaſti* Et Lyranus refert Rabban. Salom. explicantem illud. *Attamen ſi videris me antequam tollar à te, erit tibi quod petiſti.* Quaſi dicat, ſi videris me in ſtatu ſuperiori, & Deo fruente, fiet, quod deſideras. *Hoc eſt, ſi me perſecutum à Iezabel, & Achab triumphantem ſuper cœlos per currus igneos agnoueris, & delectaberis; & fiet quod petiſti.*

Procop.in 4. Gloſſ. 4. Reg. 2. n.10. Lyran. ſua in Gloſſ. Rabb. Salõ. *Sancti delectãtur de bonis alienis.*

1561. Vnde Theodoretus in Gloſſa, quæſt. 43. explicans illud 4. Reg. 13. num. 21. *Et proiecerunt cadauer in ſepulchrum Eliſei, quod cum tetigiſſet oſſa Eliſei reuixit,* ait: *Propheta, etiam mortuus mortuum ſuſcitauit, qui cum appropinquarat, vt vel ipſum corpus teſtaretur, quod accepiſſet duplicem magiſtratum.* Quaſi dicat, Eliſæus, iam defunctus miracula fecit, vt verba promiſſa ab Elia magiſtro ſuo adimplerentur, eo quod de excellentia, & exaltationis ſuper cœlos tantum delectatus eſt. Quia ſicut inuidioſos caſtigat honorando, quos inuident. Sic præmia tribuit quibus de bonis alienis lætificantur. Vnde Oleaſter interrogat, *Quare impius Rex Achaz inuitatus à Propheta Iſaia, vt à Deo peteret ſignum in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra,* Iſai 7. num. 11. *renuit petere dicens, non petam?* Et reſpondet ex ſententia Sancti Thomæ, *quia in idolum confidebat, vel in Rege Aſſyriorum, vel inuidens Dei gloria. Neque hæc cauſa diſplicet,* inquit Oleaſter. *Cum huc hominum inuidorum perueniſ malitia, vt diuinæ gloriæ inuideant, vt in Paralytico patet,* & in Chriſto, vterque perſequutus à Iudæis, quia gratias æterno Patri dabant propter miraculum ſanitatis à Chriſto æquali cum Patre in eſſentia operatum.

Theodoret. in Gloſſ. q. 43. 4. Reg. 13. n. 21. *Fidelis Deus in promiſſis ſuis.* *Qui alios honorat à Deo honoratur.* Oleaſter. in Iſ.7.n.11. S.Thom. ibi cit. *Inuidus etiã gloriæ Dei aduerſatur.*

1562. Vnde Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 30. *Inter improbum, & inuidum hoc intereſt, improbus ſuo delectatur bono; inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala, hic bona odit, vt prope tolerabilior ſit, qui ſibi vult benè quàm malè omnibus.* Et D. Gregor. Nyſſenus lib. de vita Moyſis, *Inuidos cum miluis comparat, qui fœtidis cadaueribus paſci, & delectari; vnguentorum autem ſuaucolentia emori dicuntur. Hanc qui habet, non ſuis malis,* (inquit,) *ſed alienis bonis infelix eſt, miluis ſimilis, quos cadaueribus paſci, & pretioſo vnguento emori aiunt.* Quaſi dicat, infelicitas ſumma eſt de alienis malis plus quam de propriis bonis lætari, iuxta Senecæ dictum epiſt. 92. *Quorum nemo tam lætus eſt ſuo quàm triſtis alieno.*

Ambroſ.lib. 2 offic.c.30. *Inuidus bono torquetur alieno.* Greg.Nyſſ. lib.de vita Moyſis. *Miluis inuidus eſt ſimilis.* Senec.ep.92.

1563. Vnde Rupertus lib. 1. in Exod. cap. 9. n. 12. explicans, quomodo dicitur, *Cor Pharaonis induratum eſt à Deo,* ait; *Nec enim aliter iuxta Pſalmiſtam, conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, niſi dum benedixit, & multiplicat populum ſuum, cor eorum inuidens profecit; imò conuerſum eſt in aſperum odium.* Et addit Rupertus citatus. *Eſt autem inuidiæ, vel odij proprium, vt quanto eis, quibus inuidetur maiora conferantur beneficia, tanto magis ipſa inuidia, vel odium confirmetur; ſiquidem quo amplius ſplendeſcit, cui inuidetur tanto magis induреſcit atque vritur inuidus.* Quaſi dicat, Iudæorum corda ſicut & Pharaonis cor videndo Chriſtum, & populum Iſrael creſcentes, vrebantur, indurabantur, & tam vni, quam alteri perſequebantur plus Chriſtum, & populum Iſrael.

Ruper.lib.1. in Exod.c.9. n.12. Pſ.104.n.25. *Cor Pharaonis quomodo induratum eſt à Deo.* Rup. cit. *Odiũ ex inuidia creſcit, ſi fortuna creſcat.*

1564. Vnde Hieronymus ſuper epiſt. ad Roman. Apoſtoli ait: *Vt ſi quid patitur vnum membrum compatiantur alia membra,* 1. Corinth. 12. num. 26. ſicut Iob ait, *Si non ingemuij, cum viderent homines in neceſſitate, nos autem iam peruerſo modo flemus cum gaudentibus, & gaudemus cum flentibus; ſi quis enim laudatus fuerit, contriſtamur, ſi quis occiderit exultamus.* Quaſi dicat, fraternitas ad hunc peruenit ſtatum, vt de malis lætatur, de bonis triſtatur. Hinc Chryſolog. ſerm. 77. *Ad lucrum pertinebat inimici. (id eſt, Diaboli,) quod inuidia ſpiritus hominum damnum ſuum computaret lucrum, & quod perierit hominibus hoc ſe exiſtimat acquiſiuiſſe.* Et Saluianus lib. 5. de prudent. *Cui non proſperitas aliena ſupplicium eſt, cui ita ſufficit felicitas ſua, vt etiam alium velit eſſe felicem? Nouum, & ineſtimabile tunc in pluribus malum eſt; parum alicui eſt, ſi ipſe ſit felix, niſi alter infelix.* Quaſi dicat, Iudæi perſequebantur Chriſtum propter miraculum factum, ſuam infelicitatem reputantes felicitatem, & applauſum Chriſti, propter mirabilia quæ operabatur.

Hieron.in ep.ad Rom. 1.Cor.12. n.26. *Inuidus gaudet cum lugentibus, & luget cũ gaudentibus.* Chryſolog. ſer.67. Salu.lib.5.de prud. *Fœlicitas inuidi minuitur videns alios felices.*

TRACTATVS XLV.

AD LITTERAM,

In Cap. XVII. Matth.

De gloria Chriſti in Thabore præuiſa.

TEXTVS.

1. ET poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum. 2. Et transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius ſicut ſol; veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. 3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes. 4. Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum: Domine bonum eſt nos hic eſſe; ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. 5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos; & ecce vox de nube dicens, hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. 6. Et audientes Diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. 7. Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis, ſurgite, & nolite timere. 8. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. 9. Et deſcendentibus illis de monte præcepit eis Ieſus dicens, nemini dixeritis viſionem hanc, donec filius hominis à mortuis reſurgat.

EXPLANATIO Litteræ.

1565. POST dies ſex, ſcilicet à promiſſione Diſcipulis facta [illegible] Ieſus Diſcipulis, *Sunt* [illegible] *non guſtabunt mortem, & quamuis* Lucæ 9. dicitur, *poſt dies octo, ſed Matthæus non computat diem, in qua Chriſtus fecit eis promiſſionem, neque vltimum, in qua transfiguratus eſt, ſed computat tantum medios intermedios* [illegible] Lyra.

Poſt connerſationem inceptam de reſurrectione mortuorum facta eſt tranſfiguratio. Lyran. ita in Gloſſa.

1566. Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, iſtos enim tres aſſumpſit ad videndum gloriam futuræ reſurrectionis propter prærogatiuam [illegible] ſpecialis inter illos, vt Lyra adnotauit, vel vt ſecretum inter paucos melius ſeruaretur, vt Maldonatus in [illegible] quia plus amabat illos, & vt [illegible] pignus futuræ gloriæ daret illis, vel propter alias rationes, quas ſolus Chriſtus nouit.

M. Donat.

Auſtera mens.

1567. Et duxit illos in montem excelſum, id eſt in culmine Thaboris vbi [illegible] Chriſtus ad orationem adiit, & transfiguratus eſt, [illegible] quod mutauerit lineamenta corporis vel figuram, ſed propter claritatis vultus eius immenſitatem.

Thabor communiter receptum mons eſt.

1568. Et reſplenduit facies, & aduerte quod [illegible] anima Chriſti à principio ſuæ creationis fuit glorioſa per apertam viſionem, & perfectam fruitionem, verumtamen ex diuina diſpenſatione fiebat, vt gloria animæ non redundaret ad corpus, & ſic corpus eſſet paſſibile & mortale ad implendum pretium redemptionis humanæ, & eodem modo ex diuina ordinatione factum eſt, vt gloria animæ redundaret ad corpus in hora transfigurationis, vt oſtenderetur Diſcipulis gloria futuræ reſurrectionis, non tamen animæ, ſed corporis, vt ſic animarentur ad ſequendum Chriſtum in acerbitate paſſionis, & ſic claritas illa in transfiguratione fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, non quantum ad modum, quia fuit eiuſdem rationis cum illa claritate quæ eſt in corporibus glorioſis, ſed non fuit ibi per modum claritatis permanentis, ſicut eſt in illis ſed per modum paſſionis tranſeuntis. Et ideò illa claritas non debet dici dos gloriæ, quia talis de ratione ſua importat qualitatem permanentem. Et eſt ſimile addit Lyra [illegible] lumine eleuante animum Pauli ad videndum in [illegible] diuinam eſſentiam, quod non beati[illegible] quia beatitudo importat permanentiam.

Lyran. ſua in gloſſa.

Ex diſpenſatione diuina gloria animæ redundauit ad corpus.

Dos gloria in corporibus erit permanens [illegible] *in transfiguratione* [illegible] *fuit dos talis. Claritas tempore Apoſtolorum non beatificauit.*

1569. Veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix, vel [illegible] lux, quia cum lucem ſit claritatem [illegible] dicimus. Et addit Caietanus, vt ex hoc intelligamus non ſpiritualem, ſed corporalem ſplendorem fuiſſe. Et ecce apparuerunt Moyſe

Caietan. et Moyſes aſſumpſit corpus aëreum, Elias in proprio apparuit.

f.

Eg

& Elias, vnus in proprio corpore, quia nondum eſt mortuus; alter in corpore aëreo ſumpto, ſicut Angeli ſolent apparere, loquêtes cum Ieſu teſtimonia legis, & Prophetarum de morte Ieſu.

1570. Reſpondens autem Petrus Abulenſ. Maldonatus, & communiter reſpondere, pro dicere intelligunt, & probant cum exemplo ficulneæ Marc. 11. Sed Caiet. acute ait: *Quod cum Moyſes, & Elias diſcedere vellent vt ex Luca patet, Petrus obiicere volens diſceſſum, & ſiſtere illos cupiens, reſpondit bonum eſt nos hic eſſe*; nec mirum, quia neſciens quod diceret loquebatur.

Abulenſ. in prolog. ad c.17. Matth. Maldon. ibi. Caiet. ſubtiliter reſpondet.

1571. *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* Lyranus, *ex magnitudine deuotionis, & delectationum motus dixit hoc Petrus, quæ tamen non erant rationabilia; quia in ſolo aſpectu humanitatis Chriſti non conſiſtit beatitudinis eſſentia.* Abulenſis, *melius eſt maneamus hic, quam alibi; non enim ſenſerat vnquam Petrus tantam dulcedinis ſuauitatem.*

Gaudia non experta neque ſperata plus delectât.

1572. Tibi vnum: non loquitur de tabernaculo faciendo pro ſe, & ſociis ſuis, quia volebat cum Chriſto eſſe in ſuo tabernaculo, inquit Lyranus, *Sed incepit à principaliori dicens: tibi vnum* ait Abulenſis, ſed meo videri Petrus nolebat ſibi tabernaculum, quia ſuperbiam ſaperet tale deſiderium, ſed ſua ſorte erat contentus, & ſua felicitate repletus. Adhuc eo loquente, id eſt, cum Petrus adhuc verbum non finierat volens aliquod ſubiungere. Hæc Abulenſis. Quaſi dicat, neſciens quid loquatur, non ceſſat loqui. Et ideò *Le atajaron la palabra*, vt loquar Hiſpano more.

Sua ſorte erat Petrus contêtus.

Abul. citat. Hiſpana locutio.

1573. Et ecce nubes lucida obumbrauit eos, id eſt, operuit omnes tam Chriſtum quàm Diſcipulos; deſcendit enim nubes iuxta terram, ita vt videretur inuoluere Diſcipulos. Et ecce vox de nube, id eſt, audita eſt quædam vox, quæ formabatur in nube. *Hio eſt, filius meus dilectus*, in quo innuitur, quod erat vox Patris, quia nemo poterat vocare Chriſtum filium niſi Pater æternus. Et dixit, dilectus; quia conſubſtantialis eſt ſibi. Et Chriſtus in quantum erat homo, erat dilectus à tota deitate ſuper omnia; quia plus bonitatis, & perfectionis Deus contulit animæ Chriſti; quam omnibus hominibus.

Vox formata fuit intra nubem.

Chriſtus quia conſubſtantialis Patris dilectus nimis.

1574. *Ipſum audite.* Caietan. *In Baptiſmo hoc verbum non dixit vox propter myſterium; tunc enim regeneratio modo doctrina ſignificatur.* Et audientes Diſcipuli ceciderunt in faciem, &c. Exterriti ſonitu vocis terribilis, quæ penetrauit vſque ad interiora cordis, & perierant, niſi Dominus tetigiſſet eos, id eſt, ſuo tactu conſolidatæ ſunt vires animæ, & corporis. Et leuantes oculos neminem viderunt; quia dum proſtrati fuerunt Elias, & Moyſes diſparuerunt. Et deſcendentibus illis de monte, id eſt, immediatè poſt vocem rediit Chriſti ſtatus, vt prius erat, & paulatim omnes quatuor redierunt ad Diſcipulos, qui erant in aſcenſu montis Thabor. Et præcepit eis, nemini dixeritis, hoc eſt, quod vidiſtis me transfiguratum. Vnde patet quod obligabantur ſub præcepto iſti Diſcipuli ad tacendum. Quare autem tacere præcepit, forſan fuit, vt Diſcipuli cæteri non contriſtarentur, vel vt Iudas non iraſceretur, & blaſphemaret, murmurando de ſingularitate Chriſti circa tres Diſcipulos. Reliqua in Difficultatibus patebunt.

Caietan. cit. Prædicatores audiendi.

Tactus Chriſti corda, & corpora conſolidamur.

Principes fauores occultarim non faciunt.

Iudas inuidia torquebatur.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio.	1. Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, &c.
Tranſlatio Vatabli.	2. Et ſubducit illos in montem excelſum ſeorſum, & transformatus eſt coram illis, & ſplenduit facies eius ſicut ſol, & veſtimẽta illius facta ſunt candida, ſicut lumen.
Tranſ. ex Syriaca.	3. Et poſt dies ſex accepit Ieſchua Kepha, & Iaaa Koub, & Iouchanõ, & adduxit eos in montem excelſum ſolos.
Tertullianus libr. de Reſurrectione.	4. Et in transfiguratione Moyſem, & Eliam ſumpſit ſecum.
Abulenſis in prolog. ad caput 17. Matth. vbi n.3. in Vulgata. Et ecce apparuerũt, &c.	5. Aſſumpſit non ad vnitatem ſuppoſiti, ſicut naturam aſſumpſit humanam, ſed vocauit Diſcipulos ſingulariter.
Tranſlatio Vatabli.	6. Et ecce conſpecti ſunt illis Moyſes, & Elias cum illo colloquentes.
Tranſlatio ex Syriaca. vbi Vulgata. numer. 6. Hic eſt filius meus.	7. Et apparuerunt eis Mouſche, & Ilicu cum loquerentur cum eo.
Tranſlatio Vatabli.	8. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum eſt, & prociderunt in faciem ſuam, & territi ſunt vehementer.
Tranſ. ex Syriaca.	9. Hic eſt filius meus dilectiſſimus, ipſum audite, & ipſi prociderũt in faciem ſuam.
Tertull. citat. vbi Vulgata. n 8. ſurgite, &c.	10. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene ſenſi audite illum, & audientes ceciderunt.

Tranſlatio Vatabli. 11. Sublatis vero oculis ſuis neminem videbant niſi Ieſum ſolum.

Tranſlatio ex Syriaca. vbi Vulgata. n. 9. Nemini dixeritis. 12. Suſtulerũtque oculos ſuos, & neminem viderunt, niſi Ieſchua ſolum.

Tranſlatio Vatabli. 13. Ne cui dixeritis viſum, donec filius hominis à mortuis reſurrexerit.

Tranſlatio ex Syriaca 14. Coram nemine dixeritis viſionem hanc donec ſurrexerit filius hominis à mortuis.

Abulenſ. in prologo ad c. 17. Matth. 15. Poſt reſurrectionem licebit vobis dicere, ſed non prius.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus non oſtendit transfigurationem ſuam omnibus Diſcipulis?

QVæretur, quare egit Chriſtus de transfiguratione corã omnibus Diſcipulis. Etſi non transfiguratus erat, niſi coram tribus?

1575. *Abul. q. 7. in c. 17. Mat. Inuidia dubitationes cogitas citra preclares.* 1. Responsio ſit Abulenſis quæſt. 7. *Si Chriſtus non prædixiſſet hoc antequam fieret, & prædicaretur poſt eius mortem, putarent cæteri Diſcipuli, quod confictum erat ab illis, quod dicebatur, cum Chriſtus tale non nominaſſet.* Quaſi dicat, voluit Chriſtus de transfiguratione coram omnibus tractare; quia non omnes glorioſum eum viſuri erant in Thabor. Et vt crederent, & ne inuidia cauſati Dolum in publicatione transfigurationis adhiberent.

1576. *S. Chryſoſt. in catena S. Thom. Inuidia ſuperis Chriſti quiã Apoſtolos poſſet torquere.* 2. Responsio Chryſoſtomi in Catena S. Thomæ citati. *Ideò autem non confeſtim facta promiſſione eos ſurſum ducit. Sed poſt ſex dies, vt reliqui Diſcipuli nihil patiantur humanum, id eſt, aliquem inuidiæ motum. vel vt horum dierum ſpatio vehementiori concupiſcentia repleti, qui aſſumendi erant ſolicita mente accederent.* Quaſi dicat, facta mentione de transfiguratione coram omnibus propter rationem ſupra aſſignatam, paucis poſt ſex dies gloriam oſtendit, tum vt cæteri nouem non recordarentur de ſermocinatione, & promiſſione dicta, vt inuidia non torquerentur: cum etiam, vt tres Diſcipuli, qui hoc deſiderabant, plus deſiderio inflammarentur.

Dilata plus deſiderantur.

1577. *Damaſ. cit. ab Abul.* 3. Responsio Damaſceni, citati in Abulenſ. q. 8 qui ait, *Quod propter Iudam, qui non erat dignus, vt gloriam Chriſti videret, non aſſumpſit Ieſus pluſquam tres; neque conueniens erat Iudam ſolum relinquere,* inquit Damaſcenus, *ne eſſet occaſio, vt Iudas deterior efficeretur, cum videret cæteris oſtendi viſionem hanc, & ſe ſolum excludi, & ita eſſet ei feruentior animus ad tradendum Chriſtum.* Quaſi dicat, quod ſua immenſa prudentia docuit Chriſtus impiam occaſionem deteriorandi tollendam.

Etiam Iudæ occaſionem deteriorandi tolli adam.

4. Responsio Abulenſis quæſt. 8. in Matth. 17. qui ait, quod iſta erat res altiſſima, ſcilicet, guſtare primordia quædam futuræ beatitudinis, & ad hoc erant omnes Apoſtoli diſpoſiti, ideo eos ſolos, qui magis diſpoſiti erant, aſſumpſit. Et addit Abulenſis, *Quod non omnes ad hoc prodigium videndum aſſumpſit, quia deſiderabant ſecretum, & conueniebat, & inter tres melius taceretur, quam inter duodecim.* 1578.

Abul. q. 8. in Matth. 17. Primordia gloriæ pauci recipiunt in hoc ſeculo.

Sed meo iudicio ſolos tres aſſumpſit; quia quæ neceſſaria erant ad fidem, & rectam conuerſationem, & perfectionem vitæ ſpiritualis omnibus æqualiter, & ſufficienter in communi tradere. Et tamen quæ pertinebant ad gratiam gratis datam, non erãt in omnibus eadem, ſed quilibet habet à Deo proprium donum, vt dicitur, 1. Corinth. 7. oſtendere autem homini imaginem futuræ gloriæ pertinet ad dona gratis data, ideò eis hoc oſtendit, quos capaciores donorum ſuorum effecerat. 1579.

Auctoris mens.

Bona ſingularia gratia etiam Chriſtus amicis ſtrictis exhibebat.

DIFFICVLTAS II.

Quare tres tantum, Petrum Ioannem, & Iacobum fratrem aſſumpſit?

QVæretur, qui fuerunt iſti Apoſtoli, & quare tres tantum?

1. Responsio Theophylacti in Abulenſi citati: *Solos tres ipſos aſſumpſit tanquam Diſcipulorum vertices, & potentes miraculum occultare: non enim volebat Chriſtus ipſum ante tempus omnibus reuelare.* Quaſi dicat, qui ſcrutatur renes, & corda cognouit quod iſti tres Diſcipuli erant valentiores ad ſecretum obſeruandum; quia ſeruare ſecretum arduum eſt, & difficilis. 1580.

Theophyl. in Abul. cit. Secretum ſeruare difficile eſt.

2. Responsio Rabbani in Catena Sancti Thomæ. Tres ſolummodo Diſcipulos ſecum ducit; *Quia multi ſunt vocati, pauci verò electi, vel quia qui nunc fidem ſanctæ Trinitatis incorrupta mente ſeruant tunc æterna eius viſione lætantur.* Sed hoc ad allegoriam pertinet. 1581.

Rabban. in Catena S. Thom.

3. Responsio Lyrani noſtri ſua in Gloſſa, qui ait: *Iſti enim tres ſunt aſſumpti ad videndum gloriam futuræ reſurrectionis propter prærogatiuam eminentiæ ſpecialis inter alios, Petrus enim propter feruorem fidei; Ioannes autem excellebat prærogatiua virginitatis, propter quod erat Chriſto magis familiaris; Iacobus autem inter alios Diſcipulos primus ſuſtinuit Martyrium propter Chriſtum,* vt habetur Actor. 12. Et addit Lyranus, quod Beatus Ambroſius ſuper Lucam, & Auguſtin. ſuper epiſtol. ad Galat. videntur dicere, *Quod Iacobus iſte, qui fuit in transfiguratione, fuit ille Iacobus, qui primo rexit Eccleſiam Hieroſolymitanam, & ille non fuit frater Ioannis, & filius Zebedæi ſed filius Alphæi. Sed dicendum, quod cum textus expreſſe dicat iſtum fratrem Ioannis, & per conſequens filium* 1582.

Lyran. noſt. ſua in Gloſſ. Petrus, Ioannes, & Iacobus excellentiores cæteris.

Lyran. noſt. ſua in Gloſſ.

Iacobus iſte non eſt, qui Hieroſolymis mortuus eſt filius Alphæi.

filium Zebedæi. Quod Ambroſ. & Auguſtinus non loquantur aſſerendo, *ſed magis opinionem aliorum referendo, ſi tamen loquerentur aſſertiuè non eſſet curandum de dictis eorum, quando Sacra Scriptura expreſſe dicit contrarium ſicut hic.* Vnde Auguſtinus in epiſt. ad Vincentium Donatiſtam dicit, de doctrina Sanctorum, *quæ eſt extra ſcripturam Canonicam: hoc genus ſcripturarum ab illis, quæ Canonicæ dicuntur diſtinguendum eſt; non enim ex eis ita teſtimonium proferendum, vt contrarium ſentire non liceat.* Hæc noſter Lyra doctè aſſerit.

Aug. contra Vincentium Donatiſt. *Veritas firma ex ſacra ſola ſcriptura.*

DIFFICVLTAS III.

Quomodo Chriſtus transfiguratus eſt ante Diſcipulos ſuos?

QVæretur, quomodo capere intellectus poteſt modum huius transfigurationis?

1583. 1. Responsio Hieronymi in Catena Sancti Thomæ. *Nemo autem putet priſtinam eam formam, & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe corporis veritatem, & aſſumpſiſſe ſpirituale, vel aereum. Sed quomodo transfiguratus ſit, Euangeliſta demonſtrans dicit, reſplenduit facies eius ſicut ſol, vbi ſplendor faciei oſtenditur, & candor deſcribitur veſtium, non ſubſtantia tollitur, ſed gloria commutatur. Certè transformatus eſt Dominus in eam gloriam qua venturus eſt in regno ſuo.* Quaſi dicat, transformatio ſplendorem addidit faciem non ſubſtraxit.

S. Hieron. in Catena cit. *Chriſtus non ſubſtantiam corporis perdidit, ſed gloriam mutauit.*

1584. 2. Responsio Chryſoſtomi in Catena citat. *Si autem facies Domini reſplenduit ſicut ſol, & ſancti ſicut ſol fulgebunt, nunquid erit æqualis claritas Domini ſeruorum? nequaquam, ſed quia nihil lucidius inuenitur ſole, idcirco ad manifeſtandum exemplum futuræ reſurrectionis, & facies Domini reſplenduit, & iuſti dicuntur fulgere ſicut ſol.*

S. Chryſoſt. in Caten. *Similitudo nō dicit in omnibus æqualitatem.*

1585. 3. Responsio Gloſſ. ordinar. *Speciem, quam habebat per naturam oſtendit, non amittens carnem, quam aſſumpſerat voluntate, illud autem corpus, quod habuit per naturam dedit Diſcipulis ſuis in cœna, non mortale, non corruptibile.* Quaſi dicat, claritatem, quam Chriſtus habuit prius quam mundus fieret, quaſi repreſſa erat in anima, ne ad corpus exiret, vt pati, & mori, ſed in transfiguratione ad tempus inundationem gloriæ ſoluit, & corpori communicata eſt.

Gloſſa ord. *Hiſpana locutio. Soltoſe la preſſa y cubrio el molino.*

1586. 4. Responsio Cypriani ſerm. de Reſurrectione in Gloſſa citat. *Mirati ſumus in transfiguratione, quæ facta eſt Petro, Iacobo, & Ioanni, quando ſicut ſol reſplenduit facies Saluatoris, & veſtimenta eius candorem omnem exuperantia Apoſtolorum hebetauere conſpectum: ſed momentaneus ille decor imaginem, non ſpeciem, ſimilitudinem, non ſubſtantiam partem, nō plenitudinem transformationis mirificè explicauit.* Quaſi dicat, ſicut imago repræſentat hominem, vinum & ſimilitudo non tenet in omnibus, & pars diſtinguitur à toto: Sic illa gloria transfigurationis corporis Chriſti repræſentauit infinitam; qua Beati in cœlo fruituri ſunt; quia tunc non ſolum gloriam corporis humanitatis Chriſti; ſed ipſam Dei eſſentiam diuinam viſuri ſunt; quæ plus differt à gloria corporis Chriſti, quàm homo viuus ab imagine, & ſpecies à ſimilitudine, & totum à partibus.

S. Cyprian. ſer. de Reſur. in Gloſſa. cit. *Gloria corporis Chriſti Diſcipuli tantum fruebantur.*

Beati in gloria Dei eſſentiam videns.

5. Responsio Lyrani ſua in gloſſa; *Et transfiguratus eſt, non quod mutauerit lineamenta corporis, vel figuram, ſed propter claritatis vultus eius immenſitatem.* Et hoc eſt, quod ſubditur, & reſplenduit, &c. Quaſi dicat, *Non ſunt membrorum venarum, oſſium, & arteriarum Chriſti lineamenta mutata, ſed vultus Chriſti ita glorioſus apparuit, quod Diſcipuli non fuerunt capaces, neque potentia ipſorum recipere tantam maieſtatem.* Vnde Interlinealis in Gloſſa ait: *Gloriam maieſtatis oſtendit Chriſtus.* 1587.

Lyran. ſua in Gloſſ. *Lineamenta Corporis Chriſti non immutata.*

6. Responsio Abulenſ. quæſt. 21. Matth 17. *Transfigurare eſt figuram mutare. Secundum ergo, quod figura multipliciter accipitur ita transfigurari accipitur multipliciter. Primò modo pro figura accipitur pro qualitate reſultante ex terminatione lineamentorum, vel concurſu linearum, aut clauſione ſuperficierum. Et ita figura conſideratur in ſuperficie corporis, & eſt de quarta ſpecie qualitatis, quæ vocatur forma, vel circa aliquod conſtans figura, & iſto modo non poteſt aliquid figurari niſi mutata lineamenta, vt ſi erat quadratum, fiat rotundum; vel ſi erat planum fiat curuum. Et ſic Chriſtus non eſt transfiguratus. Secundò modo accipitur figura pro habitudine eorum, quæ exterius apparent in homine. Quando mutatur color, vel aliqua qualitates, de his, quæ apparere poſſunt. Et ſic transfiguratus eſt Chriſtus; quia tam ex parte corporis, quam ex parte veſtium fuit mutatio facta: nam color vultus eius apparuit nitidior, & videbantur exire radij de facie eius, ſicùt de corpore ſolis; veſtes quoque etiam immutata ſunt, non in figura ſua, ſed in colore, ſicut facies immutata eſt, non in ſubſtantia, ſed in colore, vt dictum eſt.* 1588.

Abul. q. 21. in Matth. 17. *Transfiguratio multipliciter accipitur.*

De facie Chriſti exibant ſicut de ſole radij ſplendoris.

Facies & veſtimenta Chriſti ſecūdum ſubſtantiam nō ſunt immutata.

DIFFICVLTAS IV.

Quomodo intelligatur, quod apparuerunt illic Moyſes, & Elias loquentes cum Ieſu?

QVæretur, quare Moyſes, & Elias illic apparuerunt?

1. Responsio Tertulliani libr. aduerſos Phſychicos: *Merito etiam in carne, ſe Dominus ei, (Moyſi,) oſtendit collega ieiuniorum ſuorum non minus, & Eliæ: nam & Elias hoc primum, quod famem fuerat imprecatus, ſatis iam ſe inimicis vouerat,* vt patet 3. Reg. 17. Quaſi dicat, *verè collegæ honorandi ſunt, ſi in orationibus, & ieiuniis fuerint fratres; quia honor, & gloria ſuper caput imponitur illius, qui pro Chriſto paſſus eſt.* 1589.

Tertul. aduerſ Pſych. *Condiſcipuli, & concollega in virtute nō in vanitate honorandi.*

2. Responsio Damaſceni ſerm. de Transfigurat. *Moyſes quidem gloria externa aduentante glorificatur. At Dominus Ieſus haud quaquam aſcititum gloriæ ornamentum habebat,* 1590.

Damaſ. ſer. de Transfig.

verum ex inſita diuina gloria claritate manans. Quaſi dicat, *Moyſes, & Elias, non ex ſe, ſed ex glorioſa refulgentia Chriſti ſplendeſcentes apparuerunt; quia in illis ab extrinſeco venit gloria: at vere Chriſtus ab intrinſeco, & ex reſultantia animæ proceſſit in corpore refulgentia tanta.*

Moyſes, & Elias ab extrinſeco glorificati.

1591. 3. Responsio Lyrani noſtri ſua in Gloſſa; *De quo autem loquerentur*, Lucas exprimit cap. 9. dicens, *Quod loquebantur de exceſſu, quem expleturus erat in Hieruſalem; qui quidem exceſſus fuit in ſua paſſione, in qua ſuſtinuit dolorem exceſſiuum, & ignominiam exceſſiuam propter amorem exceſſiuum ad nos. Ratio autem, quare Moyſes, & Elias magis apparuerunt quam alij, fuit quia Moyſes erat legiſlator, & Elias maximus æmulator pro honore diuino,* vt patet 3. Reg. 19. Et ideò per teſtimonium iſtorum appareat, *quod Chriſtus non erat diſſolutor legis, quod imponebant ſibi Iudæi, ſed magis adimpletor.*

Lyran. noſt. ſua in Gloſſ.

Exceſſus amoris Chriſti in paſſione.

Moyſes legiſlator, Elias zelator, & ideò apparent in Thabor.

1592. 4. Responsio Chryſoſtomi in Catena citati. *Elias apparuit, quia turba dicebant eum eſſe Eliã, aut Hieremiam, aut vnum ex prophetis, & capita Prophetarum ſecum ducit, vt ſaltem hinc videatur differentia ſeruorum, & Domini.* Quaſi dicat, vt Iudæi confundantur cum ſua lege vetuſta præſente Chriſto.

Chryſoſt. in Caten.

Vt lex Iudaica confunderetur apparuit Moyſes ſicut ſeruus coram Domino ſuo.

1593. 5. Responsio. *Conſiderandum eſt,* (inquit Hieronymus citat. in Catena,) *quod Scribis, & Phariſæis de cælo ſigna petentibus, dare noluit; hic verò vt Apoſtolorum augeat fidem dat ſignum de cælo, inde deſcendente, quo conſcenderat, & Moyſe ab inferis reſurgente, quod & Achab per Iſaiam præcipitur, vt petat ſignum de inferno, vel de excelſo.* Quaſi dicat, credenti, & in fide, non hæſitanti omnia poſſibilia fiunt, & de cælo, & de inferno teſtes veritatis apparent ei.

Hieron. citat. in Caten.

Credenti omnia poſſibilia ſunt.

1594. 6. Responsio Hilarij in Catena citat. *Quod etiam Moyſes, & Elias ex omni ſanctorum numero aſſiſtunt, medius inter legem, & Prophetas Chriſtus, in Regno eſt.* Quaſi dicat, apparet Chriſtus in medio Prophetarum; quia ipſe mediator fuit inter Patrem, & homines, vt ira Dei finiretur.

Hilar. in cat. cit.

Chriſtus mediator inter Deum, & homines.

7. Responsio Chryſoſtomi in Catena citat. *Vt diſcant Diſcipuli, quoniam mortis, & vitæ poteſtatem habet. Propter hoc, & Moyſem, qui morte defecerat, & Eliam, qui nondum mortem paſſus fuerat in medium ducit.* Quaſi dicat, nulla in ipſo fuit actio, vel verbum; quod ſi attente conſideretur, non eſſet diuinitatis, poteſtatis, & ſapientiæ eius, vel amoris, & dilectionis, quia in omnibus præbebat exceſſum ſuæ voluntatis.

Chryſoſt. in Catena S. Thom.

Actiones Chriſti indices diuinitatis, & amoris.

DIFFICVLTAS V.

Quare Petrus dixit faciamus hic tria tabernacula?

QVæritur, quare Petrus hæc verba reſpondit?

1595. 1. Responsio Origenis in Catena citati: *Cogitauit enim, quod ſi hoc fieret non aſcenderet Chriſtus, non moreretur; ibi enim ſciebat ſcribas inſidiari ei: cogitabat etiam, quod Elias aderat, qui in montem ignem deſcendere fecit. Et Moyſes, qui intrauit nebulam, & Deo locutus eſt, vnde occultari poterant, vt nullus perſecutorum ſciret, vbi eſſent.* Quaſi dicat, cognouerat Petrus liuorem, & deteſtabilem malitiam inimicorum contra Chriſtum, & arte, & vi quærebat auxiliatores, & defenſores Eliam, vt fulgure, & ignibus cælorum combureret calumniatores, Moyſem vt arte, & vmbra nebulæ abſconderet eos.

Orig. in cat. cit.

Contra calumniatores inimicos ſupplicia, flagella, & fulgura de cælo Deus ſolet mittere.

2. Responsio Remigij: *Viſa Domini maieſtate, & decore ſeruorum Petrus adeò delectatus, vt cuncta temporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere.* Quaſi dicat, ſi tunc Petrus ſic accenſus eſt, quanta erit ſuauitas, & dulcedo videre Regem in decore ſuo, & intereſſe choris Angelorum, & omnium Sanctorum? 1596.

Remig. in Catena S. Thom.

Qui ſemel illam gloriam ſapit terrena abhorret.

3. Responsio Hieronymi in Catena citat. *Erras tamen Petre, & ſicut alius Euangeliſta teſtatur, neſcis, quid dicas, noli tria tabernacula quærere, cum vnum ſit tabernaculum Euangelij, in quo lex, & Prophetæ recapitulanda ſunt. Si autem quæris tria tabernacula nequaquam ſeruos cum Dominis conferas. Sed fac tria tabernacula, imò vnum Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, vt quorum eſt vna diuinitas, vnum ſit in pectore tuo tabernaculum.* Quaſi dicat, ſi requieſcere intentas, ô Petre, fac in corde tuo vnum tabernaculum, vbi ſanctiſſima Trinitas aſſiſtat, & quod concupiſcis, impetrabis, id eſt, pignus gloriæ. 1597.

Hier. in cat. cit.

Indoctus Prælatus non facit differentiam magiſtrorum, & idiotarum.

4. Responsio Lyrani ſua in Gloſſa: *Non loquitur de tabernaculo faciendo pro ſe, & ſociis ſuis, quia volebat cum Chriſto eſſe in ſuo tabernaculo, & ſocij ſui cum aliis duobus. Lucas autem dicit, quod loquebatur Petrus, neſciens quid diceret; ſicut enim ex magnitudine paſſionis, vt timoris, vel amoris aliquis prorumpit in aliqua verba ſine præmeditatione. Ita ſimiliter ex magnitudine deuotionis, & delectationis ex parte dixit illa verba; quæ tamen non erant rationabilia, quia in ſolo aſpectu humanitatis Chriſti non conſiſtit Beatitudinis eſſentia, vt ſupra dictum eſt.* Quaſi dicat, qui loquitur ſine præmeditatione, & conſideratione verbi quod loquitur ſemper pro inſcio reputabitur. 1598.

Lyranus ſua in Gloſſa.

Singularitatem ſauoris quærebat Petrus à Chriſto.

Qui loquitur quidquid in buccã venit, citò erubeſcit.

5. Responsio *Sed meo iudicio non ſine præmeditatione, ſed cum cautela, & ambitione Petrus loquutus eſt.* Quaſi dicat, tu Domine interrogaſti me, ſi te diligebam, & tu ſciebas, quia amabam te, & te diligentes, tu ineffabiliter plus diligis. Si ergo diligis me ſingulariter, & ſum à latere familiaris tuus, tibi fac tabernaculum, & ibi ego ero tecum. Separatus, & ſubleuatus præ omnibus, & propter hoc dixit, neſciens quid diceret, quia in domo Dei, & Chriſti non ſunt priuati ambitioſi. Sed quia maior eſt ſicut qui miniſtrat. 1599.

Auctoris Sententia.

Petrus aulicè loquutus eſt quærens familiaritatẽ à latere Chriſti.

6. Responsio Remigij in Catena citat. *Errauit Petrus, quia voluit, vt regnum electorum in terra conſtitueretur, quod Dominus promiſerat dare in cælis. Errauit etiam, quia oblitus ſe, & ſocios eſſe mortales, & abſque guſtu mortis voluit ſubire æternam felicitatem. Et ego addo quod errauit; quia oblitus eſt ſociorum, qui in radice montis remanebant. Et errauit, quia felicitatem volebat, non alia ratione, niſi quia* 1600.

Remig. in caten. cit.

Error maximus ſine labore gloriam quærere.

gloriam

Aulicè Religionis totum ſibi, vel ſuis non laborantibus quærit. *gloriam, & fauores experiebatur, & cæteros Diſcipulos triſtes, & afflictos nullo præmio dignos iudicabat. Et errabat, quia loquebatur more hominum, qui iſta horribilia perpetrant.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare nubes lucida, obumbauit Diſcipulos, & vox Patris de nube exiit?

QVæretur, quare fuit lucida nubes, quæ obumbrauit Apoſtolos.

1601. Hieronym. in catena cit.

1. RESPONSIO Hieronymi in Catena citat. *Quia vero imprudenter interrogauerat Petrus; propterea Domini reſponſionem non meretur, ſed Pater respondet pro Filio, vt verbum Domini adimpleretur; qui me miſit, ipſe de me teſtimonium perhibet.* Quaſi dicat, noſtro Hiſpano ſermone: *Eſſa pregunta, no merece otra reſpueſta ſino dexarle con la palabra en la boca.* Et vox Patris intonuit, vt teſtimonium de Filio ſuo perhiberet.

Ioan. 5. n. 37. *Hiſpana locutio. Dexarle à vno con la palabra en la boca.*

1602. Gloſſa ord. *In Baptiſmo Chriſti, & in transfiguratione myſterium Trinitatis oſtenditur.*

2. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ. *Sicut Baptizato Domino ſic, & clarificato myſterium Trinitatis oſtenditur; quia gloriam eius quam in baptiſmo confitemur credendo, in reſurrectione laudabimus videndo.* Quaſi dicat, Spiritus Sanctus ibi in columba, hic in nube lucida: quia qui modo fidem ſimplici corde ſeruat, tunc aperta viſione, quod credidit, contemplabitur, & ea gratia, qua illuſtrabitur protegetur.

1603. Chryſoſt. homil. 57. *Terrore ſignū inimicitiæ ſunder lucis amoris.*

3. RESPONSIO Chryſoſtomi hom. 57. *Cum Dominus comminatur, nubem tenebroſam oſtendit, ſicut in Syna. Hic autem, quia non terrere volebat, ſed docere, nubes apparet lucida.* Quaſi dicat, amicis ſuis Deus non nocet, ſed lenit. Ideò cum terrere intendat, non lucem, & candorem mittit, ſed tenebras.

1604. Hilarius cat.

4. RESPONSIO Hilarij in Catena citat. *Hunc ergo eſſe filium hunc dilectum, hunc complacitum, ſed & hunc audientium vox de nube ſignificat, dicens, ipſum audite, vt ſcilicet idoneus præceptorum talium eſſet, qui ſæculi damnum (crucis voluntatem.) oblitum corporis, & poſt hæc regni cæleſtis gloriam facti confirmaſſet exemplo* Quaſi dicat, ille dignus prædicator, vt audiatur dignus eſt, qui ſequatur veſtigia Chriſti.

Prædicator audiendus qui crucem amplectitur Chriſti.

1605. Remig in Caten. cit. *Teſtes filiationis æternæ in Chriſto ex omni parte.*

5. RESPONSIO Remigij in Catena citati. *Dicit ergo ipſum audite, ac ſi aliis verbis diceretur, recedant vmbræ legales & typi Prophetarum, & ſolum coruſcum lumen Euangelij ſequimini, vel ipſum audite, vt illum eſſe oſtenderet, quem Moyſes prædixerat dicens: Prophetam ſuſcitabit Deus de fratribus veſtris tanquam me audietis eum.* Quaſi dicat. Sic ergo Dominus vndique habuit teſtes ex cœlo vocem Patris ex Paradiſo Eliam, ex inferis Moyſem hominibus Apoſtolos, vt in nomine Ieſu genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.

Deut. 18. n. 18.

1606. Origen. in Catena *Deus deſiderii ſuorum iuſtè adimplet.*

6. RESPONSIO Origen. in Catena citat. *Vox autem de nube, non ad Moyſem, & Eliam loquitur, qui deſiderabant videre Filium Dei, & audire eum aut Diſcipulos docet.*

DIFFICVLTAS VII.

Quare dicitur, quod Diſcipuli ceciderunt in terram, & timuerunt valde?

QVæritur, quare in die tantæ lætitiæ, & ſolemnitatis Diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam?

1. RESPONSIO aliquorum Auctorum, quos refert Abulenſ. quæſt. 91. *Aliqui dicunt, quod fuit ex reuerentia quadam audita voce illa; quia erat quædam magna oſtenſio diuinæ gloriæ, & præſentiæ Dei: nam illa vox à Deo eſſe ſignificabatur, & quia formabatur iuxta illos; ideò nubes demonſtrabat Deum eſſe præſentem, & ex ſumma reuerentia ceciderunt in terram.* Quaſi dicat, ſi ad vocem vnius Angeli exercitus Sennacherib innumerabilis mortuus eſt: quomodo ad præſentiam, & vocem Patris æterni ex magna reuerentia tres pauperculi homines non cecidiſſent. 1607. Auctor. cit. ab Abul. q. 91.

Maieſtas ex ſe reuerentiā, & timorem hominibus ingerit.

2. RESPONSIO Hieronymi in Catena citati: *Triplicem autem ob cauſam pauore terrentur, quia ſe erraſſe cognouerant, vel quia nubes lucida operuerat eos, aut quia Dei Patris vocem loquentis audierant.* Quaſi dicat; humana enim fragilitas conſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet, ac toto animo, & corpore contremiſcens ad terram cadit; quanto enim quis ampliora quæſierit, tanto magis ad inferiora collabitur ſi ignorauerit menſuram ſuam. 1608. Hieronym. in Caten. cit.

Triplex ratio quare Diſcipuli ceciderūt in faciē ſuā.

3. RESPONSIO Remigij in Catena citati: *in eo verò, quod Sancti Apoſtoli in faciem ceciderunt fuit indicium ſanctitatis; quia ſancti in faciem cadere dicuntur; impij verò retrorſum.* Quaſi dicat, Eli iniquus, & negligens Sacerdos retrorſum cecidit, *& fractis ceruicibus mortuus eſt.* Prophetæ verò ex reuerentia, & timore, vt Daniel, & Ezechiel in faciem ceciderunt. 1609. Remig in Catena cit.

1. Reg 4. n. 18. *Prælati remiſſi retrorſum cadunt, & pereunt.*

4. RESPONSIO Chryſoſtomi in Caten. cit. *Sed cum ante in Chriſti Baptiſmo, quando talis etiam vox de cælo delata eſt, nullus ex turba, qui aderat tale aliquid paſſus eſt, quomodo Diſcipuli in monte ceciderunt? Quia ſcilicet ſolitudo, altitudo, & ſilentium erat multum, & transfiguratio ſtupore plena, & lumen purum, & nubes extenſa. Ex quibus omnibus ſtupor in eis congregabatur.* Quaſi dicat, vbi eſt, ſplendor nimius, & ſubitaneus, ſicut in fulguris aduentu contingit, timor maximus ſuperuenit. 1610. Chryſ. cit. in Catena cit.

Splendor fulgoris timoris cauſat.

5. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 91. qui ait: *Quod Diſcipuli ceciderunt propter vocis impetum ad incutiendum quemdam timorem Diſcipulis, quia erat eis conueniens, erant enim Diſcipuli adhuc imperfecti, & carnales, multum habentes de conditione Iudaica. Ad bonum ergo per timorem quemdam excitandi erant; & quia vox de cælo dixit, quod audirent Chriſtum, vt ei per omnia tamquam Domino obedirent, & non contemnerent, neque peccarent fuit conueniens per timorem eos reduci ad hoc; ita enim fuit in datione legis: nam vox terribilis audiebatur; ita vt Iudæi putarent ſe morituros; & tamen non fuit niſi vt timerent Deum, & melius cuſtodirent mandata eius,* vt Exod. 20. dicitur, *Nolite timere; vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terra illius eſſet in vobis, & non peccaretis.* Quaſi dicat, duo. 1611. Abul q. 91.

Iudæi terrore & non amore operantur.

Vox de cælo ſolet homines purificare.

Exod. 20.

Hiſpana lo-Ne boracoſo por bien ſalano.

Vnum, quod multi hominum ſunt talis conditionis, quod præ timore, & non propter amorem operantur bonum, quod noſtro Hiſpano ſermone dicitur: *Hombres ay que quieren ſer llenados por mal.* Secundum: quod melius eſt diligere Deum amore quam timore, & melius eſt præcepta Dei timore ſeruare, quam illa frangere.

1612. Auctoris mens. *Capacitas humana inſolita non ſuſtinet.*

6. Responsio meo iudicio. Ceciderunt Diſcipuli, quia repentine, & ſubito tonitruum forte audierunt, & poſt eum vox terribilis intonuit dicens hic eſt filius meus dilectus; quæ omnia, tam ſplendor tonitruum vox, & maieſtas erant quid inſolitum. Et quod capacitas humana ferre non poterat, niſi auxilio diuino ſuppleretur imbecillitas. Vnde ſubdit Euangeliſta, & accedens Ieſus, &c.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare leuantes oculos Diſcipuli, neminem viderunt niſi ſolum Ieſum?

Quæretur, quare dicitur, quod leuantes oculos ſolum Ieſum viderunt?

1613. Hieron. in Abul. citat. *Probatio euidens teſtimonij de cœlo loquentis.*

1. Responsio Hieronymi in Abulenſi quæſt. 101. *Hoc rationabiliter factum eſt, ne ſi Moyſes, & Elias perſeueraſſent cum Domino Patris vox videretur incerta, cui potiſſimum daret teſtimonium.* Quaſi dicat; vident Ieſum ſtantem ablata nube, & Moyſem & Eliam euanuiſſe, & ſic euidenter cognouerunt, quod vox de Chriſto ſolo loquebatur.

1614. Abul. q. 100. Hiſpana locutio *Los Medroſos tienen el Indio en el cuerpo.*

2. Responsio Abulenſis q. 100. *Quia fortè leuauerunt oculos ad circumſpiciendum vndique: nam cum nubes operuit eos, & vox terribilis audita eſt putauerunt iux a ſe eſſe aliquod terribile, quod ſupereſſet de viſione præcedenti.* Quaſi dicat, vt Hiſpano ſermone loquar. *Tenian el Indio en el cuerpo.* Et ideò non tam cito quieuerunt, & huc illucque circumſpiciebant timore repleti, & paulatim oculos leuabant ad cœlum.

1615. Beda in Abul. cit. *Sancti Aulici præſtantiſſimi.*

3. Responsio Bedæ in Abulenſ. citat. *vbi cœpit filius deſignari, mox ſerui diſceſſerunt, ne ad illos paterna vox putaretur.* Quaſi dicat, reuerentia, & curialitas maxima demonſtrata fuit in Moyſe, & Elia circa filium Dei; quia cum Pater æternus cœpit loqui cum Principe hærede ſuo illi diſceſſerũt, ne aliquis putaret, quod propter illos vox de cœlo intonuit.

Hieronym. citat. *Chriſto praeſente lex euanuit.*

3. Responso Hieronymi ſupra citat. *Ieſum ſtantem ablata nube, & Moyſem, & Eliam euanuiſſe, vident Apoſtoli; quia poſtquam legis, & Prophetarum vmbra diſceſſerat, vtrumque in Euangelio receſſiſſe conſtaret.* Quaſi dicat, teſtificauerunt ſua abſentia Moyſes, & Elias, quod veniente Chriſto, lex & Prophetæ præterierunt.

1617. Auctoris ſententia. *Confeſſio fidei in Trinitate conſiſtit.*

5. Responsio ſed miſtica aſſignatur, ſcilicet, *Quod à principio erant tres, & in fine fuit verus Chriſtus ſolus; quia confeſſio fidei in tribus eſt, & in vno. Et etiam receſſerunt Moyſes, & Elias cum voce, quia lex, & propheta cum voce inceperunt, & cum voce deſierunt, hoc eſt, cœpit lex cum clamore in monte Syna.* Exod. 20.

Exod. 22. n. 30.

n. ..a, 36. *& ceſſauit lex, & Propheta in voce prædicationis Chriſti, & Diſcipulorum eius, videlicet, cum dixit conſummatum eſt, cap. 19. Ioan.* Vnde dicit Ambroſ. ſuper Lucam, *receſſerunt illi cum Dominus cœpit deſignari; tres in principio videntur, vnus in fine.* Vel dicamus ad mores, quod leuantes oculos, neminem vident niſi ſolum Ieſum; quia ſubleuati, & in glorioſo loco conſtituti neminem vident; quia fiunt graues, & inflati, & ſtatim ſuſpenduntur. Sed de hoc latius poſtea.

Ioan. 19. n. 30. *Elati in dignitate conſtituti neminem vident.*

DIFFICVLTAS IX.

Quare præcepit Chriſtus Diſcipulis, nemini dixeritis, &c.

Quæretur, quare ſilentium Chriſtus Diſcipulis commendauit?

1. Responsio Hieronymi in Catena citat. *Non vult ergo in populos prædicari, ne & incredibile eſſet pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam apud rudes animos ſequens crux ſcandalum faceret.* Quaſi dicat, paruulis, & idiotis difficilia videntur opera omnipotentiæ Dei, & facile labuntur, ideò ſilentium transfigurationis commendat Chriſtus, ne conturbarentur paruuli videndo Chriſtum opprobriatum, & in cruce eleuatum. 1618.

Hieron. cit. in lit. *Idiotæ non capiunt verba Dei ſubtilia.*

2. Responsio Remigij in Catena citat. *Secretum Diſcipulis commendauit; quia ſi maieſtas illius diuulgaretur in populo, populi impedirent diſpenſationem paſſionis eius reſiſtendo principibus Sacerdotum. Et redemptio humani generis retardaretur.* Quaſi dicat, oportebat pati, & ſi populi gloriam eius cognoſcerent: impediretur paſſio eius. 1619.

Rhemig. in cat. citat. *Impedimentum ingratia tollenda.*

3. Responsio Hilarij in Catena citati: *Silentium etiam rerum geſtarum, quas viderant, imperat, vt eſſent Spiritu Sancto repleti, & tunc geſtorum ſpiritualium teſtes eſſent.* Quaſi dicat, Sacramentum transfigurationis ſi a ruſticis, & pauperibus publicaretur, non crederetur, quando autem Apoſtoli repleti ſunt Spiritu Sancto, tunc erat tempus non tacendi diuina myſteria; ſed prædicandi, & probare, & arguere, & confundere Iudæos aduerſarios. *Et docere nos: quod Prælati & Epiſcopi debent, & poſſunt reprehendere, cum pleni ſint ſcientia, & gratia Sancti Spiritus.* 1620.

Hilar. in cat. cit. *Prælati docti & experti gregem ſuum rectè gubernant.*

4. Responsio Damaſceni citati in Abulenſ. *ne aliorum corda qua non viderant ſubuerterentur triſtitia, & ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem.* Quaſi dicat, prudentia ingens. Eſt occaſiones inuidiæ, & triſtitiæ aliorum auertere, ne perfecti triſtentur, & ne diſcoli prouocentur ad rabiem. 1621.

Damaſcen. apud Abul. *Oculatim Principes mercedes & fauores non faciant.*

5. Responsio Abulenſ. q. 102. *quia res iſta ita erat valde magna in qua Chriſtus oſtendebatur eſſe filius Dei, & hoc nondũ crederetur de ipſo, quia nondum in tanta opinione habebatur: cum autem reſurgeret, & crederetur, quod reſurrexit, et nihil erat quod de eo credi non poſſet.* Quaſi dicat, non repente voluit Chriſtus, ineffabilia ſacramenta vt prædicarentur, ſed paulatim primum pati, & reſurgere à mortuis; poſteà opinione 1622.

Abul. q. 102. *Prudentia eſt paulatim & meritoriè creſcere.*

ne mirabilium cognita,& credita, transfigurationem eius facilè crederent homines.

1623. *Auctoris monit. Secretum ſeruare examen ſecretariorũ.* 6. Responsio, meo iudicio ſecretum commendauit, vt examen iſturum trium faceret ad maiora myſteria percipienda, quia futuri erant principaliores in Eccleſia, Petrus vt caput, Ioannes vt generationis æternæ,& Apocalypſis ſacrarium, Iacobus vt fortiſſimus,& principalis patronus fidei,& quia principale requiſitum ad obtinenda munera Sacramentorum Dei, & hominum eſt ſilentium; ideo commendauit his dicens,nemini dixeritis viſionem, donec &c.

TRACTATVS XLVI.

AD MORES,

In Cap. XVII. Matth.

De gloria Chriſti præuiſa in Thabore.

DIFFICVLTAS X.

Quare Chriſtus non oſtendit ſuam transfigurationem omnibus Diſcipulis?

1624. QVÆRETVR, quare non transfiguratus eſt Chriſtus coram omnibus Diſcipulis?

Abul.citat. in littera. 1. Responsio fuit Abulenſ. citat. in littera, qui ait: *Tractauit, & ſermocinauit Dominus coram omnibus; ne poſtquam reſurrexiſſet, & à tribus narraretur, putarent cæteri Diſcipuli, quod erat fictitium quod dicebatur; ſiquidem Chriſtus viuens nil cum illis tractauiſſet.* Quaſi

Prælati qui vera loquuntur ſemper æſtimatione & reuerentia digni ſunt. dicat, debent Rectores, Prælati & Gubernatores auctoritatem ſuam, & opinionem cum ſubditis conſeruare, veritatem ſemper annuntiando eis, ne fortè mendacia tractantes, illuſos ſe intelligant ſubditi, & conturbentur, & rebellionem faciant.

1625. Oleaſter in Exod.32. n.1. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 32. n.1. dicitur: *Videns populus, quod moram fecerat Moyſes?* Et reſpondet, *quod in Hebræo moram facere, idem eſt, ac Boſſes, quod ſignificat pudore ſuffundi, confundere, ſeu confuſionem facere. Cum enim aliquis alium venturum expectat, ſi non inueniat, & pollicitus ſit venire, ſe deluſum putat, & confuſus rubore manet.*

Pſ.118. n.116. Vnde Dauid dicebat, *non confundas me ab expectatione mea. Et ſic erit ſenſus, videns populus, quod confuſionem faceret Moyſes in deſcenſu de monte, conturbatus abiit*

Exod.32. n.1. *ad Aaron, & dixit, fac nobis Deos qui nos præcedant.* Quaſi dicat, videns populus quod illuſus eſſet promittens venire,& non adimplens commotionem fecit.

Iudic. 5. n.28. Et lib.5.n.28. Iudic. comprobatur hoc, vbi mater Siſaræ dicit, *Cur confuſionem fecit nobis currus eius, quem ſperabamus venturum, & non venit?*

Qui mendaciosè alligant indigni & viles ad dignitatem. Propter hoc Chriſtus, ne cæteri Diſcipuli confuſi remanerent, & conturbarentur audientes hiſtoriam Transfigurationis, à tribus coram omnibus prius tractauit de illa, & poſtea adimpleuit promiſſum vt eius auctoritas maneret illæſa,& opinio veritatis ſuæ integerrima ſiſteret ſemper.

Vnde interrogat noſter Lyranus, quare cum 1626.
fœliciter incipiebat regnare Dauid, Iebuſæi, qui Lyranus in
habitabant in Hieruſalem noluerunt ei obedire, ſua gloſſa.
& dixerunt illi, 2.Reg.cap.5.n.6. *Non ingredie-* 2.Reg.5.n.6.
ris huc (id eſt, in Hieruſalem) *niſi abſtuleris cæcos & claudos.* Et addit Interlinealis: *Hæc* Interlineal.
conſtituerunt Iebuſæi ſuper murum ad irridendum Dauid. *Cæci & claudi quare Dauid irriſerunt.* Et ſi interroges, *quare irridebant Dauid iſti cæci & claudi?* Reſpondet Lyra ex auctoritate Rabbi Salomonis, *quod iſti cæci, & claudi erant duæ imagines, quarum vna repræſentabat Iſaac, qui in fine fuit cæcus,* vt habetur Geneſ.27. Lyran.citat. Rabbi Salomonis. Gen 27.
Et alia Iacob qui claudicabat ex lucta cum Angelo, vt habetur Geneſ.32. Gen 32. *Dicis igitur, quod Iebuſæi qui erant in Hieruſalem deſcenderant de Abimelech cum quo iniit fœdus, & iuramentum Abraham,* vt habetur Gen.21. *Cæci & claudi erant duæ imagines Iſaac & Iacob.* Gen.21. *Et ideo videntes poſteri eius filios Abraham creſcentes, timuerunt, ne aliquando vellent eos inuadere, & ideo poſuerunt prædictas duas imagines in parte ſuperiori ſeu fortalitij, & in ore cuiuſlibet imaginis erat ſcriptum iuramentum Abrahæ.* Quaſi dicat, Abrahæ poſteri, quomodo poterunt hunc locum inuadere, in quantum fuerint tranſgreſſores & mendaces promiſſi & iuramenti Abrahæ, & per conſequens Iebuſæi rebellati ſunt contra Dauid, odientes animam eius, vt dicitur 2 Reg.5 2 Reg.5.
Rex illuſor ſeruorũ ſuorũ non meretur regnare. quia pro certo reputabant, quod Rex qui promiſſa Patrum ſuorum non cuſtodiebat, & illudebat eis, non debebat, neque poterat regnare, quia nullus murus ita inexpugnabilis eſt quam promiſſa cuſtodire, & veritatem obſeruare, vt auctoritas, & maieſtas conſeruetur. Et addit Lyranus ſua
Lyranus ex propria mente; *Dauid autem licitè,* in gloſſa.
& benè inuaſit locum illum; quia iuramentum Abrahæ non fuerat ad ſemper, ſed ad tempus. *Dauid complenis promiſſa Patrũ ſuorum, & iuſtè regnauit.* Vnde patet, quòd promiſſa iam erant completa, ſicut ſecretum transfigurationis fuit ad tempus, ſed vt maieſtas & opinio Chriſti in corde Diſcipulorum integra permaneret,& non putarent ſe illuſos, & tanquam extraneos tractatos, & per conſequens tribus narrantibus transfigu-

 rationem

rationem non crederent, antequam fieret conſermocinauit de ea coram omnibus.

1617. *Tertul. l. 4 contra Marcion. c. 36.*

Vnde Tertullianus lib. 4. contra Marcion. c. 36. *Aliquando Dauidem in recuperatione Sion offenderunt caci reſiſtentes quominus admitterentur in figuram populi caci non admiſſuri quandoque Chriſtum filium Dauid.* Quaſi dicat, qui proterui, & ingrati ſunt cæci, & in peccatis mortui non admittunt Chriſtum transfiguratum & glorioſum; quia Iudæi quaſi cæci ſplendoribus reſurrectionis, & transfigurationis obcæcati permanent. Et ſic quomodo legere poterunt prophetias & promiſſiones Chriſti adimpletas? Quomodo maieſtatem & auctoritatem Chriſti venerabuntur? Sed ideo de illis merito Cyrillus dixit lib. 5. Iſai. cap. 29. *Beato Dauid reſtiterunt caci & claudi, Iebuſai, quo facto miſerè diſperierunt.* Quaſi dicat, peccatores miſeri qui inſpirationibus diuinis reſiſtunt, & ſplendoribus gloriæ Chriſti obcæcantur ſine dubio in æternum, & vltra peribunt.

Iudæi ſunt caci, & claudi verum Dauid non admittunt. Caci non poſſunt legere ſcripturam, neque Iudæi veritatem. Cyrill. lib. 5. in Eſai c. 29. Caci ſunt peccatores omnes.

1628. *Rabbi in gloſſa. Samuel vſque animas à corporibus ſeparant, non quieſcunt.*

Et Rabbi in gloſſa. *Sion Dauid cepit ablatis prius cacis & claudis odientibus animam Dauid, ſic Dominus primatum in Eccleſia gentium acquiſiuit reprobatis cum Scribis & Phariſæis, qui caci, & claudi oderunt animam Chriſti & eius vitam auferre conati ſunt.* Quaſi dicat, Iudæi, & qui ſunt rebelles lumini gratiæ Dei deteriores, & duriores fiunt quotidie, & in ciuitatem ſanctam Hieruſalem non poterunt intrare. Vnde Gloſſa ait: *Tradunt Hebræi, quod Sem filius Noe, quem dicunt Melchiſedech condidit Salem. Hanc poſtea tenuerunt Iebuſæi, è quibus ſortita eſt nomen Iebus, vnde Hieruſalem, quaſi Iebus Salem, quæ poſtea ab Helio Adriano vocata eſt Helia & à fidelibus interpretatur viſio pacis, quia repræſentat Hieruſalem illam, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater omnium, vbi gloria eſſentialiter, & in æternum fruitur a ſpiritibus beatificis, non ad tempus, & ſolum in corpore Chriſti, ſed verè & realiter in diuina eſſentia Dei, in qua viſione conſiſtit Beatitudo.*

Gloſſ. ordin. Æthymologia Hieruſalem.

Beatitudo in viſione eſſentiæ diuinæ conſiſtit.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Chriſtus tres iſtos Apoſtolos ad fruitionem transfigurationis aſſumpſit?

1619. *Theophil. cit. in litt.*

Quæretur, quare Chriſtus inter Diſcipulos ſolos iſtos tres aſſumpſit?

1. Responsio Theophylacti. *Solos tres iſtos tanquam Diſcipulorum vertices aſſumpſit, & potentes miraculum occultare.* Quaſi dicat, Deus præclariores ad culmen dignitatis aſſumit, homines vero multoties viliores, & innumerabilibus diligentiis quærentes honores. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 32. n. 6. dicitur, *Surrexerunt manè filij Iſrael, & obtulerunt holocauſta, & ſedit populus, vt manducaret, & biberet, & ſurrexerunt ludere?* Et reſpondet, *quia feſtinant valde procuratores officiorum, & peccatores vitiorum conſummationem deſideriorum ſuorum, ne forte impediantur, & ſinit Dominus eos ex ſententia agere, ne in deteriora prolabantur.* Quaſi dicat, ſinit Deus ambitioſos, quod immenſas operentur diligentias, & orent, ieiunent, & clament, & muneribus, & ſollicitudinibus huius mundi, quæ deſiderant, conſequantur vt non in præcipitium hæreticum prolabantur. *Propter quod ſequitur, ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*, id eſt, *fecerunt ſibi Deum conflatilem quia deteſtantur homines Deum aſtringentem, & prohibentem & ſequuntur Prælatum libertatem, & omiſſionem permittentem diligentemque. Vnde deteſtandi ſunt & fugiendi, vt in ſublimioribus colliceantur, qui habenas vitiorum cultoribus & ſubditis laxant.* Quaſi dicat, nullum præſagium euidentius, quod Deus rem publicam, aut communitatem vnam derelinquere vult, quam quod Prælati, & Gubernatores remiſſi ambitioſi, & deteriores eligantur, & perfecti reijciantur reſtrictiores obſeruantiæ vituperentur.

Potentes virtutibus eligendi ad dignitates. Oleaſter in Exod. 32. n. 6. Tranſl. Pag. Ambitioſi à mane vſque ad veſperam non ceſſant negotiari.

Multoties Deus ſinit ambitioſos negotiari, ne deſperent.

Exod. 32. n. 6.

Remiſſi Prælati auferendi ſunt.

1630. *Cypr. ep. 65. quæ eſt ad Rogatiam. 1. Reg. 8. n. 7.*

Vnde interrogat Cyprianus epiſt. 65. quæ eſt ad Rogatianum, quare reſpondit Dominus Samueli, *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos?* 1. Reg. 8. n. 7. Et reſpondet, *Cum Samuel Sacerdos à Iudæorum populo ob ſenectutem contemneretur exclamauit, iratuſque eſt Dominus, & dixit non te ſpreuerunt, ſed me, & vt hoc vlciſceretur, excitauit eis Saul Regem, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per omnes contumelias, & pœnas ſuperbum populum calcaret & premeret, vt contemptus Sacerdos de ſuperbo populo vltione diuina vindicaretur.* Quaſi dicat, punit Deus aliquando rebelles, & detractores communitatis, dando eis pro Prælato, de quo conqueruntur alium, qui ſit flagellum ſcelerum ſuorum, vel tam remiſſum, vt omnes tradantur in deſideria cordis ſui, & tam Paſtore quam oues talie conſumantur & pereant.

Flagitium in Rei pub. Præſes indignum & remiſſum.

Flagellum notabile contra ſubditos rebelles.

1635. *Rupert. l. 1. com. c. 4.*

Hinc Rupert. lib. 1 com. cap 4. *Iſraëlita clamauerunt importuno tempore da nobis Regem qui iudicet nos, cum haberent iudicem iuſtè iudicantem ſuper ſe ſermonem Domini, imo ipſum Dominum ſuum proiecit, ſicut poſtmodum ipſe Samuel acri increpatione dixit, vos proieciſtis Dominum Deum veſtrum, &c.* Quaſi dicat, Hiſpano idiomate, *Su merecido ſe tuuieron los hijos de Iſrael.* Et omnes qui de Prælato iuſto & zelatore conqueruntur, & alium deſiderant; quia ſcit Dominus vlcionem Prælato optimo dare de inimicis ſuis & Dei, conſtituendo alium intolerabilem. Et D. Ignatius Martyr. epiſt. ad Magneſ. in gloſſa. *Decet vos Præſuli obedire, & in nullo ei contradicere; non enim hunc qui cernitur, ſed ueſt quis, ſed inuiſibilem decipere nititur, qui non poteſt falli à quoquam: nam ſi id ſit, non ad hominem, ſed ad Deum tendit contumelia; Samueli enim dixit Deus non te ſpreuerunt, ſed me, & Moyſes*, Exod. 6. n. 8. *Non aduerſus nos eſt murmuratio hæc, ſed aduerſus Deum.* Et Theodoretus q. 17. ait: *Regis petitio legi diuinæ repugnauit, Deus enim & Domini, & Regis loco erat; Propheta autem adminiſter, & veluti Præfectus ac Dux, & Imperator.* Quaſi dicat, neque ſi Prælatus ſit ipſe Deus ſubditi ſcelerati, abſque querela erunt, & alium deſiderabunt. Sed ſcit Deus deprauatas intentiones flagellare dando eis Prælatum, qui ſe & alios perdat, & mactet; quia ſemper homines deteriores & peiores eligunt.

Quibonum Paſtorem abijcit Deum abhorret. Hiſpana locutio.

D. Ignat. Martyr ep. ad Magneſ. in gloſſa.

Exod. 16. n. 8. Theodoret. q. 17.

Prælati ſi ab proprietarios dignitatis, ſed Deum agnoſcant.

Vnde

1632. Clem. Rom. l. 1. Recogn. *Ambitio intra templum Dei magis ſolicita.* *Oues veſtigia Paſtoris ſequuntur.*

Vnde Clemens Romanus lib. 1. Recognit. *Vbi Iſraelita tyrannos ſibi magis quaſiuere quam Reges; tunc etiam in loco, quis eis orationis cauſa fuerat deſtinatus, templum pro ambitione Regia conſtruxere, & ſic per ordinem Regibus impiis ſibi inuicem ſuccedentibus ad maiores impietates populus declinauit.* Quaſi dicat, ſicut Paſtor, cum præcipitatur in præruptis ſilicibus oues, & vniuerſus grex deperditur; quia ſequuntur oues Paſtorem ſuum, & vocem illius audiunt. Sic Reſpublica, vel cómunitas, cum Paſtor eſt ſceleratus, remiſſus, vel mercenarius, omnes ſubditos perdit, quia eius exempla ſequuntur oues eius.

Ioſeph. l. 6. antiq. c. 4. *Paſtor euigilans cum defectus ſentit.* Theophil. cit. in litt.

Et Ioſephus lib. 6. antiquit. cap. 4. *Verba populi concuſſerunt Samuel propter inſertam ei iuſtitiam, & odium circa Reges per manus hominum electos: nimia ergo cogitatione afflictus, neque cibi memoriam habuit, neque ſomni, ſed facta nocte rerum cogitationes euoluens ſine ſopore permanſit.* Quaſi dicat, Samuel tanquam bonus Paſtor euigilans per totam noctem ſtabat cogitans delirium populi poſtulantis Regem; quia ferè ſemper, qui deſiderant Regem & Præſulem nouum, deteriorem inueniunt, vt in Saule contigit qui ſe occidit, & populum perdidit. Ideo laudat Theophylactus viros quos Chriſtus elegit ad cacumina montis Thabor præferendos, quia quos ipſe elegit ſemper ſelectiores, & perfectiſſimi ſunt. E contra vero mundus deteriores.

DIFFICVLTAS XII.

Quare dicitur quod Chriſtus transfiguratus eſt ante eos?

1633. QVæretur, quomodo, & in quo conſiſtit talis transfiguratio glorioſa?

Hieron. cit. in littera. *Transfiguratio non perdit ſubſtantiam.*

1. RESPONSIO fuit S. Hieronymi citat. in littera, qui ait: *Nemo putet priſtinam illam formam, & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe, ſed ſplendor faciei oſtenditur, & candor veſtium, non ſubſtantia tollitur.* Quaſi dicat, perſona Chriſti non fuit mutata, ſed ſplendores, & candores reſpicientes Diſcipuli valde ſunt admirati, & turbati, quaſi imbecilles homines; quia perfecti non mutantur proſperis, neque conturbantur aduerſis? Vnde interrogat Oleaſter.

Oleaſter in Exod. 34. n. 30. Tranſl. Pag. *Sancti ſua humilitate bona quæ habent, ignorant.* *Superbi ſemper laudari deſiderant.* *Cicatrices B. Franciſcus ipſe vt reſpiciebat vi humilitatis abſtractus.*

Quare de Moyſe, cum deſcendiſſet de monte, ſplendoribus fulgente dicitur Exod. 34. n. 30. *Non cognouit quod reſplenduiſſet cutis faciei eius?* Sic legit Pagninus. Et reſpondit, *multa operatur Deus in nobis, nobis inſciis, & nonnunquam inuitis. Quis etiam inter homines eſt, qui tanta dona Dei, quemadmodum ſanctus Moyſes, obtinuiſſet, & ſe habere ea ignoraſſet? Reſplendet, facies eius conſortio Domini, non audet populus, imo neque proceres Synagoga ad eum accedere vident in eo lucem inacceſſibilem, & ignorat ipſe, qua in facie ſua habeat.* Quaſi dicat, nonnulli, imo & inflata homines bucca prædicant dona, quæ habent, aut potius ſe habere à Deo ſomniant, aut putant, & dolent ſi non viderint prædicari, ſancti vero, & iuſti neſciunt, imo cum alios admirari de ſua virtute vident velamine ruboris, & humilitatis faciem operiunt; quia perfecti ex Chriſto diſcunt etiam transfigurato, & gloria refulgente non mutari ſecundum ſubſtantiam; quia perfectorum eſt proſperitatibus non admirari, neque aduerſis conturbari.

Rubore afficiuntur iuſti cum laudantur.

1634. Lyranus in ſua gloſſa. 1. Reg. c. 13. n. 1. Interlineal. *Saul in principio confundebatur humiliando ſe.*

Vnde interrogat Lyranus noſter; quare de Saul, 1. Reg. cap. 13. n. 1. *Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet; duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael?* Et reſpondit, *quia in bonitate, & innocentia ſua duobus annis regnauit, licet pluribus autem annis regnauerit in malitia ſua.* Vnde Interlinealis ait, *Iuſtè ſcilicet, & manſuetè duobus annis; poſtea vero magis tyrannus fuit, quam Rex.* Quaſi dicat, de ſe ita humiliter ſentiebat à principio, quaſi puer duorum annorum; cum vero Dauid incepit apparere rectus & inctus, inuidia torquebatur audiendo laudes adoleſcentularum cantantium fælicitatem Dauid, quia ſoli ſibi placebat.

1635. Chald. Interlineal. Tranſlat. Symmach. Gloſſ. ordin. *Inflati omnibus odibiles.* Pſ. 73. n. 13. *Præſumptio ſpecies transmutat.*

Vnde Chaldæus, *Erat ſimplex, & innocens tanquam puer vnius anni* Et Interlinealis, *Erat humilis tanquam paruulus lactans.* Et Symmachus legit, *Sicut puer anniculus.* Vnde gloſſa, *Simplicitas animi oſtenditur, quam in regno habuit, qua tamen non longo tempore vſus eſt, & duobus annis regnauit, nempe cum illa morum ſimplicitate; poſtea ad prauitatem declinans diuina gratia deſtitutus eſt.* Quaſi dicat, cum ſe ignorabat ſupremum Regem magna gratia pollebat, & glorioſus ante oculos omnium apparebat; cum vero de ſe præſumere conatus eſt, & auos deſpexit, & Dauid liuore, & inuidia perſequebatur ab omnibus, & Deo factus eſt abominabilis; quia ſcriptum eſt, *Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper*, vt præcipitaretur; quia præſumptio propria mutat ſubſtantiam & perſonam fulgoribus & ſplendoribus propriæ excellentiæ, & altitudo dignitatum eſt tempeſtas, quæ penè innumerabiles demergit in profundum.

1636. Tertul. lib. de Præſc. in gloſſ. *Infælicitas eſt transformari honoribus & officiis.*

Vnde Tertullianus lib. de Præſc. in gloſſ. *Saul bonus præ cæteris glorioſus, honorabilis, ſiue clarus, liuore poſtea auertitur. Quid ergo mirum vt probatus aliquis retro poſtea excidat.* Quaſi dicat, O infælicitas illorum, qui infælicitatibus transfigurantur, ſecundum ſubſtantiam, & modum, & cum nihil ſint, putant ſe aliquid, & totum eſſe: timeant, & videant Saulem à principio glorioſum, laudabilem, & honoratum, ſed poſtquam ſe ſuper aſtra exaltauit, & corde diſſecabatur, audiens honores Dauid, abominabilis factus eſt, & ipſe ſe ſuo gladio peremit, & eius fama, & filij, & regnum infæliciter, & infauſtè omnia conſumpta ſunt.

1637. Theodoret. in lib. 1. Reg. 9. n. 2. *Scriptura pulchritudinem, & diſpoſitionem Saulis laudat nimis, non virtutes.* Interlineal. Lyran. citat.

Quare Theodoretus admiratus ait: *Quomodo ſcriptura bonum nominat Saulem dicens, Saul electus, & bonus & non erat vir de filiis Iſrael melior illo?* 1. Reg. 9. n. 2. Et reſpondit, *non dedit ei teſtimonium virtutis animæ, ſed formam & magnitudinem. Narrat enim pulchro, & præſtanti corpore fuiſſe.* Quaſi dicat, non fuit electus à Deo, tanquam bonus, neque laudatus tanquam virtuoſus ſed pulchritudinem corporis, & diſpoſitionem laudat ex qua ipſe præſumens, euanuit, & perdidit ſe. Vnde Interlinealis, *Erat melior Saul ſecundum huius vitæ iuſtitiam.* Et Lyra. *Erat vir bonus, & electus, & non erat vir in Iſrael melior illo, quia exercitabatur in humilitate aſinas quærens. Vnde multi qui ſumunt altius præeſſe exercitantur in humilitate, vt poſtea imperent,*

&

Bern. ſup. citat. *Ambitio crux ambientium. Cito tranſit gloria huius mundi.*

& cum poteſtate. Quaſi dicat, cum Bernardo, *O ambitio crux ambientium, quanti fingunt ſe indignos, vt aſinas quærant & paſcantur,* & poſtea in dignitate conſtituti transfigurantur ſuo iudicio fallaci, cum re vera ad tempus & breue gloriam huius mundi adquirant.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Moyſes & Elias apparuerunt illic loquentes cum Ieſu?

1638. QVæritur, quare tantum iſti duo Prophetæ in Thabor apparuerunt?

Tertul. cit. in littera. *Concollegæ in virtute ſequendi.*

1. RESPONSIO fuit Tertulliani in litt. citat. *Quia concollegæ erant in ieiuniis.* Quaſi dicat, honorificauit Deus amicos iſtos concollegas in laboribus, & ieiuniis, & quia gloriabantur loquentes de exceſſu paſſionis Chriſti, vt videntes hoc Diſcipuli Domini, non torquerentur inuidia, ſed ſequerentur eorum veſtigia ieiunando, patiendo, laborando, propter quod gloria transfigurationis, & æterna fruerentur.

1639. Oleaſter in Exod. 25. n. 15. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 25. n. 15. *Quod aſcendit Moyſes in montem, & operuit nubes montem?* Et reſpondit, *ſapienter valde, voluit Dominus populum cognoſcere, quod familiaritatis ſeruum apud ſe haberet, ne alios inuidia permotus in eum prouocaret.* Quaſi dicat, Moyſes & Elias apparent cum Ieſu loquentes de exceſſu, ne putarent Diſcipuli, quod conſecuturi eſſent gloriam, niſi per cruciatus & labores, per quos Prophetæ, & ipſe Chriſtus gloriam corporis acquiſiuit, & ſic inuidia non torqueret

Oleaſt. citat.

eos. Et addit Oleaſter, *Vide qualiter prudentiſſimus artifex cuncta temperauit, voluit populum videre, quam familiaris ſeruus eſſet, ne inuidia torqueretur, & voluit ſeruum ad ſeptem dies cum in monte expectare, ne ex familiaritate ſuperbiret.*

Seruis ſuis in hoc ſæculo laboribus præmium dat Deus.

Quaſi dicat, videant Apoſtoli tres gloriam transfigurationis, ſed cadant ſtupefacti in terram timore repleti, vt non ea fauore poſſint ſuperbire, ſed timere valde. Quaſi dicat, quos Deus plus diligit, & ad maiorem gloriam virtutum aſcendit in hoc mundo maioribus ærumnis & laboribus circumdat, vt plus exaltentur in cœlo, & ne ſuperbiant in ſæculo hoc.

1640. S. Ambroſ. in Tobiam c. 1. n. 2.

Vnde interrogat D. Ambroſ. lib. 1. de Tobia cap. 1. n. 2. *Quare cum Tobias eſſet in virtute famoſus, dicitur, quod in diebus Salmanaſar Regis Aſſyriorum fuit in captiuitate poſitus?* Et reſpondet, *fuit vir iuſtus, miſericors, hoſpitalis, & ob virtutes, quibus præditus fuerat, ſubiit ærumnam captiuitatis, quam ferebat humiliter, ac patienter, communem magis iniuriam quam priuatam dolens, nec ſibi virtutum ſuffragia nihil profuiſſe, ſed magis eam ſibi contumeliam minorem peccatorum ſuorum pretio illatam arbitratus.* Quaſi dicat, Tobias dum maiores perfectiones cumulabat & laboribus, ac perſecutionibus captiuitatis præmiabatur, propter ſcelera, & peccata ſua putabat obtinere, non vt coronaretur floribus, & fructibus perfectionum.

Opprobria quæ iuſti patiuntur ſuis peccatis tribuunt.

Auguſt. l. 1. de ciuit. c. 8.

Et Auguſtinus lib. 1. de ciuit. Dei cap. 8. *Manet diſſimilitudo paſſorum, etiam in ſimilitudine paſſionum, & licet ſub eodem tormento non eſt idem virtus & vitium: nam ſicut in eodem igne aurum rutilat, palea fumat, & ſub eadem tribula ſtipula comminuuntur, frumenta purgantur, neque ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem prali pondere exprimitur. Ita vna, eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat; malos damnat, vaſtat, & exterminat mali deteſtantur, & blaſphemant, boni precantur & laudant.*

Eiſdem laboribus iuſti ad ſydera volāt, & reprobi in infernum deſcendunt.

Quaſi dicat, priuationem, & carentiam honoris & dignitatis, iuſti ita patienter ſuſtinent, quod ſe indignos & incapaces ſemper recognoſcunt, & propter demerita ſua iuſtè à Deo honoribus priuari. Elati autem, & inflati ex eadem carentia dignitatum in deſperationem proſiliunt & blaſphemantes patientiam amittunt, & ſemper afflicti, anguſtiatique viuunt.

Superbi omnia ſibi tribuunt.

1641. Auguſt. loc. citat.

Vnde Auguſtinus addit, *Pari motu exagitatum, & exhalat horribiliter cœnum, & ſuauiter fragrat vnguentum, tantum intereſt non qualia, ſed qualis quis patiatur.* Ac ſi dicat, cum iuſti Moyſem & Eliam in excelſa gloria loquentes cum Ieſu, vident, ſummopere delectantur. At vero ſuperbi, & elati videntes alios fælicitatibus poſiti cruciantur.

Non qualia atttende ſed quomodo vnuſquiſque patiatur.

Beda in gloſſa. *Diabolus Dux ſuperborum. Inuidia ſagitta penetrabiles.*

Vnde Beda in gloſſa, ait: *Tobiæ captiuitas humani generis captiuitatem deſignat per Regem omnium prauorum, id eſt, Diabolum, qui nos de patria cœleſti in hanc exilij vallem deiecit.* Quaſi dicat, Diabolus cum exaltatos alios conſpicit, liuore & ſagittis corda mortalium figere intentat, vt in vallem deſperationis & præcipitium inuidiæ elleuantur: propter quod Dominus collegas ſuos in ieiuniis ad montem Thabor vocauit, vt Diſcipuli per ieiunia, & labores peruenire ad fælicitatem laborarent, ſicut Moyſes & Elias fecerunt.

D Cyprian. ſer. de mor. in gloſſa.

Et D. Cyprianus ſerm. de mor. in gloſſ. *Donec corruptiuum iſtud induat incorruptionem, & mortale hoc accipiat immortalitatem, quæcumque carnis incommoda ſunt nobis cum humano genere communia. Sic cum fœtu ſterili terra ieiuna eſt, neminem fames ſeparat, ſic cum irruptione hoſtili ciuitas aliqua poſſeſſa eſt, omnes ſimul captiuitas vaſtat.* Quaſi dicat, nemo ad Thaboris gloriam per aliam viam quam Moyſes, & Elias peruenire conetur; quia per labores humanos ad culmen præmiorum cæleſtium, peruenitur, ſicut Sanctis Moyſi & Eliæ, contigit. Et propterea conuerſatio eorum cum Chriſto fuit de exceſſu amoris eius per quam ad gloriam corporis ſui peruenire oportebat, & hæc lectio Diſcipulis dicebatur, & illi audierunt, ſicut vox Patris præcepit, dicens, ipſum audite, talia ſcilicet, docentem.

Flagella cœli omnibus communia ſicut peſtis & bella.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Petrus dixit, Faciamus hic tria tabernacula?

QVæritur, quare tam ex abrupto Petrus eſt talia loquutus? 1642.

1. RESPONSIO fuit Origenis in littera citati. *Cogitabat Petrus quomodo defenderet Saluatorem* Origen. in litt. cit.

Saluatorem à malitia inimicorum, & viſum eſt illi, quod Elias contra illos fulgura de cœlo iaculare poterat, ſi venirent apprehendere eum, vt moreretur. Quaſi dicat, neſciunt iuſti, & ignorant, quomodo de ſceleratis ſumant vindictam, niſi ad iuſtitiam Dei remittendo opprobria quæ patiuntur.

Zelantes honorem Dei fulgura deſiderant contra impios.

1643. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Moyſes & Aaron lapidibus contra eos Dathan & Abyron occurrerunt, ipſe Moyſes reſpondit Numer.16.n.5. *Mane notum faciet Dominus quis eſt ſuus.* Et reſpondet, *quia ſemper ſancti omnes iniurias, & cauſas ſuas reiiciunt in iudicium Dei, quoniam pro hoc norunt quam acriter puniat eos, qui eis iniurij ſunt.* Quaſi dicat, zelantes Dei honorem, cum offenſas innumerabiles cernunt contra eum, & contra iuſtos, ad Deum vindictam remittere iuſtum eſt; ſicut Petrus fecit, videndo Eliam, quod perſecutores Chriſti fulminibus volebat conſumere.

Oleaſter in Numer.16. n.5.

Vindictā inimicorum ad Deum remittere.

1644. Hinc interrogat Theodoretus, quare cum quinquagenarius Princeps dixiſſet Eliæ, *Homo Dei, Rex præcepit, vt deſcendas*, Propheta reſpondit, *ſi homo Dei ſum deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te*, 4.Reg.2.n.12. Et reſpondit, *Eſt autem perſpicuum eos quinquagenarios, & qui eis parebant conuenire cum ſcopo, & inſtituto eius, qui illos miſit, vnde etiam à Deo immiſſa ſuſtinuerunt ſupplicia.* Vnde Interlinealis ait, *quia conuitiando dixerunt homo Dei deſcende.* Quaſi dicat, zelo honoris Dei Elias hoc dixit, & fecit, quia iſti duo quinquagenarij, & milites eius illuſoriè, & irridendo de Elia, & de vero Deo Iſraël dixerunt: *Homo Dei*, quaſi Dei ridiculoſi, & propter hoc viſcera Prophetæ repleta zelo Spiritus Sancti fecerunt, vt ignis de cœlo deſcenderet.

Theodoret. q.4. in gloſſ. 4.Reg.2. n.12.

Obediendum non eſt Regibus contra legem diuinam.

Interlineal.

1645. Vnde Lyranus ſua in gloſſa. *Cognouit autem Elias per reuelationem, quod irriſoriè vocabant eum hominem Dei & quod conſentaneus erat Regi in peccato idolatriæ, & punitione Eliæ, & ſimiliter illi qui cum illo erant, & ex hoc Dei ſententia erant puniendi propter quod diuinam ſententiam pronuntiauit dicens, deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te.*

Lyranus in ſua gloſſa.

Conſiliarij exulantes prædicatorem de cœlo timeant vindictam.

1646. Perpende, *Et quod conſentaneus erat in punitione Eliæ.* Quaſi dicat, quod miniſtri, & conſiliarij Regum, qui conſentanei ſunt in punitione, & exulatione alicuius Prophetæ prædicantis verbum Dei, & veritatem clamantis debent timere, quod ignis de cœlo deſcendat ſuper illos; quoniam acriter punit Deus eos, qui Prophetis ſuis, & prædicatoribus iniurij ſunt, vt Oleaſter adnotauit, quod ſcriptum eſt, *Et in Prophetis meis nolite malignari.* Quaſi dicat, quod etiam ſi ipſi aliàs tales non ſint; quia vero honorem Dei zelant, & verba eius pronuntiant, non perſequendi, ſed honorandi ſunt. Et addit Lyranus loco citato. *Hoc modo Beatus Petrus mortis ſententiam pronuntiauit ſuper Ananiam, & vxorem ſuam*, vt habetur Actor.5. Quaſi dicat, repentè ceciderunt mortui Ananias, & vxor eius, quia illuſoriè defraudantes pecuniam de lege Euangelica Chriſti, irridebant intus, & iniurij in hoc erant Apoſtolo, qui zelabat acriter honorem Chriſti. Et ideo hodie in Thabore videns Eliam, gauiſus eſt vt inimicos & perſecutores Saluatoris, qui de illo irridebant fulgure, & igne de cœlo conſumeret.

Qui Prophetis Dei iniurij ſunt à Deo puniuntur.

Oleaſt. cit.

Pſ.104.n.15.

Lyran. loco citat.

Act.c.5.

Ananias & vxor eius irridebant doctrinam Euangelicā, ideo repentè mortui.

Zelantes Dei honorem à latere Chriſti ſunt.

2. Responsio Rhemigij in littera citati. *Petrus viſa tanta Chriſti maieſtate, & ſeruorum decore dixit faciamus hic tria tabernacula.* Quaſi dicat, honorificentia ſeruorum ita complacuit Petro, quod dixit, bonum eſt nos hic eſſe. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod.24.n.10. dicitur, *Quod Moyſes & Aaron, & ſeniores gauiſi ſunt valde; quia viderunt Deum, & ſub pedibus eius, ſicut opus lateris ſaphiri.* Sic legit Pagninus? Et reſpondet, *Premebantur (inquit Scriptura) ſerui Dei (id eſt, Iſraelitæ) in Ægypto operibus duris luti, & lateris; nunc vero delectantur Moyſes & Aaron, & ſeniores, quia laterem, quo anxie premebantur, pretioſum vident ſplendeſcere ſub pedibus Dei.* Quaſi dicat, nulla maior voluptas ſeruis Dei poteſt euenire, quam videre famulos Dominorum ſplendeſcere, & pretioſas habere veſtes, quia vt Hiſpano ſermone dicitur: *El criado dize quien es el ſeñor y el amo.* Expende quæſo, *quanti faciat Deus ſeruos ſuos nimis honorificari.* Vnde interrogo, quare cum Dominus Ieſus exinaniuit ſe & ſub pedibus Diſcipulorum ſuorum ſtabat, vt humilis ſeruus lauando eos, finito lauatorio dixit, *Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me Magiſter & Domine, & benedicitis, ſum etenim?* Ioan.13.n.13. *Cur igitur tunc vocari vult Magiſter & Dominus, vt doceret* (meo iudicio fuit) *Dominos honorare famulos ſuos; quia tunc Chriſtus, & nunquam magis, Dominus & Magiſter conſentit vocari, niſi quando formam ſerui miniſtrantis, & pedes lauantis gerebat.*

1647. Rhemigius in litt. cit.

Oleaſter in Exod.24. n.10.

Tranſl. Pag.

Hiſpana locutio. El criado dize quien es el amo.

Auctoris dubitatio.

Chriſtus cum formam famuli gerebat, Dominus & Magiſter permiſit vocari.

Ioan.13. n.13.

Vnde interrogat Ambroſius lib.2. offic.c.18. quare ſeniores populi Iſraël dixerunt Roboam, 3.Reg.12.n.7. *Si hodie obedieris populo huic, & ſeruieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutuſque fueris ad eos verba lenia erunt tibi ſerui?* Et reſpondet, *Clares ergo quoniam æquitas imperia confirmat, & iniuſtitia diſſoluit.* Quaſi dicat, ſenes, vt Bananias, & Ioiada, & cæteri Principes Salomonis conſilium optimum dabant Roboam vt ita honoraret, & ſubleuaret famulos, & ſeruos ſuos, quaſi ipſi Domini eſſent, & ipſe ſeruus loquens ad eos verba mitiſſima. Vnde in margine gloſſæ dicitur, *Si tu ſeruus fueris.* Quaſi dicat, tanto debes famulos tuos honorare quaſi tu ſeruus fueris, & illi Domini. Et Ambroſ. citat. addit: *Summa igitur benignitate opus eſt, vt non ſolum publica gubernacula ſed etiam priuata iura tueamur.* Quaſi dicat, nullum conſeruandi regna remedium ſalubrius eſt, quam famulos, & ſeruos honorare, vt priuata iura cum alacritate tueantur; quia gaudium, & lætitia communis eſt, ſeruos & bene ſeruientes videre à Dominis honorificatos. Hinc Ioſephus lib. 8. antiquit. *Seniores naturam vulgi ſcientes monebant, vt honorificaret ſeruos ſuos; quia naturaliter lætantur omnes, cum Reges famulos ſuos honorificare proſpiciunt, vt patet in Petro, qui videns Chriſtum, Moyſem & Eliam, glorioſos intuens præ gaudio in ſe non capiebat, & dixit, Domine bonum eſt nos hic eſſe faciamus hic tria tabernacula.*

1648. S. Ambroſ. l.2. off. c.18. 3.Reg.12. n.7.

Æquitas in honore circa famulos conſeruat regna in pace.

Ambroſ. citat.

Famuli honorandi ſunt à Dominis.

Ioſeph l.8. antiquit.

Gaudium commune ſeruorum honorificentia.

***

DIFFICVLTAS XV.

Quare nubes lucida obumbrauit Diſcipulos & vox de nube exiit?

1649. QVæritur, quare non accepit Petrus reſponſum ad petitionem ſuam?

S. Hieron. in litt. cit. 1. RESPONSIO Hieronymi in litt. citat. *Quia imprudenter interrogauerat Petrus, propterea reſponſionem non meretur.* Quaſi dicat, penſanda ſunt prius, & examinanda verba antequam ore pronuntientur; ne fortè poſtea pœniteat nos de promiſſis, aut dictis. Vnde interrogat Oleaſter. (Oleaſter in Gen. 44 n. 9. Tranſl. Pag.) *Quare fratres Ioſeph, tam celeriter verba iſta dixerunt; is cum fuerit inuentus moriatur, & nos ſerui tui erimus.* Geneſ. 44. n. 9. Et reſpondet, *non eſſe verba prodigenda, neque facilè promittendum, quod neſcis, an poſſis praſtare.* Quaſi dicat, ſi Petrus verba prius præmeditaretur intra cor; non confuſus remaneret, neque audiret, quod Euangeliſta dixit, *Neſciens quid diceret.*

Verba prius premeditanda quà pronuncianda.

1650. S. Ambroſ. s. o. in Luc. in gloſſ. 4 Reg. 4. n. 29. Et D. Ambroſ. interrogat, quare Eliſæus dixit Giezi eum ad reſuſcitandum puerum Sunamitidis mitteret eum, *Si occurrerit tibi homo non reſpondeas illi* 4. Reg. 4. n. 29. Et reddit rationem, *ne confabulatione alicuius obuij mandato deflecteretur annuere.* Et addit Ambroſius, *ergo non ſalutationis officium auſertur, ſed obſtaculum impediendæ deuotionis abolotur.* Quaſi dicat, erat Giezi loquax, & ſine conſideratione verborum, quæ loquebatur. Et timuit Eliſæus, ne propter verba imprudentiæ miraculum impediretur, vt contigit. Vnde addit Rabbi Salomon citatus à Lyra ſuo in gloſſa, *Quod hoc fuit propter demeritum Giezi, qui non ſeruauit præceptum Eliſei, ſed occurrentibus ſibi hominibus iactanter & imprudenter dicebat ſe miſſum ad ſuſcitandum mortuum.* Quaſi dicat, imprudẽtes, & vaniloqui, ſine interrogatione loquuntur, quidquid venit in buccam; propter quod Giezi omnibus obuiantibus dicebat: *Ecec baculum Eliſæi, vado ad ſuſcitandum puerum: Et ideo miraculum non eſt factum.* Et Theodoretus q. 18. in gloſſa, *Sciebat Eliſeus eſſe honoris cupidum Giezi, & cauſam itineris ſine cauſa dicturum, inanemque gloriam fore impedimento, ne miraculum fieret; ideo præcepit ei, quod non loqueretur cum aliquo in via.* Quaſi dicat, noſtro ſermone Hiſpano, *Sabia Eliſeo que Giezi hablaua ſin que repagaſſe.* Propter quod præcepit ei quod neminem alloqueretur, neque ſalutaret, ne miraculum impediret, ſicut Petro contigit, quod cum dixiſſet faciemus hic tria tabernacula, ſtatim nubes lucida obumbrauit eos, & miraculum transfigurationis ceſſauit.

Verba imprudentis loquacis multa bona impediunt.
Rabbi Salomon citat. à Lyra.
Loquaces inſipientes fugiendi, neque audiendi.
Theodoret. q. 18. in gloſſ.
Hiſpana loquutio, No ſiempre ſiento yo lo que hablo.

1651. Socratis ſentent. Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 5. Vnde Socrates adoleſcenti cuidem dixit, *Loquere adoleſcens, vt te videam, & textus Græcus, viri figura oratione cognoſcitur.* Et Clem. Alex. lib. 2. Pædag. c. 5. *Cum enim verba omnia emanent ex cogitatione fieri non poteſt vt verba aliqua mittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis.* Et quidem ridiculoſa erat Petri poſtulatio, quia à deſiderio ridiculo procedebat: nam tabernaculum gloriæ in hoc vita quærere, quid ridiculoſius? Et impedire redemptionem mundi, quid ſtultius, & inconſultum excogitari potuit? De huiuſmodi verbis dicitur, Eccleſiaſtici 27. n. 7. *Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructus illius, ſic verbum ex cogitatu cordis hominis.* Quaſi dicat, teſte Martino del Rio 2. tom. adagiorum. *Lingua, cor & animum oſtendit, ſi Curiolus & Aulicus eſt homo per linguæ locutionem, & elegantiam cognoſcitur. Si Ruſticus in ſimplicitate verborum, ſi loquax & inſipiens ex multiplicatione, & reſponſione verborum ſine interrogatione* Quia vt Clem. Alexand. optimè dicit, *Fructus enim cogitationis eſt ſermo, & quia cogitatio Petri fuit de glorioſa in hac vita habitatione ſermo eius, ſicut res huius mundi euanuit, & non præualuit, reſponſioneque indignus erat*, quia vt Hieronymus dixit, *imprudenter interrogauerat.*

Verba inſipientis ridiculoſa ſunt.
Eccl. 27. n. 7.
Martinus del Rio tom. 2. adag.
Lingua index ſapientiæ, vel ignorantiæ.

2. RESPONSIO eſt Chryſoſtomi in litt. citat. *Cum Dominus comminatur nubem tenebroſam oſtendit, ſicut in Sina. Hic autem, quia docere volebat apparet lucida.* Quaſi dicat, eiſdem mediis, quibus Deus terret peccatores, auxiliatur amicis ſuis, quia de nube vna fulgura procedebant contra Ægyptios perſequentes Iſraëlitas, & illa erat magiſtra Iſraëlitica, & docens iter illos. 1652. Chryſoſt. in litt. citat.

Nubes fulmina malis expellit bonis ſplendorem.

Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer. c. 9. n. 18. *Ad hos aſcenſus nubis deſuper tabernaculo, & poſt proficiſcebantur filij Iſrael.* Et reſpondet, *quod in Hebræo verbum eſt I, ad oſtenſionem, & quaſi iuſſionem aſcenſus nubis proficiſcebantur.* Et addit, *videbatur enim nubes illa os habere ad præcipiendum; quoniam ad eius diſceſſum è loco migrabant;* Ac ſi dicatur, ſicut nubes aſcendens præcipere videbatur, ita recedebant, quia amicis ſuis nubes quæ terrefecit, & fulgura expellit inimicis Dei, *Iuſtos docet, & quaſi læta & fulgida congratulatur eis docendo, recreando, & defendendo, ſicut nubes lucida, quæ apparuit Diſcipulis & de ſe vocem emittens docebat Chriſtum Dominum eſſe filium dilectum Patris, & quod ipſum audirent.* 1653. Oleaſt. in Num. c. 9. n. 18. Tranſl. Pag. Tranſlat. Hebr. verbũ eſt I.

Nubes fuit magiſtra edocens Diſcipulos.

Vnde interrogat Chryſoſtomus in Pſ. 96. in gloſſa. *Quare præcepit Deus coruis, vt paſcerent Eliam, cum eſſet in Torrente Carit,* 3 Reg. 17. n. 4. Reſpondit, *quia non ſolum Sanctis teſtificantur feræ operibus, vt vipera Paulo, ſed & ſeruiunt.* Quaſi dicat, eiſdem mediis, quibus Deus punit, & flagellat inimicos; nutrit & mulcet ſeruos ſuos; quia coruus etiam ſe nutrientis, oculos eruit, vt adagium Hiſpanicum teſtatur, *Cria el cuerno y ſacarte ha el ojo.* Et cum rapax & eruditus ſit rapiendo de menſa Regis Achab veniebat & humiliter, & ſuauiter ſuſtentabat Eliam. Et hoc patet, inquit Chryſoſtomus euidenter; *Quia cetus Ionæ triduo ſubiugalis fuit, & quo intus gubernans, non quo ipſe volebat ducens. Sic corui Eliæ quotidie cibos ceu Domino afferebant, & aliunde rapiebant. Sic etiam leones Danielis manſueſcebant, & viri ſanctimoniam etiam non loquentes prædicabant, ignis natura oblitus tam nihil nocuit tribus pueris, vt etiam capillum læſioni valde obnoxium non offenderit.* 1654. Chryſoſt. in Pſ. 96 citat. in gloſſa. 3. Reg. 17. n. 4.

Hiſpana locutio.
Chryſoſt. citat.
Ionæ c. 2. n. 1. Dan. c. 6. n. 16.

Et Auguſtinus lib. 2. de morat. in gloſſa citat. *A coruis miniſtrari Propheta præcipitur, vt culpam, quam in diluuio commiſerat in terra purgari auis illa videretur, dum fidelis miniſter* 1655. D. Auguſt. lib. 2. de morat. in gloſſ. citat.

effi***c***eretur

Corui pernā lucrum dilu-uÿ cum Elia alimenta tri-buebant.

efficitur Eliæ, qui negligens, & fallax erat antea Noe. Et addit Auguſtinus: *Vnde vero eas carnes, & panes ille coruus detulerit, ipſe viderit, qui tale officium committebat.* Quaſi dicat, ad prouidentiam Dei ſpectabat permittere coruis, vt raperent carnes, & panes de menſa iniquorum, vt ſeruum ſuum Eliam paſcerent; quia eiſdem medÿs, quibus torquet malos, iuſtos lætificat.

1656. Tertul. lib. aduerſ. Pſyc. c. 8.

Hinc Tertullianus lib. aduerſ. Pſych. cap. 8. *Defecerant corui, qui illum liberalius paſcerent, an difficile Angelo fuerat aliquem aliunde de conuiuio Regis miniſtrorum, cum inſtructiſſimo ferculo raptum ad Eliam transferri, ſicut Danieli in lacum leonum eſurienti prandium metentium exhibitum eſt. Sed conſtitui oportebat exemplum docens in tempore preſſuræ, & perſecutionis cuiuſcumque circumſtantia xerophagiis eſſe viuendum.* Quaſi dicat, poterat Deus paſcere Eliam ex menſa alicuius diuitis, qui quotidie epularetur ſplendidè; Sed noluit, niſi per coruum crudelem, rapacem, & voracem vt oſtenderet, quod aſſumet inſtrumentum vnum ad puniendos malos, & paſcendum ſeruos ſuos, non delicioſè ſed quo ad neceſſarium in hac vita.

Epulones ſemper ſplendidè comedunt, neque pauperibus ſubueniunt.

1657. S. Ambroſ. lib. 2. offic. c. 4.

Et Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 4. *Eliæ panis ad victum deerat, ſi quæreretur, ſed non videbatur deeſſe, quia non quærebatur. Ita diuturno coruorum obſequio, mane panis caro ad veſperam deferebatur. Nunquid ideò minus, Beatus, quia pauper erat ſibi? Minime.* Quaſi dicat, quia Elias iactabat in Domino cogitatum ſuum; ideo coruis præcepit, vt ab iniquis epulonibus tollerent panem, & ei miniſtrarent. Vnde Chryſoſtomus hom. de Elia. *Prohibuit fas nulla ex pœna correctio, & quaſi aduerſis hominum malitia prouocetur, ſi creſcit quotidie, quod punitur, amant pœnam, ſupplicium diligunt, nolunt recordari vt viuant, nolunt corripi, vt euadant.* Quaſi dicat, Peccatores à Deo obcæcati ſunt, vt neque terroribus, neque obſcuritatibus nubium procellas, & fulgura in terram proiicientium corrigantur, ſed ſemper deteriores, & duriores permanent. Et addit Chryſoſtomus, *Solus Elias altior mundo, proximus cœlo montis habitaculo, & Dei colloquio fruebatur, ne illorum pœnam perſpiceret, quorum ſcelera videre non poſſet.* Ac ſi dicat, impÿ, neque pœnis mutantur, neque videndo Eliam gloriam Dei præmeditando, vt ſaltim exemplis iuſtorum ad Deum alliciantur, quos nubes fulgida ſemper obumbrat, & protegit, quemadmodum & tenebroſa impios terret & minatur.

Cogitationes pauperum Deus exaudit & curat.

Chryſoſt. hom. de Elia.

Impÿ flagellis non emendantur, imo plus indurātur.

Chryſoſt. citat.

Protector, & auxiliator ſeruorū ſuorum Deus.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare Diſcipuli ceciderunt in terram, & timuerunt valde?

1658. QVæritur, quare tanta turbatione Diſcipuli ceciderunt in terram?

Auctoris ab Abulenſ. cit. in littera.

1. RESPONSIO Auctorum, quos citat Abulenſ. in litter. dicentium, *Quod ex ſumma reuerentia & ex timore ceciderunt in terram.* Quaſi dicat, quod Chriſto debitam reuerentiam præſtiterunt ad obtinendam gloriam, quam experti erant. Vnde interrogat Oleaſter, quare Geneſ. 33. n. 3. dicitur, *Quod Iacob incuruauit ſe ſuper terram decem vicibus?* Et reſpondit, *quia nihil magis flectit irati hominis animum. Quam ſubiectionem illi oſtendere, & reuerentiam.* Et hoc peculiariter habent Hebræi, vt cum timent, aut aliquid à te obtinere volunt calceum præſeferunt; cum vero eo illorum ope egueris pileum hoc eſt ſuperbiam maximè oſtentant. Quaſi dicat, Iacob vt Eſau miteſceret, & obligaret ſumma reuerentia decem vicibus ſuper terram incuruauit ſe. Et propter hoc Diſcipuli in faciem ſuper terram ceciderunt, vt maieſtatem glorioſam adorarent, & Deum obligarent, ad mercedem talem conſequendam.

Reuerentia Prælatis exhibenda.

Oleaſter in Gen. 33. n. 3. Tranſl. Pag.

Iratum animum reuerentia miteſcit.

Hebræi valde humiliantur propter vnū omnem, & ſuperbiunt ſi non igent ea.

1659. Lyran. ſua in gloſſa. in cap. 3. Eſther n. 2.

Interrogat Lyranus, quare dicitur Eſther cap. 3. num. 2. *Quod cum eum audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quod Mardochæus non ſibi flecteret genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde?* Et reſpondit, *quod ex ſuperbia ſua volebat ſibi arripere honorem diuinum faciens ſe adorare tanquam Deum, vt dicit Gloſſa Hebrea.* Quaſi dicat, omnes qui reuerentiam Deo debitam ſibi aſſumere conantur pereunt triſtitia & dolore ſicut Aman. Vnde Chryſoſtomus hom. 39. ad pop. *Gloriam aliter aſſequi non licet, niſi gloriam fugiendo, nam donec eam quidem ſectemur nos fugit; cum autem eam fugimus, nos ipſa ſequitur. Si vis eſſe glorioſus noli gloriam concupiſcere, ſi vis eſſe ſublimis, non te ſublimem facias.* Quaſi dicat, adeo Apoſtoli ceciderūt in terram ſuper faciem ſuam, quia glorioſum Chriſtum viderunt quem ſumma cum reuerentia adorauerunt, & per humilitatem proiecerunt ſe in terram, vt gloriam, quam proſpiciebant, poſſent adipiſci.

Ambitioſi reuerentiam Deo debitam ſibi arrogant.

Chryſoſt. hom. 39. ad pop.

1660. Richard. de S. Victore de contemp. lib. 5. c. 15. Cant 8. n. 5.

Vnde interrogat Richard. de Sancto Victore de contemplatione lib. 5. c. 15. quare de anima, quæ plena erat diuitiis gloriæ, & virtutibus inenarrabilibus abundabat dicitur Cant. 8. n. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens innixa ſuper dilectum ſuum?* Reſpondit, *quia quo anima glorioſior apparet, cadit in terram, cum conſiderat, quod non ſuis viribus, ſed Dei gratia ad tantam gloriam peruenire meruit. Illa quæcumque eſt anima* (inquit Richardus) *quæ de deſerto aſcendiſſe deſcribitur dilecto ſuo innixa perhibetur. Quid eſt ei dilecto ſuo inniti, niſi illius virtute & non propriis viribus promoueri. Quid inquam eſt illi dilecto incumbere, quam de propria virtute pro hac parte nihil omnino præſumere, & transfiguratum, & glorioſum contemplari niſi incumbat humeris ipſius Chriſti, & ſubleuetur eius manibus in terram propter reuerentiam ei debitam proſectus iacebit.*

Quo quis glorioſior eo humilior & Deo gratus.

Reuerentiæ ſignū cadere in terram.

1677. Richard. de S. Laurent. lib. 12. de laud. Virg.

Et addit Richard. de S. Laurent. lib. 12. de laud Virg. & nota, *Quod prius dicitur deliciis affluens, & poſt, innixa ſuper dilectum: nam ne perderet delicias affluentes non ſuis meritis, ſed ipſius nitebatur gratia, qui gratiam, & meritum tribuit in preſenti, & in futuro, præmium ſuperaddet.* Quaſi dicat, nihil magis Deum obligat,

Niſi Deus adiuuet nos, adhuc ſanctioribus periram.

 quam

quam cùm quis ſe affluere ſentit gratiis, & ſupernaturalibus donis; tunc ſumma cum reuerentia ſe proiicere in terram, & dicere cum Abraham. *Loquar ad Dominum cum ſim puluis, & cinis.* Hinc Guillermus in Cant.8.ait: *Porrò de his qui innituntur ſuper Dominum Deum ſuum conſequenter annexuit; Beatus vir, qui confidit in Domino & cuius Dominus fortitudo eius.* Quaſi dicat, non meretur deliciis glorioſis frui, mens, quæ non dilecto innititur, ſed deliciis affluentibus, & quæ abundans gloria ſumma cum reuerentia non cadit in terram, gratias agens, & honorem tribuens ei, à quo cuncta bona procedunt. Propter quod in monte Thabor ſuper faciem ſuam ceciderunt Diſcipuli, vt ineffabili reuerentia Chriſtum adorarent, vt Auctores ab Abulenſi citati dixerunt.

Guiller. in Cant. c. 8.

Qui non ſe proiicit in gratiarum actionibus parùm meretur.

Auctores ab Abulenſi cit. in litt.

1662. 2. Responsio Hieronymi in litt. citat. *Ceciderunt in terram, quia ſe erraſſe cognouerunt:* Et ideo ante faciem ſuam ceciderunt; quia boni cum ſe erraſſe cognuſcunt confuſione repleti ſupplices à Deo veniam poſtulant; reprobi verò retrorſum cadunt, vt Sacerdos Eli, & in ſe non reuertantur, quouſque fractis ceruicibus repentè moriantur.

Hieronym. in litt. cit.

Electi in ſe reuertuntur; reprobi repentè moriuntur.

1663. Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 32. n. 1. *Quare ingrati filij Iſraël, dixerunt Aaroni, fac nobis Deos, qui nos præcedant?* Et reſpondit, *Conſidera huius populi ſocordiam vt eos Deos credat, quos homines poſſe facere videt. Et ſimiliter hominis inſtabilitatem in vera fide, & ſtabilitatem in perfidia: nam qui falſis diis adhærent, vix aut nunquam ab eis, & eorum fide dimoueri poſſunt; qui autem Deo vero, faciliſimè ſeparantur ab eo, & difficillimè ad eum reuertuntur*, vt patet in Ierem. 3. n. 10. *Tranſite* (ait) *ad inſulas Cethim, & videte & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi fuit ſimile, non mutauit gens Deos ſuos, & ipſi non ſunt Dij; populus vero meus mutauit gloriam ſuam in idolum.* Quaſi dicat, reprobi & obcæcati peccatores in pœnam ſuorum peccatorum deteſtantur, & impoſſibilitantur à peccatis exire vſquequo repentina morte pereunt. Iuſti vero, vt Apoſtoli ſtatim erraſſe cognoſcunt, & cadunt in terram ſuper faciem ſuam, quia ignorantes cum Petro errauerunt, cupientes facere tabernacula in terra.

Oleaſter in Exod. 32. n. 1.

Reprobi neſciunt à peccatis exire.

Ierem. c. 3. n. 10.

Electi ſtatim ab errore reſurgunt.

1664. Hinc noſter Lyranus interrogat, quare Manuel Samſonis Pater dixit vxori ſuæ, *Morte moriemur, quia vidimus Dominum*, Iudic. c. 13. n. 22. Et reſpondit ad litt. quia ſcriptum erat Exod. 32. *Non videbit me homo, & viuet.* Surrexit opinio inter vulgares, & ſimplices Iudæorum, quod homo videns Deum, vel Angelum ſibi apparētem in ſpecie humana, vel ſenſibili deberet cito mori, quod non erat verum. Et ad mores inquit D. Gregor. lib. 5. moral. cap 23. *Quid eſt, quod ad viſionem Angeli, vir eſt timidus, mulier audax, niſi quod quando cœleſtia nobis demonſtrantur ſpiritus quidem iuſtorum pauore ſe concutit, ſed ſpes audax peccatorum obſtinantium nimis præſumit.* Quaſi dicat, multoties vana ſpes fefellit impios, qui à peccatis nolunt reſurgere, & dicunt, *Non moriemur. At vero iuſti, ſtatim ſupplices ad Deum proclamant cum ſe erraſſe in aliquo cognoſcunt.* Vnde Auguſt. q. 54. in Iudic. *Manue interpretatur beatus eſt, quia qui mortem timet, & errorem cognoſcit, beatus erit.* Et Nazianz. orat. in ſancta Epiphan. lumina, *Primo purgari oportet inde cum puritate verſari, ſi nobis accidere volumus, quod Manue euenit cum in Dei incidiſſet imaginationem, & dicere volumus, perimus ô mulier, quoniam Deum vidimus.* Quaſi dicat, cito purificari debet peccator, ſi fortè in peccatum ceciderit, ſicut Diſcipuli, qui ceciderunt in faciem ſuam nimis timorati, quia e[...] loquendo verbum otioſum, & inutile, cognouerunt, vt Hieronymus inſinuauit.

Lyranus in ſua gloſſa in lib. 13. Iudic. c. 22.

Exod. 32.

Qui Deum videns, non moriebatur ſtatim.

Gregor. l. 5. mor. c. 23.

Spes peccatorum audax & immutabilis.

S. Auguſt. q. 54. in Iud.

Naz. orat. in ſanct. Epiph. lumina.

Cito purificari debet, qui cecidit. Cognitio erroris proprij humilitatis ſignum.

DIFFICVLTAS XVII.

Quare Diſcipuli eleuatis oculis, neminem viderunt niſi ſolum Ieſum?

QVæritur, quare Moyſes & Elias ad vocem Patris æterni fugerunt? 1665.

1. Responsio Hieronymi citat. in litt. *Ne vox Patris videretur incerta, cui potiſſimum daret teſtimonium.* Quaſi dicat, teſtes fuerunt Moyſes & Elias gloriæ transfigurationis, & ad vocem cœli fugerunt ne ingratitudo hæreticorum dubitaret de quo ex tribus teſtimonium dedit. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 12. n. 2. *Menſis iſte vobis caput menſium erit?* Sic legit Pagninus. Et reſpondit, *commendat nobis Deus memoriam beneficiorum, & arguitur ingratitudo noſtra, quæ tanta eſt, vt Deo opus ſit teſtes ad hoc vocare, & ad malitiam peruerſorum euitandam aliquando ſeparare.* Et addit: *Legimus enim Dominum Deum poſtquam filios Iſrael cœleſti pane in deſerto pauerat vrnam manna in arca teſtamenti aſſeruare.* Similiter Ioann. 6. *Legimus Chriſtum duodecim Cophinos qui ſuperfuerant his qui manducauerant Diſcipulos ſuos cuſtodire iuſſiſſe, vt beneficium, cuius homines immemores eſſent ad longum tempus teſtarentur, & ad memoriam reuocarent præſentiſſima beneficia ſummi Dei.* Quaſi dicat, Moyſes & Elias quaſi teſtes transfigurationis, & gloriæ Chriſti aſtiterunt, vt in memoria æterna maneret beneficium collatum, & cum Diſcipuli oculos leuauerunt, neminem viderunt, ne hæretici dubitarent de vocis ſignatione, & omnes ſcirent quod de Chriſto filio Dei naturali loquebatur. Quaſi dicat, omni ſtudio, & conatu malitia hæreticorum ſubuertenda eſt.

Hieronym. cit. in litt.

Ingratitudo nuſque cum teſtibus recordatur beneficiorum.

Oleaſter in Exod. 12. n. 2.

Tranſl. Pag.

Malitia humana indicibilis teſtes beneficiorum ſuorum Deus apponit vt non obliuiſcantur.

Chriſtus filius Dei naturalis eſt.

1666. Vnde interrogat Auguſt. ſerm. 107. de tempore, *Quare Samſon accepit trecentas vulpes, caudaſque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne ſuccendens dimiſit, vt huc illucque diſcurrerent*, Iudic. c. 15. n. 4. Et reſpondit, *Samſon cepit vulpes, id eſt, adulterantes ſodales, de quibus dicitur, capite vobis vulpes paruulas, id eſt, hæreticos comprehendite, conuincite, confutate; ne exterminentur Eccleſiaſtica vinea.* Quaſi dicat, adulterantes verbum Dei vulpes ſunt, quæ verbis luxurioſis, & prophanis exterminant Eccleſiam Dei, non attendentes ad lucrum animarum, ſed ad plauſum comicum fœminarum. Et addit Auguſtinus. *Caudæ colligatæ quid ſunt niſi poſteriora hæreticorum, qui prima habent magna & blanda & deceptoria opera; poſteriora vero ligata, id eſt, damnata, & ignem in fine trahentia,*

Aug. ſer. 107 de tempore.

Iudic. c. 15. n. 4.

Prædicatores tritici & culti adulterantes verbum Dei.

Auguſt. cit.

Hæretici blãda & ſuauia loquuntur, ſed poſteriora igne ſunt plena.

bentia, vt eorum fructus, & acta conſumant, qui eorum ſeductionibus quieſcunt. Quaſi dicat, Hæretici ſub prætextu libertatis, & miſericordiæ Dei infinitæ fallunt pauperes ingenio, & ſimplices dicentes, quod copioſa fuit apud Chriſtum redemptio. Et in caudis poſtea ignem inferut ſpargunt, negantes pœnitentiæ opera, &

Lutherani, & Caluiniſtæ latã viã docendo fefellerunt inſipientes.

obedientiam Apoſtolicæ, & Catholicæ Eccleſiæ debitam, & multa alia documenta plena ignibus voluptatum, quæ vineam Dei electam comburere non ceſſant, *Quia lata eſt via perditionis, & multi ambulant per eam.*

Matth. 7. n. 13.

1667. Vnde Procopius lib. 2. de promiſſ. cap. 21. *Vulpes hæreticos ſignant, quibus ſunt faces incendij ac erroris potius quam diuini amoris; ardent enim ſtudiis peruerſiſque doctrinis, quibus imperitos conſumunt.*

Procop. l. 2. de Promiſſ. c. 21.

Hæretici indigni amoris Dei, quia iaxant habenas luxuriæ.

Quaſi dicat, ſi hæretici diuino eſſent ſuffulti amore doctrinas ſanas & rectas, quæ fructus dignos pœnitentiæ facerent, docerent. Sed quia ſolum in habenas luxuriarum dandas ſtudent, ideo incendia voluptatum acquirunt, & faſtidium pœnitentiæ prædicare non ceſſant. Et addit Procopius: *Mulier porro, quæ relicta tanto viro alij nupſerat, igneque periit cum parentibus, eſt omnis anima hæretica, quæ cum ſuis parentibus, id eſt, doctoribus igne inextinguibili peccatis traducentibus exuretur.*

Procop. cit.

Doctores hæreticorum meretricibus ſimiles.

Quaſi dicat, O miſeri, & infelices magiſtri, & Doctores hæreticorum, quibus vſtionibus, & flammis inferni pœnas dignas ſoluetis, quia innumerabiles animarum perditiones docetis; & ſola ſuperbia & ambitione inflati vitam latam prædicatis, & viam arctam pœnitentiæ fugitis.

1668. E contra vero Doctores Catholici, inquit Lyranus ſua in gloſſa. *Quia ſicut Samſon* (inquit egregius Expoſitor) *per combuſtionem vulpium incendit ſegetes Philiſthinorum: Sic Chriſtus per Prædicatores charitate combinatos ſuccendit fidei charitate firmata Gentilium, & peccatorum corda, in tantum quod in multis erant ad martyrium promptiſſima.* De hoc igne inquit Saluator Lucæ 11. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat.* Et addit Lyranus. *Quod autem per vulpes poſſunt intelligi prædicatores, oſtenditur; pinguedo namque vulpium medicinalis eſt contra ſtupefactos neruos; multi enim prædicatores contractos corporaliter erexerunt,* vt patet de Paulo & Ioanne, Actor. 4. & de Paulo & Barnaba, Actor. 13. *Et multa alia fecerunt alij Diſcipuli Chriſti, & miniſtri.*

Lyran. ſua in gloſſa.

Catholici prædicatores pleni igne amoris diuini.

Lyran ſua in gloſſa.

Pinguedo vulpium medicamentum notabile.

Actor. 4.

Actor. 13.

Teſtes fidei noſtræ inſpirationes cordium.

Quaſi dicat, innumerabilia miracula per vniuerſum orbem quotidie tam corporaliter, quam ſpiritualiter prædicatores Dei operantur quia contractos per pigritiam, & acediam erigunt, & in via mandatorum Dei faciunt ambulare, quia in cordibus omnium fidelium aſſignat Deus teſtes huius veritatis exhibentes ei quotidie immenſas gratias, pro beneficiis acceptis. Sicuti ad gloriam transfigurationis Moyſem & Eliam adduxit, ne ab hominum memoria pignus æternæ gloriæ elaberetur, & vt omnem hæreticis occaſionem dubitationis auferret, vt Hieronymus inſinuauit.

Hieron. cit.

1669. 2. RESPONSIO Abulenſ. citati in littera. *Leuantes oculos neminem viderunt, quia putabant ſe glorioſos exiſtere & ideo neminem viderunt.* Quaſi dicat, inflati, elatique qui ex puluere ad ſublimia loca collocantur, neminem ſtatim vident; quia vt noſtro Hiſpano ſermone dicitur, *Luego hazen la viſta gorda.* Vnde interrogat

Abul. citat. in littera.

Oleaſter, quare Iethro, cum Moyſem vidiſſet lætatus valde dixit, *Benedictus Dominus, qui eruit vos de manu Ægyptiorum*, Exod. 18. n 9. Et reſpondit; *quia Iethro humilis erat, & non ſolum de bonis aliorum lætatus eſt, ſed in gratiarum actiones prorupit.* Et addit, *vtinam fratres mei de beneficiis nobis exhibitis Deo gratias reddamus. Sed vah nobis, quia nos noſtra vix cognoſcimus, & Gentilis Iethro aliena in Deum refert, & gratias rependit.*

Oleaſter in Exod. 18. n 9.

Tranſl. Pag.

Suos diſplicere genus ſuperbiæ eſt.

Nemo ſe cognoſcit cum proſpera ei eueniunt.

Quaſi dicat, ô miſera hominum fragilitas vix reperitur, qui ſua conſideret, cum magna conſecutus eſt, & qui ex humili progenie ad altiora euehuntur officia ſuos humiles ſpernunt, neque recordantur ſuorum principiorum, neque Beneficiorum à Deo receptorum, neque cognoſcunt ſe, neque alios, & ideo neminem leuantes oculos in transfiguratione vident. Sed attendant, quod tales propter ingratitudinem, ſi de terra ſubleuati ſunt ſolent in terram timore & dolore cadere.

Oleaſt. cit.

Dignitates homines euaneſcunt.

Vnde Ambroſ. in gloſſa interrogat, quare poſt felicem victoriam, quam Samſon conſecutus eſt de Philiſthæis dixit: *En ſiti morior*, Iudic. 15. n. 18. Et reſpondit, *quia vocauit nomen loci illius, vbi victoriã conſecutus eſt Rama lechi, quod interpretatur eleuatio.* Et addit Ambroſ. *vtinam quam fortis in hoſtem, tam moderatus in victoria fuiſſet. Verum quod facilè vſu venit inſolens rerum ſecundarum animus, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori, & præſidio deferre, ſibi arrogauit dicens, in maxilla aſini deleui mille viros.* Et addit: *nec aram ſtatuit Deo, ne hoſtiam immolauit, ſed negligens ſacrificij, aſſumptor gloriæ, vt triumphum ſuum perpetuò conſecraret, nomine vocauit locum maxillæ interfectionem.* 1670.

S. Ambroſ. in gloſſ. cit. Iudic. c. 15. n. 18.

Inſolẽter quĩ proſperantur euaneſcunt.

Quaſi dicat, proſperatus Samſon neminem niſi ſeipſum reſpexit, oblitus ſuorum principiorum, & quod à Deo omnia ſecunda ei veniebant. Et ideo ſtatim caſtigatus fuit ſiti ferventiſſima: quia ingratus (teſte Seneca) *cum ipſo munere pœnam incurrit.*

Seneca de beneficiis.

Hinc Ioſephus lib. 5. antiquit. cap. 13. *Samſon pluſquam oportebat exultans non Dei operatione credebat hoc factum ſed ſuis viribus.* 1671.

Ioſeph. l. 5. antiq. c. 13.

Ingrati in proſperis nullius recordantur.

Quaſi dicat, Ingrati ita aliquando inſolentes ſunt in proſperis, quod neque Deu confitentur, cum beneſecerit eis. Vnde Rupert. lib. com. in Iudic. cap. 19. *Maxilla aſini in manu Samſon infirma contemptibilia, & ignobilia huius mundi ſignificauit.*

Rupert. in Iudic. c. 19.

Maxillam aſini nudam vilem & deſpectam ſemper ante ſe pro ſpeculo debemus habere, qui ex nihilo procedũt & ſunt ſublimes.

Quaſi dicat, maxillam Samſon in manu tenebat, cum victoriam perpetrabat, vt quaſi in ſpeculo ſe & ſua contemplaretur, quia erant contẽptibilia, & ignobilia mundi, & non euaneſceret in proſperis, & vt doceret nos in magnis conſtitutos, conſiderare, de qua petra exciſi ſumus. Sed proh dolor! quod ferè omnes in dignitatibus excelſis conſtituti, quærunt, & honorificant adulatores prædicatores, qui ex proſapia Regia prædicent deſcendentes, quos caupones, & miſeros Hortulanos cognouimus & hoc Deo ineffabiliter diſplicet. Vnde Ioſephus addit, *Dum ſitis fortiſſima Samſonem tenuiſſet, conſiderans quod nihil eſt virtus humana, & Dei cuncta eſſet teſtatus rogabat, ne propter hæc iraſcens eum traderet inimicis; ſed vt potius illi auxilium in neceſſitate conſeruet, & à malis eriperet.*

Ioſeph. cit.

Religioſi hoc ſpeculo vtãtur in dignitatibus conſtituti.

Quaſi dicat, Sentit Samſon, quod propter elationem, ſuperbiamque caſtigabat eum Deus, ſiti furibunda, & ideo ſuppliciter ſe recognoſcens mi-

ſericordiam

ſericordiam poſtulabat à Deo, cui ſoli honor, & gloria in ſe reuerſus proteſtatus eſt ſemper dare.

S. Ambroſ. epiſt. 70. in gloſſ. *Iud. 15.* *Manibus inimicorum tradere ſuperbos ingens ſupplicium.* *Pſ. 118. n. 71.*

1672. Et Ambroſ epiſt. 70. in gloſſa citat. ait: *Illam victoriam Deo putabat ſiti caſtigatus dicens: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc magnam, & nunc ſubueni quia ecce morior ſiti, & in poteſtatem eorum, de quibus tantum donaſti triumphum ſitis neceſſitate adiudicor.* Quaſi dicat, ſolet Deus ſuperbis, & arrogantibus in dignitatibus ſubleuatis tradere in manibus inimicorum ſuorum, vt contemptum & arrogantiam ſoluant, & interdum vt proſtrati, & humiliati ſe recognoſcant, & ſua viliſſima fundamenta proſpiciant dicentes: *Bonum mihi, quia humiliaſti me.* Et ita viam iniquitatis a ſe amouent, & miſericordiam Dei conſequuntur.

Ambroſ. citat. *Fontes miſericordiæ Dei afflictos conſolantur.* *Humilitas reconciliatrix eſt peccatorũ cum Deo.* *Grati beneficiis ſemendis, vt copioſius colligant.*

1673. Et ſic addit Ambroſ. loco citat. *Dei miſericordia aperuit ſciſſuram maxillæ, & fons erupit ex ea, bibit Samſon, reſumpſit ſpiritum, & vocauit nomen inuocationem fontis, eo quod victoriæ iactantiam inuocaturus precibus emendauiſſet. Ita immatura iudicia diuerſa edita ſunt, cum & arrogantia cito offenſam incurrit, & humilitas ſeſe reconciliauit. Miſericordia Dei ſemper precibus peccatorum contritorum præuenit, & Samſon ex elatione contritus fontes ex ſciſſuris maxillæ inuenit; quia inſtrumentum ſuperbiæ ſi ſuppliciter, & humiliter recognoſcatur, & in humilitatem transformetur, venas & fontes pietatis, & diuinæ conſolationis ſtatim inueniet*, vt patet in diſcipulis obcæcatis, & timore repletis, neminemque ex ſplendoribus transfigurationis videntibus, quos Dominus tetigit, & ex contactu diuino in ſe reuerſi ſunt, & neminem iam timuerunt, & ſe miſeros recognoſcentes tantum Deo vero magiſtro ſuo immenſas gratias exhibuerunt.

DIFFICVLTAS XVIII.

Quare Chriſtus præcepit Diſcipulis dicens nemini dixeritis?

Hieronym. in litt. cit. *Oleaſter in Exod. 4. n. 8.* *Fallacia dæmonum innumeræ ſunt.*

1674. QVæritur, quare ſecretum de myſterio Transfigurationis tacere voluit Chriſtus? 1. RESPONSIO Hieronymi in litt. citat. *Noluit quod prædicaretur pro tunc myſterium transfigurationis ne pro rei magnitudine incredibile eſſet.* Quaſi dicat, non diſplicet Deo, quod homines faciles ſint ad credendum, & quia gentes pro tunc difficilè crederent gloriam Chriſti, iuſſit tacere. Vnde interrogat Oleaſter, quare dixit Dominus Moyſi Exod. 4. n. 8 *Si non crediderint tibi, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis?* Et reſpondet, *mirum in modum Deus nobis morem gerit ferens æquo animo noſtram incredulitatem.* Dedit autem Dominus Moyſi tria ſigna, quoniam & ſi in omnibus voluerit ſuos eſſe prudentes, & cautos, maximè tamen in credendis, quoniam nouit quam facilè nos inimicus decipiat.

Lyranus in ſua gloſſa. Iudic. 16. n. 18. *Inſenſatus eſt, qui ſecretum reuelat mulieribus.* *Ambr. ep. 70.* *Fortitudo Samſonis per mulierem perdita eſt.* *Iſidor. in l. 1. Iudic. in gloſſ. citat.* *Blanditiæ mulierum fugiendæ.*

1675. Lyranus interrogat. *Quare Dalila cum Samſon ei ſecretum fortitudinis ſuæ reuelaſſet dixit ad conſolandos ſuos*, Iudic. 16. n. 18. *Aſcendite adhuc ſemel; quia nunc mihi Samſon aperuit totum cor ſuum?* Et reſpondet. *quia Samſon fuit deceptus reuelando ſecretum ſuum mulieri ignoranti, quod machinaretur in mortem eius.* Quaſi dicat, ſtultus nimis, & omni ludibrio dignus eſt, qui mulieribus ſecretum vllum reuelat. Vnde Ambroſius epiſt. 70. *Samſon ex ſomno expergefactus, faciam, inquit, ſicut ſoleo & excutiam me ſuper aduerſarios; Sed nec animi ſui alacritas, nec virtus, nec vigor, nec gratia manebat.* Quaſi dicat, omnia quæcumque Deus homini ſapienti, & forti tribuere poteſt per conſortium malæ mulieris, & per confidentiam in ea amittuntur. Et Iſidorus in lib. 1. Iudic. citat. in gloſſ. ait; *Quod mulier ſubdola caput Samſonis raſit, & Allophylis illudendum tradidit, quo captiuatus eſt, & excæcatus, & ad molam deputatus, non in his Chriſtus, ſed illi figurantur, qui tantum Chriſti nomine gloriantur, & malis actibus iugiter implicantur.* Quaſi dicat, qui ſe à mulieribus non ſeparauerit, & abſcondita cordis ſui blanditiis earum ſubiecerit excæcatus & miſer peribit.

D. Gregor. 17. mor. c. 13 *Impij ſemper in circuitu ambulant.* *Meretrices fingunt amare vt abſcondita cordis hauriant.* *Gregor cit.* *Rationis vires conſuetudo peccati frangit.* *Iudic. c. 16.* *Meretrices homines rotare faciunt.* *Pſ. 11. n. 9.* *Qui mulieribus ſe credit vſque ad ſepulchrũ curſus alliditur.*

1676. Et D. Gregor. lib. 7. moral. cap. 13. *Samſon amiſſis oculis ab Allophylis ad molam deputatur.* Et addit. *ſciendum eſt, quod prius intellectus obtunditur; & poſtea captus animus per exteriora deſideria vagatur, vt cæca mens, quo ducitur, neſciat, & carnis illecebris ſe libenter ſubdat.* Quaſi dicat, primum quod meretrices intentant eſt blanditiis, & fallaciis intellectum peruertere, vt facilè in omnibus ſuis actionibus credantur amorem falſum fingentes, & inde Dæmon illecebras innumerabiles intentat; *Nam ſæpè mens recta cernit* (inquit Gregor.) *nec tamen audenter contra peruerſa ſe erigit, & retinens vincitur, dum hoc ipſum quod egit diiudicans carnis ſuæ dilectione ſuperatur.* Quaſi dicat, dum in ſe recogitat homo, quomodo tam facilè ſe credendo mulieris illecebris captus iacet, iterum, fomite delectationis ſuperatur, & obcæcatus in malitia plus obdureſcit, & addit Gregorius; *Quod enim plerumque prius oculus contemplationis amittitur, & poſt captus per carnis deſideria huius mundi laboribus animus ſubiugatur, teſtatur Samſon ab Allophylis captus, qui poſtquam oculos perdidit ad molam deputatus eſt; quia maligni ſpiritus poſtquam tentationum ſtimulis intus faciem contemplationis effodiunt foris in circuitum laboris mittunt.* Quaſi dicat, homines, qui vitio dediti ſunt nullatenus contra blandimenta dulcia meretricis pulchræ reſiſtere poſſunt, & ſecreta omnia cordis ſui illi pandunt, & manet intellectus cæcus, & abſorptus. Poſtquam autem meretrix formoſa captum, & cæcum Samſonem conſiderat, in circuitu innumerabilium laborum eum ambulare facit, quouſque laſſum, debilem, pauperem, nudum, cæcum, & ſine honore rotare perſpicimus, & doloribus immenſis animæ, & corporis proſtratum & tandem mortuum, & totum hoc ex facilitate fidei prouenit, quia qui ſe facilè mulieribus credit repentè, & facilè ſine remedio peribit.

Lyranu ſua in gloſſa. *Sacerdotes, & religioſi plus & facilius fallaciis credunt mulierum.*

1677. Vnde Lyranus ſua in gloſſa ad moralem ſenſum ait: *Samſon igitur deceptus à Dalila ſecretum ſuæ conſecrationis eidem illicitè reuelauit, & in hoc ſignificat hominem Deo conſecratum per profeſſionem in religione vel ordinem ſacrum, qui per blanditias mulieris deceptus trahitur ad impudicos tactus, & complexus, & ſic excæcatur primo tenebris ignorantiæ, ſecundo ligatur vinculo con-*

ſuetudinis peruerſa, & in carcere peccati deputatur ad molendum, id eſt, ad opus laborioſum, & malum, quod eſt opus peccati, ſecundum quod dicitur Sap. 5. n. 7. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus vias difficiles; viam autem Domini non ambulauimus.* Quaſi dicat, Sacerdotes, & Religioſi plus debent ſecreta ſua mulieribus non patefacere; quia ſi ab ipſis ſemel decipiuntur, difficillimè ſeparantur; quia Dæmones non ceſſant illuſionibus, & repræſentatione ſpecierum delectabilium torquere illos vſque in præcipitia indicibilia collabuntur, vel à religione apoſtatantur.

Sap. 5. n. 7.

Peccatores Religioſi plus fatigantur à Dæmonibus quàm ſeculares.

1678. Et addit Lyranus loco citato. *Per hoc autem quod capillis Sãſonis renaſcentibus ipſe plus nocuit Philiſthæis quam ante fecerat, ſignificatur, quod aliquando homo Deo conſecratus, & dicto modo deceptus à Dæmone, & reſpectu diuina gratia reilluminatur, & contra Dæmones, & vitia fortius quam antea præliatur.* Quaſi dicat, exemplo Apoſtolorum multi Religioſi quamuis ceciderunt ſuper terram, quia fragiles & ex terra formati ſunt; alij Chriſtum negantes, vt Petrus; alij omnes fugientes; ſic ſecreta Dei, & Sacramenta obſeruant, quod ſunt in exemplum vniuerſis nationibus, & hominibus. Et addit Lyra, *Et poteſt etiam dici, quod per Samſonem, qui ante tonſionem capillorum fuit fortiſſimus, & poſt tonſionem capillorum fuit ſicut cæteri homines infirmi ſunt, qui ante depoſitionem capillorum per Religionis ingreſſum, erant fortes, & habiles ad luctandum contra inſidias Diaboli, & poſt ingreſſum Religionis infirmi ſunt & debiles ad bene operandum.* Quaſi dicat, multi deteriorantur propter ſuam deprauatam malitiam in Religione; non quia Religio perfectiſſima non ſit, ſed quia vt Hiſpano more loquar, *Perque hazen del a triaca veneno.* Et ex monte Thabor, vbi Diſcipuli Chriſti transfigurati, & repleti Sacramentis abſconditis deſcenderunt. Deprauati Religioſi vt Iudas ex fragrantia vnguenti pretioſi ſuper caput Ieſu effuſi venenum murmurationis, & incapaces alicuius diuini neque humani ſecreti permanent, quia ſcriptum eſt de iſtis, *Muſca morientes perdunt ſuauitatem vnguenti*; boni autem & perfecti ſecreta Sacramenta, & præcepta & vota; quæ Domino vouerunt, perfectioneſque Religionis in æternum conſeruant; Quia recordantur, quod Chriſtus præcepit Diſcipulis ſuis ſeruare ſecretum Sacramenti transfigurationis & præceptum ſicut ſecretum obligat ſeruare à Chriſto impoſitum.

Lyran. citat.

Illuminati Religioſi poſtquam in ſe reuertuntur ineffabiliter Deo deſeruiunt.

Lyra citat.

Religioſus qui deterioratur ſimilis Samſoni nuper raſum habet.

Religio perfectiſſima eſt ex ſe.

Hiſpana locutio.

Ioan. c. 12. n. 5.

Eccl. 10. n. 1.

1679. 2. Responsio. Secretum tribus Diſcipulis commendauit Chriſtus, *Vt examen faceret ad maiora myſteria percipienda.* Vnde interrogat Oleaſter; quare poſtquam Deus coram Moyſe mirabilia fecit cum virga quam habebat in manu, & in manu ferebat, *Abiit, & reuerſus eſt ad Iethrò ſocerum ſuum, dixitque ei vadam, & reuertar ad fratres meos in Ægyptum?* Exod. 4. n. 18 Et reſpondit; *poſt tot mirabilia facta examinauit Dominus Moyſem; quia ſunt maximè celanda ſecreta Domini.* Et addit, *non ſocero, non vxori, neque alicui, niſi quibus Deus præceperat munus Dei ſibi commiſſum reuelauit.* Quaſi dicat, dedit Dominus poteſtatem ſuam Moyſi ſuper Pharaonem, & fecit illum vicedeum prodigia faciens in virga, quam habebat, & ſapientiam in verbis, quæ loquebatur, vt adnotauit Rupertus, & omnia hæc ſecreta ſeruauit, neque vxori, aut homini viuenti dixit. Vnde cor Dei quotidie plus ad ſe attraxit, & mirabilia in mari rubro operatus eſt. Et addit Oleaſter; *Sic Saül verbum regni neque patri, neque matri, neque patruo voluit indicare*, 1. Reg. 14. n. 15. Quaſi dicat, elegit Deus Saül in Regem ſuper populum ſuum, quia ſecreta, quæ Samuel indicauit ei, cum aſinas quæreret, & oleo vnxit eum in triclinio omnium, neque patri nuntiauit, & cum ex tam graui examine inſignem, & Doctorem egregium Saulem Deus agnouit, in Regem ſuper Iſraël conſtituit eum.

Actiora ſententia. Omni honore dignus, qui ſecreta ſeruat.

Oleaſter in Exod. 4. n. 18.

Moyſes viceDeus factus ſecretè alijs & nihil vxori neque homini dixit.

Cor Dei ad ſecretiores inclinatur.

Oleaſt. cit.

1. Reg. c. 14. n. 15.

Saül exemplum ſecretariorum ſeruando ſecreta.

Vnde interrogat Lyranus, *Quare cum Patruus Saulis interrogaret eum, indica mihi, quid dixit tibi Samuel?* Reſpondit, *indicauit nobis, quod inuenta eſſent aſinæ; De ſermone autem regni non indicauit ei*, 1. Reg. 10. n. 16. Et reſpondit, *vt euitaret iactantiam, & humilitatem ſeruaret, & etiam fidelitatem ſecreti; Saul enim vnxerat eum ſecretè.* Et addit: *propter quod puerum Saul fecit praire, ne audiret verba eius; & ideo voluit tenere ſecretum, & debuit quouſque Samuel negotium publicaret.* Quaſi dicat, Principes, & Prælati, & eorum miniſtri ſummopere à famulis, & ſeruis ſuis cauendi ſunt, ne res magni momenti ſciant; quia non ceſſant ſtatim eas publicare & ſemper cautelosè, & attentè deſiderant omnia inculcare, ſcire, & penetrare Et Procopius in gloſſa ait: *Saul vero ſorte delectus conſiderans hanc poteſtatem ſua dignitate & meritis longè excellentiorem eſſe, occultè latere, & tacere voluit.* Quaſi dicat, cum Lyrano, Saül vt priſtinam humilitatem teneret, ſecretum ſibi commiſſum vſque ad tempus debitum conſeruauit. Quaſi dicat, inflati garrulatores, & intrepidè loquentes quidquid ſciunt, vel audiunt, & aliquid amplius pronuntiant; quia non poſſunt retinere ſecreta, & ſtatim vomitum faciunt, quia torquentur ſecretis, ſicut ſtomachus cibo repletus. 1680.

Lyran. ſua in gloſſa.

1. Reg. 10. n. 16.

Famuli miniſtrorum & Principum inimici inexcuſabiles qui deſiderãt ſecreta audire, vt ſtatim publicent.

Secreta non tacens ſimilis eſt ſtomacho vomitum facienti.

Hinc interrogat Ambroſ. in Pſ. 118. quare Angelus dixit Tobiæ cap. 12. n. 7. *Etenim Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt?* Et reſpondit, *quia peccat Deo qui commiſſa ſibi ſecreta, vel myſteria putauerit indignis eſſe vulganda.* Et addit, *periculum enim eſt, non ſolum falſa dicere ſed etiam vera, ſi quis ea inſinuat, quibus non oportet.* Et Lyranus ſua in gloſſa ait, *Sacramentum, id eſt, ſecretum Regis ſcilicet abſcondere bonum eſt, quia non poſſet bene regere regnum ſuum, ſi reuelaretur communiter ſecretum ſuum.* Et Interlinealis, ait: *Myſteria Dei tegenda, opera Domini prædicanda.* Et Lyranus addit, *vbi non apparet Dei laudatio, ſed magis periculum, non eſt loquendum.* Quaſi dicat, *ſecretum ſeruare non poteſt nocere, ſicut & poteſt reuelatum.* 1681.

S. Ambroſ. in Pſ. 118.

Tob. 1. c. 12. n. 7.

Secreta naturaliter commendata obligant ſub peccato taceri.

Lyran. citat.

Interlineal. in gloſſa.

Vnde Hieronymus in cap. 8. Eccleſiaſt. citat. in gloſſ. *Filiis Dei cuſtodienda præcepta Dei ſunt, huius voluntati parendum, & hoc eſt quod in Tobie l[illegible]o ſcribitur: myſterium Regis abſcondere bonum eſt.* Et præcipuè monet, *ne tractemus quare Deus vnumquodque præceperit, ſed quodcumque viderit eſſe mandatum, hoc pia mens bo mentis implere feſtinet.* Quaſi dicat, ſecreta à Domino commiſſa ſeruanda ſunt, ſicut Apoſtoli fecerunt, quibus dixit Dominus, *Nemini dixeritis viſionem ſine ſcrutatione, & inquiſitione*, quare ſecretum commendatur, quia iuſtus ſimpliciter debet Deo obedire, & ſuis ſuperioribus. 1682.

S. Hieron. in cap. 8. Eccleſiaſt.

Rationes quare ſecreta commendatur non ſunt exquirenda.

TRACTATVS XLVII.

AD LITTERAM, In Cap. VIII. Ioannis.

De Chriſti prædicatione contra reprobos.

TEXTVS.

21. DIxit ergo eis Ieſus ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro
moriemini. Quo ego vado, vos non poteſtis venire. 22. Dicebant,
ergo Iudæi, nunquid interficiet ſemetipſum, quia dixit: quò ego vado,
vos non poteſtis venire. 23. Et dicebat eis, vos de deorſum eſtis,
ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de mundo
hoc. 24. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis veſtris; Si enim non credi-
deritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es?
Dixit eis Ieſus: Principium, qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui, &
iudicare; ſed qui me miſit verax eſt, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo.
27. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum. 28. Dixit ergo eis Ieſus,
cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio
nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor. 29. Et qui me miſit mecum eſt, & non
dereliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper.

EXPLANATIO litteræ.

1683. Rupert. in cap. 8. Ioan. RVPERTVS in Ioannem 8. acutè interpretatur dictionem illam *Ergo*. Quaſi dicat Euangeliſta. *Ergo cum Chriſtus videret perſeuerare inimicos ſuos in malitia conſilij capiendi eum ad occidendum, dixit, ego vado, & quæretis me, & in peccatis veſtris moriemini, id eſt, propter peccatum veſtrum, quia propter perſecutionem Chriſti, & Apoſtolorum ciuitas Hieruſalem deſtructa eſt, & templum combuſtum, & populus occiſus ab exercitu Romanorum, vt fuerat à Chriſto prædictum*, expreſſius Lucæ 13. & 19. *Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, &c.*

Concluſio extra reſolutionem impiorū.

Lucæ 13. & 19.

1684. Quo ergo modo vos non poteſtis venire, *Scilicet, ad gloriam Patris; veſtra infidelitate hoc impediente.* Hæc Lyranus. Quaſi dicat impoſſibilitas iſta non eſt naturalis, ſed moralis, quia liberum arbitrium habebant ad credendum, & eundum in cœlum ſed quia Iudæi renuebant ire.

Lyran. ſua in gloſſa. Sententia Authoris.

1685. *Vos deorſum eſtis, ego deſurſum ſum.* Rupertus, *Vos quia terreni eſtis non intelligitis quæ deſurſum ſum.* Lyranus aliter, *Vos deorſum eſtis, id eſt, demuſſa corrupti pondere originalis peccati. Ideo habetis debitum mortis, quod non eſt in veſtra voluntate. Ego deſurſum, quia ſecundum Deitatem habet eandem naturam cum Patre, & ſecundum humanitatem, anima eſt à Deo immediatè per creationem, & corpus formatum Spiritus Sancti virtute, & propterea habebat plenum Dominium ſuper corpus ſuum ſeparando animam ab ipſo et reuniendo ſecundum quod dicitur, poteſtatem habeo ponendi animam meam, &c.*

Rupert. cit. Lyran.

Chriſtus propter quid habuit poteſtatē ſuper corpus ſuum, & animam.

Ioan. 10.

Dixit vobis, *Quod in peccatis veſtris moriemini, id eſt, quia ſermo meus nunquam capiet in vobis obcæcatis*: Morituri eſtis. Sic Maldonatus, & addit Lyranus, *Quod in plurali modo dicit; quia poſt peccatum principale, quod erat Chriſti occiſio, ſuperuentura erant innumera peccata in cordibus Iudæorum.* 1686.

Maldonat. Lyranus. Peccatores ſemper deteriores.

1687. Tu quis es? id eſt, *Oſtende nobis, quod tu ſis talis, & tantus quod debeat tibi credi.* Quaſi dicant, quomodo homini tam ignoto, vili, & pauperrimo credemus; quia filius fabri tu es.

Authoris mens. Inimici ſemper vilipendio loquuntur.

1688. Dixit eis, *Ego principium, qui & loquor vobis, probando quod debet ei credi per hoc quod eſt omnium creaturarum primum principium, & per conſequens veritas prima, & infallibilis, & hoc eſt, quod ſubdit principium qui & loquor vobis.* Quaſi dicat, quia ſum principium ad me pertinet reducere omnia, & meipſum tanquam ad finem omnium. Ideò conſequenter oſtendit, quod ad ipſum pertinet omnium iudicium. Hæc Lyranus. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare,

Lyranus. Chriſtus principium & finis omnium. Iudicare de factis & dictis, cogitatiſque ad Chriſtum pertinet.

care, *Non dicis vobis*, id eſt, ad malum veſtrum, quod erit in iudicio futuro.

1689. *Ad Philip.2. n.7.*

Cum exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum, id eſt cum in cruce poſitus ſim, tunc exaltabor à Patre meo ſuper cælum, & terram, vt patet ad Philip.2. num.7. *Humiliauit ſemetipſum, propter quod & Deus exaltauit illum,& tunc cognoſcetis, quod modo non cognoſcitis, & quod modo non intelligitis, cognoſcetis.* Quaſi dicat poſt mortem meam multi ex vobis ad fidem conuertentur, vt patet Actor.2.

Caietan. Act. 2.

1690. *Poſt mortem Chriſti multi ex Iudaeorum venerunt ad fidem.*

Quia ego ſum. Reſpondit directè, inquit Caietanus, *quærentibus tu quis es? id eſt, notitiâ vera fidei cognoſcetis, quod ſum verè Deus: Et à me ipſo facio nihil: non ſolum cognoſcetis, quod ego ſum (quod eſt Deitatis,) ſed etiam cognoſcetis me eſſe filium Dei, quod eſt originis diuinæ*, inquit Caietanus. *Et ſicut docuit me Pater, quemadmodum ſuperius dixerat, audiui ab eo, ita modò dicit: Docuit me Pater ad idem ſignificandum: nam neque propriè ibi eſt audire, neque docere*, ſed vtrumque aſſumptum eſt ad limitandum explicanda.

Caietan.cit.

1691. *Myſterium Incarnationis Chriſtus prædicat.*

Qui me miſit mecum eſt. *Myſterium Incarnationis docet Chriſtus, quia ſuppoſitum diuinum terminat naturam humanam inſeparabiliter, & non reliquit me ſolum; quia filius ſecundum quod Deus eſt non poteſt ſeparari à Patre; ſecundum vero, quod homo eſt poteſt ſeparari de potentia abſoluta, ſed de potentia ordinaria natura aſſumpta nunquam dimittetur, quia quod ſemel aſſumpſit nunquam deponet*, vt Damaſcenus citatus à Lyra, *cuius hæc prædicta ſunt.*

Damaſc. à Lyran. citat. ſua in Gloſſ.

1692. *Lyran.cit. Voluntas in Chriſto diuina,& humana.*

Quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper; *Inquantum enim Deus idem vult, & facit, quod Pater, quia eorum eſt vna voluntas, & operatio, regulantur abſque aliqua obliquatione à regula diuina voluntatis.* Hæc Lyranus, quamuis Caietanus meritum continuæ gubernationis deſcribi aſſerat. Reliqua per dubia patebunt.

Caietan.cit.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Ego vado,& quæretis me,& in peccato veſtro moriemini.

Tranſlatio ex Syriaca. 2. Ego vado, & quæretis me, ac moriemini in peccatis veſtris,& quo vado vos non poteſtis venire.

Rupertus in Ioan. 3. In peccatis moriuntur, quia perſeuerantes in malo quærebant animam eius.

Interlinealis in Gloſſa. 4. De futuro quaſi de præſenti loquitur perſequendo iu Apoſtolis.

Lyra ſua in Gloſſa. num.23. vbi Vulgata. Vos de deorſũ eſtis,&c. 5. Proper peccatum mortis Chriſti multi in ſua obſtinatione mortui ſunt.

Tranſlatio Vatabli. num.25. vbi Vulgata. Quis es tu? 6. Vos ex infernis eſtis, ego ex ſupernis ſum: vos ex hoc mundo eſtis, ego non.

Tranſlatio ex Syriaca. 7. Dixit eis Ieſchua, etiam id quod incepi loqui vobiſcum.

Tranſlatio Vatabli. num.28. vbi Vulgata. Cũ exaltaueritis. 8. In primis quod & loquor vobis multa habeo, quæ de vobis loquor ac iudicem.

Tranſlatio Vatabli. 9. Tunc cognoſcetis, quod ego ſum, & quod à meipſo nihil faciam, ſed ita vt docuit me Pater meus.

Tranſlatio ex Syriaca. 10. Cum extuleritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis me eũ eſſe nihilque ex voluntate mei ipſius facere, ſed ſicut me docuit Pater meus, ſimiliter ipſe loquor.

Rupertus Abb. in Ioan.c.8. libr. 8. num.29. vbi vulgata. Qui me miſit mecum eſt. 11. Hæc omnia cognoſcetis, cum exaltaueritis filiũ hominis. Hoc autem Euangeliſta alio loco dixit ſignificans qua morte eſſet clarificaturus.

Tranſlatio Vatabli. 12. Non reliquit me ſolum Pater quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper.

Tranſlatio ex Syriaca. 13. Neque me reliquit ſolum Pater meus, quoniam ego quæ grata ſunt ei, facio ſemper.

Tertullianus libr. aduerſus Prax. fol.854. 14. Cognoſcetis, quia ego ſum, & à me metipſo nihil loquor, quia qui me miſit, mecum eſt.

DIFFICVLTAS I. ad litteram.

Quare Chriſtus Iudæis dixit, ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini?

QVæritur, quorſum hæc verba à Chriſto Iudæis dicta ſint?

1693. 1. RESPONSIO Ruperti lib. 8. Comment. in Ioann. 8. *Quia perſeuerantes Phariſæi in malo quærebant animam eius, & omni ratione facientes, vim faciebant, & dolos tota die meditabantur. Ideo dixit illis Ieſus, ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Quaſi dicat, *ego morior ſcelere veſtro, ego vobis inſequentibus mortem iam immineo, vt tranſeam ex ex hoc mundo ad Patrem.* Et addit Rupertus citatus, *tunc acriori ſtimulante inuidia inquieti, & male ſoliciti quæretis, id eſt, perſequemini me, & in hoc peccato veſtro moriemini; quia in hac iniquitate veſtra vſque ad finem vitæ veſtræ perſeueraueritis, nihil quod nemini, vel gloriæ nocere efficere valentes, ſed tantum mala voluntate, ac pertinaci inuidia vos metipſos interficientes.*

Rupert. lib. 8. comment. in c. 8. Ioan. Pſ. 37.

Inuidia ratione facit errore inuidentes.

Gloria iuſtorum inuidia impiorũ augetur.

1694. 2. RESPONSIO Bedæ in Catena citati: *Hæc autem verborum connexio talis eſſe videtur, vt hæc vno tempore, vnoque in loco, vel certo alio tempore, alioque in loco geri potuiſſent, quoniam nihil interponit, & quidem vel multa potuerunt.* Quaſi dicat, ex tolerantia, & multa Chriſti patientia circa malitiam Iudæorum hæc verba proceſſerunt, quia multis in locis, & ſemper cogitabant aduerſum eum, & meditati ſunt inania circa occiſionem Ieſu, ſed nondum venerat hora eius vſquequo ipſe voluit.

Beda in cat. citat.

Patiẽ lo aliquando prorumpit in flagellum.

1695. 3. RESPONSIO Origen. citat. in Catena. *Si his qui manebant in incredulitate, iſta dicebat, quomodo eis dicit, quæretis me? Quærere enim Ieſum, eſt quærere veritatem, & ſapientiam. Sed quia de perſequentibus aliquando dicitur, quærebant eum capere, differentia enim ſunt eorum qui quærunt Chriſtum; non omnes enim pro eorum ſalute, & vtilitate quærunt eum; propter hoc ſolum hi qui rectè quærunt eum inueniunt pacem; rectè autem quærere dicuntur, qui verbum, quod eſt in principio apud Deum quærunt, vt illos Patri adducat. Quare dicas, non omnes rectè quærunt Ieſum, quia alij bona intentione, vt eum ſequantur, alij vt eum, & ſua membra, (id eſt, ſuos) perſequantur, & capiant in aliquo lapſo verbo,*

Origen. in Catena cit.

Quærere Deũ dupliciter ſumitur. Audientes verbum Dei malo intentione capiendi in verbo aliquo prædicatores Chriſtum perſequuntur.

1696. 4. RESPONSIO Auguſt. in Catena citat. *Quæritis*, inquit me, *non pro deſiderio, ſed odio: nam illum poſtquam abſceſſit ab oculis hominum inquiſierunt, & qui oderunt, & qui amabant: illi perſequendo; iſti habere cupiendo; & ne putetis, quia me bene quæritis, in peccato veſtro moriemini, hoc eſt, Chriſtum male quærere in peccato ſuo mori hoc eſt, illum odiſſe, per quem ſolum poſſet ſaluus eſſe.*

Auguſtin. in Catena cit.

1697. 5. RESPONSIO Bedæ in Catena citat. *Nota quod peccatum ſingulari numero vtitur, ſed veſtro in plurali, vt idem omnium ſcelus oſtenderet.* Quaſi dicat, odium Dei quod Iudæorum corda poſſidebat, erat ſumma omnium peccatorum.

Beda in cat. cit.

Odium Dei peccatũ peccatorum eſt.

6. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ. *Ego vado, &c. Quaſi ſponte, & ideò fruſtra laboratis, vadit illo, vnde venerat, & vnde non diſceſſerat; quæretis perſequentes aſſumptum in cælis, vt amici habere cupientes. Vnde eis pœnam prædicit, in peccato veſtro moriemini.* Quaſi cauſam aſſignans, vnde proueniat eorum deprauata malitia; quia cum Chriſtus à dextris Dei aſſiſtat, inde multiplicabitur iniquitas impiorum perſequendo membra Chriſti, & vſque in finem in peccatis perſeuerando. 1698.

Gloſſa ord.

Malitia impiorum quotidie augetur.

7. RESPONSIO Origenis citati in Catena: *Præſens verbum vado, minatur Chriſti receſſum. Sed quandiu ſeruamus ea, quæ animæ noſtræ ſunt inſita veritatis ſemina; nequaquam recedit à nobis verbum Dei; ſi verò à lapſu in malitiam corrumpamur, tunc dicitur nobis, ego vado, & cum quæramus eum fictè, nequaquam inueniemus, ſed in peccatis noſtris moriemur.* Quaſi dicat, ſi communiter accipiatur, manifeſtum eſt, quod peccatores, in peccatis eorum moriuntur: iuſti vero in iuſtitia; ſic verò dicitur moriemini, ſicut qui ad mortem peccat, moritur, manifeſtum eſt, quod ſi quibus talia dicebantur, nequaquam mortui erant, ſed viuebant in infirmitate animæ, ſed infirmitas illa ad mortem erat; propter quod medicus videns eos grauiter ægrotantes dicebat, *In peccatis veſtris moriemini.* Vnde ſequitur, quo ego vado vos non poteſtis venire. 1699.

Origen. cit. in Caten. S. Thom.

Obcæcati in peccatis infirmitate mortis periclitantur.

Medicus Chriſtus.

DIFFICVLTAS II.

Quare Chriſtus dixit, quò ego vado, vos non poteſtis venire?

QVæritur, quare Iudæi non poterant ire, vbi Chriſtus erat iturus?

1. RESPONSIO Ruperti Abbatis in Ioann. 8. *Equidem neque ipſi, qui cum dilectione quærunt, & ſequuntur me, non poſſunt, quò ego vado, venire. Sed poterunt quandoque, vos autem, qui cum odio quæritis, & perſequimini me, quò ego vado, nunquam poteſtis venire. & quandoque etiam apprehendere, & occidere, ſed hoc vobis facientibus, illuc quò ego vado, vos non poteſtis venire.* Quaſi dicat, quomodo poteſtis venire, vbi ego vado, ſi vita veſtra ſceleribus, & iniquitatibus plena perſiſtit. 1700.

Rupertus cit. in Ioan. 8

Male viuere, & cum Chriſto adire impoſſibile eſt.

2. RESPONSIO Origenis in Catena citat. *Cum enim aliquis in ſuo peccato moritur, quò vadit, Ieſus non poteſt ire; nullus enim mortuus poteſt ſequi Ieſum; non enim mortui laudabunt te Domine,* inquit Pſaltes. Quaſi dicat, vbi Chriſtus eſt, locus eſt *Gloriæ, pacis, & charitatis, ſed impij carent omnibus his, ergo non poſſunt ire cum Ieſu,* 1701.

Orig. cit. in Catena Pſ. 113. n. 27.

3. RESPONSIO Lyrani ſuo in Gloſſa: *Quò ego vado, vos non poteſtis venire, id eſt, ad gloriam Patris veſtra infidelitate hoc impediente.* Quaſi dicat, iter planum adpertum beatitudi- 1702.

Lyran. ſua in gloſſa.

nis

Ire ad gloriā fides formata Charitate.

nis eſt fides formata charitate, vos autem per aliam, & contrariam viam infidelitatis itis; non ergo poteſtis ire, quo ego vado.

DIFFICVLTAS III.

Quare Iudæi dixerunt, nunquid interficiet ſeipſum?

QVæritur, quare tam extra propoſitum loquuti Iudæi dicentes, nunquid, &c.

1703. *Rup. Abb. in Ioan. 8. Inimici vſque ad interemptionem turbato cogitatu procedūt.*

1. Responsio Ruperti in Ioann. 8. *O Iudæi homicidæ crudeles, & ſcelerati, adeò ne nil boni de hoc homine, qui mortuos veſtros ſuſcitauit, ſentire poteſtis vt hoc ſolum, quod interficiat ſemetipſum viæ eius ſupereſſe arbitramini?* Quaſi dicat, inimicorum odium ſemper ad extrema malitiæ, & iniquitatis animum ſuum agitat, & praua deſiderat: ideò Iudæi Chriſtum præcipitem conſiderabant turbato intellectu verba vitæ eius intelligentes.

1704. *Auguſt. cit. in Catena S. Thom. Stulti carnaliter reſpondent.*

2. Responsio Auguſtini in Catena citat. *His verbis auditis quomodo ſolent carnalia cogitantes, interrogauerunt dicentes, nunquid interficiet ſemetipſum; quia dixit, quo ego vado, non poteſtis venire (ſtulta verba,) quid enim non poterant illi venire, quo ipſe prædixiſſet, ſi interficeret ſeipſum, nunquid ipſi non morituri. Ergo, quo ego vado dixit, non quo itur ad mortem, ſed quo ipſe ibat poſt mortem.*

Gloria futuri ſæculi non eſt terminus temporum, neque de illo cogitant.

Quaſi dicat, ſtulti malitioſi ſine intellectu reſpondent; quoniam ſi Chriſtum ſe interimere præſumebant, & moriturum, nonquid ipſi non erant etiam morituri, & poterant ire ad aliam vitam. Sed Chriſtus loquebatur de gloria, quo ipſe iturus poſt mortem erat, & quò Iudæi ire non poterant.

1705. *Orig. cit. in Caten.*

3. Responsio Origenis citat. in Catena: *Æſtimo quod ignominiosè proferentes hoc, quod ſecundum traditiones ſuas de morte Chriſti ad ipſos deuenerat, & non gloriam dantes dixerunt nunquid interficiet ſemetipſum.* Quaſi dicat, Iudæi benè ſciebant, quòd Meſſias habebat in ſua poteſtate mortem ſubire, quomodo, & quandocumque vellet, & cum hoc intellexiſſent ex verbis Chriſti: Ego vado, &c. malitiosè interpretati ſunt dicentes, *Nunquid interficiet ſe ex ſua propria voluntate.*

Legis periti, & magiſtri lucri cauſa, quæ non ſentiunt defendunt.

1706. *Lyran. noſt. ſua in Gloſ. Iſ. 53. c. 12.*

4. Responsio Lyrani noſtri ſua in Gloſſa: *Audierant Iudæi Chriſtum voluntariè moriturum*, vt habetur per illud Iſai 53. c. 12. *Tradidit in mortem animam ſuam. Quæ ſcriptura, & totum Capitulum exponitur ab antiquis Doctoribus Hebræorum de Chriſto. Et ideò Iudæi deriſoriè quærebant de Ieſu, quem reputabant falſum Chriſtum.* Quaſi dicant, ſi ſeriosè loquerentur de impletione huius prophetiæ dicerent ſic, *Numquid ex ſimplici voluntate ſeparabitur anima a corpore, quod patet ex eo quod ſubditur, quo ego vado vos non poteſtis venire ipſi enim poterant ſe interficere*, ſed non poterant animam ſuam pro voluntate tradere, ſicut fuit prophetatum de Chriſto per Iſaiam, & adimpletum per varia loca illius.

Simplices, & recti corde ſcire quæ recta ſunt incipiunt, vt ſalui fiant.

1707. 5. Responsio meo iudicio. Dixerunt inimici hoc, quia erant liuore, & inuidia repleti, & quod deſiderabant in corde pronuntiabant in voce, & vt Hiſpani loquuntur phraſi communi, & vulgari, *Fueſſe la lengua, ado eſtaua el coraçon*, & quia deſiderabant Iudæi Chriſtum interficere, male intelligentes dixerunt, *Numquid interficeret ſemetipſum.*

Authoris mens. Inimici inuidia torquentur, & pronuntiāt lingua quod in corde habent.

DIFFICVLTAS IV.

Quare Chriſtus dixit, vos de deorſum eſtis, ego de ſurſum ſum, vos de hoc mundo eſtis, &c.

QVæretur, quid eſt, ego de ſurſum ſum, vos de deorſum eſtis, &c.

1708. *Rupert. in Ioan. 8. cit.*

1. Responsio Ruperti in Ioannem, *Hoc vtique reproborum eſt, hoc ab electis differunt, quod cum omnes de deorſum, id eſt, de terra ſint excepto Chriſto vnigenito Dei filio, qui de cœlo venit, ſoli ipſi de mundo ſunt: nam electis*, idem dicit Ioann. 15. *Si de mundo fuiſſetis, mundus, quod ſuum erat diligeret, quia vero de mundo, non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Igitur vtrumque dicendum fuit, & quod de deorſum eſſent per communem naturam, & quod de mundo hoc eſſent per vitium, & malitiam ſuam, vt vtrumque monſtraretur eis, illuc ire, quo ibat ipſe, qui & de ſupernis, id eſt, Deo Patre eſt, per propria diuinitatis naturam, & de hoc mundo non eſt per omnimodam, quam aſſumpſerat naturæ innocentiam, vel cœleſtem vitam.* Quaſi dicat, omnes naturaliter de mundo ſunt, quia in mundo ſunt nati, ſed iuſti per innocentiam, & ſimplicitatem non vtuntur hoc mundo. Reprobi autem, & in mundo nati ſunt, & de mundo loquuntur, & mundum relinquere nollent.

Omnes de mundo ſunt nati, ſed ſolus Chriſtus de ſurſum venit qui filius eſt Dei.

Simpliciter & candidè vtūtur hoc mundo iuſti.

Impij torquentur cogitantes mundum relinquendum.

1709. *Chryſoſt. in Caten. cit.*

2. Responsio Chryſoſtomi in Catena citat. *Non ſit mirum vos talia cogitare homines carnales, & nil intelligentes ſpirituale, ego de ſupernis ſum.* Quaſi dicat, *terrena ſemper ſapiunt, qui crudelia meditantur*, & vos qui mortem meam deſideratis quomodo cœleſtia poteſtis capere.

Terrena ſuſpicientes crudelia meditantur.

1710. *Auguſt. cit. in Caten.*

3. Responsio Auguſtini in Catena citat. *De quibus ſupernis? ab ipſo patre, quo nihil ſuperius, vos de hoc mundo; quomodo enim erat de mundo per quem factus eſt mundus.* Quaſi dicat, fruſtra imaginatio torquetur cogitans de ſupernis, quia mirabilis facta eſt ſcientia ex me, id eſt, ad formationem hominis, & creaturarum, homo miſer incapax eſt, vt comprehendat quæ in ſe habet. Quomodo ergo de verbo, per quem omnia facta ſunt, *præmeditabitur ſuū eſſe.*

Potentia humana limitata & viſora cum ſuperna examinare tentat.

1711. *Theod. in caten. cit.*

4. Sententia Theod. in Cat. cit. *Ego non ſum de hoc mundo, nihil mundanū, ſiue terrenū affectans. Vnde nullatenus ad tantam dementiā, vel inſaniam deuenirem, vt meipſum occiderem.* Quaſi dicat, mortales ferè omnes, ita rebus temporalibus fatigantur, quod multotiens non anni homines conſumunt, & occidunt, ſed anxietas rerum continuuſque labor, vt Ouidius teſtatur. Et addit Theodoretus: ſed Apollinarius malè ſuſcipiens hunc ſermonem ait: quod corpus Domini

Non anni homines conſumūt, ſed anxietas rerum. Ouidius.

non

non fuit de hoc mundo, ſed de ſurſum cælitus deſcendit. Nunquid igitur, & Apoſtoli quibus à Domino dictum eſt, *Vos non eſtis de hoc mundo omnia corpora eorum ſunt cælitus obtinentes?* Sic igitur intelligendum eſt cum dicitur, ego non ſum de hoc mundo, hoc eſt, non ſum de numero veſtrum, qui mundana curatis.

Error Apollinarem circa corpus Chriſti. Ioan. cap.

1712. Origen. in Catena cit. *Qui mundo ſunt corde mundū alia poſſidebunt.*

5. RESPONSIO Origenis in Catena citat. *Qui circa hunc mundum eſt amor mundi facit eum, quod de hoc mundo ſit: qui autem non diligit mundum, neque ea quæ ſunt in mundo non eſt de hoc mundo. tamen eſt & aliquis alius mundus præter hunc ſenſibilem mundum, in quo ſunt inuiſibilia cuius viſum, & decorem, videbunt hi, qui mundo ſunt corde, ſed & ipſe primogenitus omnis creaturæ poteſt dici mundus, prout eſt ſumma ſapientia.* Quaſi dicat, in ipſo erat totus mundus in tantum differens à mundo materiali; inquantum differt ratio totius mundi ab omni materia denudata à materiali mundo; animo ergo Chriſti dicit, ego non ſum de hoc mundo; quia non conuerſatus in iſto mundo, ſicut moli.

Ratio totius mundi diſtinguitur à materia mūdi.

DIFFICVLTAS V.

Quare Iudæi Chriſto dixerunt, Tu quis es?

QVæritur, quare tam inſolentem interrogationem Iudæi Chriſto dixerunt?

1713. Rupert. in c. 8. Ioan. Iob. c. 5. n. 2. *Iracundia ſtultum occidit.*

1. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 8. *Quoniam paruulum occidit inuidia, & virum ſtultum interficit iracundia, tormentum Iudæorum non modicè auctum eſt; audiendo ſcilicet, quod Chriſtus dixerat, quod erat de ſurſum, & illi de deorſum.* Et addit Rupertus, *iam dudum inuidebant huic homini, vt putabant filio Ioſeph quod à quibuſdam de turba Chriſtus eſſe putaretur, ſicut ſuperius dictum eſt: quia alij dicebant, hic eſt verè Propheta,* Ioann. 7. *Alij hic eſt Chriſtus. Cum autem Chriſtum hominem tantummodo fore arbitrarentur. At ille nunc dicentibus ſibi, tu quis es? Hoc de te ipſo profeſſus eſt, quod longe ſupra hominem eſt principium, ſtatimque ſubiungens,* addit, *qui & loquor & vobis.*

Apoc c. 1. n. 8.

1714. S. Auguſtin. in Caten. cit. *Cautelosè ſem er inimici loquuntur, vt capiāt in verbis cādidatos.*

2. RESPONSIO Auguſt. in Catena citat. *Dixerat ſupra Dominus, niſi credideritis, quia ego ſum moriemini in peccatis veſtris, (interrogant illi,) velut quærentes non iſſe in quem deberent credere ne in ſuo peccato morerentur.* Vnde dicunt, *Tu quis es?* Quaſi dicat, *cautelosa fuit interrogatio iſta, quia ad offenſam receptam, quod in peccatis morituri erant, deſiderant ſcire, quomodo a peccatis exirent, & quis erat, qui talem ſententiam pronuntiabat.*

1715. Chryſoſt. in Catena cit. *Inimici maliti oſè omnia tentantes, & loquūtur duplici corde.*

3. RESPONSIO Chryſoſtomi in Catena citat. *Conſideranda eſt amentia Iudæorum, qui poſt tempus tantum, & ſigna, & doctrinam interrogant, Tu quis es?* Quaſi dicat Chriſtus, *à principio loquor vobis, & ſermones meos indigni eſtis audire, non ſolum vt dicam vobis, qui ſum ego; vos enim omnia tentantes loquimini, & hæc omnia poſſum vos arguere, & vos punire, vnde ſequitur multa habeo de vobis loqui, & iudicare.*

4. RESPONSIO Lyræ ſua in Gloſſa: *Oſtende nobis, quod tu ſis talis, & tantus, quod debeat credi tibi.* Quaſi dicat, priuſquam credamus debemus ſcire, quis ſit ille cui quo ſedes atteſtanda eſt. 1716.

Lyran. *Fides requirit atteſtationem.*

DIFFICVLTAS VI.

Quare Chriſtus reſpondit principium, qui & loquor vobis?

QVæritur, quare Chriſtus dicatur principium qui & loquor vobis?

1. RESPONSIO Ruperti in Ioann. 8. *Secundum diuinitatis infinitam antiquitatem principium eſt. Principium inquam, in quo omnia condita ſunt, ſicut in exordio libri Geneſeos ſcriptum eſt. In principio fecit Deus cælum, & terram; ſecundum carnem vero finis eſt, id eſt, conſummatio, quia in ipſa nihilominus vniuerſa reſtaurata ſunt.* Vnde in Apocalypſi cap. 1. n. 8. ait: *Ego ſum principium, & finis.* Quaſi dicat, ex hoc principio ante ſæcula tantummodo Deus erat; nunc autem quando hæc loquitur ille Deus, & homo. 1717.

Rupert. in c. 8. Ioan. Geneſ. c. 1. n. 1.

Apoc c. 1. n. 8. *Chriſtus principiū, & finis quomodo.*

2. RESPONSIO Auguſtini tract. 39. in Ioann. tom. 9. *Credite me principium, & eſt in Græco fæminini generis.* Ac ſi diceret, *credite me veritatē, qui loquor vobis. Pater dicitur principiū, non de principio; filius dicitur principium à principio, id eſt, à Patre, per quem omnia, omnia enim per filium Pater operatus eſt, ipſe manus dextera, fortitudo, ſapientia, & Verbum eſt Patris.* 1718.

Aug tr. 39. in Ioan. tom. 9. *Trinitatis myſterium ineffabile.*

3. RESPONSIO Lyrani ſua in Gloſſa: *Probando quod debet ei credi per hoc quod eſt omnium creaturarum primum principium, & per conſequens veritas prima, & infallibilis, & hoc eſt, quod ſubdit principium qui & loquor vobis, & quia eſt omnium rerum principium, omnia reducit in ſeipſum, cum ſit finis omnium, ideo conſequenter oſtendit, quod ad eum pertinet omnium iudicium.* Et ideò dicit, *multa habeo de vobis dicere, & iudicare.* 1719.

Lyran. ſua in gloſſa. *Iudicium finale ad Chriſtū pertinet, quia eſt principium, & finis.*

4. RESPONSIO Bedæ in Catena cit. *Sanè in quibuſdam exemplaribus inuenitur, qui & loquor vobis, vt iſte ſit ſenſus principium me eſſe credite, quia propter vos ad hæc verba deſcendi.* Quaſi dicat, *ego qui ſum principium omnium rerum, quomodo poteram loqui vobiſcum, ſi homo factus non eſſem.* 1720.

Beda in cat. citat.

5. RESPONSIO Auguſtini in Catena citat. *Quia humilis propter vos factus ad iſta verba deſcendi, ergo credite me eſſe principium; quia vt credatis, non ſolum ſum principium, ſed & loquor vobis.* Quaſi dicat, ſi principium ſicuti eſt ita maneret apud Patrem, vt non acciperet formam ſerui, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum ſine voce ſenſibili audire non poſſint. 1721.

Auguſt. in Catena. *Verbum æternum intelligi ſine voce ſenſibili non poteſt.*

* * *

DIFFICVLTAS VII.

Quomodo intelligatur, cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum?

QVæretur quomodo intelligendum eſt, cum exaltaueritis, &c.

1722. Rupert. in c. 8. Ioan. *Oratores in Epilogo breuiter omnia ad memoriā reuocant.*

1. Responsio Ruperti in cap. 8. Ioan. *Quoniam maleuoli accuſatores defenſionem veritatis nō audeerant quaſi concluſionem, id eſt, artificioſum orationis terminum facit, & ſicut facere ſolent oratores periti, vt enumerationum partes colligant, & commoneant, quibus de rebus verba fecerint breuiter, vt renouetur, & ad memoriam reducatur oratio. Sic ea quæ perorauit ab eo loco quo illi obiecerant dicentes, tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum, nunc breuiter recolligit, atque apud ſe quodammodo reponit, vt quia nunc videre, & cognoſcere nolunt, vt ſoluentur, quandoque videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes deuoret. Cum exaltaueritis,* (inquit,) *filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum,* (*ſubaudi,*) *principium, & quod à me metipſo, id eſt, extra Patrem facit nihil, ſed ſicut docuit me Pater, ita facio.*

Chriſtus conſutauit inimicos.

2. Responsio Auguſtini in Catena citat. *Recolite ego ſum qui ſum, & cognoſcetis, quod ſit dictum, ego ſum. Differo cognitionem veſtram, vt impleam paſſionem meam ordine veſtro cognoſcetis, qui cum ſcilicet, exaltaueritis filium hominis, exaltationem dicit, quia ibi exaltatus eſt, quando pependit in ligno, hoc oportebat fieri per manus eorum qui poſtea fuerant crediturí, quibus dicit, hoc quare? niſi vt nemo in quocumque ſcelere, & male ſibi conſcius deſperet, quando videat his donare veniam, qui occiderant Chriſtum.* 1723.

Aug in Cat. cit. *Inimici opprobriando ſolent exaltare perſequentem.* Aug cit. *Nemo deſperet etiā Deicida.*

3. Responsio Chryſoſtomi in Catena. *Vos æſtimatis, quod tunc maximè à me ſeparati eritis, quando me occidetis; Ego autem dico, quoniam tunc maximè ſcietis, & gratia ſignorum, & reſurrectionis, & captiuitatis veſtra; quoniā ego ſum Chriſtus filius Dei.* Quaſi dicat, fugerunt quidam à Chriſto viuo, ſed exaltatum in cruce, ſed pro eo mortem multi ſuſtinuerunt. 1724.

Chryſoſt. in cat. cit. *Fides Chriſti mediis indicibilibus plantata.*

4. Responsio Cum exaltatus fuero omnia traham ad me, *Quia traxiſti Domine corda infidelium. Traxiſti corda perſequentium, traxiſti ſpiritus Angelorum malorum: Nam Dæmones credunt, & contremiſcunt, & licet inflexibiles ſint per amorem, per timorem veritatem fidei aliquando prædicant.* 1725.

Auctorum. Dæmones coacti fidē Chriſti prædicant. Iacob. 2. n. 19.

TRACTATVS XLVIII.

AD MORES,

In Cap. VIII. Ioannis.

De Chriſti prædicatione contra reprobos.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare dicitur in peccato veſtro moriemini?

QVæritvr, quare in peccato morituri erant Iudæi, quia Chriſtus vadit?

1726. Rupert. in litt. cit. *Qui vim faciūt ſuo malo exemplo aliis in peccatis ſuis moriuntur.*

1. Responsio fuit Ruperti in littera citati: *Quia perſeuerantes Phariſæi vim faciebant in malo, & dolos tota die meditabantur.* Quaſi dicat, mala ſine dubio morte peribunt, qui perſeuerantes in malitia nolunt emendari, & illos ponit Deus, quaſi in ſignum, vt cæteri in alieno capite emendentur.

1727. Oleaſter. in Num. 26. n. 9.

Vnde interrogat Oleaſter, *Quare cum Dominus præciperet Moyſi, & Eleazaro, vt enumerarent omnem ſummam filiorum Iſrael, cum ad iniquos perueniſſent,* dixit textus Numer. 26. num 9. *Dathan, & Abiron Principes populi, qui ſurrexerunt contra Moyſem, & Aaron in ſeditione Core, quos aperiens terra os ſuum, deuorauit?* Et reſpondet; quia vt legit Pagninus *fuerunt in ſignum.* Et addit: *Quia non ſolum in vita proſunt impij piis, & bonis, ſed etiam in morte.* Audi quod Ouidius Poëta dixerit: *Biblis in exemplo eſt, vt ament conceſſa puellæ.* Et Iſai 65. num. 14. *Ecce ſerui mei clamabunt præ iucunditate cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis, & dimittetis nomen veſtrum in iuramentum electis meis, & interficiet vos Dominus Deus* Quaſi dicat, ſicut Dathan, & Abyron in ſignum poſuit ſuæ punitionis, qui morte crudeli perierunt, propter quod perſeuerantes in malo vim faciebant aliis ad peccandum, & murmurandum contra Moyſem, & Aaron. Sic modo multi repente in peccatis ſuis moriuntur, *Quia dolos tota die meditantur, neque quieſcunt à malo,*

Tranſlat. Pagnin.

Ouidius. *Biblis mala morte præcipitata periit.* Iſ. c. 65 n. 14.

Murmurantes vim facientes aliis ad murmurationem, in peccatis moriuntur.

&

& ſcandalis ſuis cæteris fidelibus vim faciunt ad peccandum. Et tales in die mortis vlulabunt, & præ dolore clamabunt gementes ſpiritu, & erunt in iuramentum, id eſt, in emendationem iuſtis, vt noſtro Hiſpano ſermone vtitur, Eſcarmentaràn los Iuſtos en cabeça agena. Et ideò præ iucunditate cordis ridebunt in hora mortis, & dicent, ſicut Beatus Didacus Complutenſis dixit, cum iam iam animam exhalaret: *O quàm dulces flores paradiſus habet, vt adimpleretur, quod ſcriptum eſt, & ridebunt in nouiſſimo die iuſti*, ſicut peccatores, qui in peccatis ſuis moriuntur, dicunt, *præ anguſtia ſpiritus gementes, nos inſenſati vitam illorum exiſtimabamus inſaniam; &c.*

B. Didacus Complutenſis in hora mortis riſit, dicens, O quam dulces flores paradiſus habet.
Sap. c. 5. n. 4.

1728. Vnde interrogat Chryſoſtomus, *Quare in peccatis ſuis mortua eſt Iezabel, & tam crudeli morte. quod aures expaneſcunt, audiendo, quod Rex Iehu præcepit* 4. Reg. 9. num. 33. *Præcipitate eam deorſum, & præcipitauerunt eam, aſperſuſque eſt ſanguine paries, & equorum vngula conculcauerunt eam?* Et reſpondit Sanctus homil. 25. in epiſt. ad Roman. *Iezabel, maiores pœnas dedit, quam Achab vineæ raptor; ipſa quippe vniuerſum iſtud negotium texuerat, Regique lapſus occaſionem dederat.* Quaſi dicat, mala morte Iezabel periit, & in peccatis mortua eſt, quia viro ſuo vim ad peccandum fecit.

Chryſoſt. homil. 25. in epiſt. ad Rom.
4. Reg. 9. n. 33.
Iezabel mortua in peccatis acerbiſſima morte.

1729. Et addit Chryſoſtomus. *Igitur & tu quoque, ſi reliquis perditionis cauſa fueris grauiora patieris, quam qui per te ſubuerſi ſunt; neque enim peccare tantum in ſe perditionis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.* Quaſi dicat, ſi Iezabel in peccatis mortua eſt tam funeſta, & amara morte, quomodo putant morituros qui conſentiunt domos meretricum. Qua morte finientur matres, quæ de carnibus filiarum ſuarum comedunt, & triumphant, & qui talia conſentiunt, quomodo non ſubitanea, & improuiſa morte peribunt.

Matres quæ de carnibus filiarum ſuarum comedũt mala morte peribunt in peccatis ſuis.

1730. Vnde Lyra ſua in Gloſſa: *Præcipitata eſt Iezabel quia fuerat cauſa, & origo omnium malorum, propter quæ domus Achab erat exterminanda.* Et D. Ambroſ. lib. de Naboth 3. cap. 11. *Iezabel comederunt canes, & volucres, vt oſtenderetur, quod ſpiritualis nequitia fiat prædæ dignus ſepultura.* Quaſi dicat, matres quæ diuites fiunt luxo ſpiritualis nequitiæ, de prædiiſque animarum filiarum dueſcunt, timeant, ne lacerentur à canibus, & ne ſepulchra earum ſint coruorum, vulturumque guttura. Et addit Ambroſius; *Fuge ergo Diues huiuſmodi exitium: ſed fugies huiuſmodi exitium ſi fugeris huiuſmodi flagitium.* Quaſi dicat, tunc in peccatis mortem timebis, ſi cauſam propter quam infertur, ſeparaueris, id eſt, ſi non fueris peccandi occaſio, & ſcandalum cæterorum.

Lyra. ſua in Gloſſ.
Ambroſ. lib. de Naboth. 3. c. 11.
Ambr. ſup. cit.
Diuitiæ male acquiſitæ repente pereunt.

1731. Vnde Chryſoſtomus homil. 25. citat. *Serpens magis punitus eſt quam mulier, & mulier pluſquam vir, & Iezabel pluſquam Achab.* Et Ambroſ. epiſtol. ad Irenæum, quæ eſt 12. *Iezabel inimica veritati, & aduerſaria Prophetarum eloquiis. Ita dilacerata eſt canum morſibus, vt nullum eius intereſſet veſtigium, ſed toto corpore ſuo cum omnibus poſteritates ſua inſignibus extingueretur.* Quaſi dicat, telas araneæ texuerunt meretrices, & matres earum adquirendo diuitias, munera, & ornamenta, quia repente abſcinduntur ſicut aranearum telæ. Et addit Ambroſius, *Non tibi cohabitet Iezabel illa fera-*

Chryſoſt. hom. 25.
Ambroſ. cit. ep. ad Irenæum quæ eſt 12.
Neque veſtigiũ diuitiarum meretricum remanet poſt mortem.
Ambr. cit.

lis numiſtia quæ tibi cruenta perſuadeat, quæ cupiditates non reuocet, quæ te faciat triſtiorem, etiam cum deſiderata poſſideas, quem facias nudum, cum diues fueris. Quaſi dicat, fuge ò creatura Dei diuitias per cupiditates adquiſitas, ſcandala, & occaſiones præbendo peccandi cæteris; quia vel triſtitia, cum habueris multa, peribis, vel pauper, & nudus peribis propter fortunæ aduerſæ caſus, & quod plus timere debes, ne in peccatis moriaris, quia vt Rupertus ait: *Vim faciendo die ac nocte meditantur in malo, ſicut Phariſæi quibus in pœnam à Chriſto ſententia horrenda pronuntiatur, dicens in peccato veſtro moriemini.*

Meretrices telas araneæ texunt.
A diuerſa fortuna ſemper pereunt meretrices.
Rup. cit.

1732. 2. RESPONSIO Auguſtini in littera citati: *In peccato moriuntur illi, qui quærunt Deum non pio deſiderio, ſed odio.* Quaſi dicat, cum Origene citat. qui propter ſuam ſolam vtilitatem quærunt Deum, non amore diuino, ſed proprio, & humano iſti peribunt. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Geneſ. 47. num. 14. *Quod Ioſeph inuenit gratiam coram Rege Pharaone?* Et reſpondet, *quia omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in erarium Regis*, Vel vt legit Pagninus, *intulit integrum in domum Pharaonis.* Et addit Oleaſter, *Non poſſum ſatis mirari videre eos, qui grati ſunt Regibus celeriter diteſcere, Regem vero ipſum in dies pauperiorem fieri. neque aliud iudicare poſſum, quam quod ipſi non ad Regis ærarium, ſed ad ſuam vtilitatem pecunias venantur à populo.* Quaſi dicat, ſunt multi miniſtri, qui zelantes Dei, & Regis honorem proclamant, & quærunt innumerabilibus modis, & arbitriis quomodo pecunias à miſeris populis congregent, ſed ab effectibus, & fructibus cognoſcetur, vtrum amore vel odio Regis hoc faciant; quia videmus Regem quotidie pauperiorem, & miniſtros, & priuatos gratos indicibiliter diteſcere, & vt Hiſpano vtar ſermone *Los que ayer eran cuytados oy ſe hazen de oro.* Et addit Oleaſter, *Sed non mirum eſt ſanctum Ioſephum ſic voluiſſe ditare Regem, quin non curaret gratis aliquid dare fratribus ſuis in neceſſitate poſitis; neque alius creatura, quam bona erant Regis.* Quaſi dicat, ille Ioſeph, verè propter amorem quærebat Regem, quia neque diteſcere conſanguineos quærebat, neque vtilitatem propriam amabat. Sed ſolum ſeruire Deo, & Regi intendebat.

Auguſt. in lit. cit.
Orig. ibi.
Non quærunt Deũ qui ſuã ſolam vtilitatẽ quærũt.
Oleaſter in Geneſ. 47. n. 14.
Tranſlat. Pagnin.
Miniſtri & grati Regum qui cito diteſcunt, non Regis vtilitatem, ſed ſuam quærit.
Hiſpana locutio.

1733. Vnde Lyranus ſua in Gloſſa: *Oſtenditur prouidentia Ioſephi reſpectu Regis augendo ſibi fideliter theſaurum, & ſecundo clementer ſe habens erga populum.* Quaſi dicat, quia fideliter Ioſeph circa ſuam vtilitatem ſe gerebat, ideò populum, & gentes clementer tractabat; quia miniſtri, ſi ſibi & Regi ſeruire volunt crudeliter contra ſubditos agunt, quia pallium breue eſt, & vtrumque operire non poteſt, & Regi, & ſibi, & populo. Et D. Iſidorus citatus in gloſſa: *Tradidit Ioſeph Patri, & fratribus terram Geſſem, præbens eis cibaria neceſſaria quia fames terram oppreſſerat* Quaſi dicat, qui tempore anguſtiæ famis, & neceſſitatis; ſi fortè gratus quis eſt Regi prouidet conſanguineis neceſſaria, ne fame pereant, hic Deum quærit; qui vero ſolum tractat, de ampliatione domus ſuæ, & conſanguineorum ſuorum: hic neque Deum neque Regem quærit amore; ſed odio, & fallacia nationis, & Reipublicæ intentat ruinam, &

Lyran. ſua in Gloſſ.
Miniſtri ſicut Ioſeph cum ſuauitate Regem diteſcunt nõ crudelitate ob ſuos pauperes.
Iſidor. cit. in Gloſſa.
Qui aliena retinent in peccato ſuo morientur.

& quod lamentationibus dignum eſt quod ſicut viuunt ſine ſcrupulo reſtitutionis, & depauperationis miſerorum : ita in peccatis ſuis moriuntur, vt Auguſtinus citatus inſinuauit. Aug. cit.

DIFFICVLTAS IX.

Quomodo intelligatur, quo ego vado, vos non poteſtis venire?

QVæretur, quid ſignificent verbi Chriſti ad noſtram eruditionem?

1734. Rupert. cit. in litt. 1. Responsio Ruperti in littera citati: *Quia odio deteſtabili vos me perſequimini; ideo quo ego vado, vos non poteſtis venire.* Quaſi dicat, qui veſtigia traditionum antiquatum ſequitur perſequendo inimicos vſque ad mortem non poteſt per viam Chriſti ambulare, neque cum eo ad portum ſalutis intrare. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 23. num. 22. dicitur, *Odio habebo odientes te?* Et reſpondet, *Quia ingratus Iudæis Deus reddidit rationem, cur conformabatur cum eis pollicendo ſe inimicorum ſuorum inimicum futurum.* Quaſi dicat, *Nouit Dominus nos pluris facere ſi amicus propter nos inimicos noſtros odiat, quam ſi noſtros amicos propter nos diligat; malumus amicos noſtros propter nos peccare, quam bona facere. Et ſimile odium obex eſt vt veſtigia Chriſti ſequamur.*

Perſequentores inimicorum non ſequuntur veſtigia Chriſti. Oleaſter. in Exod. 23. n. 22. Tranſlat. Pagnin. *Impq volunt quod inimicos ſuos abhorreamus.*

1735. Nouar. in vmbr. virg. lib 4. Sacr. elect. Tranſ. Heb. Marin. Briſ. Lorin. in Pſ. 7. Tranſ. 70. Vnde interrogat Nouarinos, quare Dauid dicit, Pſalm. 7. num. 13. *Sagittas ſuas ardentibus effecit*, Vel vt ex Hebræo vertit Marinus Briſianus, *Sagittas ſuas operatus eſt perſequentibus*: nam Dalach in Hebræo idem eſt, *quod ardere.* Vnde Lorinus in Pſalm. 7. Sic legit, *Ardentes ſagittas inſectatores ſuos Dauid, quia velociſſimè inſequentes illum conſequi, & capere moliebantur.* Neque id à conſuetudine ſeptuaginta alienum eſt. Sic namque in lamentationibus Ieremiæ illi tranſtulerant, *Leues facti ſunt perſecutores noſtri ſuper aquilas cæli, ſuper montes exarſerunt.* Vel vt citat. Ambroſ. *Accenſi ſunt in deſerto inſidiati ſunt.* Et Geneſ. 31. num. 36. *Conqueritur de Laban Iacob, quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum, ſic exarſiſti poſt me?* id eſt, inſequutus es me? Vt reddiderunt Septuaginta. His igitur ardentibus, & inſectantibus me multo velociores ſagittas ſuas effecit, quas illi effugere velocitate ſua non potuerunt.

Ierem in Lament. Thren. 4. n. 19. Ambr. cit. in Agellio. Gen. 31. n. 36.

1736. Hug. Car. in Iſ. 51. n. 16. Et Hugo Carenſis in Iſaiam interrogat, quare dicitur Iſai. 51. num. 16. *In umbra manus mea protexi te?* Et reſpondet, *Quia quemadmodum aliquis apponit manum ſuam contra lumen ſic Dominus faciebat Prophetæ vmbram contra omnem ardorem perſequutionis.* Quaſi dicat, ſola manus omnipotentiæ Dei neceſſaria eſt, vt auxilietur ei contra quem perſecutores inuidi exardeſcunt, perſequuntur, & odiunt. Vnde Dauid Pſal. 117. num. 12. *Clamabat à Deo auxilium petens; quia circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* Quaſi dicat, quanto impetu ignis ſpinas aridas corripit, ac comburit, tanto corripuerunt me perſecutores mei, vt me conſumerent, & velut in cinerem redigerent. Cum igitur, & ardeant, qui perſequuntur, & vt ignis ſæuiant, ſequitur vt illi, quos inuadunt grauem ſuſtineant æſtum, & quærendum à Deo, vt refrigerium ſit, quo refrigerentur. Vnde Gregorius lib. 29. moral. cap. 13. ait: *Hunc perſecutionis æſtum Paulus, & tolerabat, & irrigabat, cum diceret, laboro vſque ad vincula, quaſi malè operans. Sed verbum Dei non eſt alligatum.* Quaſi dicat, ignis ſæuiens perſequutorum ſolis gemitibus, & orationibus extinguendus eſt, ad Deum clamando, vt ignoſcat illis, quia neſciunt quid faciunt neque viam Dei ſciunt, & quo Chriſtus vadit, ignorant, quia in peccatis ſuis moriuntur.

Tota Dei omnipotentia contra inuidos perſequutores inſtum eſt neceſſaria. Pſ. 117. n. 12.

Perſecutores ſicut ignis in ſpinis ardeſcunt contra inuidos. Greg. lib. 29. mor. c. 13. 2. Tim. 2. n. 9.

Remedium contra perſecutores.

1737. Bern. opuſc. de Char. Vnde Bernardin. opuſcul. de Charitat. *Hoc contra perſecutores vtens remedio, quid ita diuina tranquillitatis fert imaginē quàm anima, quæ ſic ad omnium iniuriarum tolerantiam, ſe obfirmat, vt eam contumeliæ illatæ non moueant, & mentem eius ab ſtatu ſuo nulla comminationum, aut iniuriarum machina deiiciant.* Quaſi dicat, ille verè & perfectiſſimè Deo aſſimilatur, & ſequitur Chriſti veſtigia, & vadit, quo ipſe tendit, qui æquo animo iniurias à fratribus tolerat hilari animo. Hinc Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 7. conatur probare, (& rectè) quod Moyſes, *Super homines videbatur, & cum ſplendoribus perfundebatur, ita vt in eius vultum intendere cæteri homines cum quibus viuebat, non poſſent; quia tot tantáſque iniurias patiebatur alacriter.* De quo Paulus 2. Corinth. 3. num. 7. dicit, *Ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius.* Vnde Ambroſ. citat. *Quantas Moyſes à populo Dei illatas abſorbebat contumelias, & cum Dominus in inſolentes vindicare vellet ſe tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi diuina plebem ſubduceret, quam mitis ſermone poſt iniurias appellabat populum, ſolabatur in laboribus deliniebat oraculis, fouebat operibus. & cum Deo conſtanter loqueretur; homines tamen humili, & grata appellatione affari ſolebat: meritò æſtimatus eſt ſupra homines, vt vultus eius non poſſent intendere.* Quaſi dicat, ô quales, & quam honorificos gradus maieſtatis habet, qui ſequitur veſtigia Chriſti; omni enim laude (adhuc in terris viuens,) dignus eſt, qui contumelias ſuſtinet patienter; quia poſt Chriſtum vadit, & quò ipſe ſtat ſtabit; ſicuti longe aberrabit ab eo qui vindictam retinet in corde: nam hic in peccato ſuo morietur, vt Rupertus inſinuauit.

Aſſimilatur qui iniurias obliuiſcuntur. Ambr. lib. 2. offic c. 7. 2. Cor. 3. n. 7. *Quo quis ſublimatus fuerit humilior appareat, & ſit.* *Opprobri ē tolerantia transformat vultum, & glorioſas facit.* *Longe à vindicatoribus eſt Deus.*

1738. Orig. cit. in littera. 2. Responsio Origen. in littera citat. *Quoniam mortui ſunt qui in peccatis ſunt, & ſequi Chriſtum mortui non poſſunt, quia non mortui laudabunt te Domine.* Quaſi dicat, ita ſunt aliqui peccatores oppreſſi à Diabolo, quod neque reſpirare, neque Deum reſpicere, neque aliquid de eo cogitare, neque vna ſaltim actione, aut cogitatione ſinat ire poſt Chriſtum; quia timent vias iniquitatis relinquere, ne fame pereant. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare cum in Ægypto oppreſſi eſſent, & fatigati filij Iſrael operibus luti, & lateris præceperunt Magiſtratus*

Diabolus ſinit neque vnum paſſum poſt Chriſtū abire ſinit. Oleaſter in Exod. 5. n. 7.

Tranſlat. Pagnin.

Magiſtratus Pharaonis dicentes, Exod. 5. n. 7. *non adducetis dare paleam populo?* Et reſpondet, *vrget ſapius grauiter peccatores, dum tyrannidem Diaboli, & peccati exire volunt metu pœnationis adultery, quod à malis habent, & ita ſæpius eos reſtringere videretur, vt ſine eo ſe viuere poſſe deſperent. Quare malunt, & perpetuò ſubeſſe quàm auxilio priuari.* Quaſi dicat, ita in peccatis aliqui mortui ſunt, quod pro rebus minimis, quæ paleæ ſunt, & nullius momenti, Diabolo, & peccato, ita ſubiiciuntur, quod neque ad cœlum oculos leuare audeant, neque Deum laudare neque rem ſacram audire, aut ſermonibus aſſiſtere, neque in aliquo cum Deo adire audent, ne auxilium mundi perdant. Et addit Oleaſter, *Quoties fœmina cupit concubitum deſerere, ſed cogitans apud ſe fame ſe cruciandam, aut neceſſaria ſibi defutura non audet iugum peccati relinquere, & Diabolus tunc magis illud ſtringit, cum videt miſerum peccatorem fugam moliri, ſed cogitare debet peccator omnia auxilia peccati paleas eſſe, quæ aliquid eſſe videntur, cum nihil ſint, & præſtare nihil ſibi defuturum, ſi paleas Diaboli abiiciat.* Quaſi dicat, iugum peccati viriliter abiiciat peccator, & confortetur cor ſuum; quia etiam ſi ouis abiecta, & fœtida, infirmaque in profundo peccati iaceat ſi Paſtorem Chriſtum ſequi voluerit, & clamauerit ſuper humeros ſuos portabit eam, & reſpirabit, & lucem videbit, & clamabit ad Dominum, & exaudiuit eam, etiam ſi mortua fuerit in peccatis, non valens laudare Deum, vt Origenes inſinuauit.

Fœmina metortuas ex miſero timore Diabolo ſeruiant.

Oleaſt. cit. Inſolentes fœmina timida lucrationis cauſa. Diabolus ſaos reſpirare non ſinit.

Contra inſidias Diaboli viriliter pugnandum.

Orig. cit.

1739. Vnde interrogat Lyranus, quare dicitur Iudic. 17. num. 1. & 2. *Quod Michas falſus Propheta ex ducentis argenteis, quos mater ſua dedit illi, fecit Ephod & Teraphim, id eſt, veſtem Sacerdotalem, & idola?* Et reſpondet, *quod aliqui dixerunt, quod iſta mater Michæ fuit Dalila, & quod pecunia fuit illa, quam recepit pro traditione Samſonis.* Et addit, quod Hebræi dicunt, *Quod Teraphim eſt caput filiæ Dæmoni immolatæ, quod aromatibus conditur, vt poſſit diu permanere pulchrum, & ſine putrefactione, & ſuper eius linguam ponebatur lamina aurea nomen Dæmonis habens. Et ſic dabat reſponſum, & omnes ad ſe attrahebat.* Quaſi dicat, quod multæ ſunt meretrices Dalilæ, quæ pecunias male adquiſitas conſumunt, in adornando caput filiarum ſuarum, vt faciant Theraphim idolum, vbi omnes aureas laminas, & munera imponant, & vnguentis, & lapidibus pretioſis ornatum, ſi laminas aureas offerantur, loquuntur vt Dæmones, & fallunt homines, vt ad ſe veniant, & adorent capita mortua ornata, & odorifera, de quibus dixit Origenes, *Non mortui laudabunt te Domine, neque ſequentur Chriſti veſtigia; imò in peccatis morientur.*

Lyran. in Iud. 17. n. 1. & 2. Michas malus Sacerdos inuenitur Teraphim. Dalila mater Micha. Pecunia meretricis malè adquiſita, & male diſpoſitio.

Lamina aurea ſuper linguam Theraphim faciebat loqui, & adorari.

Origen. cit.

1740. Vnde dicit Diuus Hieronymus tom. 3. epiſtol. quæ eſt ad Marcellam: *Theraphim idolum erat, ad cuius venerationem omnes veniebant.* Et addit, *Scito, quod Theraphim ab Aquila interpretari figuras ſiue figurationes Diabolicas.* Quaſi dicat, Diabolus tales figuras, & picturas in mulieribus depinxit, & formauit hodie, & impudicæ pectora, & vbera oſtentant, ex quo in linguis earum Theraphim loqui videatur, cum ſint mortuæ animæ illarum, non valentes ad Dominum clamare, quia vt dictum eſt non mortui laudabunt te Domine, ſed in peccato ſuo morientur.

Hieronym. tom. 3. ep. ad Marcell. Tranſlat. Aquil. Demõ impudicas figuras in fœminis oſtentat.

DIFFICVLTAS X.

Quare impij Iudæi de Chriſto dixerunt, nunquid interficere ſe voluit?

QVæritur, quare inimici Dei tam crudeliter de Chriſto cogitauerunt?

1741. 1. RESPONSIO fuit Ruperti citat. in littera: *Quia inimici Dei erant, & iſti reprobi, & ſcelerati, & nullum eſt malum, quod non cogitet anima eorum & ſi poſſit perpetretur.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Ruben dixit fratribus ſuis occidere determinatis Ioſephum. Geneſ. 37. num. 22. *Non effundamus ſanguinem eius?* Et reſpondet, *Mira valde eſt peccatorum cæcitas, timebant valde ſanguinem fundere, ſeu gladio occidere, & non timebant fame cruciare fratrem, & facere perire; Talis eſt peccatorum conditio, quia timent propria gladio, non alieno percutere, vt patet de Dauid 2. Reg. 11.* Quaſi dicat, timebant Iudæi plebem, & ideo Chriſtum non occidebant, & mala, & iniqua cogitantes, dicebant, *Cupientes eius mortem, nunquid interficere vult ſemetipſum?* Et addit Oleaſter. *Habes hic duo exempla, quibus probatur licere parato facere maiora mala ſuadere minora, ſi mortalia non ſint; quemadmodum hic Ruben, vt eos ab homicidio deterreat, ſuadet proiectionem in puteum, & Iudas ſuadet venditionem, ne fratrem occidant.* Vbi docemur, quàm difficile ſit homines determinatos ad malum detinere, quia ita ſunt ſcelerati, quod inceſſanter peccant verbis, cogitationibus, & operibus, & ſemper deteſtabiliora, & deteriora peccata committere cogitant.

Rupert. in cit. Cogitationes impiorũ impiiſſima. Oleaſter. in Geneſ. 37. n. 22. Tranſlat. Pagnin. Inimici pœnidi de flagello iuſtitia cogitant manmera mala contra iuſtũ. 2. Reg. 11.

Oleaſt. cit. Impios à malis nemo poteſt detinere.

1742. Vnde interrogat Lyra in libr. Iudic. 19. n. 23. *Quare cum Leuita bonus veniret cum vxore ſua pulcherrima in ciuitate Gabaa nullus eos recipere volebat timentes inuaſionem domus ſuæ de nocte ab hominibus inſolentibus, qui erant in ciuitate, ſicut & contigit ei, qui eos recepit; mali autem homines vagi, & inſolentes valde timendi ſunt, quia ſemper enormiſſima, & ſceleratiſſima cogitant.* Vnde Rupertus in gloſſa, *Quid hoc auditur turpius, ſceleſtius, & crudelius. Venerunt, inquit, filij Belial abſque iugo, & circumdantes domum ſenis fores pulſare cœperunt clamantes, educ virum, &c.* Et addit, *Ille obſecrante vix obtinuit ne ſcelus hoc contra naturam operentur in virum, facta commutatione nequiſſima vxorem eius tota nocte abutendo inexpleabili libidinis furore vexauerunt.* Quaſi dicat, exſecrabilis, & deteſtabilis eſt malitia impiorum, quæ ſemper in deterius cogitat, & ſi poteſt, operatur.

Lyranus ſua in Gloſſa. ... 19. Iud. n. 23.

Rupert in gloſſ. n. 24.

Libidinoſi tota nocte inter falſa gaudia tanquam ſupremum agunt.

Ioſeph in Gloſſa cit. *Voluptatibus deditis carnalibus prædicationes odio habent.*

ratur. Vnde Ioſephus in gloſſ. cit. *Seniore vero dicente, quod & cognata eſſet Leuitis, & per libidinem in leges iniquè delinquerent deficientes circa iuſtitiam deridebant, minabanturque ſe eum interficere, eo quod eorum concupiſcentiam impediret.* Quaſi dicat, reprobi non oſculitant neque obediunt ſermonibus & verbis diuinis; ſed deteriora ſemper committunt. Vnde addit

Lyran. citat. *Luxurioſi vſque ad mortem ſodomiā non ceſſant.*

Lyranus, *Et cum muliere tota nocte abuſi ſunt; quia non erat eorum vxor; & ideo talis concubitus erat abuſus, vel quia vtebantur ea concubitu innaturali; quia nullum eſt genus peccati quod ſuperbi non intentent.* Ideo Iudæi Chriſtum timentes propter plebem occidere; deſidetabant, quòd ipſe interficeret ſe, & ita meditati ſunt inania.

1743. *Lyranus in litt. cit.*

2. Responsio ſolit Lyrani in littera citati, *irriſoriè, & malitioſè dixerunt Iudæi nunquid interficiet ſemetipſum, quia ſciebant quaſi Doctores legis, quod Chriſtus pro ſua voluntate animam ſuam traditurus erat; ſed propter litiam ſuam. No ſe daban por entendidos*, vt Hiſpani loquimur. Quaſi dicat Iudæi nolebant credere prophetiis de Chriſto in ſcripturis poſitis, *Et Chriſtus non ſe credebat eis*, ideo dixit eis, vos de deorſum eſtis.

Hiſpana locutio. No ay peor ſordo que el que no quiere entender.

1744. Oleaſt. in Geneſ. 43. n. 13. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Scyphus eſſet inuentus in ſacco Benjamin lugentes, *& ſcindentes fratres veſtimenta ſua*, dixit eis Ioſeph Geneſ. 43. numero 13. *Nonne noſtis quod augurando auguratur vir ſimilis*, ſic legit Pagninus? Et reſpondet, *non eſt malum aliquod faciendum ei, qui facile, & auctorem cognoſcere poteſt, & ſuum recuperare.* Et addit *Vnde cauendum valde eſt, ne ſapientibus, aut prudentibus noceas, vel fallere coneris.* Quaſi dicat, Deus neque falli neque fallere poteſt. Vnde intentiones iſtorum, qui diſſimulabant ſcripturas circa ſuam diuinitatem arguit, & confundit.

Prudentes & ſapientes difficile falluntur.

1745. Theodoret. ſup. lib. Iudi. c. 20 n. 35.

Miniſtri & Prælati ſcelera aliorū inſtigantes, propria & amicorum ſimulantes adeò grauiter puniuntur.

Vnde interrogat Theodoretus Comm in lib. Iodic. *Quare cum Iſrael congregatus eſſet, vt vindictam de Benjamitis ſumeret pro ſcelere quod merebantur de muliere Leuita occiſa, & turpiter proſtrata tanta cæde baccatus eſt, vt decem & octo millia virorum Gabaonitæ de filiis Iſrael proſternerent*, vt Iudicum cap. 20. dicitur, Et reſpondet; *Quoniam ſimilibus vſi erant iniquitatibus, & aliorum quidem videbant libidines, & flagitia, ſua autem non aſpiciebant.* Quaſi dicat, quia titulo zeli & iuſtitiæ inflammati Iſraëlitæ vindictam vnius ſceleris fortiter oppugnabant, & ſua delicta, & illa quæ conſentiebant, quæ ſiniſtri erant tacendo diſſimulabant ac ſi Deus non eſſet cordium ſcrutator. Vnde dicit Apoſtolus ad Romanos

Ad Rom. 2. n. 2. & 3.

2 numero 2. & 3. *In quo alios iudicas, te ipſum iudicas eadem enim facis, quæ iudicas.* Et rurſum. *Exiſtimas autem; ô homo, qui talia agis & facis ea, quod tu effugies iudicium Dei.*

Theod. cit. *Iudices peiores ſceleratis quomodo iudicabuntur.*

Et addit Theodoretus, *permiſit ergo Deus, vt Iſraelitæ ſemel & bis ſuperarentur, & multa ex his millia interficerentur. Poſtquam vidit eos, & diſciplinam accepiſſe lamentarique, & vlulare, & multas fundere lachrymas adiunit eorum animi alacritatem, & ſceleratam tribum perdidit, libidinoſis enim adoleſcentibus erant peiores, qui pro eis pericula adierunt.* Quaſi dicat, malitia zelatorum, maior erat, quam peccatum quod zelabant; & ideo primo flagellati fuerunt à Domino qui corda omnium penetrat.

Vnde Rupertus, citatus in gloſſa ſup. lib. Iudicum 20. *Cur enim vindicibus tanti ſceleris victoria tam fera tamque luctuoſa prouenit, niſi quia in quo alios impugnabant ſeipſos accuſabant. Igitur fornicationis animæ, & corporis populum Iſrael præſens locus vehementer accuſat, ad hoc valens*, vt quemadmodum ait Apoſtolus ad 1746. Rupert. in gloſſ. cit. ſup. Iudic. 20

Romanos 3. numero 19. *Omne os obſtruatur, & non magis Iudæus quàm Græcus de iuſtitia coram Deo glorietur.* Quaſi dicat, in veritate comperi, quod Deus æquanimiter iudicat, & & punit tam iudices zelatores peccantes, quam reos libidinoſos in carceribus ſtantes. Ad Rom. 3 n. 19. *Deus non eſt perſonarum acceptor.*

Hebræi in gloſſa citati dicunt, *Quod propter idolum Micha, quod grauius erat eo peccato, quod Gabaonitæ commiſerunt, Iſraelitæ tacuerunt, & non ſtuduerunt, illud mox eliminare, ſed plures in eius cultum perire permiſerunt, tam pauci Benjamitæ, tantum numerum, Iſraëlitarum prima, & altera vice percuſſerunt.* 1747. Heb. in gloſ citat. *Micha peccatū quia princeps erat, tacetur.*

Quaſi dicant, idolum Theraphim, quod vt ſupra retulimus, *Erat caput fœminæ aromatibus, & pretioſis gemmis adornatum, ſuper cuius linguam erat lamina aurea, & tunc Dæmon loquebatur, & adorabatur, hoc non caſtigauerunt Iſraelitæ, & ob vnum peccatum adoleſcentulorum inſolentium tanto zelo inflati ſunt.* *Theraphim idolū fœmininum ab omnibus adoratur.*

Quaſi dicat, permittuntur in curiis Regum meretrices innumerabiles, & matres filias vendentes, & omnium genera vitiorum contra miſeros pauperes aggrauantes eos intolerabilibus gabellis & miniſtri oſtenduntur zelatores, ſi quis pauper in aliquo comprehenditur; peccatum vero Michæ Principis, & ſcelera miniſtrorum diſſimulantur, & hoc apud Deum magnum ſcelus reputatur, & pluſquam peccatum Gabaonitarum punitur. *Principum & miniſtrorum peccata diſſimulantur.*

Vnde Lyranus ad mores ſua in gloſſa; 1748.

Lyran. ſua in Gloſſ. ad mores. *Beniamitæ quare victores fuerunt, traditio Hebræorum.*

Ad moralem ſenſum ait: *aduertendum eſt, quod ad puniendum tam nefarium peccatum in morte vxoris Leuitæ nequiter perpetratum, licet haberent bellum iuſtum Iſraelitæ contra Benjamin, filij tamen antequam haberent victoriam bis fuerunt ab eis debellati quod ſecundum Hebræos contigit propter idolum Micha, quod in tribu Dan colebatur publicè, & hoc erat populo Iſrael notorium, & ſic tenebantur punire*, ſicut præcipitur Deuteronom. 13. *Propter quod Dominus iſtud peccatum, quod erat primum, & communius, voluit primo puniri gladio filiorum Benjamin, & in hoc documentum habent procedentes ad bellum iuſtum, vt diligenter conſiderent, ne habeant in ſe notabile peccatum per aduerſariorum gladios puniendum.* Deuter. 13. *Non ſufficit bellū eſſe iuſtum ad vincendum, niſi peccata purga expurgentur.*

Quaſi dicat Lyranus, quamuis nihil iuſtius quam rebelles Luſitanos expugnare, & Tyrannum interoſum decapitare, tamen propter peccata publica miniſtrorumque tacentium forte Deus tamdiu permittit puniri Rex iuſtus, & naturalis Dominus. Sed ſicut tandem Gabaoni- *Lyran. cit. Luſitanos rebelles quare Dñs permiſit tandiu regnum occupare.*

tæ ſcelus ſuum (iam purgatis Iſraëlitis per pœnitentiam & flagella) grauiter omnes peccatum ſuum ſoluerunt. Ita Deo fauente, cito qui ſcrutatur corda, & renes, reddet vnicuique quod ſuum eſt. Quia etſi rebelles hoc ſentiant, & ſciant verum eſſe, quamuis ſicut Iudæi, non intelligentes veritatem, diſſimulantes taceant, & de morte Chriſti voluntaria ad interfectionem propriam reducant dicentes aſtutè, *Nunquid interficiet ſemetipſum.*

Veritatem nō audent dicere ſubditi Tyrannorū.

DIFFICVLTAS XI.

Quomodo intelligatur, vos de deorſum eſtis, ego de ſurſum ſum?

1749. QVæreret, quid ſibi volunt verba iſta, vos de deorſum eſtis, ego de ſurſum ſum?

1. Responsio Ruperti in littera citat. *Quia electi, & ſi ſunt in mundo, tamen mundus non diligit eos ſed odit; illos vero, qui repleti ſunt malitia, fraude, & iniquitate mundus diligit, quia de deorſum ſunt.* Vnde interrogat Oleaſt. quare dicitur, Geneſ. 19. n. 23. *Pluit Dominus ſuper Sodomam, picem & ignem, omnemque pulmitem, & germen terræ combuſſit?* Sic legit Pagninus. Et reſpondit, *conueniens fuit pœna delicto, vt qui luxuria inſolita flagrabant pice, & igne de cœlo miſſis comburerentur.* Quaſi dicat, audiant hoc ſupplicium, qui de deorſum ſunt, & totaliter timore Dei carent, & luxuriis inſolitis vruntur & iram Dei timeant, ne repentè ad centrum, quo tendunt, id eſt, deorſum tendant propter inſolentes concupiſcentias ſuas Et addit Oleaſt. *Ecce quam mali ſint impÿ terra, vt ſcilicet, propter eos terra & germen eius patiuntur.* Sic apud Ierem. cap. 12. n. 4. *Legimus vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea, conſumptum eſt animal & volucre.* Quaſi dicat, vſque quo peccatores Domine vſquequo malitia eorum perſtringenda eſt; & ira tua irritanda; ſiquidem propter homines, qui ſemper mundanos, & turpes res tractant, quia de deorſum ſunt, bellis inceſſanter affligimur, peſte per circuitum laboramus infirmitatibus innumerabilibus circumdamur, & improuiſis, ſubitaneiſque mortibus flagellamur, fructus terræ deficiunt, arietes, boues, & opes pereunt, & omnis terræ ingemiſcit; neque tamen ira tua quieſcit, & neque flagella diuina ceſſant, quia hominum malitia quotidie creſcit, neque à peruerſitatibus ſeparatur.

Rupert. cit. in littera. Aſtuti malitioſi & ſagaces inuidioſi ſunt. Oleaſter in Geneſ. 19. n. 23. Tranſlat. Pagnin. Inſolito turpitudines ignem de cœlo timeāt ſuper eos. Oleaſt. citat. Ierem. c. 12. n. 4. Terra, & germen propter malitiam hominū patitur. Flagella Dei innumerabilia propter malitiam hominum.

1750. Vnde interrogat Theodoretus q. 37. quare dicitur, 2. Reg. 24. n. 1. *Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael?* Et reſpondit, *quia populus, luit pœnas ſuæ iniquitatis; relicto enim Rege pio militauit ſub impio Tyranno, & parricida filio, qui pio patri, & Prophetæ moliebatur cædem.* Quaſi dicat, permiſit Deus, quod peccaret Dauid, vt populus puniretur propter peccatum quod commiſit Abſalonem ſequendo & Regem ſanctum perſequendo.

Theod. q. 37 in gloſſ. cit. 2. Reg. 24. n. 1. Peccatum commiſit grande qui Regem perſequitur.

1751. Et Lyranus ex hoc oſtenditur, *Quod propter malitiam populi permittit bonum Principem, vel Prælatum errare.* Vnde dicit Gregorius exponens locum illum. *Secundum merita ſubditorum diſponuntur acta regentium. Vnde ſæpè fit, vt pro culpa gregis boni delinquat vita Paſtoris.* Quaſi dicat, conturbat Deus capita miniſtrorum, vt in nullo prudenter ſe gerant, ſed per omnia aberrēt propter malitiam grauē populi, vt ſic bellis, & laboribus puniatur.

Lyran. ſua in gloſſa. Malitia populorum punitur Regem permittendo errare.

Et D. Hieronymus in gloſſa citatus, *Quando Dauid numerauit populum Iſrael iram in ſe Dei prouocans, ſunt qui iram Domini Diabolum ſignificare putant; miſit ſiquidem Deus iram ſuam, & furorem per Angelos ſuos peſſimos.* Pſ. 77. n. 49. Quaſi dicat cum Interlineali gloſſa, *Sathan ſurrexit aduerſus Iſrael, & incitauit Dauid, quia multoties peccata impiorum, & malitiam Reipublicæ infecta, & totius maſſæ corruptā per peccatum ſuperioris punit Deus, permittendo, quod Diabolus vitiis indicibilibus excæcatum teneat populum.* 1752.

Hieron. cit. in Gloſſa. Dæmones contra Rempublicam infeſtam exurgunt. Pſ. 77. n. 49.

Et D Gregorius lib. 25. moral. c. 14. *Ita enim iuncta ſunt merita rectorum, & plebium, vt ſæpè ex culpa Paſtorum deterior fiat vita plebium, & ex merito plebium mutetur vita Paſtorum.* Ac ſi dicat, ſolet Deus propter peccata Regum, & Superiorum communitates, & Regna punire, & propter merita, & virtutes inferiorum mores ſuperiorum mutare. Vnde Lyranus ſua in gloſſa, *Quale autem fuerit peccatum populi quo demeruit, in littera non habetur*, ſed in libro de Hebraicis quæſtionib. dicitur, *quod hoc fuit, eo quod populus Dauid non reſtitit, vt debuit in facto Vriæ.* Quaſi dicat, punitus fuit populus, qui cum Regem viderent turpitudine obcæcari, non lachrymis & orationibus Deum obſecrabant, vt conuerteret cor libidinoſum regale; & quia Prædicatores, & Confeſſores Principum non clamitant contra ſcelera ſcandaloſa iſtorum. 1753.

D Gregor. lib. 25. mor. c. 14. Propter peccata Paſtorū communitates peribunt. Lyranus ſua in gloſſa. Hebr. traditio. Orationes pro Regibus in dies faciēda.

Sed melius dicitur addit Lyranus, *Quod peccatum populi fuit rebellio eius contra Dauid ſequendo Siba filium Bochri, qui erat homo peſſimus, & ſeditioſus, & de hac ſeditione ſolus Siba fuerat punitus*, vt habetur 2. Reg. 20. *propter quod populus erat puniendus quod factum eſt per peſtilentiam immiſſam à Deo ſuper populum propter eius numerationem.* Quaſi dicat, peccata populi ſolum terrena aſpicientis, inaniaque meditantis, quia erat de deorſum, non erant punita, & ex occaſione peccati Regis immiſit peſtilentiam propter duo, vt Rex in ſe reuerſus, pœniteret, ſicut pœnituit, & vt populus rebellis puniretur, quia ſumma malitia hominum eſt contra Regem ſuum rebellari & nunquam à Deo ſine magno flagitio euadunt, vt Chriſtus hodie contra malitias impiorum proteſtatur dicens, *Vos de deorſum eſtis, & de hoc mundo, & ſequi me non poteſtis quia de ſurſum ſum.* 1754.

Lyra ſua in Gloſſ. Peccatum rebellionis contra Regem pium, & bonum grande malum, & à Deo puniendum.

2. Responsio Theodoreti in littera citat. *Ego non ſum de hoc mundo nihil mundanum, ſeu terrenum affectans, quia ſunt homines, qui ita fatigantur pro temporalibus honoribus, quod deſperati viuunt, & moriuntur.* Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Moyſes, vt ambitioſos quieſceret qui erant quaſi deſperati, & furore ambitionis incenſi dixit Numer. 16. n. 9. *Num-* 1755.

Theod. in lit. cit. Ambitioſi deſperati viuunt, & moriuntur. Oleaſt. in Numer. 16.

Tranſlat. Pagnin.

Ambitioſi fatigantur conſiderando quod non eſt ſic.

Memoria affectorum remedium ambitioſorum.

quid parum vobis eſt, quod ſeparare fecit Deus Iſrael vos. Sic legit Pagninus. Et reſpondet, *ſummam prudentiam callet vir, extollit dignitatem eorum, ne ambirent maiorem, quam Dominus alteri dederat.* Quaſi dicat, ſolent ambitioſi pro nihilo reputare, *Quæ habent, & ſemper ad maiora anhelant, & cuncta quæ ſunt aliorum ſibi maiora, & meliora videntur, licet non ſint, & hac conſideratione torquentur, & deſperati viuunt, & moriuntur.* Vnde Moyſes multiplicat elugia vt animæquiores ſint, dicens; *Nonne multa beneficia fecit Dominus vobiſcum recordamini, quod ſeparauit vos, detulit de medio Ægypti, vbi laboribus, & afflictionibus conſumpti eratis.*

1756. *S Ambr. lib. de Iacob, & vita beata c. 1.* — *2. Reg. 23. n. 17.*

Vnde interrogat Ambroſius lib. 1. de Iacob, & vita beata cap. 1. *Quare Dauid cum aquam milites ex ciſterna Bethlehem tanto labore aſportauerunt*, dixit: *Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam; num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam? noluit ergo bibere* 2. Reg. 23. num. 17. Et reſpondet, *Poteſt mens ſobria impreſſiones refrenare quamuis grauium paſſionum, & feruorem cupiditatis flagrantiſſime refrigerare deriuareque alios motus, & rectæ rationis tractatione deſpuere paſſiones.* Quaſi dicat, Dauid voluit paſſiones ambitioſorum militum refrænare, quia vt ſuam gratiam, & fauorem inuenirent ſuas paſſiones refrenare neſciuere, ſed periculis mortis ſe expoſuerunt.

Ambitionis impetus refrænandi. — *Chryſoſt. in Pſ. 50.*

Vnde Chryſoſtomus in Pſal. 50. ait: *Vides quomodo Dauid caſtigatus de priori concupiſcentia poſtmodum cautior factus eſt, & ſitiens bibere noluit, & victor ſui factus eſt, vt doceret quomodo motus ambitionis militum refrenare debuerant.* Et Ambroſ. apolog. 1. pro Dauid cap. 7. *Dignum fuit, vt vinoda virtutis inſigne fieret pietatis ſacrificium exercuit ſubditos ad virtutis officium, vt etiam ad pericula Regali imperio voluntarij milites obtemperarent.* Quaſi dicat, non ambitionis impetus, ſed vt obedientiæ meritum creſcat obediendumque eſt Regibus, & ſuperioribus. Et Nazianzenus orat. de Pauperum amore: *Præclara res eſt continentia cuiuſcumque vitij, moueat te Dauidis Auctoritas, qui ſitim ſuam per aliorum cruorem explere ſuſtinuit.* Et Gregor. cit. in Gloſſa: *Vir flagellis eruditus ſe protinus ob aquam, quam deſiderauerat, reprehendit eamque Domino fundens libauit.* Quaſi dicat, vt ambitionis impetus extinguererut in ſuis ſubditis, qui propter eius gratiam conſequendam periculo vitæ ſe expoſuerunt, priuauit ſe bibere de aqua, & ſitim ſuam conſecrauit, vt doceret nos ſitim ambitionis, & cuiuſcumque vitij extinguere, & non conſumi cogitationibus honorum, & dignitatum, ſicut homines qui de deorſum ſunt fatigantur, tractantes, & ſemper de rebus huius mundi cogitantes.

Aliorum periculis contiones ſimus. Ambr. apol. 1. pro Dauid c. 7. Obedientiæ merita ambitionis deſiderio euaneſcunt. Greg. citat. in gloſſa. Ambroſi dum noſtinque de rebus temporalibus cogitantes, fatigantur.

* * *

DIFFICVLTAS XII.

Quare Iudæi Chriſto dixerunt indignati, Tu quis es?

QVæritur, quare tam ſummopere indignati Iudæi, reſponderunt Chriſto, tu quis es?

1757. *Rupert cit. in littera.* — *Inuidi torquentur ſola imaginatione de proximo honorato.*

1. RESPONSIO fuit Ruperti in litteracitor. *Quia paruulum occidit inuidia, & ſtultum iracundia interficit; tormentum Iudæorum auctum eſt, audiendo quod Chriſtus dixerat, quod erat de ſurſum, & illi deorſum.* Quaſi dicat, hi ſunt duo cardines, & poli fælicitatis, & miſeriæ reproborum, & prædeſtinatorum, quod reprobi ſemper torquentur, videndo aliorum fælicitatem dicentes intra ſe, tu quis es? Prædeſtinati verò ſemper nil bonum de ſe ſentientes dicunt, quis ſum ego?

1758. *Oleaſter in Num. 12. n. 8.* — *Tranſlat. Pagnin.* — *Damonis de Iob abſente Deus dixit laudes ſicut & legatus de Præcurſore.*

De primis interrogat Oleaſter, in Numer. 12. num. 8. quare cum inimici æmulique Moyſis illum vilipenderent, & murmurarent dicentes, *Quis eſt Moyſes? nonne & nos etiam prophetamus* Dominus dixit loco citato: *Cur non timuiſtis loqui contra ſeruum meum, ſi fuerit inter vos Propheta*, nuſquam legimus, (ait Oleaſter,) *Quia talia dixiſſe Moyſi de ſe, qualia nunc de eo fratribus dicit, quia non ſolet Dominus aliquem ſeruum in facie cõmendare, ſed inimicis ſuis, ſicut patet in Iob, & in Ioanne Baptiſta quos abſentes laudauit Dominus, non præſentes; ſed hoc flagello ſolet Dominus Deus inuidos torquere, vt plura dicat ſeruos ſuos habere, quam putauerint ipſi qui inuident*, Et addit: *Vos dicitis me per eum loquutum, neque maiora de Moyſe ſentitis, quam quod ſit communis Propheta, & ſimilis vobis, ego autem dico vobis, quod multis gradibus, & elogijs vos excedit; nam vobis, & Prophetis veſtris in ſomnio loquor; illi vero ore ad os, vobis ſimilitudines, & ænigmata rerum prophetandarum oſtendo; illi verò ſine vlla imagine, aut ſimilitudine. Sic & inuido Sauli oſtendebat Dauidem Regem, antequam eſſet.* Quaſi dicat, hoc maxime ab inuidis homines deterrere deberet, ne ſcilicet homines eos quibus inuident ſemper laudes, & præclara facta eis enarrent: nam Phariſæi audiendo mirabilia quæ de Chriſto narrabantur torquebantur, & quæ Chriſtus de ſe ſentiebat humiliter, inimici ſtupenda cogitabant. *Ego ſum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abiectio plebis*; illi verò torquebantur audiendo illum, & dicebant, quis es tu?

Semper de amicis bene loquendum. — *1 Reg. cit.* — *Æmuli audiendo laudes alterius torquentur.* — *Pſ. 21. n. 7.*

1759. *Chryſoſt. hom. 45. in Geneſ.* — *1. Reg. 22. n. 7.* — *Inuidi phantaſmatibus fictis torquentur.* — *Inuidi timorati ab vmbra terrentur & auxilium petunt.*

Vnde interrogat Chryſoſtomus homil. 45. in Geneſ. quare cum Dauid eſſet abſconditus in ſpelunca Odollam amaro animo timens Saülem Regem; ipſe Saül vociferabatur contra Dauid tenenſque haſtam in manu dicebat 1. Reg. 22. num. 7. *Audite me nunc filij Iemini, numquid vobis dabit agros, & vineas filius Iſai.* Et reſpondet: *O excellentem inſaniam! ô ſtuporis magnitudinem eum, qui vitam in ſpelunca ſeruare cupiebat ſolum, & de ſe nihil altum præſumebat, vt hoſtem ſuſpectum habet, & timet potentiſſimus Rex.* Et addit: *Quia mente obtenebratus erat ab inuidia, vt à quadam ebrietate, benefactorem, vt hoſtem cum haſta ſpectat.* Quaſi

dicat, Dauid tanquam vermis timidus in cauernis terræ ſe abſcondebat, de ſe humiliter ſentiens, & pro præmio vitam ſolam deſiderans; Saül tamen inuidia combuſtus ſpecies, & phantaſmata excellentiſſimi Regis concipiebat de Dauid, & eum haſta à ſuis clamans quærebat auxilium dicens, nunquid vobis filius Iſai dabit agros, & vineas, ſicut ego do? Et addit Chryſoſtomus loco citato; *Ita enim ſe habere ſolet huius affectionis malitia, primum corrumpit eum, à quo generatur; ſicut enim vermis, qui à ligno producitur, lignum prima conſumit; ita & inuidia illam primò animam corrumpit à qua nata eſt.* Quaſi dicat, inuidus ſuis cogitationibus, ita ſe torquet, vt pertinax in quo procreatur machinationibus, & afflictionibus æmuli ſui pereat, & conſumatur; quia ſemper dicit intra ſe, quis eſt iſte, qui paulatim aſcendit, & creſcit honoratus, cum multoties eum quem inuadit in ſpelunca humilitatis abſconditus maneat, cogitando, & dicendo, quis ſum ego?

Chryſoſt. cit.

Vermis quare inuido comparatur.

1760. Vnde Rupertus in Exod. 4. interrogat, quare cum Dominus elegerit Moyſem ad conſtituendum eum vicedeum, & legatum ſuum apud Regem Pharaonem dixit illi, *Veni mittam te ad Pharaonem cui Moyſes dixit, quis ſum ego?* Et reſpondet; *quia tunc Deus ad maiora nos eligit, cum magis inferiora, & infirmiora noſtra conſideramus. Propter quod Deus dixit Moyſi, ego ero in ore tuo verba proferens, & in manu tua ſigna faciens.* Quaſi dicat, qui de ſe tam humiliter ſentit cum ad maiora ſubleuatur, & dicit, quis ſum ego, alter erit ego. Quaſi dicat, eris ſicut ego ſum, ſapientiam in ore oſtentans, & omnipotentiam, in manu aſſignans. Et Oleaſter explicans verba illa, veni mittam te ait, in Exod. 4. *Ecce quos elegit Deus ad negotia ſua; nempe qui inhabiles ſibi videntur, vt habiles fiant, vt ſciant homines opera Dei ad quæ aſſumuntur, non eſſe ſua ſed Dei.* Quaſi dicat, humiles de ſe nihil cogitantes intus lætantur, & de aliis promotis, & honorificatis nimis gaudentes dicunt; *Benedictus Dominus Deus ſit, qui ſuos ſeruos nimis honorificatos exaltat; quia digni ſunt.* Contra vero inuidus elatus omnes promotos vilipendit, & torquetur, intra cor ſuum dicens, *Quis es tu?*

Rupertus in Exod. c. 3. n. 11.
Deus humiles quando exaltat.
Exod. c. 3. n. 11.
Per participationē ſancti attributis Dei vtuntur.
Oleaſter in Exod. 4.
Humiles de bonis alienis lætantur.

1761. Vnde interrogat Lyranus ſua in Gloſſa, quare in ſupra dicto cap. 22. 1. Reg. Saül dixit, *Nunquid filius Iſai agros, & vineas vobis dabit? Quare non nominauit Dauid nomine ſuo?* Et reſpondet; *Non nominauit eum nomine ſuo tanquam indignum nominari.* Quaſi dicat, oderat, & inuidebat eum, & ſolo nomine repræſentato illius trepidabat, & vilipendens eum, putabat, quod non erat dignus nominari ſuo nomine, cuius vmbram, & ſpeciem apprehenſam nimis timebat, & ſtupefactus dicebat intra ſe, quis es tu? qui me torques ſola imaginatione.

Lyran. ſua in Gloſſ. in 1. Reg. c. 22. n. 7.
Inuidi ſomnians quos odiunt.

1762. Vnde Oleaſter interrogat, quare Geneſ. 4. num. 5. dicitur de inuido Cain, *Et ceciderunt vultus eius, ſeu facies*, vt Pagninus legit? Et reſpondet: ſolent enim homines irati, inuidi, & odientes aliquem oculos, & vultum dimittere cum eum vident, & nimis triſtantur, quos Hiſpani vocamus: *Hombres imaginatiuos y cazurros.* De quibus Rupertus ait: *Terrena namque aſpiciunt, qui crudelia meditantur.* Eſt autem hic vultum, vel faciem cadere dimittere caput, vt facies ſolito demiſſior terram reſpiciat; & ideò fortè demiſit vultum, ne ad cœlum, vbi erat Deus reſpiceret, & à quo ſe exiium arbitrabatur, & quia phantaſmata Abelis adhuc occiſi repræſentabantur, & timebat eum, quia odio deteſtabili imbutus erat reſpicere: nam torquebatur eius memoria, ſicut & Phariſæi cogitando perſonam Chriſti dicentis, *Quod erat de ſurſum, & illi de deorſum, & propter hoc ira, & furore cōmoti, & inuidia vſti, clamabunt dicentes, quis es tu, qui tam altè de te ſentis, & de nobis tam viliter.*

Oleaſter in Gen. 4. n. 5.
Tranſlat. Pagnin.
Hiſpana locutio.
Crudelia meditantur qui terrā ſemper aſpiciunt.
Rupert. in Geneſ. 4.
Phātaſmata perſequuti terrent impios.

1763. 2. Responsio Chryſoſtomi in littera citati: *Conſideranda eſt amentia Iudæorum, qui poſt tempus tantum, ſigna, & doctrinam interrogant quis es tu?* Quaſi dicant, ſubditi neſciunt bona opera recepta memorari, & beneficiorum receptorum in quacumque occaſione obliuiſcuntur, & murmurando dicunt, *Quis es tu?* Vnde interrogat Oleaſter in Exod. 32. num. 1. Quare cum paulisper tardaret Moyſes ingrati Iſraëlitæ acceſſerunt ad Aaron dicentes, *Moyſi viro huic qui eduxit nos de terra Ægypti ignoramus, &c.* Et reſpondet, *contemptibiliter valdè de Duce ſuo loquuntur, vt diſcas ex hoc loco, quid vtilitatis ſit multitudini præeſſe, & ei bona praeſtare, non curant enim quærere, non viros, qui explorent, vbi nam ſit, mittunt; nihil gratiæ vel amoris erga eum oſtendunt, putantes ſe facilè alium ducem habere poſſe, vt ſcias, quam verùm illud dictum ſit, nemini ſeruit, qui communitati miniſtrat.* Quaſi dicat, ingratitudo ſubditorum talis, & tam immemor eſt beneficiorum, quod ad modicum defectum murmurare incipiant deſiderantes nouum Prælatum, & dicentes de præſenti, *Quis es tu?*

Chryſoſt. in litt. cit.
Subditi ſemper ingrati, & immemores beneficiorum.
Oleaſter in Exod. 32. n. 1.
Subditi ſine obligationibus nati ſemper de prælatis murmurant.
Oleaſt. cit.
Communitas inquieta progenies Barbara neſciens modum.

Vnde interrogat S. Ambroſius lib. 2. Offic. cap. 22. quomodo ſubditi, & ſerui Dauid, qui tantopere eum diligebant tam cito obliti ſunt, benefactorem eius, & Abſalonem ſunt ſequuti, ſolum propter verba fallacia, & dolo plena: *Videntur mihi ſermones tui boni, & iuſti, ſed non eſt, qui te audiat conſtitutus à Rege* 2. Reg. 15. n. 3. Et reſpondet, *quia barbara progenies neſcit habere modum neque ſubditis plebis ſtabiles ſunt, ſed à quocumque euentu mouentur.* Verba Ambroſij ſunt. *Exemplis aſſertiones noſtras probemus, quoniam, quæ diſſimulata ſunt diuturna eſſe non poſſunt, ſed tanquam ad tempus virentia citò decidunt. Abſalon erat Regis Dauid filius decore inſignis, egregius forma, præſtans iuuenta; ita vt vir talis in Iſrael non inueniretur; à veſtigio pedis vſque ad verticem capitis immaculatus ſermonibus deliniebat ſingulos, conuertit in ſe corda vulgaria, quia blanditiæ intimum tangunt viſcera ſenſuum.* Quaſi dicat, ſubditorum conditio ſimilis eſt hominibus plebeis qui vno facillimo verbo falluntur, & ſunt, ſicut folia arborum, quæ à quocumque vento mouentur. Vnde Ambroſ. ait: *Sed delienti iſti, & ambitioſi elegerunt gratu, & honorabilia ad tempus, & ſecunda; vbi autem parua proceſſit dilatio, non potuerunt tolerare, ac ſuſtinere.* Quaſi dicat, populares, & barbara progenies leues ſunt, & pro quocumque motu ambitionis, & immemores beneficiorum nouum Regem, & Prælatum deſiderant; ſed eadem facilitate qua moti ſunt, ad priſtinum reuertuntur ſtatum, vt in Abſalone viſum eſt, quo cito derelicto ad Dauid Regem reuerſi ſunt ingrati rebelles, & commoti.

S. Ambr. lib. 2. offic c. 22.
Subditi plebi ſimiles vary, & mutabiles ſunt.
2. Reg. 15. n. 3.
Plebeij ſimiles ſunt, & quare.
Simplices vno facili verbo falluntur.
Vulgus inconſtans, & varius ſemper exiſtit.
Populares.

Vnde

Ioſeph. l. 7. antiq. c. 9.

1765. Vnde Ioſephus lib. 7. antiq. cap. 9. *Abſalon diebus ſingulis ſurgens diluculo, & ad Regalia veniens, eis, qui cauſas habebant delectabiliter loquebatur. Pro qua re fauorem omnium conciliabat.* Quaſi dicat, populus varios, & inquietus facilè ſe credebat verbis manſuetis Abſalon. Sed qui cito credit, cito decidit. Vnde Lyranus ſua in gloſſa, *Per Abſalon ſignificatur; quicumque ſubditus ambitioſus, & ingratus, qui ſuum ſuperiorem, & benefactorem quærit malitioſè ſubuertere, & eius gradum per ſerpentinam aſtutiam obtinere, & ad hoc conſequendum facit oſtentationem propriæ ſufficientiæ, & ſuperioris inſufficientiæ, & ſimplices, & incautos fallit, & ſeducit, vt murmurando de ſuperiori pro quocumque defectu dicit, quis es tu? vt de Iudæis,* notauit Chryſoſtomus.

Qui cito credit, cito decidit.
Lyran. ſua in gloſſa.
Ambitioſi aſtuti communicant contra ſuperiores.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Chriſtus reſpondit, principium qui & loquor vobis?

1766. QVæritur, quid ſignificent verba iſta principium, qui & loquor vobis?

Rupert. cit. in littera.
Diuinitatis principium infinitum.
Humanitatis principium fuit, loquutus eſt Chriſtus.
Oleaſt. in Geneſ.
Ierem. 14.
Iudic. 11.
Hebræa vox idem quod Ros, ſeu caput.

1. RESPONSIO fuit Ruperti in litt. citat. *Secundum diuinitatis infinitam antiquitatem Principium inquam, in quo omnia condita ſunt, ſecundum verò humanitatem, vt homo loquutus eſt, & conuerſatus cum hominibus.* Quaſi dicat, qui principium & caput eſt cæterorum, debet conuerſari, & conſolari ſubditos. Vnde Oleaſt. aduertit, *Quod in Hebræo principium, idem eſt, quod Reſith quod literè ſignificat Ros vel Caput,* vt patet Ierem. 14. *Operuerunt Roſam, id eſt, caput ſuum agricolæ,* Et in lib. Iudic. 11. *Vbi ad Iephte dictum eſt, eris in Ros Reſith nobis, id eſt, in Iudicem, & Principem.* Quaſi dicat, *Dux populi caput ipſius eſſe videtur, quod populum ſua prudentia veluti caput cætera membra dirigat, & gubernet.* Hæc Oleaſter ad litteram in cap. 1. Geneſ. in principio creauit Deus cœlum, & terram.

Geneſ. 1.

1767. Et ad mores addit, admonet nos hac priori ſententia, *largiſſimus ille orbis terrarum pater, non eſſe ſteriles; neque apud nos retinere, quæ proximis noſtris vſui eſſe poſſunt; quando ipſe tam munificè in nos, quæ apud illum deliteſcebant, effudit: nihil enim illi magis diſplicere poteſt, quam ſi quis dona eius abſcondat.* Quaſi dicat, non legiſti apud Lucam 19. n. 10. *Quam acriter ſeruum illum argueret Dominus; quia pecuniam ſuam in ſudario ſeruatam tradere nummulariis neglexit.* Et mirum valde eſt, quod cum Dominus ſit tam largus ex propriis; ſeruus ſit ex alienis, quæ detinere prohibetur tam auarus.

Luc. 19. n. 10.
Auaritia in mundo.
Litterati & ingenioſi non abſcondant talentū ſuū.

1768. Vnde interrogat D. Gregorius citatus in gloſſa, in expoſitione morali Lyrani. *Quare cum Elias ſtaret orans & ieiunans, clauſus in ſpelunca montis Dei Horeb,* ſermo Domini factus eſt ad illum dicens: *Quid hic agis Elia?* 3. Reg. 19. n. 10. Et reſpondit, *quia qui ſolitudinis loca quærunt, hoc ſcire debent, quod tot animarum rei ſunt, quot in publicum prodeuntes prodeſſe potuerunt ideo ſequitur egredere.* Quaſi dicat, audiant hoc qui talentum ſcribendi, prædicandi, & docendi à Deo acceperunt, & nolunt, ſed fugiunt ad ſpeluncas & cauernas in ſolitudinibus orantes, Quomodo reſte Gregorio ſunt animarum rei, quibus poſſunt ſuo talento prodeſſe. Vnde Lyranus, dixit Dominus *Elia quid hic agis?* Quaſi dicat, non eſt adhuc tempus perfectæ quietis, ſed laboris pro ſalute proximorum & in hoc arguit illos, qui pro ſua quiete magis volunt contemplari dimiſſa proximorum neceſſitate.

D. Gregor. cit. in gloſſ.
3. Reg. 19. n. 10.
Solitarij qui talentum habent laborādi in ſcripturis puniuntur ſi non dent operam litteris.
Lyranus ſua in gloſſa.

1769. Et Ambroſ. in Pſ. 118. explicans. *Zelo zelatus ſum pro Domino,* ait: *Zelus ad vitam eſt, non ſolum diuina præcepta ſeruare, ſed amore Domini eius facere cuſtodire mandata, ſicut zelum quod habuit Elias. Et ideo raptus eſt ad cœlum. Zelum habuit Mathatias, qui aduerſus ſacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem, zelum qui habent omnes ſibi inimicos putant, qui ſunt hoſtes Dei, quamuis Patrem, fratres, ſorores, omnibus dicit,* ſicut dixit Dauid Pſ. 138. n. 22. *Et inimici facti ſunt mihi.* Quaſi dicat, pro zelo honoris, & gloriæ Dei, non ſolum ſolitudines, & ſpeluncæ omnium ſunt relinquendæ, ſed & odium & perſecutiones omnium creaturarum amplectendæ.

Ambroſ. in Pſ. 118.
3. Reg. 19. n. 10.
Zelus pro ſe & pro proximi amore.
1. Machab. 2.
Pſ. 138. n. 22.

1770. Vnde interrogat Rupertus, quare ſponſus tanta anxietate, & lachrymarum vi ſponſæ dilectæ ſuæ plenæ virtutibus dicit, Cant. 5. n. 2. *Aperi mihi ſoror mea, columba mea, amica mea, immaculata mea?* Et reſpondit, *ſoror mea per fidem, amica per ſpem, columba per charitatem, immaculata per omnimodam mentis & corporis incorruptionem Aperi mihi, id eſt, os tuum loquere prout ad confirmandum pertinet Euangelium. Et in hoc optata tibi quietis elige ſuſpendium, vt gratum ſingularis pudicitiæ tuæ propter me rumpas ſilentium.* Quaſi dicat, *anima perfectiſſima plena virtutibus, & donis ſcientiæ, & ſapientiæ diuinæ & humanæ; tunc adimplebis, ô ſponſa me lætitia cum vultu tuo, cum ſubleuata in contemplationis monte ad prædicandum, docendum, & ſcribendum deſcenderis, & tantis diuitiis, quibus te Deus ditauit non fueris auara ſed pauperibus ingenij, & ſcientiæ Dei impartieris.* Et addit Rupertus, *quam ob cauſam, videlicet, quia caput meum, plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium; nempe quia extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ,* Pſ. 68. n. 9. Quaſi dicat, ſicut eius, qui foris eſt, & tectum non habet, tunc caput eius plenum eſt rore, & cincinni ſiue ſupremi capilli pleni ſunt guttis noctium. Ita opprobria exprobrantium ceciderunt ſuper me, & ab ipſis ſacræ ſenſibus prauis inficiuntur ſcripturæ. Quæ omnes ita mihi, ſcilicet, (verbo Dei) ſicut cincinni inhæſerit capiti. Quaſi dicat Rupertus; O tu ingenio & talento ſubtili præditus, quid agis in ſpelunca deſerti abſconditus, orans, & clamitans, deſcende ad fratres tuos, & prædica, doce, ſcribe; quia dogmatibus falſis, & doctrinis peregrinis & prophanis caput Chriſti rore, & glacie torquetur, & blaſphematur.

Rupertus in Cant. c. 5. l. 5.
Os apertio ad docendum gratiſſimum eſt Deo.
Doctores & Scriptores lætitia ſunt cœlorum.
Rupert. cit.
Cant. 5. n. 2.
Pſ. 68. n. 9.
Opprobria Hæreticorum caput Chriſti frigeſcunt.
Culti & tritici aſſiſtantes verbum Dei conſpuūt in eum faciē.

1771. Et addit Rupertus citat. *Et ſicut me extra portas ſuas Iudæi, vt crucifigerent eiecerunt. Ita de cordibus ſuis longe fecerunt odientes me & Patrem meum. Et ſicut illa nocte ſua faciem meam conſpuerunt, ita pertinaciter blaſphemantes in caput meum eiaculant, & in cincinnos meos commaculant*

Rupert. cit.

Heretici ſcripturas obcacant blaſphemantes.

maculant ſimiles rori cadenti, ſiue caducis guttis noctium; quia de gratia Dei ceciderunt; dum me Deum Dei filium, & principium qui loquor vobis blaſphemant, & negant ſcripturas, quæ teſtimonium perhibent de me, & ſenſu contrario conturbant. Aperi igitur os tuum, prædica, ſcribe, inſta importune, argue, obſecra, increpa, vt in quibuſcumque locum habeam, ubi reclinet cor meum.

Caput Chriſti requieſcit ſcriptoribus & Doctoribus Theologicis.

Quaſi dicat Rupertus, Auarus & ingens peccator eſt, qui non communicat dona, quæ à Deo recepit, & ſibi ſoli in quiete, & ſolitaria ſolitudine placere ſtudet, qui non prædicat ſuper tecta, qui in aure fidei ingenioſe recipit, & ſubditis, & miſeris Iudæis, ignauis, rudioribuſque dicit, quod Chriſtus eſt principium ſecundum æternam diuinitatem, qui & loquitur ſecundum humanitatem; quia ad hoc de cælo deſcendit, vt conuerſaretur cum hominibus, cum quibus ab æterno delectabatur; quia deliciæ Dei fuerunt ſemper cum filiis hominum.

Rupert. cit. in Cant. cap 5 n. 22. Ioan. c 1. n. 1. Sap. c. 8. n. 31

1772. Lyran. in litter. 2. Responsio Lyrani in litterá citat. *Probando, quod eſſet prima veritas & ineffabilis, & hoc eſt primum principium.* Quaſi dicat, *primum eſſe hominis conſiſtit in loquendo veritatem: nam qui mendax eſt extra lineam humanitatis videtur ambulare.* Vnde interrogat Oleaſter, quare præcipiebat Deus, quod homines mendaces non audirentur, neque coram hominibus apparerent, Exod. 23. n. 7 *Non ſuſcipias auditionem mendacem?* Et reſpondet, *nihil in iudiciis mendacio perniciosius; ideo maximè cauendum eſt ab eo. Sed hoc tempore nihil mendacio licentioſius.* Quaſi dicat, quis tam horribilia audiuit, quod homines inauditæ veritatis & ſimplicitatis vocantur his calamitoſis temporibus noſtro Hiſpano ſermone, *Buenos hombres.* Aſtuti vero Aulici ita mendaces, quod in ore, neque in corde vna ſola veritas reperiatur, vocantur, *Hombres ſagaces, corteſanos y diſcretos. Expende quæſo,* addit Oleaſter, *temporum noſtrorum malitiam, quando tam auidè mendacia audimus & veritas cunctis tam exoſa eſt, & in omnibus faſtidioſa maximè magnatibus.*

M[e]ndaces extra lineam humanitatis verſantur. Oleaſter in Exod. 23. n. 7.

Mendaces ſunt validiores, & potentiores temporibus his calamitoſis. Hiſpana locutio. Oleaſt. cit.

1773. Idē Oleaſt. Sæpè ſæpius (inquit idem Auctor) conſideraui, & ego ſupra interim adnotaui, *Cur Sancti Prophetæ parabolis vterentur, & ſimilitudinibus, præſertim cum Regibus, & Principibus loquebantur, cur Chriſtus tam frequenter turbis in parabolis loqueretur, quod ferè,* vt ait Matthæus 24. n. 34. *nihil ſine eis nobis prædicaret; cuius hæc meo iudicio cauſa eſt. Conſiderabant ſancti quam agrè ferrent homines veritatem audire, quam torno vultu & hirſuto naſo eam aſpicerent, & quàm hilari facie mendacia amplexarentur; & conſiderantes quam neceſſarium hominibus foret veritatem audire; veritatem parabolis, & ſimilitudinibus inuoluebant, & velabant, vt qui veritatem nudam faſtidiebant, & ad mendacia arrectas habebant aures, veritatem ſaltem fictis veſtibus tectam audirent; ideo Dominus dicit, non ſuſcipias mercedem auditionum,* Exod. 23. n. 7. *quoniam nouerat, quam libenter à Principibus & Regibus, & Prælatis audirentur. E contrario Chriſtus dicit, quod eſt principium ineffabilis veritatis.*

Cur Chriſtus in parabolis loquebatur. Matth 24. n. 34.

Veritas Principibus exoſa eſt, & ideo Parabolis tegenda.

Prælati mendaces, & garrulantes audiunt libenter.

1774. Theodoret. q. 27 & 28. in gloſſ. 4 Reg. 9 n. 3. Vnde interrogat Theodoretus q. 27. & 28. in Gloſſ. citat. Quam ob cauſam per alium Prophetam Iehu vnxit Eliſæus, & præcepit ei dicens, 4 Reg. 9 n. 3. *Aperieſque oſtium, & fugies, & non ibi ſubſiſtes?* Et reſpondit, *hoc clam fieri expediebat, vt citò de medio tolleretur Ioram.* Quaſi dicat, veritatem præcepti diuini oportuit ſecretè nuntiare; quia ſi Rex Ioram ſciuiſſet, periret Propheta. ideo eum qui vnxit Iehu iuſſit ſtatim fugere, ne ſi fuiſſet comprehenſus in periculo fuiſſet. Et addit Theodoretus: *Vult enim nos Deus vti humana cautione, & prudentia qui rationis honore ſunt præditi, nos ratione vti conuenit.* Quaſi dicat, adhuc ad veritatem pronuntiandam ex præcepto diuino, Regibus, & Potentatibus eſt neceſſaria ingens prudentia, & cautela, ne ſi nudam veritatem audiant, exaſperentur, & pericula ingentia oriantur. Vnde Lyranus ait; *Volebat enim Eliſæus veritatem ex parte Dei annuntiare, & hoc fieri conueniebat ſecretò, ne forte aliqui zelantes pro Rege Ioram inſurgerent in Prophetam.*

Clam multoties veritatem oportet prædicare.

Theodoret. citat.

Superioribus, Prælatis, & Regibus veritates ſecretè dicenda.

Lyranus in ſua gloſſa. *Cautela prædicatoribus neceſſaria.*

1775. Theodoret. q. 25. in gloſſ. cit. Vnde interim interrogat Theodoretus, *Quare Nathan Propheta ouis ſimilitudine vſus eſt, vt Regis ſententiam pronuntiaret?* Et reſpondit, *vt non fieret morbus immedicabilis, ideo Nathan accuſationis decoram induens perſonam diuitis & pauperis actum compoſuit.* Quaſi dicat, vt prudens medicus pilulam argentauit, diſſimulans perſonam Regis, vt veritatis lumen ſplendeſceret. Vnde Interlinealis ait, *Poſt ſimilitudinem rectam ſententiam contra ſe, quaſi in alterum proferunt potentes.* Quaſi dicat, cautela neceſſaria eſt ad veritates pronuntiandas magnatibus, qui mendacia ſemper diligunt & veritates oderunt. Et Lyranus addit: *Talem autem parabolam propoſuit Nathan ipſi Dauid, vt ignorans ſe ipſum condemnaret, & ſic frontem non haberet defendendi peccatum ſuum.* Quaſi dicat, ſuo ipſo gladio percuſſit ſe Dauid, & veritatem recognoſcens ſanatus eſt à ſua infirmitate. Et Chryſoſtomus in Pſ. 50. *O ſapientia medici intrauit portans gladium, vt ſecaret vulnus, ſed infirmanti non oſtendit; vt non abhorreret medicinam.* Quaſi dicat, clam veritatem, & in parabola dixit, quia ſi clare vocaret eum adulterum, ſcandaloſum, homicidam, abhorreret Prophetam, & negaret quod occultum erat; ideo blandè, & ſub ænigmate dixit Propheta, *Cauſam habeo: duo viri erant in ciuitate vna,* 2. Reg. 12. n. 1. Vbi Interlinealis ait; *tum Prælati Eccleſiæ potentes arguunt prius quaſdam ſimilitudines velut de alieno negotio induunt.* Quaſi dicant, vt iterum adnotauimus ſupra, Prædicatores, & Prælati cum Regibus & magnatis prædicant diſcant à Chriſto Domino, qui dixit Phariſæis, *Ego principium, qui & loquor vobis, vbi ſub diuinitate ſuam dixit, quod crederent veritatibus, quas loquebatur.*

Prædicatores veritates palliatas Principibus aliquando dicant.

Interlineal. in gloſſa.

Lyran. citat. *Peccatrix frõte ſecti, contra veritatem traſcuntur.*

Chryſoſt. in Pſ. 50.

Clam medicus gladium portat & prædicator veritatem.

2. Reg. 12. n. 1. Interlineal.

Diuinitas Chriſti in abſcondita prædicabatur, & in Parabolis.

DIFFICVLTAS XIV.

Quare Chriſtus dixit, cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum?

QVæreres, quare in cruce poſitus Chriſtus cognitus fuit quis eſſet? 1776.

1. Responsio Ruperti in litera citat. *Quoniam maleuoli accuſatores defenſionem veritatis* Rupert. cit. in littera.

Flagella cœli perfidos, protervos docere ſolent.

tatis non audierunt, cum exultatus Chriſtus fuit, zelanteſque populum confundebantur, cum ignis propria confeſſionis hoſtes devoravit. Et tunc cognoverunt Iudæi aliqui, quod Chriſtus erat principium, id eſt, æqualis Patri ſecundum divinitatem. Vnde interrogat Oleaſter; quare præcepit Deus Moyſi dicens Numer. 21. n. 9. *Fac tibi ſerpentem æneum, & pone eum ſuper perticam, omnis qui mortuus fuerit, videbit eum, & vivet?* Sic legit Pagninus. Et reſpondet: *Conſidera, quam pulchrè ſerpens ſerpentem adumbret; quod enim in ſerpente externum erat æs erat. Sed quod intus ignis erat comburens. Sic & in Chriſto extra corpus erat, ſimilitudinem ſerpentis habens; quoniam in ſimilitudinem carnis peccati; intus vere erat ignis Deitatis omnia peccata conſumens, & devorans* Quaſi dicat Chriſtus, cum exaltatus fuerit a terra, ſicut ſerpens Moyſis, tunc peccata omnium hominum conſumentur, & qui per fidem in divinitatem occultam crediderint, ſalui erunt, quia fideliter confitebuntur, quod ego ſum principium, & finis omnium rerum.

Oleaſter in Num. 21. n. 9. Tranſl. Pag.

Serpēs quare Chriſtum repræſentabat.

1777. Et ad id quod Rupertus inſinuat, *Quod cum Chriſtus exaltatus fuerit à terra malevoli inimici confundentur, cum ignis hoſtes devoret. Eſt ſecundum, quod propter Chriſti mortem flagellavit cælum Iudæos per manus Titi, & Veſpaſiani, & ignis de cælo hoſtes Chriſti devoravit. Alij vero, qui Chriſtum in cruce exaltaverunt ſalui facti ſunt.* Vnde interrogat Oleaſter. *Expende quæſo, quomodo Dominus eodem malo, quo Iſraelitas propter peccatum punivit eos ſanare curavit, ſerpente momordit, & ſerpente à morſibus ſanavit.* Quaſi dicat, bona & ſalutifera ſunt mala, quibus nos ſæpius viſitat, ſi ſciamus ea elevare, & Deo noſtro præſentare, nihil vtilius, nihil ſalubrius iſta potione amara; ſi modo ea æquo animo læta Deo tuo noveris offerre.

Rupert. cit.

Titus & Veſpaſianus flagella Dei cōtra Iudæos.

Oleaſt. ſup. citat.

Labores cum patientia tolerare debemus, vt proſint nobis.

1778. Vnde interrogat Ambroſ. lib. de Tobia cap. 2. *Quare contigit quadam die vt Tobias veniens fatigatus à ſepultura & iactaſſet ſe iuxta parietem, & obdormiſſet ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretque cæcus*, Tobiæ cap. 2. n. 10. Et reſpondit, *quia neque conqueſtus ingemuit, neque dixit, hæc merces laborum meorum? Sed fraudari magis ſe doluit obſequiorum, quam oculorum munere, nec cæcitatem pœnam, ſed impedimentum putabat.* Quaſi dicat, tanta erat Tobiæ patientia, quod cæcitas bona ſalutifera reputabat, in quantum ſe, & ſolum ſentiebat, quod eſſet impedimentum ad ſerviendum in pluribus Deo.

Ambr. lib. de Tob. cap. 2. n. 10.

In laboribus non conqueri neque iraſci Deo gratum eſt nimis.

1779. Vnde Lyranus, *Hoc non videtur fuiſſe ex naturali ſtercoris virtute, maximè cum non cecidere ſuper eius oculos apertos, ſed clauſos, ſed ex ordinatione Dei, qui auctor eſt mali pœnæ, vt ſic Tobias poſteris eſſet exemplum patientiæ* Et Beda in gloſſa, *Fatigatus à ſepultura Tobias eſt cæcatus; qui enim infatigabilis in bonis operibus perſiſtit lumen fidei auget.* Et Auguſt. q. 119. in gloſſa, *Tobias in tentatione robuſtus factus, & fortis inventus eſt, oſtendens plus Iudæi timere vigilandum, quia ſi neceſſitas ad Dei auxilium nos impellit, quanto magis ſecuritas?* Quaſi dicat, ſi humiliati, & afflicti nos ad Deum quærendum obligant, quid non invenient in Deo; illi qui non humiliati, ſed pro præmio laborum ingentium, afflictionibus & cæcitate coronantur.

Lyran. ſua in gloſſa.

Stercora hirundinum non cæcacant naturaliter.

Beda in gloſſa.

Infatigabiliter Deo ſerviendum.

Aug. q. 119. in gloſſa.

1780. Vnde Lyranus in gloſſa ad moralem ſenſum, *Per hirundinem quæ eſt avis hinc inde volatilis ſignificantur fortuna bona quæ reputanda ſunt vt ſtercora, & hæc etiam excæcant oculos ſapientium*, ſicut dicitur Deuter. 16. n. 19. *Munera excæcant oculos ſapientium, & mutant verba iuſtorum; patientia vero Tobiæ, in plaga cæcitatis, & ſua deriſionis, etiam ab amicis exemplum eſt patientiæ fidelibus etiam in adverſis;* quia vt Rupertus ait: *ſalutifera ſunt mala, ſi ſciamus elevare ea:* nam ſerpens, ſi occidebat, etiam ſanabat à morſu quos ipſum aſpiciebant, & Chriſtus in cruce exaltatus aliis profuit, & protervos flagellavit.

Lyranus ſua in gloſſa.

Bona fortuna vt ſtercora reputanda.

Deuter. 16. n. 19.

Munera excæcant ſapiētes nimis.

Rupert. cit. ſupra.

1781. s. Responsio Auguſtini in litt. citat. *Ego differo cognitionem veſtram, vt adimpleam paſſionem meam quia qui fugerunt à vivo pro eodem crucifixo mortem appetiverunt.* Quaſi dicat, nemo de miſericordia Dei deſperet, etiam ſi ſit Deicida, quia exaltatur Deus in cruce, vt ſerpēs, ad hoc vt morſus venenoſis plenus aſpiciat in eum & ſanetur, & quanto peccatores ſceleratiores convertuntur, tanto miſericordia plus exaltatur.

Auguſt. cit. in littera.

Nemo infidelis & peccator grandis, deſperet.

1782. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare præcipiebat Deus quod leproſus plenus à planta pedis vſque ad verticem capitis non excluderetur à Sacerdotibus*, vt Levit. 13. n. 16. legitur, *non claudere faciet, ſi operuerit lepra omnem cutem plaga?* Sic legit Pagninus. Et reſpondit, *mirum valde videtur hominem iudicari mundum, ſi totum corpus eius ſcabie eſſet infectum; non autem ſi alternatis partibus alteram ſanam, atque alteram morboſam haberet, vt oſtendat nobis eum deterius curari, & periculoſiori morbo laborare, qui bonis operis mixta mala habet, quam qui omnia mala; quoniam qui mixta habet, in bonis fidit, & mala non curat propter bona.* Quaſi dicat, *Es Dios amigo de que ſe conviertan pecadorazos de marca mayor, y ſe enfada de pecadores anomales.* Vnde Ieremias cap. 7. n. 4. dicebat, *Nolite confidere in verbis mendacibus dicentes, templum Domini, templum Domini. Putabant enim Iudæi omnia tuta*, vt Iſaias habet, *ſi boves mactarent, ſuffitum apponerent; ſed quoniam manus fœdatas habebunt innocentium cruore audierunt omnia hæc odiſſe animam Dei.* Sic inter Chriſtianos ſunt multi criminoſi, & vitiis onuſti, qui ſeverè degunt, poſtquam omni die ſacrum audierint, horarias preces perſolverint ſtatutis diebus ieiunaverint, quorum typum geſſit Phariſæus ille leproſus, qui ſe ſanum arbitrabatur, cum leproſus eſſet, & Chriſtum, non Prophetam indicabat, & peccatricem morboſam, qui cum ſe ſoluendo non eſſe arbitrabatur, parabolam audivit, quæ debitorem arguebat; illos vero peccatores Magdalena adumbrat, qui in ſe nihil præter mala cognoſcunt, qui ſe intus erubeſcentes, facilè mala ſua omnipotenti medico oſtendere non verentur. Et ad iſtos reſpicit Deus, quia ſperantes in eum, nimis exaltatum in cruce, non deſperaverunt, ſed pro eo mortuo vitam apponere, & perdere, non dubitarunt, & cognoverunt quod eſſet miſericors, omnipotens, & verè Deus, ideo dixit Chriſtus, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.

Oleaſter in Levit. 13. n. 16. Tranſl. Pag.

No deſeſperā los mayores pecadores que ſe ſu converſion ſaca Dios grāde honra. Hiſpanorum locutio.

Ierem. c. 7. n. 4.

Peccatores mixti & anomali damnantur.

Hiſpana locutio. No ay ladron que no tenga devocion.

Ex magnis peccatoribus ſiunt maiores ſancti.

1783. Vnde interrogat D. Auguſtinus q. 49. in Iudicum lib. *Quare dicitur de Iepthe, quod fugiens fratres ſuos habitavit in terra Tob, & congregati ſunt ad eum viri inopes & latrocinantes, & quaſi Principem ſequebantur*, Iudic. cap. 11. n. 3. Et reſpondit, *quia Chriſtum repræſentabat Iepthe,*

Aug. q. 49. in lib. Iudic. c. 11. n. 3.

qui

Matth.9. n.12. Sani non indigent medico, ſed ægroti. Matth.27.

qui ante paſſionem cum publicanis, & peccatoribus manducans, dicebat Matth.9.n.12. *Non eſt opus Medicus ſanis ſed ægrotis, & inter latrones quoque crucifixus eſt, vnumque de cruce in paradiſo tranſtulit.* Matth.27. Quaſi dicat, Chriſtus ad quærendas oues quæ perierant deſcendit de cælis & fœtidiores & peccatores ſceleſtiſſimos communicauit, & deliciabatur cum eis, & in cruce eleuatus, & opprobriatus à Patre cum lachrymis conuerſionem latronis famoſi impetrauit, & eum eo vulnera, & tormenta crucis medicatus eſt; quia propter eum miſericordiæ Domini ſuperexaltatæ ſunt. Nam teſte Arnoldo de ſeptem verb. Domin. *Plus dolebat de Chriſto pendente in cruce, quam de his, quæ ipſe patiebatur, & hoc amore vulnera Chriſti medicabuntur.* Et addit Auguſt. citat. *Poſtquam vero ſurrexit, & cœpit eſſe in terra Iob, collecti ſunt ad eum ſcelerati homines pro remiſſione peccatorum, qui cum illo ambulabant; quia ſecundum præcepta eius viuebant; hoc etiam quotidie fit, dum confugiunt ad eum impij, vt iuſtificentur, & diſcant vias eius.* Quaſi dicat, ego differo cognitionem veſtram, vt adimpleam paſſionem meam, quia quotidie plus exaltatur Chriſtus crucifixus, cum ſcelerati per agnitionem, & dolorem ſuorum peccatorum conuertuntur ad eum, & non deſperati pereunt.

Latro in cruce refrigerauit vulnera Chriſti.

Arnold. de ſeptem verb. Domin.

Auguſt. cit.

Conuerſiones peccatorum coronant Chriſtum.

1784. Vnde Lyranus. *Hunc autem Ieſum, ſcilicet, Ieſum Chriſtum reprobauerunt fratres ſui, ſcilicet, Iudæi, quorum erat frater ſecundum carnem, & ipſe fugit ab eis in perſecutione Herodis.* Matth 2. *& in perſecutione ciuium ſuorum, qui voluerunt eum præcipitare de ſupercilio montis ſuper quem fundata erat ciuitas eorum*, vt habetur Lucæ 4. *Sed poſt mortem Chriſti perrexerunt ad eum maiores; quia Nathanael, & Nicodemus,* vt patet Ioan.1.& 3. *Chriſtum prædicauerunt, & Paulus & Barnabas in lege periti, & innumeri alij pro Chriſto mortuo mortem appetiuere, & cum Paulus inſinuet, quod perſecutus ſit Eccleſiam Dei, & ipſum Chriſtum, non deſperauit, ſed credidit & de ſceleratis huiuſcemodi, teſtatur ipſe Chriſtus, quod ſint corona capitis ſui, eo quod in exaltatione eius cognoſcent quis ſit.*

Lyran. ſup. in Gloſſ.

Matth. 2. F. quæ fugiendi cum iuſtum perſequuntur.

Ioan. 1.& 3.

1. Cor. 15. n. 9.

1785. Hinc Lactantius lib. de vera Sap. *Loquens de corona Chriſti in cruce exultati, ait, corona ſpinea capiti eius impoſita declarabat fore, vt diuinam ſibi plebem de nocentibus aggregaret: corona enim dicitur circumſtans orbem populus.* Et addit; *nos autem qui ante cognitionem Dei fuimus iniuſti, ſpina, id eſt, mali, & nocentes eramus, ignorantes quod eſſet bonum & à iuſtitia notione, atque ab operibus alieni, omnia ſcelere, ac libidine polluebamus. Electi ergo ex duris ſentibus ſanctum Dei caput cingimus; quia conuocati ab ipſo, & circumfuſi vndique ad Deum, Magiſtro & Doctori Deo aſſiſtimus Regemque illum mundi, & omnium viuentium Dominum coronamus.* Quaſi dicat, nil honorificentius, & glorioſius capiti Chriſti plus eluceſcere facit, quam ſcelerati peccatores, qui ſentibus malitiarum, & culparum perforauerunt cerebrum eius, & iam conuerſi ſuam Regiam magnificentiam, & miſericordiam, quaſi aurea corona gemmis pretioſiſſimis ſculpta ornauerunt.

Lact. lib. 4. de vera Sap. cap. 26.

Corona orbis populi ſunt.

Corona Chriſti quæ crucē circumdabat. Spinæ peccatorum conuerſorum roſa aurea facta ſunt Chriſto.

Sceleratiſſimi conuerſi honorant Deū.

1786. Et S. Ambroſius in Pſ. 64. n. 12. explicans illud 12. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ,* ait: *quis eſt annus Dominicæ benignitatis, niſi ille de quo dicit annum Domini acceptum, & tempus retributionis, id eſt, tempus paſſionis ſuæ, in quo retribuentibus ſibi mala, ſceleratis peccatoribus corona benignitatis agnoſcenda erat.* Tunc ergo addit Ambroſius; *Operibus ſuis, & gloria & honore ſui temporis coronauit aduentus.* Quaſi dicat, tempus, in quo à perſecutoribus cruci affigebatur: tempus fuit benignitatis diuinæ, quia ipſis crucifixoribus conuerſis, & pectus ſuum percutientibus pepercit, & cum illis coronatus ineffabiliter fuit.

Ambroſ. in Pſ. 64. n. 12. lib. de Virg. c. 15.

Tempus benignitatis & corona Dei cum ſceleratis pepercit, & ipſi conuertebantur confuſi.

Et D. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in Ioann. cap. 19. explicans verba illa, *In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum plurimum afferatis* (ſic ait) *clarificatum Patrem ſuum eſſe dicit; quoniam ineffabilis eius bonitas, atque miſericordia nota omnibus coronam quaſi gloriæ illi attulit. Sic enim Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum dederit, in quem qui crediderit non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Quaſi dicit, cum Chriſtus exaltatus fuit à terra, tunc multi ex ſceleratis crucifixoribus reuerſi ſunt percutientes pectora ſua, & Chriſtum acclamantes, *Verè filius Dei erat iſte*, & tunc clarificatus eſt, & coronatus Chriſtus gloria & honore; quia ideo dilatauit eorum conuerſionem, vt paſſionem Chriſti ſua conuerſione ſcelerati honorificarent, & ſubleuarent. 1787.

S. Cyrill. Alex. lib. 10. in Ioan.

Parcendo ſceleratis Chriſtus clarificatus eſt, eiuſque amor ſublimatus.

Ioan 3. n. 16. Matth. c. 26. n 54. Lucæ c. 23. n. 48.

Vnde Ambroſius in Luc. cap. 23. interrogat, *Quare Chriſtus Dominus exaltatus in cruce voce magna exclamans exſpirauit?* Et reſpondit quia *illa voce Dei profeſſio glorioſa vſque ad mortem ſe pro noſtris deſcendiſſe peccatis pronuntiaret.* Quaſi dicat, cæteri moriuntur tacendo moriuntur, qui triſtitia repleti ſunt; Chriſtus autem præuidens, quod inclinato capite ſceleratiſſimi reuerſuri eſſent ad eum percutientes pectora ſua voce magna lætus exſpirauit. Et addit Ambroſ. *Ergo, ò tu Paſtor, & Sacerdos, non erubeſcas fateri, & imitari, quod Chriſtus non erubuit voce magna profiteri.* Quaſi dicat, cum ſcelerati peccatores ad veniam obtinendam percutientes pectora ſua reuertuntur, non tenuas lætari de eorum aduentu, ſicut & Chriſtus voce magna lætatus eſt. 1788.

S. Ambroſ. 10. in Luc. c. 23.

Chriſtus exſultans voce magna exſpirauit.

Confeſſores & Patres, cum veniunt ſcelerati ad pœnitentiam lætari debet.

Vnde facilè poteſt cognoſci, *Cur Chriſtus Dominus palam & coram vniuerſo ſpectaculo in altum exaltari voluit in crucis patibulo, & clam coram nullo reſurgere? Et poſtea aliquibus, & non omnibus reſurrectus apparuit; nimirum quia maior illi, & illuſtrior ex morte quam ex reſurrectione obtigeret gloriam, cum reſurrectio à potentia, mors vero à bonitate, & benignitate circa ſceleratos, quæ Deum maximè exaltat; propter quod dixit, cum exaltatus fuero à terra, tunc cognoſcetis quia ego ſum verus Deus, principium, & finis, qui adimplea quæ loquor vobis, & miſericordiam oſtendo, cum his qui oderunt me gratis.* 1789.

Chriſtus quare coram nullo reſurrexit, & coram tantis mortuus eſt. Ambroſius.

Reſurrectio potentiam, crux miſericordiā oſtentat.

Vnde Ambroſ. lib. 5. in Luc. cap 7. *Crux enim etiam electis ſcandalum poſſet afferre, ſed nullum hoc maius diuinæ perſonæ eſt teſtimonium, nihil eſt, quod magis eſſe vltra humana videatur, quam toto vnum ſe obtuliſſe pro mundo, hoc vel ſolo Domino declaratur.* Quaſi dicat, vociferando fugitiuos Diſcipulos, qui eum reliquerunt ſolum, & ſceleratos conuertendos, oſtendet Chriſtus claré quod erat, non ſolum homo, ſed Deus. 1790.

S. Ambroſ. lib 5. in Luc. cap. 17.

Chriſtus in cruce quaſi ſigne acciens id eſt diſcipulos fugitiuos attraxit voce magna clamans.

Hinc Tertullianus lib. de carne Chriſti cap. 5. contra Marcion. *Veram carnem Chriſti negantem,* 1791.

Tertul. l. de carn Chriſti c. 5 contra Marc.

Qui dolores, & paſſiones Chriſti negas ſpem creaturarum tollis.

tem,& pro ea phantaſmata ſubſtituentem,eleganter ait: *Sceleſtiſſime hominum,qui interemptores excuſas Dei; nihil enim ab eis paſſus eſt Chriſtus, ſi nihil verè eſt paſſus, parce vnicæ ſpei totius orbis, qui deſtruis neceſſarium decus fidei.* Quaſi dicat, miſer, & infelix, cur ſpem peccatorum aufers, quia Chriſti miſericordia tanta fuit, vt verè & realiter carnes in cruce torquentes, & crucifigentes, miſericordiam conſequuti ſunt, cum reuerſi percutiebant corda, & pectora ſua: Et addit Tertullianus, *Quodcumque Deo indignum eſt mihi expedit, ſaluus ſum ſi non confundar de Domino meo.* Quaſi dicat, Quod tu Hæreticè negas, mihi multum prodeſt, quia ſceleratis crucifixoribus pepercit, & hac ſpe ego non confundar: quia ſi Deicidæ non debent deſperare; quicumque ſceleratus ſpem habere debet, & cum viderit Chriſtum exaltatum confidat quod omnia poteſt trahere ad ſe, & qui omnia dicit, nihil, etiam me ſceleratiſſimum non excludit.

Tertul. cit.

Qui totum dicit nihil excludit.

TRACTATVS XLIX.

AD LITTERAM,

In Cap. XXIII. Matth.

De mala Phariſæorum fugienda vita.

TEXTVS.

1. TVNC loquutus eſt Ieſus ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, 2. dicens, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi 3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite; ſecundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. 4. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere. 5. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus; dilatant enim Phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis. 7. Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi; vnus eſt enim Magiſter veſter; omnes autem vos fratres eſtis. 9. Et Patrem nolite vocare ſuper terram; vnus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt. 10. Nec vocemini magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. 11. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. 12. Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur & qui ſe humiliat, exaltabitur. 13. Væ autem vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui clauditis Regnum cœlorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

EXPLANATIO litteræ.

1792. *Abſcondibus Phariſæis prædicantis Chriſtus ſua ſcelera.* TVNC Ieſus loquutus eſt ad turbas, & ad Diſcipulos ſuos. Quando receſſerunt à Ieſu Phariſæi conuicti verbis, & diſputationibus Chriſti ſuper cuius filius erat, tunc ad turbas, & alios, qui nomine Diſcipulorum ſequebantur eum; quia Apoſtoli veriſimile eſt, quod non audiebant doctrinam Phariſæorum, vt Maldonatus adnotauit.

Maldonat. ſuper Matt. 23.

1793. Super cathedram Moyſi ſederunt, id eſt, habent poteſtatem docendi ſedentes, vt in noſtra Hiſpania vtitur loqui, *Los Cathedraticos que enſeñan*, id eſt, qui habent facultatem, & gradum Doctorum, vel Magiſtrorum, quia communiter ſedentes docent, etiam ſi poſſint docere ſtantes.

Omnia quæcumque dixerint vobis, *Scilicet, prædicando, vel definiendo*, vt Abulenſis in prologo ad cap. 23. Matth. *Docet ſeruare in operis executione; dicunt enim, ecce ratio obedientiæ, quia dicunt quæ ſunt legis diuinæ, & non faciunt, ecce ratio non imitandi facta.* Hæc Caietanus. Et addit, *& hoc niſi eſſet peccatum, nequaquam inter alia peccata Phariſæorum à Chriſto enumeraretur.* Abulenſis aliter. 1794.

Abulenſ. in prolog. ad c. 23 Matth.

Caiet. in Matth. 23.

Abul. vbi ſup.

Dicunt enim & non faciunt, id eſt, prædicant bona 1795.

bona facienda,& illa ipſi non faciunt, quia ſibi erant latæ conſcientiæ, cæteris ſtrictioris, quia doctiores, & religioſiores apparebant, & ideo potentiores in diſpenſatione legis diuinæ. Vnde ſequitur.

1796. Abul. citat.

Allegant enim opera grauia. Optimè Abulenſis hic loco citato. *Oſtendunt abuſum poteſtatis eorum, ſiue in iudicando, ſiue in prædicando, quia maiora iubebant quam iubere deberent, quia ipſi non faciebant.* Quaſi dicat, imponebant onera importabilia, tum ſecundum ſpiritum, tum in temporalibus, quia in vtroque foro eſſent potentes & pauperibus gabellis,& impoſitionibus aggrauabant, ipſi vero nihil ſoluebant,vt miniſtris hodie Regum contingit.

Potentes pauperibus onera importabilia imponunt. Pauperes ſemper à miniſtris aggrauantur.

1797. Caiet. citat. Actor. c. 15. n. 10.

Importabilia, hoc eſt, vix portabilia, vt Apoſtolus dixit, *Quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuerunt, quia multa ex traditionibus,& abuſis præcipiebãt, quæ non erãt ex præcepto legis.*

1798.

Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Peccatum inanis gloriæ redarguitur à Chriſto contra Phariſæos, qui ſemper in actibus publicis, quærebant applauſum, & honores ſub ſpecie ouili, cum eſſent lupi rapaces. Philacterium enim nomen Græcum, *idem eſt, ac conſeruatorium, id eſt, conſeruatoria legis ampliabant litteris maiuſculis,& in fronte ſcribebant. Et magnificant fimbrias,id eſt,caudas latas in veſtimentis portant, vt in Eccleſiis Canonici, & dignitates*; Sed his ad maieſtatem & grauitatem oſtendendam, faciunt non ad hypocriſim; quia è contra fit hodie,vbi ſtrictioris religionis ſignacula ſunt, caudæ veſtimentorum ſcinduntur & reformationem habitus vt paupertatem ſignificent & humilitatem quod laudabile eſt.

Philacteria eſt nomen Græcum, Latine eſt conſeruatorium. Cauda veſtimentorum in perſonis grauibus vtuntur.

1799.

Amant enim primos recubitus in cœnis. Phariſæi non ſolum primos accubitus deſiderabant, ſed amabant conatu nimio primos accubitus, quod inquit Caietanus, *eſt peccatum, & addit, quia amor primorum locorum ad præſidendum cæteris affectus eſt ſuperbia, ſicut amor ſalutationis eſt affectus inanis gloria.*

Amor inordinatus præcedentia peccatum eſt. Caiet. citat.

1800.

Vos autem nolite vocari Rabbi. Ab hoc loco vſque ad verba, *Væ autem vobis, vna & facilis ſententia eſt, ne Phariſæorum mores Diſcipuli imitentur, non prohibet Patrem, aut Magiſtrum, vel vocari, vel vocare in terris abſolutè ſed comparatiuè ad Deum, & ad Phariſæos de quibus loquitur. Ad Deum, quia quis ſicut Deus. Ad Phariſæos quia ambitioſè vtebantur his nominibus* Hæc Maldonatus.

Nomina excellentiora cum Deo comparatiuè vitanda. Maldonat. citat.

1801.

Væ autem vobis. Inuehitur mira Chriſti acrimonia in Scribas, & Phariſæos propter vehementem hypocriſim eorum, quia tam ingens erat, quod populo, & ignorantibus affirmabant non poſſe ſaluari niſi per doctrinam eorum, cum verè & realiter in multis fallebant plebem, ideo ſubditur: *Quia clauditis Regnum cælorum*, quia perſuadebant hominibus neminem niſi ipſis aperientibus, & docentibus intrare poſſe in Regnum cœlorum.

Hypocritæ nimis reprehendendi ſunt. Superbia Phariſaica ſingularitates appetit.

1802.

Vos autem non intratis, neque introeuntes ſinitis intrare, id eſt,veſtra mala vita ſcandalum datis, & ita fugiunt à verbis vitæ peccatores. Vel vt Origenes ait; *Quia vos non creditis in me, & ideo populi, & ſimplices veritatem fidei non ſequuntur, & veſtra occaſione non intrabitis vos neque ipſi in Regnum cælorum.* Reliqua per quæſtiones patebunt.

Origen.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Tunc Ieſus loquutus eſt ad turbas, & Diſcipulos, ſuper cathedram Moyſi ſederunt, &c.

Tranſlatio Vatabli. 2. In cathedra Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcumque iuſſerint vos ſeruare, & facite: cæterum ſecundum facta eorum ne facite.

Tranſlatio ex Syriac. 3. Tunc Ieſchua collocutus eſt turbis, &c. quidquid igitur dicent vobis, vt ſeruetis, ſeruate ac peragite ſed iuxta opera eorum ne feceritis.

Abul. in Matt. 23 4. Omnia quæ dixerint vobis prædicando & diffiniendo ſeruate & facite.

Caiet. in Euang. n. 5. vbi vulgata omnia opera ſua faciũt, &c. 5. Super ſedem docendi & iudicandi in lege Dei Doctores ſedebunt.

Tranſlatio Vatabli. 6. Omnia facta ſua faciunt in hoc, vt ſpectentur ab hominibus.

Tranſlatio ex Syriac. n. 9. vulgata. 7. Omnia faciunt, vt ſpectentur ab hominibus, & producunt fimbrias palliorum ſuorum.

Tranſlatio Vatabli. 8. Ne vocemini magiſtri, vnus eſt magiſter Chriſtus.

Tranſlatio ex Syriac. 9. Ne vocemini Rectores,quoniam vnus eſt Rector veſter meſchicho.

Caietan. citatus. 10. Quia vnus ſolus eſt Magiſter noſter qui eſt Chriſtus.

Maldonatus num. 12. vulgata. 11. Ne imitemini Phariſæos ambitioſe nominibus his vtentes.

Tranſlatio Vatabli. 12. Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur & qui ſe humiliauerit,exaltabitur.

Tranſlatio ex Syriac. num. 14. vulgata. 13. Quicumque enim efferet ſeipſum deprimetur, & qui ſeipſum depreſſerit efferetur.

Tranſlatio

Tranſlatio ex Syriac. 14. Væ vobis Scribæ & Phariſæi acceptores vultus (Hypocritæ) quippe qui clauditis regnum cœlorum coram hominibus, vos enim non introitis, neque eos qui introeunt ſinitis introire.

Caietan. citatus. 15. Ego aperio regnum cœlorum patefaciendo doctrina & exemplo; vos illud clauditis docentes non eſſe credendũ in me, qui ſum oſtium regni cœlorum.

Lyranus ſua in gloſſa. 16. Ideo vos non intratis, quia non creditis; intrare enim eſt per fidem.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus locutus eſt ad turbas, & ad Diſcipulos doctrinam contra Phariſæos?

1803. QVæretur, quare de præceptione Phariſæorum ad turbas & Diſcipulos loquutus eſt Chriſtus?

Chryſoſt. ſuper Matt. 23. *Clerici incorrigibiles teſte Chryſoſtomo peiores ſecularibus.* 1. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matt. *Poſtquam Dominus Sacerdotum reſponſionem proſtrauit, & incorrigibilem eorum conditionem oſtendit, ſicut Clerici ſi malefecerint in emendabiles ſunt; Laici vero delinquentes facile emendantur. Tunc conuertit ſermones ad populum, & ad Apoſtolos.* Et addit Chryſoſtomus, *infructuoſum namque eſt verbum, in quo ſic alter confunditur, vt alter non erudiatur.* Quaſi dicat, quia Phariſæi incorrigibiles erant noluit Chriſtus eis prædicere, ne labor prædicationis fuiſſet inanis.

1804. *Origen. in cat. S. Th.* 2. RESPONSIO Origenis in caten. Sancti Thomæ, *Sunt autem meliores Diſcipuli Chriſti reliquis turbis, & inuenies in Eccleſiis quoſdam affectuoſius accedentes ad verbum Dei eſſe Diſcipulos Chriſti; cæteros autem populum eſſe ipſius.* *Feruentiores in amore Dei Diſcipuli ſũt Chriſti. Idẽ Origen. citat.* Quaſi dicat, qui feruido ſpiritu verbum Dei audiunt Diſcipuli Chriſti dicuntur; qui vero tepide, & negligenter populus dicitur. Et addit Origenes, *Et interdum quædam diſcipulis ſilis dicit; quædam vero turbis; alia vero ſimul turbis atque Diſcipulis, ſicut ſunt hæc Vnde ſequitur ſuper Cathedram Moyſi, &c.* *Diuiſi à communitatibus Phariſæi dicuntur.* Quaſi dicat, qui legem Moyſis profitentur, & interpretari ſe gloriantur hi ſedent ſuper Cathedram, qui vero non recedunt à littera legis Scribæ dicuntur; qui autẽ maius aliquid profitentur, & diuidunt ſeipſos, quaſi meliores à multis, Phariſæi dicuntur, quod interpretatur diuiſi.

1805. *Abul. q. 6. in cap. 23. Matth.* *Coram Phariſæis noluit Chriſtus de eis loqui aſperè.* 3. RESPONSIO Abulenſis q. 6. in cap. 23. Matth. *Quia Chriſtus voluit aliqua mala nunc dicere de Phariſæis & Scribis, vt caueremus ab eis. Ideo dixit ſermonem ad turbas & ad Diſcipulos, vt eis non crederent quantum ad mala opera ipſorum, ſed ad præcepta Dei & legis, quæ prædicabant, attenderent.* Quaſi dicere, adhuc Chriſtus tenuit, *Cara a cara, donde honra ſe acata,* vt Hiſpani dicũt, *Phariſæos reprehendere,* & ideo expectauit, *vt abſentes eſſent,* & ideo turbis, & Diſcipulis dixit, *ſuper Cathedram Moyſi. &c.* Et addit Abulenſ. q. 7. *quod dixit hoc Diſcipulis, quia iſta doctrina erat neceſſaria Diſcipulis & turbis; imo plus neceſſaria eis quam turbis: nam turbis ideo hoc dicebatur vt non errarent circa ſimulationem Phariſæorum. Sed error iſte periculoſior erat in Diſcipulis quam in turbis, eo quod futuri erant Epiſcopi, Principes, & Doctores Eccleſiæ, & omnium turbarum; ideo illi magis erudiri debebant in hoc.* Abul. q. 7. Quaſi dicat, Prædicatores, Epiſcopi, & Doctores plus debent ſtudere, & ab erroribus cuſtodiri, quia ſunt ſal & condimentum omnium creaturarum. Et ſi ipſi errant, per quos cæterorum errores auferentur, vt Chriſtus Matth. 5. teſtatur, *Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur.* *Epiſcopi debent eſſe doctiſſimi alias errores erunt innumeri in Eccleſiis ſuis.* Matth. 5.

4. RESPONSIO, meo videri ſolis turbis & Diſcipulis pauperibus ſeparatis Phariſæis Chriſtus prædicauit, quia impij, & ſcelerati impedimentum & obicem ponunt, ad hoc vt verbum Dei creſcat, ſicut & ſpinæ, & tribuli cauſæ ſunt, vt triticum ſuffocetur & pereat: ideo in opinione aliquorum Doctorum cum Chriſto non fuerunt aſſumpti, niſi tres diſcipuli ad transfigurationis gloriam in monte Thabor, vt Iudas non adeſſet, quia non erat dignus tantæ gloriæ, & conturbaret omnes, & non taceret & ideo fuit, quaſi obex, & impedimentum cæterorum, ſicut & Phariſæi, & Scribæ, ad ingentia myſteria prædicanda, quia incorrigibiles, & maleuula intentione repleti erant. 1806. *Prædicatores ſine Scripturæ ſcientia vaniloqui.* *Auctoris ſententia.* *Impij incorrigibiles impedimentũ verũ magnalium.*

5. RESPONSIO Abulenſis q. 10. *Nam poſt eius mortem, & reſurrectionem prædicanda erat fides Chriſti per Apoſtolos, Phariſæi autem nitebantur auertere plebem ab hac fide, non ſolum verbis ſed verberibus,* Actor. 5. *vt autem non adhiberetur eis fides, dixit Chriſtus turbis, & Diſcipulis, quod erant Phariſæi impij, & quod non audirent iniquas perſuaſiones illorum.* Quaſi dicat, vt prudens Gubernator futura prouidit Chriſtus, vt cautè, & attentè ſtarent contrà falſas doctrinas Phariſæorum. 1807. Abul. q. 10. *Prudens Gubernator & miniſter futura prauidere debet.*

DIFFICVLTAS II.

Quæ erat iſta Cathedra Moyſis, & quid erat ſedere ſuper eam?

QVæritur, quæ nam eſſet iſta Cathedra, & qui ſedebant ſuper illam? 1808.

1. RESPONSIO Caietani in Euangelia, *Super ſedem docendi, & iudicandi, ſuper quam Moyſes primus ſedit & propterea ab ipſo nominatur.* Caietan. in Euang. Quaſi dicat, Cathedra Moyſis nil aliud eſt, quam obligatio, quam habebant Doctores legis, qui à Moyſe ſemper ſucceſſione in officio, & dignitate docendi, ſicut noſtro nomine dicimus, *Los Cathedraticos de la ſagrada Eſcriptura, predicadores Theologos y Maeſtros.* *Sedes & Cathedra erat poteſtas docendi à Moyſis temporibus.*

2. RESPONSIO Lyrani noſtri, *Quod congregatio ſeptuaginta ſeniorum, quos Dominus dedit Moyſi, & conſtituit ad iudicandum populum Iſrael,* vt patet Numer. 11. *durabat vſque ad tempus Chriſti. Et iſti vocabantur ſeniores populi,* 1809. Lyran. ſua in Gloſſ. Numer. 11.

Septuaginta ſeniores vocabatur Cathedra Moyſis.

& vltra hos non erat appellatio, & per hos diſſinebantur cauſa magna Iudæorum, & ad hos deuoluebantur cauſa, ſiue per appellationem, ſiue per dubium ex omnibus locis Iſrael, & ſententia iſtorum ſtabant, & præcipuus iſtorum erat ſummus

Deut.17.

Sacerdos, Deut.17. *& iſti dicebantur ſedere ſuper Cathedram, quia erant electi, & conſtituti inter ſeptuaginta Moyſi ad occidendum ſignatos, & habebant auctoritatem iudiciariam in omnibus cauſis.*

1810. Abul.q.11. in Matth. Moyſes inſtituit Cathedram, vel pulpita, vt omnes audire poſſint prædicatione legis.

3. Responsio Abulenſis, *Cathedra vocabatur, id quod nos vocamus pulpitum, quod erat, & eſt in omnibus Eccleſiis ad prædicandam tunc legem Moyſis, nunc legem Chriſti, & non dicitur Cathedra Moyſis, quia ipſe ſederet in ipſa, ſed quia lex Domini in ipſa prædicabatur.*

1811. Quamuis meo iudicio non ſit multum dicere, *Quod ipſe Moyſes inſtituit pulpitum, vel Cathedram, vbi ipſe docebat legem, vt melius ab omnibus audiretur, & in diuerſis locis à ſeptuaginta ſodalibus ſenioribus ſimiliter in cathedris prædicabitur lex.*

1812. Cathedra nō facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram.

3. Responsio Chryſoſtomi in catena S.Thomæ, *Videndum eſt tamen, quomodo quis ſuper Cathedram ſedeat, quia non Cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum.* Quaſi dicat, malus Sacerdos de ſacerdotio ſuo crimen adquirit, non dignitatem.

1813. Cathedra peſtilentia reformati hypocritæ, qui plebem fallunt.

4. Responsio, Cathedra Moyſis poteſt dici ſimulata ſanctitas Phariſæorum, ad quos principaliter intendit redarguere Chriſtus, quia iſti reſtrictiorem reformationem morum prædicabant, & vulgus plus illis plaudebat, & ipſi quanto perfectiores & reformati apparebant; tanto plus ſuperbiendo cæteros deſpiciebant; & cum eſſent ignorantes plebem exterioribus figuris fallebant; ideo Chriſtus Cathe-

Abul.q.15. in Matth.23

dram peſtilentiæ eſſe euidenter oſtentat, Vnde ait Abulenſis q.15.in Matth.23. *Expreſſè Chriſtus Phariſæos nominat, quia ſimulabant perfectionem, & plus digni erant redargutione.*

DIFFICVLTAS III.

Quomodo intelligatur omnia quæcumque dixerint vobis facite, ſecundum opera eorum nolite facere?

1814. QVæretur, ſi Phariſæi dicebant, quod Chriſto non crederent, quomodo dicitur quæcumque dixerint vobis facite?

Origen. ſup. Matth.

1. Responsio ſit Origen. ſuper Matth. *Ne videretur apud ſtultos ex hoc principatum Scribarum, & Phariſæorum cupere, & propter inimicitiam vituperare, quæ dicebant, & faciebant. Et ideo vt hanc ſuſpicionem auferret dixit, omnia quæcumque vobis dixerint ex lege facite.*

In lege Chriſti diuinitatem, & incarnationē paſſim reperies

Quaſi dicat, omnia, quæ in lege ſcripta ſunt, ſi perſpicuè intelligantur de me loquuntur, ſcrutamini ſcripturas; quia qui bene ſapiunt, inuenient, quod ego prædico de mea diuinitate, & etiam inuenient, quod Regnum meum non eſt de hoc mundo; & ideo non poſſunt cupere ho-

1815. Abul.q.17.

nores & Cathedras Phariſæorum, & Scribarum.

2. Responsio Abulenſis q.17. *Hoc dixit*

ad tollendam accuſationem quam contra eum facere poſſent Iudæi, erat enim proximè ab eis occidendus, & cum nullam rationabilem cauſam mortis eius haberent, multa falſa quærebant, inter quæ putarant eſſe, quod prædicabat contra legem Moyſis, & ſoluebat eam, ſicut dixerunt, quod non erat de Deo quia Sabbatha non cuſtodiebat, Ioan.9. *Et ideo iſtam occaſionem calumniæ tollit hic laudans doctrinam Scribarum, & Phariſæorum, in quantum ex eius libris erat, & quia in ipſis ſcriptus erat Meſſiæ aduentus ad ſaluandas gentes.*

Occaſiones calumniarū poſſibiles vitandæ ſunt.

Ioan.c.9. Inter inimicos ita viuēdū quod vereantur male aliquod dicere de nobis.

3. Responsio Chryſoſtomi ſup.Matt.23. *Quid autem Doctore illo miſerabilius, cuius viam cum non ſequuntur, ſaluantur, cum imitantur, perduntur.* Et addit; *ſicut autem aurum de terra eligitur, & terra relinquitur. Sic & auditores doctrinam accipiant, & mores relinquant; ideo dicitur ſecundum opera eorum nolite facere.* 1816.

Chryſoſt. ſup.Matt.23

4. Responsio Caietani; *Turpe enim eſt Doctori, cum culpa redarguit ipſum, & qui prædicas non furandum, furaris.* Et addit: *monſtrum eſt in moribus dicere, & non facere, vita contraria doctrinæ; & quia magis mouent exempla quam verba. Inde eſt, quod infructuosè præſunt ij, quorum vita non præeſt, ſed auctoritas, vel doctrina.* Quaſi dicat, tantum incrementa Eccleſiæ, plus creſcent, quantum virtutum incrementa augentur. *Et è contrà,* inquit Gregorius lib. moral. *Eccleſia quaſi per ſenium debilitata fructus iam capere non poteſt,* Quaſi dicat, O confuſio lamentanda, & flenda, quis rudimenta Euangelicæ prædicationis audiuit; quis incrementa virtutum conſiderat in priſcis Patribus noſtris & videt facta eorum, qui docent, præſunt, & prædicant, quomodo flens non dicet; *Quæcumque dixerint vobis facere facite, ſecundum opera illorum nolite facere.* Sed de hoc ad mores latius poſtea.

1817. Caietan.in Euang. Miſer Prælatus ꝗ̄ culpa redarguit.

Gregor.lib. moral. Eccleſia per ſenium debilitata, & per deprauatos mores Præſulum arida, & mortida, & flagellata peſte bellis, & fame.

DIFFICVLTAS IV.

Quare dicitur; alligant enim onera importabilia?

QVæretur, quæ ſunt iſta onera grauia, & importabilia? 1818.

1. Responsio Chryſoſtomi, *In hoc duplicem eorum malitiam oſtendit; vnam quidem in hoc quod ſine venia exigunt à ſubiectis, ſummam diligentiam vitæ; aliam verò in hoc quod ſibi ipſis multam concedunt licentiam.* Et addit; *oportet autem bonum Principem è contrario ſe habere, in his enim, quæ ſecundum ipſum ſunt, grauem iudicem eſſe; in ſubiectis autem manſuetum.* Quaſi dicat, ab initio Diabolus peccat, & iſta conſuetudo plus quotidie creſcit vt miniſtri Præſules, & Potentes importabilia onera miſeris populis, & pauperibus imponant; ipſi autem in omnibus melioientur in ioco, in epulationibus, victu, veſtito, libertate, domo, & magnificentiis, & illæ ſunt partes, quibus adornantur, vt aſcendant ſuperius; quia, ſcilicet, Præſules fuerunt, id eſt, omnibus nocuerunt, & ſibi placuerunt.

Chryſoſt. ſup.Matt.23

Simulata ſanctitas duplex iniquitas, & in miniſtris, & Præſulibus replicata innumitur quotidie.

1819.

2. Responsio noſtri Lyrani ſua in gloſſa, *Onera grauia ſunt traditiones, quas ſenio-*

Lyranus in ſua gloſſa.

res

res conſtituerant, quæ erant ex Phariſæis, & Scribis, & in his grauabant populum multitudine, & difficultate obſeruationum. Vnde dicit Gloſſa, *alligant onera, id eſt, vndecumque traditiones colligunt, quæ conſcientiam non leuant, ſed grauant.* Quaſi dicat, indicibiles ſunt modi, & inuentiones hypocritarum; quia dicunt, quæ non faciunt, & obligare monſtrant, quæ non ſentiunt, ſolo retributionis, & lucri deſiderio, vel vanitatis intentione.

Hypocritarū innumerabiles modi lucri gratia.

1820. 3. Responsio Auctorum, quos Abulenſis commemorat dicentium, *Quod præcepta legis Moyſis erant onera grauia, quia erant difficilia in obſeruatione.* Vnde in Actibus Apoſtolorum dicuntur iugum cap. 15. *quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices Diſcipulorum, quod nec nos, neque Patres noſtri portare potuimus.* Quaſi dicat, Scribæ & Phariſæi commendabant in tantum iſtas obſeruationes; quod mors erat populo eas cuſtodire, non propter eſſentiam legis, quæ à Deo erat data, ſed propter impoſitiones, & traditiones, quæ à Phariſæis hypocritis additæ erant, vt lucrarentur pecunias, famam & vanam gloriam. Vnde dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. *Onera enim legis, quibus fabuloſis rationibus commendantes auditoribus, quaſi vincula ſuper humeros cordis eorum, alligabant, vt velut rationis vinculo conſtricti, reiicerent ea à ſe.* Quaſi dicat, ita ſunt ſtulti, & inepti aliqui conſcientias regentes, quod ſcrupulis, & terroribus ita conſtringunt corda humana, vt laqueo ſe ſuſpendere aliquando eligerent.

Auctores ab Abul. citat. Actor. 15.

Scrupuloſis, & nimis timidis conſcientia dilatanda.

Chryſoſt. ſuper Matt. 23.

Confeſſores inepti, qui nimis conſcientiam alligant.

1821. 4. Responsio Hieronymi in catena S. Thomæ citat. *Humeri autem & digitus, & onera & vincula, quibus alligant onera ſpiritualiter ſunt intelligenda, & totum generaliter Dominus aduerſus omnes magiſtros loquitur, quia grandia iubent & minora non faciunt.* Quaſi dicat, facilis res eſt multa mandare, & nullum adimplere, vt quotidie adhuc in perfectioribus videmus, vbi e contra debebat fieri, pauca mandare, & multa operari.

Hieronym. in cat. S. Th.

Prælati multa iubentes nihil operantes.

DIFFICVLTAS V.

Quare omnia opera faciebant Phariſæi, vt ab hominibus viderentur?

1822. QVæritur, quare dilatabant fimbrias & faciebant opera Phariſæi, vt placerent, &c.

1. Responsio Abulenſ. q. 30. in Matth. 23. *Dixit hoc Chriſtus, vt oſtenderet vitium commune Eccleſiaſticorum hominum; erant enim Scribæ, & Phariſæi viri cæteris religioſiores, & ideo licet omnes homines tangat vitium inanis gloriæ; tamen quia præcipuè Eccleſiaſticos tangit, poſuit illud Chriſtus vt oſtenderet, quomodo cauendum eſt à nobis.* Sic dicit Chryſoſtomus in homil. *In omni re naſcitur, quod ipſam exterminat, ſicut ex ligno vermis, & ex veſtimento tinea. Vnde Sacerdotum miniſterium, quo poſiti ſunt ad ædificationem ſuncti, ut corrumpere Diabolus nititur, vt hoc ipſum bonum, dum propter homines fit malum fiat.* Et addit Chryſoſtomus, *tolle hoc vitium ab Eccleſiaſticis, & ſine labore omnia reſecabis; ex hoc enim fit, vt Eccleſiaſtici peccantes difficile pœnitentiam agant.* Quaſi dicat Chryſoſtomus, iuſtè

Abul. q. 30. in Matt. 23.

S. Chryſoſt. in homil.

Vana gloria plus tangit Eccleſiaſticos, quam ſæculares.

Dei iudicio incorrigibiles, & impœnitentes fiunt Eccleſiaſtici, qui poſt continentem viuum poſt ſæculi renuntiationem pro dignitatibus conſequendis, & inanis gloriæ vanitate infatigabiliter torquentur.

Vermis & tinea Religioſorum ambitioſorū tranquillitatem animæ aufert.

2. Responsio Chryſoſtomi in homil. *Quia cum Phariſæi conſideraſſent in lege de Chriſto, & prædicarent ſæpè de illo, poterant ex multis ſignis coniecturare eſſe illum, qui inter illos erat, vt Moyſes ſcriptum reliquit, ſed hoc non cognoſcebant præ nimia cupiditate rerum temporalium & inanis gloriæ.* Et addit, *vult enim Dominus in hoc oſtendere cauſam propter quam non poterant credere in eum, quia ea, quæ Chriſtus prædicabat, erant cæleſtia; iſti autem cupiebant gloriam humanam, quæ terrena eſt, & ſolum operabuntur, vt ab hominibus viderentur eorum acta.* 1823.

Chryſoſt. in homil.

Phariſæi & Scribæ per legem Chriſtum cognouerunt, ſed in eum non crediderunt.

3. Responsio Hieronymi in caten. cit. *Dominus enim cum dediſſet mandata legis per Moyſem ad extremum intulit.* Deut. cap. 6. n. 8. *ligabis ea in manu tua, & erunt ſemper ante oculos tuos. Et eſt ſenſus præcepta mea ſint in manu tua, vt opere compleantur. Sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Phariſæi male interpretabantur ſcribebant in membranis Decalogum Moyſi decem legis verba complicantes ea & ligantes in fronte. Et quaſi coronam capiti facientes, vt ſemper ante oculos mouerentur.* Quaſi dicat, hæc omnia vt captarēt aures populares, atque ex mulierculis captātes, lucra faciebant grandes fimbrias, & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant, vt videlicet, ambulantes, & ſedentes interdum pungerentur, & quaſi hac commonitione ſe traherent ad miniſteria ſeruitutis Dei. Sed ſcelerati Phariſæi & progenies eorum vſque in hodiernum dicti ſunt, *Inuencioneros, aſtutos, engañadores*, vt Hiſpani dicunt. Quia Chriſtiani antiqui ſimpliciter, & confidenter ambulant, intelligentes, quod in corde portanda ſunt opera bona non in corpore, vt ab hominibus videātur. 1824.

Hieron. in caten. cit. Deut. 6. c. 8.

Mulierculæ facilè oprorientius falluntur.

Phariſæi quare dilatabantur ſpinis texta fimbria veſtimentorum.

Hiſpana locutio. Viuir a lo Chriſtiano viejo, ſin enredos, ni inuenciones Phariſaicas.

4. Responsio Chryſoſtomi in catena S. Thomæ, *Illorum autem exemplo, & nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorum confingunt, & ſcribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda videntur; quidam vero aliquam partem Euangelij ſcriptum circa collum portant, ſed nonne quotidie Euangelium in Eccleſia legitur, & auditur ab omnibus. Cui ergo in auribus poſita Euangelia nihil proſunt, quomodo eum poſſunt circa collum, ſuſpenſa ſaluare? Deinde vbi eſt virtus Euangelij in figuris litterarum, aut in intellectu ſenſuum. Si in figuris benè circa collum ſuſpendis; ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita proſunt, quàm circa collum ſuſpenſa.* 1825.

Chryſoſt. in cat. citat.

Abuſiones ſunt Euangelia, & alia ſacra ad collum portare & non in corde.

5. Responsio Rabbani in caten. citat. *Notandum quod non ſalutare in foro non primò ſedere, vel diſcumbere vetat eos, quibus hoc officij ordine competit; ſed eos, qui hæc, ſiue habita, ſiue non habita indebitè amant à fidelibus quaſi improbos docet cauendos.* Quaſi dicat, diligentias & conatum inſatiabilem propter adquiſitionem primorum locorum damnat Chriſtus non rectum, & debitum ordinem præſignatum. 1826.

Rabban. in caten. citat.

6. Responsio Chryſoſtomi in caten. citat. *Sine cauſa enim loco ſe humiliat, qui corde ſe præfert; aliquis enim audiens laudabile eſſe in vltimo loco diſcumbere; Diſcumbit poſt omnes, & non ſolum iactantiam cordis non dimittit, ſed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit,* 1827.

Chryſoſt. in caten. cit.

Humilitas quæ ex radice ſuperbiæ procedit duplex eſt iniquitas. Chryſoſt. citat.

vt qui vult videri iuſtus humilis videatur. Quaſi dicat, humilitas, quæ ex radice ſuperbiæ procedit duplicem adquirit malitiam. Et addit Sanctus; *Multi enim ſuperbi corpore quidem in nouiſſimo recumbentes, cordis elatione videntur ſibi in capite recumbere, & multi ſunt humiles in capite recumbentes, & conſcientia ſe in vltimo eſſe exiſtimant.* Quaſi dicat, de corde exeunt cogitationes bonæ, & malæ; quia aliquis in infimo loco ſedet, qui corde tamen fixus eſt in cœlo. Et è contra multi ſedent in excelſis, & reuera putant, quod indigniſſimi ſunt. Sed hoc eſt nimis difficile, & melius dicitur, quam excogitatur, & ſentitur corde.

Superbi ocid humiliati in infimis corde ſuper omnes ſedent, & è contra.

DIFFICVLTAS VI.

Quomodo intelligatur, ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt?

1828. QVæritur, quare neque Rabbi, neque Magiſtri, neque Patres prohibet Chriſtus vocari?

Hieronym. contra Heluid.

1. RESPONSIO Hieronymi in cat citat. contra Heluidium, *Omnes autem homines affectu fratres dici poſſunt, quod in duo diuiditur, & in ſpeciale, & in commune; in ſpeciale, quia omnes Chriſtiani fratres vocantur, porro in communi; quia omnes homines ex vno Patre nati, pari inter nos germanitate coniunguntur, ideo dicitur & Patrem nolite vocare vobis ſuper terram.*

Omnes Chriſtiani fratres quia ex vno Patre Chriſto nati.

1829. *Gloſſ. ordin.*

2. RESPONSIO Gloſſæ ordinariæ; *Quia verò apparebat quis eſſet omnium Pater, in hoc quod dixerat, qui eſt in cœlis vult exponere, quis ſit omnium Magiſter. Vnde præceptum de magiſtro iterum repetit, dicens, ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Quaſi dicat, omnes magiſtri & titulares, prærogatiuæ, & encomia, reſpectu Dei in hominibus nihil ſunt. Vnde ſubditur.

Encomia humana reſpectu Dei nihil ſunt.

1830. *Chryſoſt. ſuper Matt.*

3. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matth. *Nolite vocari Rabbi, ne quod Deo debetur vobis præſumatis. Nolite & alios vocare Rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis; vnus eſt enim magiſter omnium, qui omnes naturaliter docet.* Quaſi dicat, cum homines ab hominibus docentur, vocentur magiſtri quia vnum vel alterum docent. Cum vero à ſolo Deo, quæ ſciunt, diſcunt, ſolus eſt Magiſter; non vero homines quia Deus habet infinitam ſcientiam.

Qui à Deo docentur ſupernaturaliter non poſſunt Magiſtri vocari.

1831. *Hilar. in caten.*

4. RESPONSIO Hilarij in catena citat. *Vt meminerint Diſcipuli ſe filios eſſe vnius parentis, & per nouæ natiuitatis generationem, terreni ortus exceſſiſſe primordia, ſubdit? Omnes autem vos fratres eſtis.* Quaſi dicat, per generationem Baptiſmi, omnes fideles fratres fiunt cũ Chriſto.

Regeneratio Baptiſmi fideles fratres facit.

1832. *Abul. q. 59.*

5. RESPONSIO Abulenſis q. 59. *Quia ſi vnus eſt Magiſter, ergo & omnium; quia Deus excellit omnes homines, & omnem creaturam, ſed nulla creatura poteſt aliam docere ita vt non poſſit plus à Deo tali creaturæ infundere, ergo ſolus eſt Deus Magiſter.* Quaſi dicat, Magiſter dicitur à quo alij doctrinam recipiunt, & ipſe in quantum magiſter à nullo doctrinam recepit. Hoc autem nulli competit niſi Deo; nam homo poteſt docere hominem; & tamen ille homo docetur ab alio homine, vel à Deo, vel ab Angelo; ſolus autem Deus eſt, qui docet, & à nullo docetur: Ergo ipſe eſt propriè Magiſter.

Solus Deus non docetur ab aliis quia incomprehenſibilis eſt.

Cæteri vero Magiſtri ab aliis didicerunt.

DIFFICVLTAS VII.

Quare dixit Chriſtus; Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, quia clauditis Regnum cælorum; vos non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare?

QVæritur, quare non intrant Doctores, neque ſinunt intrare in cœlum? 1833.

1. RESPONSIO Origen. ſuper Matth. *Phariſæi autem, & Scribæ non intrabant, quia nolebant audire eum, qui dixit ſi quis per me introierit, ſaluabitur;* Ioan. 10. n. 9. *Neque introeuntes ſinitis intrare, id eſt, eos, qui credere volebant propter ea, quæ fuerant à lege, & Prophetis ante de Chriſto declarata, introire ſinebant, cum omni terrore ianuam claudentes adhuc derogabant doctrinæ eius, & ſubuertebant omnem propheticam ſcripturam de eo, & blaſphemabant omne opus ipſius quaſi falſum & à Diabolo factum.*

Origen. ſuper Matt.

Ioan. c. 10. n. 9.

Iudæi cauſa fuerunt, vt innumerabiles damnarentur.

2. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matt. 1834.
Regnum cælorum dicuntur ſcripturæ, quia in illis inſertum eſt regnum cælorum, ianua eſt intellectus earum, clauicularij ſunt Sacerdotes, quibus creditum eſt verbum Domini. Apertio eſt interpretatio veritatis. Quaſi dicat; *Væ vobis, ò falſi Doctores, & Prædicatores, qui propter vanitatem, vel propter odium quod Chriſto habebant, nolebant veram interpretationem dare ſcripturis ſuper Prophetas, qui de Meſſia incarnato loquebantur.* Vnde addit Chryſoſtomus. *Vide, quia non dixit, væ vobis qui aperitis, ſed qui clauditis, quia ſcripturæ non ſunt clauſæ, licet ſint obſcuræ.*

Chryſoſt. ſuper Matt.

Scriptura ſacra Regnum cælorum eſt. Sacerdotes claues ſunt.

Clauicularij ſcientiarum Sacerdotes.

3. RESPONSIO Abulenſis q. 78. *Claudebant Phariſæi ianuam regni cælorum, quia ianua vitæ æternæ eſt Chriſtus.* Ioan. 10. n. 9. *Ego ſum oſtium; qui autem per oſtium non intrat, non erit in domo. Et etiam Chriſtus via eſt ad terminum. Sed Phariſæi occultabant Chriſtum Iudæis, & veritatem ſcripturarum circa illum imo minabantur omnes, qui in Ieſum credebant,* Ioan. 7 *mandauerunt, vt ſi quis Chriſtum Meſſiam diceret extra Synagogam fieret vt excommunicatus.* Quaſi dicat, ideo lamentabiliter Chriſtus de Iudæis dicit: Væ vobis, Phariſæi, & Scribæ, qui Doctores eſtis errare oues facitis. 1835.

Abul. q. 78.

Doctores & Paſtores oues errare, vel ſcire faciunt.

4. RESPONSIO *Meo iudicio lamentatur Chriſtus de omnibus Paſtoribus, & Prælatis, qui propter inſipientiam ſuam, & ignorantiam ſacræ ſcripturæ non reducunt oues errantes à praua via, vbi iacent in peccatis perditæ; quia licet iſti non intendant auertere aliquem à Regno Dei, tamen ex ignorantia non docent, neque habent clauem neceſſariam ad aperiendum ianuam, & propter omiſſiones ſuas cogunt errare populum, quia non eſt Paſtor, qui ſibilo, & baculo proiecto oues errantes, & in paſcuis delectationum paſcentes reducant ad gregem Domini.* 1836.

Auctoris ſententia.

Præſul Doctor & laborans quotidie oues errantes reducit ad gregem.

Tacens vero, & mutus perdit oues.

5. RESPONSIO Origenis ſuper Matth. 1837.
Omnes qui mala ſua conuerſatione exemplum dant peccandi in populo, & qui iniuriam faciunt ſcandalizantes puſillos claudere videntur ante

Origen. ſuper Matt.

homines

Principes & Magnates regnum cæli claudunt ſuo malo exemplo multis.

hominibus regnum cælorum. Et hoc peccatum inuenitur in Potentatibus maximè autem in Doctoribus, qui docent ſecundum iuſtitiam Euangelij; non autem faciunt, quæ docent. Quaſi dicat, bene viuentes, & bene docentes aperiunt ante homines regnum cœlorum. Et dum ipſi intrant alios prouocant introire. Et addit Origen. citat. in Abulenſ. q.77. in cap.23. Matth prope finem: *Quod autem tantum refero, non defendo; & multi non permittunt intrare in regnum cælorum intrare volentes quia ſine ratione excommunicant quoſdam propter aliquem zelum, & meliores quam ſint ipſi; & ipſi quidem non permittunt illos intrare. Sed hoc non eſt verum, quia excommunicatio iuſta, vel iniuſta timenda eſt, & qui eam ponunt omni ratione, & iudicio ſemper imponunt.*

1838. Concludit autem Abulenſ. q.77. ex Origen. *Quo cum multi temeritate ſeipſos dederunt ad perfectionem docendi priuſquam diſcerent imitantes Iudaicas fabulas, detrahunt hu qui in ſacris litteris clauem habent, & va illis.* Quaſi dicat, intellectus abſorbetur cum imperitos indoctos, & ambitioſos videmus dignitates ſopremas anxiè inueſtigare, ſine claue, ſine ſcientia, ſine virtutis exemplo. Et qui ſcriptoras ſacras perpetuò aperiunt abſconditi ſunt, relicti ſunt, opprobrixti ſunt. Sed conſolati ſiot, quia claues Regni cœlorum imitantes Chriſtum ſuper humeros portant.

Abul.q.77. in cap.23. Matt.ad fin.

Epiſcopi & miniſtri ſemper cum omni ratione excommunicant.

Origen.cit. ab Abul.

Væ ignorātibus Prælatis.

TRACTATVS L.

AD MORES,

In Cap. XXIII. Matth.

De mala Phariſæorum fugienda vita.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Chriſtus locutus eſt ad turbas & ad Diſcipulos doctrinam contra Phariſæos?

1839. QVÆRITVR, quare Chriſtus docet fugiendos eſſe Phariſæos?

Chryſoſt. in litt.cit.

Incorrigibiles difficile reſurgunt, & ideo relinquendi.

1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in litt. citat. *Proterui, & incorrigibiles erant.* Vnde interrogat Oleaſter, *Quare cum eſſet Moyſes afflictus nimis videndo populum grauatum propter legationem, quam ex parte Dei Regi Pharaonis dedit, & dixit Domino, quare miſiſti me? ex eo enim, quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo afflixit populum tuum?* Exod 5 n.vlt. Reſpondit, *quia dixit ei Dominus, nunc videbis, quæ facturus ſim Pharaoni.* Exod.6.n.1. Et addit Oleaſter. *ſinit Dominus ſuo occulto iudicio impios in impietatem creſcere, vt durius puniantur; quia incorrigibiles fiunt.* Quaſi dicat, ſicut Dominus impios admonitionibus fieri deteriores, vt tanquam incorrigibiles à Deo relinquantur, quod eſt maximum omnium ſupplicium.

Oleaſtes in Exod.5.vlt. & 6 n.1.

Vltima impiorum miſeria, eſſe incorrigibiles.

1840. Vnde interrogat noſter Lyranus, quare dicitur Eſdræ 2.c.13. *Quod Nehemias videns Iudæos ducentas vxores accepiſſe Azotidas, & Ammonitas, & quod filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè obiurgauit eos, & maledixit?* Et reſpondet, *increpauit maledicens, quia incorrigibiles erant, & maledictio explicatur ſuperius, Nunquid & nos facientes omne malum grande hoc, vt præuaricemur, à Deo non relinquemur?* Quaſi dicat, quid expectant incorrigibiles, niſi à Deo derelinqui, quod eſt vltimum Dei ſupplicium.

Lyranus in ſua gloſſa. Eſdræ 2. cap.13.

Incorrigibiles à Deo maledicuntur.

1841. Vnde Beda lib.3.expoſ.cap.37. in gloſſ.citat. *Azoticè loquuntur filij vxorum alienigenarum, cum opera per laſciuiam procreata vltionem æternæ combuſtionis expectant, quia Hebraicè Azotus idem eſt, quod Eſdod, Latinè ignis vberum.* Et addit Beda, *merito incorrigibiles à Nehemia non ſolum obiurgati, & maledicti, ſed & quidam ſunt cæſi, quia neceſſe eſt tales acrius coerceri, vt ab vbere ignis vltoris (ſi fieri poteſt) auferantur.* Quaſi dicat, timeant incorrigibiles iram Dei vltoris, ne ab ipſo in peccatis relinquantur, ſicut Phariſæi à Chriſto, propter obſtinationem ſcilicet ſuam; quia ab igne huius ſupplicij, vſque ad æternū ignis ſupplicium, non ceſſabunt peccare.

Beda lib.3. expoſ.c 37. in gloſſ cit.

Azotus Hebraicè Eſdod Latinè ignis vberum.

Incorrigibiles difficile conuertuntur.

1842. Vnde Lyranus ad moralem ſenſum loco citato, ait, *Per Iudæos vero recidiuantes in contrahendo matrimonia cum alienigenis ſignificantur pœnitentes de vitiis carnalibus; qui tamen Deo permittente, & Diabolo procurante ad vomitum reuertuntur priſtinis ſe vitiis implicantes, & iſti ſunt obiurgandi per aſperam correptionem illorum ad quorum ſpectat officium. Sunt etiam maledicendi, per hoc, quod mala pœna ſuperuentura eis ſunt prædicenda, ſi in talibus incorrigibiliter perſeuerent.* Quaſi dicat, incorrigibiles, cum repentè à Deo in æternum puniantur, & hic à Deo derelinquantur, de ſua improbitate, & obſtinatione conqueràtur, ſicut Iudæis contingit, quos Chriſtus dereliquit, propter incorrigibilitatem ſuam, & ad turbas, & ad Diſcipulos loquutus eſt.

Lyran. ſua in Gloſſ.

Concubinarij incorrigibiles acriter puniendi & maledicendi.

De ſe conquerantur incorrigibiles à Deo derelicti.

1843. 2. RESPONSIO Abulenſ. in littera citati. *Quia Chriſtus aliqua mala de Phariſæis volebat aduertere, & ideo præſentibus illis dicere.* Quaſi dicat, coram turbis, & Diſcipulis voluit Phariſæos punire, quia ſcandalizati erant de eorum peccatis,

Abul citat. in littera.

Reprobos fugere ne irritentur prudentia eſt.

peccatis; ſed ne plus irritarentur coram ipſis noluit ſuam malitiam reprehendere. Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit.20.n.17. *Præcipiebatur, qui nefariam rem operati ſunt occiderentur in conſpectu populi ſui.* Vel vt legit Pagninus, *Succidentur in oculis populi ſui?* Et reſpondit, *Colligo ex hac littera, punitiones peccatorum publicas eſſe debere, & faciendas in oculis eorum, coram quibus illi peccauerunt, vt de pœna adſiſcentur, qui ſunt ſcandalizati ex culpa.* Quaſi dicat, Chriſtus coram turbis, & diſcipulis ſcelera, & peccata Phariſæorum puniuit, quia tam nefariam rem coram illis commiſerant, qualis eſt blaſphemare de ſua diuina perſona, & Dæmoniacum illum vocare, quia tam graue delictum, & culpa enormis tali pœna digna fuit.

Oleaſter in Leuit.20. n.17. Tranſl. Pag.

Publicè puniendi, qui ſcandalum publicè commiſerunt.

Luc. c.11.

1844. Vnde interrogat D. Thomas 1.2. q.87. art.6. quare Propheta Nathan dixit Dauidi, *Tu feciſti abſcondite, ego vero faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis huius,* 2.Reg.12.n.12. Et reſpondit, *quia requiritur adhuc pœna ad ſanationem aliarum virium animæ, quæ per peccatum præcedens deordinatæ fuerant, vt ſcilicet, per contraria curentur.* Et addit, *requiritur etiam ad reſtituendam æqualitatem iuſtitiæ, & ad amouendum ſcandalum aliorum, vt adſiſcentur in pœna, qui ſcandalizati ſunt in culpa.* Quaſi dicat, peccatum & ſcandalum Dauid de occiſione Vriæ, & cauſa innotuit apud exercitum, & gentes multas, quamuis ipſe abſcondite feciſſe putabat. Et ideo pœna coram eiſdem teſtibus neceſſaria fuit in conſpectu ſolis huius; & quia blaſphemare fecit nomen Domini propter ſuum ſcandalum culpa tam enormis fuit neceſſaria, vt pœna publica puniretur. Vnde Interlinealis ait, *Apud gentes ſceleſtum habetur, ſi quis vxorem alterius per vim ſibi vendicauerit, maximè, qui præeſt.* Quaſi dicat, culpa fuit enormis; & ideo pœna publicata fuit inter omnes, ſicut peccatum Phariſæorum contra diuinitatem Chriſti, quod punitur coram ipſis turbis, & Apoſtolis, qui ſimiles blaſphemias audierant; quia ſicut peccata ſecreta Deo placet, vt taceantur, & inter ipſum, & te corrigantur. Sic pluris gratum eſt ipſi, vt publica ſcandala puniantur, & publicè reprehendantur.

S.Th. 1.2. q.87.art.6.

2.Reg 12. n.12.

Æqualitas in pœna neceſſaria eſt cum culpa commiſſa.

Interlineal. in gloſſa. 2.Reg.12.

Qui præeſt illicitè ſcandalizare.

Secreta peccata tacere.

1845. Hinc interrogat Oleaſter, quare dicitur Numer.25.n.4. *Accipe omnes Principes populi, & ſuſpendere facies eos Domino?* Sic legit Pagninus. Et reſpondit, *ſi Principes ipſos ad ſuſpendium à Domino damnatos intelligas; Attende, quantum ſit malum malos non punire, quoniam propter huius rei negligentiam fuerunt gubernatores ſuſpenſi. Ex quo ſequitur ſacrificium acceptiſſimum Domino Deo offerre, qui malefactorem, & reum morti tradit, ac ſuſpendit.* Quaſi dicat, ſi Chriſtus qui eſt ipſa patientia, & mitis, & ſuauiſſimus ſceleratos Phariſæos publicè reprehendit. Quid faciet, de Præſulibus, & miniſtris, qui vt gradus aſcendant, & ambitioſè ſubleuentur abſque alicuius querela, omnia tacent, omnia ſimulant, nulli nocent, & omnibus proſunt; quia ſunt, vt Hiſpani dicunt, *Hombres de buena boya, como vnos maderos.* Et addit Oleaſter; *Solebant enim gentes aliqua communi afflicti plaga, caſtigare homines facinoroſos, ac maleficos famoſos & miniſtros negligentiſſimos Deis ſuis iugulatos, aut combuſtos offerre, tanquam ſi Reipublica ſcortum à communitate reſecarent, ne eam amplius inficerent.* Quaſi dicat, ecce peſtis, & bella imminentia in Republica adſunt. Quid ſupereſt, vt non Dij falſi, & ficti, ſed Deus verus, & omnipotens iram ſuam mitiget, & detineat, niſi facinoroſos innumeros punire, & blaſphemos carthis pictis ludentes caſtigare, impudicas mulieres, & ornamenta enormia exulare, honeſtatem diligere, & vitam omnium Chriſtianorum reformare, & ſicut Chriſtus publicos peccatores repræhendit, ita Reges, & potentes publica peccata emendent; alias omnes moriemini, & ſicut vnus de Principibus cecidetis.

Oleaſter in Numer.25. n.4. Tranſl. Pag

Publica peccata non punire malum eſt.

Gubernatores propter negligentiam ſuſpendendi.

Chriſtus humilis & mitis corde.

Hiſpana locutio. Hombres como vnos maderos.

Gentiles quomodo Deos ſuos tempore peſtis placabant.

Ornamenta mulierum impudica cauſa ſunt iræ Dei.

DIFFICVLTAS IX.

Quæ erat Cathedra Moyſis, & quid ſedere ſuper illam?

QVæretur, ad quid ſedebant ſuper Cathedram, & qui erant qui ſedebant? 1846.

1. RESPONSIO Lyrani citat. in littera. *Quod Cathedra erat congregatio ſeniorum ad iudicandum, & docendum, qui à tempore Moyſi durabant, quia ipſi dedit Deus ſeptuaginta ſeniores, vt adiuuarent eum.* Quaſi dicat, ex quo ſenes præuaricati ſunt legem & mores, cœpit Reſpublica Iudæorum perire.

Lyranus ſua in gloſſa.

Seniores erāt Cathedra Moyſis, ſed quia mali erant Reſpublica periit.

Vnde interrogat Oleaſter, *Quare pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulfur & ignem, & ſubuertit ciuitates.* Et reſpondit in Geneſ.19 n.4. *quia viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem.* Et addit, *mirum valde eſt ita omnem pudorem, apud iſtos cecidiſſe, vt viderentur etiam ſenes in id facinus conuraſſe.* Quaſi dicat: O quam infelices ſunt Reſpublicæ, & communitates, quæ ambitioſos luxurioſos, vel culpabiles ſenes habet, vel qui mala exempla pueris oſtendunt; ſequebantur enim pueri in vitio ſenes, neque ſenes putabant naturæ eſſe iniurias & ideo ciuitates eorum combuſtæ ſunt. Vnde Ambroſ. lib.2. offic. cap.18. clarет ergo, quoniam æquitas in ſenibus imperia confirmet, & iniuſtitia, & vitium diſſoluat. 1847.

Oleaſter in Gen.19.n.4.

Cōmunitas, vbi non ſunt ſenes zelatores, peribit.

Vnde interrogat D. Bernard. ſerm. 3. de Annunt. B.Virg. quare dicitur Daniel 13. num.14. *Quod duo ſenes tunc in commune ſtatuerunt tempus, quando Suſannam inuenire poſſint ſolam?* Et reſpondet, *ſenes in horto Ioachim abſconduntur Suſannam vxorem eius quærunt, ſequamur eos: nam iniqua cogitatione pleni ſunt contra eam. Conſentire nobis aiunt ſenes hirci lupi Phariſæi, nunc ſuadent adulterium, nunc coram Chriſto accuſant.* Et addit Sanctus, *Hæc eſt Phariſæorum iuſtitia quæ agunt in occulto, arguunt in publico, gloriantur in lege & per præuaricationem legis Deum inhonorant, & populos perdunt.* Quaſi dicat, ſenes, qui erant Cathedræ iudicatoriæ, & legem docebant, in abſcondito legem Dei præuaricati ſunt, & ideo cauſæ fuerunt totius deſtructionis ſuæ Reipublicæ; quia mali miniſtri, & ſenes peccaminoſi, communitates, & legem Dei præuaricant, & præuaricare faciunt. Vnde Lyranus, *Senes iniqui in commune ſtatuerunt tempus, & ibi firmati fuerunt in ſuo malo propoſito.* Quaſi dicat, 1848.

S Bernard. ſerm,3. de annūt Virg. Daniel.13. n.14.

Senes malitiis abundant.

Bern. citat.

Senes & miniſtri titulo obſeruātionis legum leges præuaricant.

Lyran. ſua in gloſſa.

titulo

Senatus, & diffinitorium iniquorum Deo odibile.
Cypr. lib. 1. ep. 8.

circulo diffinitorij, & Senatus iniqua, & iniuſta perpetrata ſunt. Et Diuus Cyprianus lib. 1. epiſt. cap. 8. *Nec ætas vos eorum neque authoritas fallat, qui ad duorum Presbyterorũ veterem nequitiam reſpondentes; ſicut illi Suſannam pudicam corrumpere, & violare conati ſunt, & hi fallacijs, & mendacijs veritatem euangelicam violare conantur.* Quaſi dicat, Senes, & Conſules, qui palliata veritate titulo officiorum ſuorum, communitates, & Rempublicam propter ſuas commoditates corrumpere conantur tales cauſa ſunt, vt omnia diſſipentur, & ciuitates deſolentur.

Ambitioſi Præſules congregati in vnum aduerſus Chriſti diffinitũ.

1849. Et Lyranus ſua in Gloſſa ad mores ait: *Quantumcumque ſint ſenes ætate, iudices authoritate, Sacerdotes officij ſanctitate; tamen ſi paſſionibus abundant, non eſt eis aſſentiendum ſine debita examinatione, alioqui poſſet error magnus contingere, ſicut contingit in Suſannæ condemnatione.* Quaſi dicat, Senatores vel diffinitores paſſione repleti recuſari iure debent; quia neque Deum, neque Regem, neque leges timent, vt manus eorum ſanguine innocentis inimici, & immunditia lauentur, vel concupiſcentiis adimpleantur, vt in Senibus Suſannæ contingit.

Lyran. ſua in gloſſa.

Senes deprauati plus iniudicantur congregati.

1850. Vnde Cyprian. lib. de bono pudic. *Duo ex ſenioribus cœperunt deperire, nihil memores, nec diuini timoris, aut ſuæ annis iam marceſcentis ætatis. Ita illos in fragrantia tranſacta inualitatis incontinentiæ redivivæ libidinis flamma reuocabat.* Quaſi dicat, ſenes multoties mundum ambiunt, vt officiis, & dignitatibus flammæ concupiſcentiæ per caducam ætatem extinctæ à puellis formoſis prouocentur; quia pecuniæ, & poteſtati omnia obediunt. Et ſimilibus ſenibus punit Deus Reſpublicas, & communitates, vt deſtruantur per Doctores iſtos qui cum ſucceſſores virorum illuſtrium ſunt, ipſi in Cathedram peſtilentiæ conuerſi ſunt, vt Phariſæi, & ſcribæ qui ſeptuaginta Seniores Conſules cum Moyſe Cathedram legis legebant, & in abuſum & mores deteſtabiles conuerſi fuerant.

Cypr. lib. de bono pud.

Paſſiones in ſenibus fortiores, & validiores.

Ambitioſi ſenes luxurioſiores, quia ſollicitantur propter lucrũ.

1851. 2. Responsio Chryſoſtomi in littera citati: *Cathedra erant Sacerdotes, qui docebant legem, quia non facit Cathedra Sacerdotem, ſed Sacerdotes Cathedram*; quod noſtro Hiſpano ſermone dicitur: *No haze el habito al monje, ſino el monje al habito.* Quaſi dicat, *Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ſenectus venerabilis vita immaculata. Seniores impij Cathedram non faciebant, ſed deſtruebant, ſuis depravatis moribus.* Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Exod. 23. num. 8 *Non accipias munera, quoniam excæcant prudentes, & ſubuertant verba iuſtorum?* Et reſpondet, *Habent iuſti, & iniuſti ſua peculiaria verba; iuſtorum verba, quoniam veritati ſubnectuntur, ſemper eadem ſunt: iniquorum autem varia, & inconſtantia videbis. Hinc multi Senes muneribus excæcantur, & variant Iuſtitiam, & iuniores timentes Deum ſemper in veritate maneant conſtantes, etiam ſi Iudices non ſint, & ſenes impij dignitatibus fruantur.*

Chryſoſt. in littera cit.
Hiſpana locutio.
No haze el habito al monje.
Sap. 4 n. 9.
Oleaſter in Exod. 23. n. 8.
Impij iudices propter munera varij ſunt.

1852. Vnde interrogat Chryſoſtomus, quare cum omnes Seniores qui Cathedram legis docebant condemnaſſent Suſannam tunc dicitur Daniel 13. num. 45. *Quod ſuſcitauit Dominus Spiritum Sanctum pueri iunioris, & exclamauit voce magna.* (Et addit,) *& dixerunt ei ſenes, veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi dedit Deus honorem ſenectutis?* Et reſpondet; *excitauit Deus Spiritum Sanctum Danielis adhuc nouelli ætate, ſed robuſti in fide. Et quia erat in eo Propheticus ſpiritus continuo nequiſſimorũ ſeniorum vidit fallaciam.* Quaſi dicat, ſenes, qui ſedebant in Cathedra gratia Spiritus Sancti carebant; Daniel iuuenis illa repletus erat, quia non facit Cathedra Sacerdotes, ſed Sacerdotes Cathedram. Vnde Interlinealis ait: *Non venit tunc Spiritus Sanctus in Danielem, quia iam erat in eo, ſed propter ætatis infirmitatem quieſcebat, nec opera demonſtrabat.* Quaſi dicat, inuenta occaſione demõſtrauit Deus, quod in iuuenili ætate Danielis erat Doctrina, & veritas, & in ſenibus mendacium contra iudicium rectum.

S. Chryſoſt. in Gloſſa. hom. de Suſann.
Daniel. 13. n. 45.

Iuuenes prudentes ſenibus anteponendi inſcijs.

Interlin. in Gloſſ.

Occaſiones homines demonſtrant, & inſignes faciunt.

Vnde S. Baſilius homil. in princip. Prouerb. *Senior ſecundum animam eſt, qui prudentia perfectus eſt, qualis erat Daniel, qui quanquam corpore iuuenis. Sapientium, ac grauitatẽ habẽt omni canitie præſtantiorem, ideò dixerant ei, huc accede, in medio ſede.* Quaſi dicat, vilipendium eſt in medio ſedere Præſul ſine litteris, ſine ſapientia, & prudentia, quamuis canis abundet, quia cani ſunt ſenſus hominis, & quia Cathedra non facit Sacerdotem, ſed Sacerdos Cathedram. 1853.

Baſil. hom. in princip. Prouerb.

Imperiti in medio nõ honorem, ſed opprobrium accipiunt.

Vnde Auguſtinus ſerm. 118. de tempore: *Iudicem meretur caſtitas Suſanna Danielem puerum iuniorem, nec dum pubeſcentis ætatis: multum igitur de Deo pudicitia conſequitur, cum iudicem virginem promeretur. ſecura eſt de victoria caſtitas, cui iudicatura eſt virginitas; pudicitia autem cauſas, niſi vir pudicus audire non debet; talem enim arbitrum meretur caſtimonia, apud quem non periclitatur verecundia.* Quaſi dicat, quomodo cauſas innocentium poſſunt rectè iudicare, qui ſceleribus, & impietatibus repleti ſunt. Et quomodo adulteria, & impudicos puniet iudex enormis, & ſenſualis. Ideò Suſanna de iudicio libera exiuit, quia honeſtiſſima erat, & à virgine honeſto Daniele iudicata eſt; quia quamuis iuuenis, Cathedram Moyſi ſua virtute replebat. Vnde Auguſtinus addit. *Cognito igitur Daniel negotio, cum eam falſis accuſationibus vellet plebs imperita damnare, ait, mundus ego ſum à ſanguine huius. Quo dicto percuſſus populus reuocauit ſententiam erroneam. Hac voce circa Suſannam Daniel vtitur, qua coram Dominum Pilatus ille pudicum ſanguinem liberat, hic iuſti ſanguinem confitetur, & tradit; ille peccantis populi reuocauit errorem, hic furentis ſynagogæ ſacrilegium confirmauit.* Quaſi dicat, Daniel iuuenis Cathedram prudentiæ rexit, & gubernauit confundens ſeniores, & Phariſæos qui contra Suſannam moribus deprauatis, & impia intentione damnarunt; quia Cathedra Sacerdotes non facit, ſed Sacerdos, & iudex optimus Cathedram honorat, vt Chryſoſtomus inſinuauit in littera. 1854.

S. Auguſt. ſer. 118. de temp.

Iudex qui aliena rapit, quomodo innocentem iudicat.

Prælati immaculati, quia cauſas iudicant peccatorum.

Daniel. 13. n. 46.

Veritas in vox iniquos errores affugit.

Matt. c. 27. n. 24.

Senes depravata intentione damnandi.

Chryſoſt. in litt.

DIFFICVLTAS X.

Quare Chriſtus dixit, omnia quæcumque vobis dixerint facite?

QVæretur, quomodo Chriſtus dixit, quod omnia quæ Phariſæi dicebant, facerent?

1855. *Abul. cit. in litt. Apparientias peccatorum euitare licet.*

1. Responsio Abulenſis citat. in litt. *Vt calumnias euitaret ne eum cauſam ſua mortis quærerent dicerent quod contra legem Moyſis, quam ſcribæ, & Phariſæi docebant, prædicabat.* Quaſi dicat, etiam Chriſtus Dominus qui per vnionem hypoſtaticam erat impeccabilis, occaſiones calumniandi, & apparientias peccati euitare voluit, *Vt doceret, nos non ſolum peccata, ſed quæ mala apparent euitemus.*

1856. Oleaſter in Leuit. 14. n. 8. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit. 14. num. 8. præcipiebatur leproſo mundato, & ſanato dicens, *Lauabit veſtimenta ſua, & mundus erit?* Et reſpondet, *Si mundus eſt Domine, quid enim lauare præcipis veſtimenta?* Et addit, *Docet hic pios culpam timere, vbi culpa non eſt; qui lotus eſt,* (inquit Chriſtus Ioan. 13. num. 10) *Non indiget, niſi vt pedes lauet, vbi pulchrè docet timendum eſſe, ne malus ſis, ſed etiam ne malus appareas.* Quaſi dicat, quod culpæ genus eſſe videtur, etiam ſi non ſis malus apparere; neque tamen pius præcipit patet corpus lauare, ſed veſtem; quoniam ſat eſt illi, qui ſolum malus apparet, & tergere famam malam. Propter quod Chriſtus adhuc famam inter inimicos Phariſæos, quod contra ea quæ docebant, prædicabat, voluit extinguere dicens: *Omnia quæcumque vobis dixerint facere, facite.*

Ioan. 13. n. 10.

Puriſicanti ob ſtientia vitâ exterius non ſorde, cans.

Fama mala ſemper vitâ da ne inimici glorientur.

1857. Lyran ſua in Gloſſ. Dan. 13. n. 27

Vnde interrogat Lyranus, quare dicitur Danielis 13. num. 27. *Quod poſtquam ſenes impij loquuti ſunt contra Suſannam falſum teſtimonium erubuerunt ſerui vehementer; quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſmodi de Suſanna?* Et reſpondet; *Quia in hoc apparebat bonitas Suſannæ, non ſolum in vita, ſed etiam in fama.* Quaſi dicat, admirabantur ancillæ Suſannæ audiendo falſum teſtimonium, quia non ſolum mala non erat, ſed neque apparientiam malæ famæ vnquam perdiderat.

Ancillæ & famuli ſolet veraces ſama dominorum.

1858. Auguſt. ſer. 242. de tempore.

Vnde Auguſtinus ſerm. 242. de tempore, *Suſanna propter damna pudoris ſalutis vota compreſſit, & cui fuerant chara præmia caſtitatis vita gaudium non admiſit, contempſit vnum, & conſeruauit ſecum, & quæ mors voluit, cum gloria caſtitatis euaſit.* Quaſi dicat, damna ſuæ famæ Suſanna plus ſentiebat quam vitæ. *Sed cum eam Dei gratia reſtaurauit, gloriam famæ ſuæ plus æſtimauit quam vitam.* Et Hieronymus in Daniel, *humanæ fragilitatis eſt timere mortem, quæ infertur pro iuſtitia, niſi fortè anguſtiam interpretabimur, non imminentis mortis, ſed opprobrij, & ignominiæ famæ quâ perfuſa erat,* Quaſi dicat, anguſtiæ mortis tenebant eos Suſannæ, non timore mortis, ſed quia famam, quam in minimis apparientijs conſeruauerat periclitabatur. Et Ambroſ. lib. 3. offic. cap. 14. *Dum honeſta intendit etiam famam reſeruauit, quæ ſi id quod ſibi videbatur vtile præoptauiſſet, non tantam reportaſſet gloriam.* Quaſi dicat, honorem famæ timebat Suſanna amittere, ſed maiorem conſequuta eſt; quia apparientias de ingreſſo ſenum in horto non extinguerent.

Famâ plusquam vitam Suſanna æſtimabat.

Hieronym. in Dan. 13.

Fama bona amiſſio plusquam mors timenda.

Ambroſ. lib. 3. offic. c. 14

Deus cum bona fama cumulat beneficia.

1859. Hieron. cit. in gloſſa.

Vnde Hieronymus citatus in Gloſſa: *Parentes Suſannæ digne laudabant Deum; non quia filia liberata eſt de manu presbyterorum, hoc enim non ſatis laudabile eſt, nec magni diſcriminis, ſi non eſſet liberata, ſed quia non eſt inuenta in ea res turpis, per quam fama periclitaretur.* Quaſi dicat, non eſt gaudium ſuper lætitiam famæ recuperatæ, quia iuſti ſerui Dei etiam exteriores apparientias peccati infatigabiliter ſtudent euitare, ita vt qui ex aduerſo eſt, vereatur aliquid mali dicere contra eos. Et ideò Chriſtus vt calumnias Phariſæorum euitaret, *Dixit populis omnia quæcumque vobis dixerint facite.*

Periculum famæ maximè timendū.

2. Responsio Caietani. *Dixit Chriſtus ſecundum opera ipſorum nolite facere, quia turpe eſt Doctori cum culpa redarguere ipſum.* Quaſi dicat, Prædicator, & Prælatus, qui fugam de medio Ægypti prædicat, & admonet, ipſe ita debet eſſe immaculatus, vt non poſſit à ſubditis, & ſæcularibus in aliquo redargui. Vnde interrogat Oleaſter, quare Leuit. 18. *Præcipiebatur non erit Sacerdotibus Leuitis pars, & hæreditas cum Iſrael?* Et reſpondet, *Voluit Dominus Sacerdotes ſuos non implicari ſæcularibus negotiis, nec curare poſſeſſiones, ne à miniſterio ſuo diuerterentur. Sed proh dolor! quid nunc Sacerdotibus, & Religioſis aliquibus negotioſius? Non nihil ferè niſi temporalia curant, & qui deberent ſua propter Deum negligere aliena ambire non ceſſant.* Quaſi dicat: Veh Prælatis, qui talia permittunt, ſed aduertant, quod propter hoc fortaſſe dictum eſt, *Potentes potenter tormenta patientur.* Et addit Oleaſter: *Si enim nunc ex oblatis à populo non viuerent, cogerentur forſitan non viuere tam licentioſè, ac luxurioſè.* Quaſi dicat, qui religati vinculo religionis propter ſuas continuas ſæculares negotiationes ad dignitates peruenerunt, attendant ad petram, de qua exciſi ſunt, & quòd in ſæculo viuentes, non tam opiparè epularent, & quod turpe eſt Doctori, vel Præſuli cum culpa redarguit ipſum. 1860.

Caietan. cit. Prædicator immaculatus debet prædicare.

Oleaſt. in Leuit. 18. Tranſlat. Pagnin.

Religioſi qui negotiis ſæcularibus implicantur infelices.

Sap. 6. n. 7.

Oleaſt. citat.

Culpa redarguis Prælatos ſpoliantes, qui ab attendant ad Petram, de qua exciſi ſunt.

De cuius ſupplicio Deus loquitur per Oſeam cap. 2. num. 10. *Ego reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius, & ceſſare faciam omne gaudium eius.* Vbi Lyranus, *in oculis Dæmonorum, quos dicuntur dilexiſſe, eorum ſuggeſtionibus acquieſcendo, & ceſſare faciam omne gaudium in triſtitiam, permutando ſolemnitates eius.* Addit Lyranus, *per hoc ſignificantur inepta feſta quæ prælati faciunt, & Clerici Præbendati de bonis Eccleſiæ, quæ deberent pauperibus dare,* Vbi Theophylactus in gloſſa ait: *Neque enim impiis gaudere licet; quia Eccleſiaſtici, qui lugere debebant peccata populorum, & lauare in lachrymis ſtatum ſpiritualis lætitia orbantur; conſcientia enim non ſinit eos bonam de rebus futuris ſpem habere.* Quaſi dicat, quod maius ſupplicium Prælatis, & Prædicatoribus euenire poteſt, quam teſtimonium propriæ conſcientiæ, quod ſemper ipſos torquet cogitando redargutionem cæterorum, & ſpem futurorum bonorum auferendo. 1861.

Oſeæ 2. n. 10.

Lyran. in Gloſſ.

Diabolus ſuggeſtionibus torquet Prælatos.

Feſta clericorum de bonis pauperum damnata.

Et Theodoretus in Gloſſa ait: *Ceſſationem item ſe illaturum ne feſtos dies agere poſſit minatur Deus populum ſuum, omnemque immoderationis; & libidinis opportunitatem reſtricturum, & omnia hæc teſtimonium adferent meæ diſciplinæ, & correctionis.* Quaſi dicat, cum populi flagella peſtis, & bellorum non ſentiunt vltimum flagellum diuinum euenire ſciant. Et addit: *Tunc reuelabis ſtultitiam eius, vt ea quæ velata erant contemnantur,* inquit Interlinealis, *id eſt, qui pro dignitate officij, & Sacerdotij à ſæcularibus venerabantur, tunc reuelata, & cognita ſtultitia, & fallacia eorum contemnantur, & adimplebitur,* 1862.

Theodoret. in Gloſſ.

Supplicia populorum vniuerſalis triſtitia.

Infenſati flagella non ſentiunt.

Interlin.

Caietan. cit.

Caietan. cit. *implebitur*, quod inſinuat Caietanus. *Quod turpe eſt, quod culpa redarguat Doctores de quibus Chriſtus loquitur dicens, ſecundum opera eorum nolite facere; quia ſub pelle ouis ſunt intrinſecus lupi rapaces.*

DIFFICVLTAS XI.

Quare Phariſæi dilatabant fimbrias vt ab hominibus honorarentur?

QVæritur, quare propter fimbrias dilatatas honorabantur Phariſæi?

1863. Hieronym. in litt. cit. 1. RESPONSIO Hieronymi in litt. citat. *Hoc faciebant, vt ex mulierculis captarent lucra, videntes ſpinas textas in fimbriis, vt pungerentur, cum ſederent, & recordarentur legis Moyſis.* Quaſi dicat, macerabantur Phariſæi, vt apparerent mortificati, & demiſſo capite, triſtique vultu, & pœnitenti lucrifacerent de officio Phariſaico. Vnde interrogat Oleaſter, quare Deuteron. 18. præcipiebat Deus, *Si venerit Leuites toto deſiderio animæ ſuæ, ad locum, quem elegit Deus, recipe eum?* Et reſpondet *quo animo, & mente Sacerdos debeat accedere ad miniſterium Dei pulchrè in hoc ſermone docetur, vt non triſtis, non melancholicus, non torto vultu accedas ad miniſterium Dei tui.* Et addit; *quomodo poſſum,* (ait Aaron, cum incenſos à Domino filios lugeret,) *Domino in cæremoniis placere mente lugubri.* Quaſi dicat, putabat magnus Sacerdos Aaron, quod triſtitia vultus Deo non poterat placere, *Quia hilarem Doctorem, vel datorem diligit Deus*, & triſtatur, cum Sacerdotes afflictos mortis ſimiles lucri cauſa ante, & in adminiſtrandis ſacris occupantur; quia totum hoc faciunt, vt ab hominibus honorentur.

Oleaſter in Deut. 18. Tranſl. Pag. Capite demiſſo, & vultu triſti capiuntur munera ab hypocritis. Triſtitia ficta Deo non placet. Amó vt Deo placeret vultu hilari ambulabat. 2. Cor. 9. n. 7.

1864. Salu. lib. 3 de Gubern. Dei. 1. Reg. 13. n. 2. Vnde interrogat Saluianus, quare dicitur 1. Reg. 13. num. 20. *Quod retuſæ erant acies vomerum, & ligonum vſque ad ſtimulum corrigendum, id eſt, quod non inueniebatur faber ferrarius in omni terra Iſrael, & ita deſcendebant in terram Philiſthinorum, vt exacueret vnuſquiſque vomerem ſuum?* Et reſpondet, cum verbis Epiſtol. 1. Ioan. 2. n. 6. *Qui dicit ſe in Chriſto manere debet, ſicut & ipſe ambulauit, & ipſe ambulare.* Quaſi dicat, qui veſtigia ſequitur Chriſti, ambulet, *ſicut ille ſimpliciter, alacriter, & non hypocritice ando* Et addit, *Non ſequuntur veſtigia Chriſti, qui renuntiare ſæcularia videntur, & qui putantur crucem portare; ſed ſic portant, vt plus habeant in crucis nomine dignitatis, & lucri, quam in paſſione ſupplicij* Quaſi dicat, qui caput, & ceruicem crucifixam oſtendunt, iſti plus hamo volunt omnibus anteponi, & dignitates piſcare, quam in cruce reponi, & iſti vomeres in terra Ægyptiorum acuunt, vt terram diſponant, munera, & fructus pingues capiant.

1. Ioan. 2. n. 6. Chriſtus alacriter verſabatur ìn hominibus.

Caput & ceruix torta hamus eſt ad piſcāda munera.

1865. Bern. ſer. 13. in Cant. Vnde S. Bernardus ſerm. 13. in Cant. *An blanditur popularis fauor, quod verbum bonum & mortificatum deprompſeris. Nonne Chriſtus donauit os, & ſapientiam.* Quaſi dicat, hoc totum tibi donatum eſt, vt talentum creatum cum vſura rependas, non vt tibi ſoli reponas, & fauores humanos conſequaris, & ab hominibus laùderis. Vnde Chryſologus 9. de Hypocritis, *Qui exterminant faciem ſuam, vt appareant hominibus triſtes, tuba contra Chriſtum canere affirmant, & bellum contra doctrinam eius exclamant. Cum ipſe doceat, quod non dilatarent fimbrias, vt ab hominibus honorificarentur, & à mulierculis captarent lucra,* vt Hieronymus dixit. Chryſolog. ſer. 9. De Hypocritis.

Fauores humanos fugiēdos eſſe.

DIFFICVLTAS XII.

Quomodo intelligatur, ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter veſter vnus eſt?

QVæritur, quare prohibet Chriſtus quod ſuos Magiſtros vocemus?

1. RESPONSIO Hieronymi in litt. cit. 1866.
Quia omnes fideles vna, & æquali germanitate coniunguntur. Quaſi dicat, *quod Chriſtus ſummè deſiderabat, admonet concordiam, & fraternitatem dilectionis inter ſe, ita vt intime diligerentur homines. Et accidit illi, quod homini pacem inter diſcordes componenti, quod ab vtroque feriatur, & cum hæc Chriſtus dicebat, Phariſæi cogitabant illum occidere, & Diſcipulus eum tradere.*

Hieron. cit. in littera. Fraternitatē diligere munus cæleſte.

Vnde interrogat Oleaſter, quare cum pacem Moyſes inter rixantes ponere conaretur, dixit vnus Exod. 2. num. 14. *Nunquid occidere me tu cogitas?* Et reſpondet, *hoc eſt munus, quod referunt qui inter diſcordes componunt dura verba obiectionem occulti criminis, & nonnunquàm ab vtroque diſcordantium, perimuntur, quemadmodum Chriſto Domino accidit, qui cum inter nos, & Patrem cæleſtem componere pacem voluiſſet, ab eo, & à nobis peremptus eſt, habet enim Iſai 53. num. 8. propter ſcelus populi mei percuſſi eum,* & apud Zachar. 13. num. 6. *His plagatus ſum in medio illorum, qui diligebant me.* 1867.

Oleaſter. in Exod. 2. n. 14. Tranſlat. Pagnin. Paci quærēte inter fratres etiam cū proprio periculo. Iſ. 53. n. 8. Zach. 13. n. 6.

Vnde Hieronymus in gloſſa ait: *Non mirum ſi oblitus carnalis affectus profert ſententiam mortis contra peccantem filium, cum ex voluntate Dei Patris vnicus filius, licet immunis à malo traditus fuit in mortem propter delicta hominum.* Quaſi dicat, non miretur quiſquam, ſi viderit Chriſtum percuſſum à Patre æterno, quia amor in propria animoſos in amici pericula tuta timet, quæ ſunt pignora pacem, & concordiam deſiderantis inter ciaantes. 1868.

Hieronym. in Gloſſa. Amor non timet pericula mortis propter concordiā vel amata.

Et Rupertus in Zachar. 13. citat. in gloſſa ait: *Hæc, inquit, decet cum fixus, & mortuus fuerit, & reſurrexit, & dicetur ei; quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum, quamdiu, quomodo, quare, à quo, vel à quibus dicetur ei. Nimirum in ſæcula ſæculorum admiratione ineffabili, & à Deo Patre, cui factus eſt obediens vſque ad mortem, & à Sanctis Angelis, qui in eum deſiderant proſpicere, dicetur ei, & ab omnibus, quos ſua morte redemit.* Quaſi dicat, gloriam regni Dei dicent, & adorabunt viuentem in ſæcula ſæculorum; quia vt ſeruum redimeret filio non pepercit. Et addit Rupertus, *Non dicet, his plagatus ſum ab his, qui diligebant me, ſed in domo eorum, qui diligebant me: nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt me.* 1869.

Rupert in Zach 13. vt in gloſſ. Concordiam, & pacē quærentem Angeli collaudant. Gregor. cit. Rupert. cit. Inimici non amici Chriſtū plagauerunt.

Erant

Erant autem domus Abraham, Iſaac, Iacob, & David, & talium, qui diligenter expectabant me ſibi promiſſum. Quaſi dicat, in domo amicorum meorum percuſſus ſum, non ab amicis, quia qui me crucifixerunt, inimici fuerunt, licet concordiam, & amicitiam propter me, ipſi

Luc. 23. n. 12. *Chriſtus pax noſtra.*

Herodes, & Pilatus fecerunt; *Quia antea inimici erant adinuicem; quia ad hoc Chriſtus venit in mundum, vt fieret pax noſtra; quia ipſe eſt, qui fecit vtraque vnum.*

Ad Epheſ. 2. n. 14.

1870. Rupert. cit. *Plaga Chriſti pignora æternæ concordiæ.* Zach. 13. n. 7. *Chriſtus conſubſtantialis Patri.*

Et ſi interroges iterum, concludit Rupertus, *Quid ſunt plagæ iſtæ. Ego dico vobis,* (reſpondit,) *quia teſtimonium ſunt obedientiæ ſigna voluntatis, & iuſſionis paternæ.* Quaſi dicat: *Plagæ Chriſti fuerunt ardentis amoris ſigna, pignora amicitiæ concordiam inter Deum, & hominem exhibentis. Ideò ſubditur framea ſuſcitare ſuper Paſtorem meum cohærentem mihi, quod eſt dicere. O mors conualeſco per filium meum Paſtorem bonum, in vnitate perſonæ coniunctum verbo, quod conſubſtantiale mihi eſt.* Quaſi dicat, framea ex vtraque parte acuta, fac in Chriſto meo cicatrices intenſas, & profundas; quia quo maiores, eo precioſiores, & in æternum pignora concordiæ, & pacis exercentes: nam quemadmodum cum ciuitas aliqua conturbata eſt, & Princeps ciuitatis vexillum Regis extollit in ſublime, vt omnes quieſcant, & concorditer ſiſtant, Sic Chriſtus cum cicatrices Apoſtolis fugatis in cruce oſtemauit, ſub præſidio eorum acceſſerunt, perſtiterunt. Et ſicut columbæ campeſtres ad odorem balſami volitando concurrerunt illius fragrantia allectæ. Et Chriſtus poſt reſurrectionem Diſcipulis apparuit, & quia conturbati putabant ſe ſpiritum videre, vt quieſcerent, vexillum plagarum ſuarum oſtendit, dicens: *Videte manus meas, & pedes meos, pax vobis ego ſum.*

Cicatrices Chriſti quo profundiores eo firmiores.

Vexillum Regis conturbantes quieſcit animos.

Columbæ poſt fragrantiam odoris balſami volant.

1871. Hieron. ſup. Zach. 13.

Vnde ait Hieronymus lib. 3. comment. ſup. Zachar. 13. *Cum paſſio Domini, territi fugerunt Apoſtoli*, vt dicit Matth. 24. *Tunc impleta eſt prophetia Zachariæ. 13. percutiam Paſtorem, & diſpergentur oues.* Et addit: *Voluntate enim Patris celebrata eſt paſſio Chriſti, vbi diſperſa ſunt oues gregis, & poſtea congregata.* Vnde dicebat Tertullianus in Apolog. *Inuidioſæ vtique ſunt cicatrices apud Deum.* Quaſi dicat, ſicut inuidia eſt dolor de bonis alienis, ſic cicatrices apud Chriſtum inuidioſæ fuerunt, & ſunt creaturis rebellibus, (Dæmonibus ſcilicet,) quia ipſæ fuerunt, & ſunt pignora totius concordiæ inter Deum, & homines, & inter Chriſtum, & Apoſtolos: nam oſtendendo eis vulnera, & dicendo? *Pax vobis, ego ſum*; quia conturbati, & rebelles ſtabant, fortes in fide, & concordes permanſerunt, & experientia conſtat inter fideles, quod quando diſcordiæ, & rixæ furioſæ exiſtunt; ſi quis Religioſus, vel Sacerdos pacem inter diſcordes ſeminat, proponens dicit, *Por los llagas de Ieſu Chriſto que os quietois.* Et ſtatim conturbati animi fidelium quieſcunt, & concordantur, propter cicatrices Chriſti, qui eſt pax noſtra ſolus verus magiſter; in quo fideles æquali germanitate coniunguntur, vt Hieronymus inſinuat.

Tertull. in apolog.

Cicatrices Chriſti Dæmonibus inuidioſæ fuerunt.

Hiſpana conſuetudo inter eos qui pacem ponunt.

Hieron. cit.

1872. Gloſſa ord. in littera. cit.

5. Responsio. Gloſſæ clrat. in littera; *Nolite vocari Magiſtri; quia encomia vanitatis, & titulares prærogatiua in hominibus religioſis Apoſtolicamque vitam, & veſtigia Chriſti ſequentibus faſtidioſa ſunt.* Vnde interrogat Oleaſter, quare cum Ioſue Dominus voluit ſucceſſorem ponere pro magno Duce Moyſe præcepit ei dicens: *Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt Spiritus Sanctus, & dabis ei partem gloriæ tuæ* Numer. 27. num. 20. Vel vt Pagninus legit, *pones de deſcenſu ſuper eum.* Sed ô bone Deus, quomodo conueniet vulgata cum tranſlatione hac, quomodo cohæret pars gloriæ cum deſcenſu ſuo humilitatem inſinuans? Et reſpondet. *Dignus eſt locus iſte, quod ſumma conſideratione expendatur, nec dicit de tua dignitate, & maieſtate, & poteſtate, ſed de tua humilitate, id eſt, de deſcenſu ſuo, quod idem eſt quod gloria tua: nam iuſti deponi de ſua dignitate, & humiliter tractari, in hoc collocant ſuam gloriam,* non in encomiis, & vanis prærogatiuis, & vanitatibus aulicorum propter quas ſuperbi torquentur.

Oleaſter. in Num. 27. n. 20. Tr nſlat. Pagnin. *Deſcenſus in loquutione, & æſtimatione gloria magna eſt iuſti.*

Aulici torquētur ſuper prærogatiuam, & excellentias.

Vnde S. Petrus Chryſologus ſerm. 142. *Deuotus animus infulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad ſuperbiam pertumeſcit.* Quaſi dicat, cum dona Dei, & Principum teſtæ iuſtis, & prudentibus augentur non quæritur aulicorum reuerentia, & grauitas verborum, neque ſuperbia creſcit, ſed ſui recognitione humiliantur. Hæc iuſtorum nota, & vera cogitatio eſt, vt laudum exhibitarum memoriam propriæ humiliationis cognitio, & recogitatio facile abradat; in aulicis verò ſuperbiſque religioſis, è contra accidit, quia ſuæ vilitatis obliuiſcuntur laudibuſque, & honoribus euaneſcunt. 1873.

S. Petrus Chryſolog. ſer. 142.

Hiſpana locutio. Los iuſtos no miran en coſas vanas.

Vnde interrogo cur Iacob, *Cum nuntios mitteret ad Eſau fratrem ſuum, præcepit eis dicens, ſic loquimini Domino meo Eſau* Geneſ. 32. num. 4. *Cum in rei veritate Iacob erat Dominus Eſau*, vt patet Geneſ. 25. *maior ſeruiet minori. Si ergo ſeruus erat Eſau, quomodo Dominum ſuum vocat, niſi vt doceret aulicos, & Prælatos in dignitate conſtitutos à ſe abradere omnes vanitatis prærogatiuas, encomia & excellentias.* 1874.

Auctoris dubitatio. Geneſ. 32. n. 4. Geneſ. 25. *Humilitas in ſupremis valet voluntateque.*

Et Lyranus ſua in Gloſſa ait: *Inferioribus verbis Iacob locutus eſt cum Eſau; quia verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos,* vt Eccleſ. 6. n. 5. dicit: Quaſi dicat, verba ſubmiſſa animum captant præſumptuoſa verò omnibus ſunt faſtidioſa. Et addit, in hoc Iacob ſignificat quemlibet bonum hominem, quia quærit omnibus modis pacem ſecundum illud ad Rom. 12. quantum in vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. Quaſi dicat, præſumptuoſi, & encomia Magiſtratus quærentes, & ſingulares prærogatiuas anhelantes, præcedentias, & honores in religione deſiderantes abſque literis, & partibus omnibus ſunt faſtidioſi, & odioſi; ideò vt pacem omnes haberent, præcepit Chriſtus dicens, ne vocemini Magiſtri ſuper terram. Ac ſi dicat, aulici, & tetrigeni homines torquentur propter diſſimilitudines in vrbanitatibus; vos vero, qui veſtigia mea ſequimini, non ſic, ſed vniformitatem diligite, fraternitatem amate; quia in hoc Diſcipuli mei eritis, ſi cum in medio omnium ſteteritis, ſicut qui miniſtrat ſeruus, & humilis fueritis. 1875.

Lyranus ſua in Gloſſ. Eccl. 6. n. 5.

Hiſpana locutio. Sobre las corteſias y puntos menores ſe matan.

Faſtidioſi religioſi qui vrbanitates quærunt.

Aulici propter vrbanitates torquētur.

Ioan. cap.

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Chriſtus dixit, væ vobis, qui clauditis regnum cœlorum?

QVæretur, qui ſunt iſti clauicularij regni cœlorum?

1876. Chryſoſt. in littera cit. *Prædicatores in fructiferè claudunt à agnum cœlorũ.* Oleaſt. in Deut. 18. Tranſlat. Pagnin.

1. Responsio fuit Chryſoſtomi in litt. citat. *Regnum cœlorum ſunt ſcriptura; quia qui eius intelligit, paſcua inuenit. Clauicularij qui ſunt Prædicatores; apertio autem eſt interpretatio ſalutaris, & qui claudit, erit, qui ſic prædicat, quod auditores, non capiunt verbum ſalutis ſuæ.* Vnde interrogat Oleaſter, quare Deuter. 18. *Præcipiebat Deus dicens, dabis Sacerdoti brachium, & reinterrogans, reſpondit, quare Domine Deus prædicatoribus non iubes dare caput, linguam, pedem, corpus, ſed brachium cum manu, vt oſtendat, ait, quale debet eſſe erga populum Sacerdotum, & Prædicatorum munus vt ſcilicet, cum populus peccatis obrutus, ac deprehenſus ſe leuare voluerit, tu qui Prædicator Dei es, eius manum, & brachium apprehendas, eumque à peccatis leues.* Quaſi dicat: Et ſi lingua tua ſit tanquam calamus ſcribæ velociter ſcribentis, & Rhetoricam, eloquentiamque loquatur ſuper omnes Principes terræ; tamen ad aperiendum regnum cœlorum peccatoribus, manus eſt neceſſaria opera, quæ fructus veræ pœnitentiæ faciant, aliàs lingua velociter tranſibit, qui vt Hiſpano more loquar; *Las palabras vanas ayre ſe las lleua.*

Prædicatores nobis claudũt Regnum cœlorum verbis artificioſis.

Hiſpana locutio.

1877. Rupert. in Cant. 5. n. 5. Hinc Rupertus in Cant. cap. 5. num. 5. interrogat., quare quaſi rogata ſurrexit ſponſa, vt aperiret ſponſo ſuo? *Surrexit*, inquit, *vt aperirem dilecto meo; & quid præmittit, ſequitur, manus meæ ſtillauerunt myrrham, quid myrrha ad loquutionem?* Et reſpondet, *peſſulum oſtij mei aperui*, Cant. 5. n. 5. Quaſi dicat, *ſolutionem ſilentij, quia myrrha memoriam facere volebat; quia amarum erat illi ſilentium ſoluere niſi paſſionibus Chriſti expoſita eſſet.* Quaſi dicat, parum intereſt eleganter prædicare, & criticè, & cultè loqui, ſi myrrham, & labores innumerabiles pro doctrina, quam prædicat nõ patiatur, vſquequo animã à peccato ſuis humeris ſubleuet, & hoc eſt peſſulum oſtij dilecto aperui, id eſt, animam, quæ conſuetudine peccandi, oſtium cum peſſulo clauſum erat ad Deum conuerti; quia non ſolum ſuis verbis, & exemplis, ſed laborando, & humeros ſupponendo ad Deum reducit bonus Prædicator. Et hoc eſt, inquit Rupertus, quod in Actib. Apoſtolorum dicitur, *Cœpit Ieſus facere, & docere, non ſolum non peccando*, quia Chriſtus impeccabilis ea vi vnionis, & propter alia multa erat, ſed faciendo opera Religioſa, & ſuis humeris, oues, quæ perierant, portando, quia ipſe erat clauis Regni cœlorum, & ſuper humeros ſuos tulit crucem, quæ aperuit nobis gloriam, & qui hoc modo non aperit claudit, loquendo, & non operando toto conatu, corde, & viribus ſalutem animarum.

Prædicator humeris debet adiuuare miſeros. Non ſolum bonis viuere debet Prædicator, ſed laborare pro doctrina.

Rupert. cit. Act. c. 1. n. 1.

Iſa. 22. n. 22.

1878. S. Petrus Damaſcen. opuſc. 15. c. 28. Vnde S. Petrus Damianus opuſc. 15. cap. 28. ait: *De toto corpore linguam facit, & cum os taceat, multa membra melius, quia multiplicius clamant.* Quaſi dicat, Prædicator ille Magiſtralem, & vniuerſalem clauem regni cœleſtis habet, qui prædicando, non ſolum operatur, quod ore loquitur; ſed ex omnibus membris ſuis claues facit, vt aperiat, neſcientes docendo, pauperibus ſubueniendo, & anguſtiatis miſeris adaperiens corda, conſulationem dando; *Quia iſte vt Paulus factus eſt omnibus omnia*, & non ſolum ſibi aperit portas æternales, ſed & omnibus prodeſt, aperiendo ſenſum Sacræ Scripturæ, & ad paſcua gratiæ Dei oues perditas collocando. E contrario Phariſæi omnibus modis ſibi, & aliis portas cœlorum claudebant.

Prædicator non ſolum ſibi, ſed aliis proficere debet.

1. Cor. c. 22. *Sacra Scriptura lætificat legentes, & audientes.*

1879. Origen. cit. in litt. 2. Responsio Origenis in litt. citat. *Omnes qui ſua mala conuerſatione proximos in charitate frigeſcunt ſibi, & aliis regnum cœlorum claudunt.* Quaſi dicat, à primo inſtanti, quo pueri ratione vtuntur, debent in ſancta conuerſatione, & educatione nutriri, ne fide mala præuaricentur. Et ſimiliter conuerſationes, & commercia prauorum debent ſuperiores euitare, *Quia eloquia praua corrumpunt bonos mores*, 1. Corinth. 15. num. 13.

Iuuenes, & pueri in ſancta conuerſatione nutriantur.

1. Cor. 15. n. 13.

1880. Oleaſt. in Num. 23. n. 13. Vnde interrogat Oleaſter, quare cum iniquus Rex Balaac multipliciter loqueretur, cum Balam, vt reduceret eum ad maledicendum populo Dei dixit illi Numer. 23. num. 13. *Veni obſecro mecum in alium locum, vt loquamur.* Sic Pagninus, Et reſpondet, *pertinaces ſunt valde impij in nocendo. Neque ceſſant etiam, ſi res, non vt ſperabant ſuccedant, ſed mille modos quærunt, mirabiles artes inueniunt, & congregantur multoties ad loquendum, id eſt, ad nocendum.* Quaſi dicat, nullum genus virtutis eſt, quod mala conuerſatione, & ſocietate non penitus corrumpatur, præcipuè ſi ſocietas Principum, & Poteſtatum ſit; *Sicut in Balam patet, qui propter iniquam Regis Balac conuerſationem, tandem præuaricatus populo Dei maledicere conabatur; quia ſermonibus blandis, & conuerſationibus eius credidit, quibus perſuaſit dicens: veni obſecro mecum ad alium locum vt loquamur.* Ex quo patet, quod malæ conuerſationes claudunt cœlum, ſicut & ſalutares, & ſpirituales claues ſunt aureæ diuini Palatij Regni cœlorum.

Tranſlat. Pagnin. *Conuerſationes prauæ corrumpunt bonos mores.*

Spiritualis locutio clauis regni cœlorũ.

1881. Chryſoſt. inſt. citand. Geneſ. 37. n. 18. Vnde Chryſoſtomus interrogat, *Quænam erant verba quæ fratres Ioſeph, cum viderent eum procul venire*, Geneſ. 37. num. 18. *& mutuo loquebantur inter ſe?* Et reſpondet, *ex prauis cogitationibus, & conuerſationibus contra fratrem ſuum. Quid niſi fratricidium, & mendacia fratris nuntiatura exire poterant.* Et addit hom. 46. in Geneſ. *O verborum deceptionem, etiam eum, quem negotiatoribus vendiderant. In numero ſuo recenſent, & non dicunt Ioſephe iam regnanti, & percontanti duodecim fuimus, ſed duodecim ſumus.* Quaſi dicat, iam innata, & inſeparabilia ſunt peccata, quæ de cõuerſationibus impiorum oriuntur, quod fratres Ioſeph qui mutuo contra illum loquuti fuerant etiam coram viſo rege deceptionem exhiberauit, & mendacia loquentes dixerunt, *Duodecim ſumus*, cum Ioſephum iam in ciſternam miſiſſent, & Iſmaëlitis vendidiſſent.

idẽ hom. 46. in Geneſ. *In conuerſationibus clãdeſtinis mendacia innumera dicuntur.*

Verba clam dicta ſemper mendacia.

1882. Aug ſuper Geneſ. Vnde Auguſtinus ſuper Geneſ. explicans illud: *Neſciebant enim, quod intelligeret Ioſeph,* Geneſ.

Geneſ. 43. n. 23. Clam malè loquentes aduertant quod aures habent parietes.

Geneſ. 42. num. 23. *Quid eſt, quod cum loquerentur fratres de Ioſeph, hoc eis diuino iudicio redderetur, quod ſe periclitari videbant, niſi quod ſcriptura adiungit, ignorabant, quod audiebat Ioſeph.* Quaſi dicat. *Omnes, qui peruerſe clam, & in abſcondito loquūtur contra proximos, & fratres ſuos, multoties periclitantur; quia putant, quod non audiuntur, & aduertere debent*, quod Hiſpana loquutio eſt: *Que las paredes oyen*, & *quod Origenes inſinuat, quod omnes qui in ſua conuerſatione in fratres loquuntur, in charitate frigeſcunt eos, claudunt ianuas Regni cælorum, ſuo malo exemplo ſicut Phariſæi de quibus Chriſtus, ait: Væ vobis qui clauditis regna cælorum.*

1883. *Lyran. ſup. in Gloſſ.*

Et Lyranus ponderans beneficia, quæ Deus dat illis, qui clam, & in abſentia loquuntur, bene dicit: *Quod iuſti ſunt figurati in Simeone, qui iuſſit, vt in ſaccis tritici ſecretò ponerentur pecuniæ, & pretium frumenti.* Geneſ. 42. n. 25. Et addit: *pecunia in eorum ſaccos reponitur, ad ſignificandum, quod ſapientia abſcondita, & loquutionis rectæ in ſecreto de fratribus non eſt pretio comparabilis, ſed indicibilis à Deo gratitudo* Quaſi dicat, qui ſemper in abſentia optimè de omnibus loquuntur, claues aureas regni cœlorum habent, & ſemper in cubicula ſupremi Regis intrabunt. Et de his ſcriptum eſt, *Lætabuntur in cubiculis ſuis; quia premium correſpondet labori, & corona pugnis, & bellis, & qui coram impiis loquitur benè de fratribus, & reducit illos ad idem, & aperit ianuam cæli ſibi, & cæteris.* Sicut è contrariò diximus de malè loquentibus, quod propter diſcordias, quas ſeminant, neque ipſi intrant in cœlum neque alios ſinunt intrare.

Geneſ. 42. n. 25. Locutio clam recta inæſtimabilis pecunia aurea. Pſ. 149. n. 5.

Corona gloria triūphat coronatus, qui diſcordias extinguit.

1884. *S. Greg. hom. 8. in Ezech.*

Vnde Gregorius homil. 8. in Ezech. *Antiquus hoſtis caſtitatem in nobis, ſi ſine charitate fuerit, non timet; concordia autem noſtra inuidet, ſi hanc nos tenemus in terra quam ipſe amiſit in cælo.* Et Diuus Baſilius Seleuc. orat. 39. *Retenta concordia poſſeſſione inſpoliata in nobis ſunt omnia.* Et Bernardin. ſerm. 1. in feſt. Sancti Mich. *Nos de regno vnitatis, & pacis ſumus, & homines in vnitatem, & pacem Angelorum ſperamus eſſe venturos; nunc autem qua ratione nobis cohæreant, qui diſſident à ſe ipſis.* Quaſi dicat, vnitatis regnum incolunt Angeli, paciſque ſunt amatores. Igitur, qui Angelorum ſocij futuri ſunt non debent clam inter ſe diſſidere, & pacem falſam fictis quaſi ſubridendo oſtendere.

Diſcordia per verbum mentis declarata, è cælo Diabolum euecit. Baſil Seleuc. orat 39. Bern. ſer. 1. in feſt. ſanct. Mich.

1875. *Guarr. Abb. ſer. 3. de Annunt.*

Vnde interrogat Guarricus Abb. ſerm. 3. de Annunciat. quare dicitur. Geneſ. 25. num. 22. *Quod cum Rebecca ſentiret diſcordias, quas in vtero ſuo Eſau, & Iacob portabant, dixit ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Et reſpondet: *Cum ſe colliderent paruuli diſcordes in vtero Rebeccæ, quæ prius orauerat, vt conciperet, dolenſque ventrem ſuum à tribulatione malorum, & dolore pœnæ; pœnitebat, quod concepiſſet* Et addit, *Si de aliquo noſtrum fratres ſic conqueri contigerit, viſcera matris noſtræ, timeo, ne melius fuiſſet ſi conceptus nō fuiſſet homo ille.* Quaſi dicat, qui in conuerſationibus diſcordias fomentat, vtinam talis in mundo natus non fuiſſet; quia non ſolum ipſe non intrabit in regnum cœlorum, ſed neque quos diſcordes facit intrare ſinit. Vnde Auguſtinus, *Per diſcordiam linguarum, turris ſuperborum euanuit, & per vnionem in vno loco Hieroſolymis per aduentum Spiritus Sanctus congregauit, vt quos diſcordia diſſipauerat,* (inquit Sanctus,) *coniungeret Charitas, quæ eſt clauis Regia Regni cælorum ſemper adaperiens ſuis.*

Seminator diſcordiarum melius ei fuiſſet, ſi natum non eſſe.

Auguſtin. cit.

TRACTATVS

TRACTATVS LI.

AD LITTERAM, In Caput XX. Matth.

De Chriſti Paſſione, & de filiorum Zebedæi ambitione.

TEXTVS.

18. ET aſcendens Ieſus Ieroſolymam aſſumpſit duodecim Diſcipulos
ſecretò, & ait illis, ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis
tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum
morte. 19. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellan-
dum, & crucifigendum. Et tertia die reſurget. 20. Tunc acceſſit
ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis adorans, & petens aliquid ab illo,
21. Qui dixit: quid vis? Ait illi, dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram
tuam, & vnus ad ſiniſtram in Regno tuo. 22. Reſpondens autem Ieſus dixit;
neſcitis quid petatis, Poteſtis bibere calicem, quem ego, bibiturus ſum. Dicunt ei
poſſumus. 23. Ait illis, calicem quidem meum bibebitis; ſedere autem ad dexte-
ram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre
meo. 24. Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.

EXPLANATIO *Litteræ.*

1886. *A Iordane Ieſus Hieroſolymam aſcendit.*

ET aſcendens Ieſus de loco in quo erat iuxta Iordanem, & eundo verſus Hieruſalem erat aſcendere, vbi conſumanda erant omnia, quæ de Chriſto ſcripta erant circa eius paſſionem. Et aſſumpſit duodecim Diſcipulos, id eſt, ſegregauit illos ſeorſum, quia per vias ibant cum Chriſto multæ aliæ gentes: *Et ait illis: ecce aſcendimus*, attentos eos reddit, ait Abulenſis in prolog. ad cap. 20. Quaſi dicat, non putetis quod in vanum, vel ex cauſa leui vadam in Hieruſalem, vel ad ſolum prædicandum, vt aliàs ibam; ſed vado vt fiant iſta quæ audietis.

Abulenſ. in prolog. ad cap. 20. Matth.

1887. *Iudas traditor Chriſtum tradidit.*

Et filius hominis tradetur, id eſt, ego tradar, ſe ipſum vocat filium hominis; quia quaſi gloriabatur deliciabaturque de aſſumpta humanitate, *Tradetur*; quia à Diſcipulo traditus eſt. Principibus Sacerdotum, qui vnus erat Princeps per ſingulos annos, & ſolus Cayphas erat Pontifex anni illius, vt patet Ioan. 11. & Chriſtus ad Annam, & Caipham ductus eſt, quia omnes, qui officio ſummi Sacerdotis functi fuerunt vocabantur Sacerdotes, ſicut Epiſcopus vnius Diœceſis, etiam ſi renuntiauerit, vocatur, & eſt Epiſcopus, *Et condemnabunt eum morte*, id eſt, Romani Pilatuſque, qui Chriſtum condemnauerunt: nam Iudæis non erat licitum, *Occidere quemquam*, Ioan. 18. vel quia vt Auguſtin. ait: *Cum occiderunt Iudæi cum lingua dixerunt, crucifige, &c.*

Ioan. 11. *Principes Sacerdotum, qui erant. Iudæi lingua Chriſtum occiderunt.*

Aug. tract. in Pſal.

1888. Luc. 18. n. 34. Chryſoſt. cit. à Maldon. in c. 20. Matth. *Myſteria crucis non intellexerunt Apoſtoli.*

Et tertia die reſurget, Lucas c. 18. n. 34. *Aſſerit, quod Diſcipuli nihil horum intellexerunt*, quod teſte Chryſoſtomo citato à Maldonato, *Sic intelligendum eſt, quod myſteria Redemptionis humani generis non intellexerunt, non vero articulum mortis*: nam ſi non intellexiſſent, non admirarentur, neque timerent ire in Hieruſalem; neque dicerent, *Heri quærebant te interficere, &c.*

1889. *Auctoris mens. Imaginatio dignitatis eos inflammat.*

Tunc acceſſit intempeſtiuè acceſſus. *Quærunt Doctores occaſionem, & inter multas reſponſiones, mihi placet*, quod noſter Lyranus, & Caietanus inſinuant, *Quòd audito à Matre filiorum Zebedæi articulo reſurrectionis Domini, & futuri ſæculi regno tunc deſiderium maternum pro filiorum dignitatibus inflamatum eſt*; quia teſte Ambroſio. *Neſciunt materna viſcera patientiam, & ſi voti auara, tamen venerabilis cupiditas, non pecunia eſt auida, ſed gratiæ: nec inuerecunda petitio, quæ non ſibi, ſed liberis conſulebat.* Et Hieronymus: *Poſtulat mater filiorum Zebedæi errore muliebri, & pietatis affectu, neſciens quod peteret.*

Ambr. cit. *Materna viſcera patientiam non habent.*

Hieronym.

1890. *Mulieres inconſiderate petunt, & audacter. Hiſpana locutio.*

Adorans & petens aliquid. Quaſi dicat, *Si petebas viſum eſt, quod ſubmiſſiones omnes poſſibiles faceret.* Et dicitur aliquid, quia eſt Hiſpana loquutio, quando magnum aliquid petitur. *O darme algo, ò nada.* Et Latinè dicitur: *Aut Cæſar, aut nihil.* Dic vt ſedeant, id eſt, ſi tu iuſſeris

Principaliores loci ad dexteram ſedere eſt. fiet; qqia nemo poteſt eoitate, quod tu fieri volueris, vnos ad dexterem, & alius ad ſiniſtram, id eſt, in optimu, & honorabili loco; iuxta te ſedeant in ſolio maieſtatis tuæ. Vnde

Abulenſ. Abulenſis eitat. *P'timus eos, cæteris maiores fieri quantum ad omnia.*

1891. *Ambitio totum deſiderium ſibi.* Reſpondens autem Ieſus Leuiter Chriſtus ſe expediuit de iſta petitione, quia irrationabilis erat; quia immodicæ petitiones neque audiendæ ſunt. Neſcitis quid petatis. Reſponſio hæc coonenit eum narratione

Marc.c.10. n.35. Marei cap. 10. nom. 35. *Ipſi Diſcipuli petiuere dignitatem loci.* *Qui ipſoe filios Zebedæi ad Chriſtum acceſſiſſe inſinuat, Magiſter volumus quodcumque petierimus facias nobis. Sed concordat intentum, dicens, quod illud quod per matrem petiuere, ipſi petebant, & perſuaſerunt illam, vt peteret.*

1892. Abul. citat. in prolog. ad c.20.Matth. *Neſcitis quid petatis, id eſt, maiora petitis quam conſideraſtis, vel quia temporalia poſtulaſtis, & non ſpiritualia, neſcitis quid petatis.* Sic Abulenſis, vel meo iudicio, more Hiſpanorum

Hiſpana locutio. Auctoris mens. loqoutus eſt Chriſtos, quia ſimplicibos neſcientibos quid dicant, ſolent dicere: *Perdonad le Senor, que no ſabe loque ſepide.* Poteſtis bibere calicem, &c. id eſt, poteſtis ſufferre, & portare labores, quos ego paſſutus ſum vt poſſitis peruenire ad honores iſtos, quos poſtulaſtis, dicunt ei

Abul.cit. poſſumus. Vnde Abulenſ.citat. *Inſipienter etiam reſpondent; quia neſciebant, an poſſent mortem ſubire; ſed honoris cupido inflammauerat eos, vt ſic dicerent. Calicem quidem meum bibetis, id eſt, martyrium ambo pro me patiemini.*

Intrepidi ambitioſi multa promittunt. *Sedere autem ad dexteram, &c.* id eſt, acceptate veſtram petitionem, non eſt meum date. id eſt, eo modo quo poſtulaſtis, ſed ſecuodum diſpoſitiooem diuinam. *Vel non eſt meum dare cognatis meis ſecundum carnem Vel non eſt meum dare; quia nondum meruiſtis.* Vel vt Remigius, *non eſt meum dare*

Cyrill. *ſuperbis, & ambitioſis.* Vel vt Cyrillos inſinuat,

Iniuſta non poſſunt iudices velle. *Quia Iudex ſi veniam iniuſtam reus petit: reſpondet, non poſſum hoc facere; quia eſt contra iuſtitiam; etiamſi de potentia abſoluta poſſit; quia id poſſumus, quod iure poſſumus.*

1893. Paul. ad Epheſ.10. n.21. Sed quibus paratum eſt à Patre; quia ſoli Chriſto conſtitutom eſt ad dexteram Patris ſedere teſte Paul. ad Epheſ. cap. 10. n. 21. Vel vt

Hilar. *Ambitioſi alienis honoribus torquentur.* Hilarius, *Quia ſunt dextra, & ſiniſtra ſeſſio parata Eliæ, & Moyſi*, Vel Petro, & Paulo, vt Euthymius. *Et audientes Diſcipuli indignati ſunt, quia ambitioſi erant, & torquebantur, audiendo præfecturas, & honores aliis daturos.* Sed omnes Diſcipuli adhuc carnales, & rodes ſtabant; oon eum repleti erant Spiritus Sancti gratia.

TRANSLATIONES antiquiores, & recentiores.

Vulgata editio. 1. Et aſcendens Ieſus Hieroſolymam aſſumpſit, &c.

Tranſlatio Vatabli. 2. Aſſumpſit duodecim Diſcipulos ſuos ſeorſum in via.

Tranſlatio ex Syriaca. 3. Aſcenſurus autem erat Ieſchua ad Ouriſchlem, & aſſumpſit Diſcipulos inter ſe, & ipſos priuatim in via, & dixit eis.

Caietanus in Euangelia n. 19. vbi Vulgata. Ad illudendum. 4. Aſſumpſit Diſcipulos ſeorſum ab aliis, & deeſt in via.

Tranſlatio ex Syriaca. num.20. pro Vulgata. 5. Et flagellis cædent eum, ac ſuffigent eum cruci.

Caietanus. 6. Acceſſit mater inſtructa, & inducta, à filiis Iacob, & Ioanne.

Abulenſis in Prolegom. ad Matt 20, 7. Adorans genu flexo, & magnam rem poſtulans à Chriſto.

Tranſ. ex Syriaca. 8. Et adorauit, & petebat ab eo aliquid.

Tranſlatio Vatabli. num. 22. pro Vulgata. 9. Iube vt ſedeant vnus tibi à dextra, & alter à ſiniſtra in regno tuo.

Abulenſis citatus. 10. Irrationabiliter petitis.

Tranſlatio Vatabli. 11. Poteſtis bibere poculum, quod ego bibiturus ſum.

Caietanus citatus n. 23. pro Vulgata. 12. Neſcitis quid immineat vobis.

Tranſlatio Vatabli. 13. Sedere autem mihi à dextra, & ſiniſtra non eſt meum dare, ſed his contingit, quibus paratum eſt à Patre meo.

Tranſlatio ex Syriaca. 14. Vt ſedeatis air à ſiniſtra mea non eſt meum, vt dem, niſi iis quibus paratum eſt à Patre meo.

Cyrillus

Cyrillus apud Maldonatum, num. 24. pro Vulgata.

15. Non eſt meum dare, quia nondum meruiſtis.

Tranſlatio ex Syriaca.

16. Quæ eum audiſſent decem indignati ſunt aduerſus illos duos fratres.

Tranſlatio Vatabli.

17. Indignati ſunt duodecim de duobus fratribus.

Caietanus citatus.

18. Indignati ſunt, non contra mulierem, ſed contra duos fratres.

Hilarius.

19. Id indignati ſunt omnes, quia ambitioſi erant.

DIFFICVLTAS I.

Quare Chriſtus ſecretò Diſcipulos ſuos aſſumpſit?

QVæritur, quare ſeparauit Chriſtus Diſcipulos ſuos à turbis ad tractandum de paſſione?

1894. Abul. q. 40. in cap. 20. Matth. *Paruuli ſcandalizantur.*

1. Responsio ſit Abulenſis quæſt. 40. in Matth. 20. *Quia ſi populi audirent quod Chriſtus paſſurus eſſet in Hieruſalem, & illuc ire diſſuaderent ei clamando, vt illuc non iret, & forſitan alij trepidarent circa fidem.* Quaſi dicat, quia ſi Chriſtus clarè de ſua paſſione coram omnibus loqueretur, forſitan paruuli ſcandalizarentur; quia vt ait, Origenes, *Scandalum paruulorum eſt?*

Origen. cit.

1895. Chryſoſt. ſup. Matth. *Paſſio Chriſti pignus pretioſiſſimum.*

2. Responsio eſt Chryſoſtomi ſuper Matth. *Omnis autem ſalus hominum in Chriſti morte poſita eſt, nec eſt aliquid propter quod magis gratias agere debeamus, quam propter mortem ipſius, ideò duodecim Apoſtolis in ſecreto mortis ſuæ annuntiauit myſterium; quia ſemper pretioſior theſaurus in melioribus vaſis includitur.* Quaſi dicat, paſſio Chriſti erat pignus pretioſiſſimum pectoribus Apoſtolorum inſerendum, quia non omnes capiebant verum illud abſconditum; quia non erant digni, vt ſacramenta Regis abſcondita manifeſta illis fuiſſent.

1896. Hieronym. in Caten. cit. *Paſſio Chriſti in memoria æterna imprimenda.*

3. Responsio Hieronymi in Catena citati: *Crebro autem de paſſione ſua, Diſcipulis dixerat, ſed quia multis in medio diſputans poterat labi de memoria, quod audierant; iturus Hieroſolymam, & ſecum ducturus Apoſtolos ad tentationem eos parat; ne cum veniret perſecutio, & crucis ignominia ſcandalizarentur.* Quaſi dicat: deſiderabat nimis Chriſtus, quod paſſio eius in memoria, & corde omnium ſuorum imprimeretur; & ideò multoties repetebat, & vt in tempore tentationis ne laberentur.

1897. Orig. in cat. citat.

4. Responsio Origenis in Catena citati: *Induodecim adhuc erat, & Iudas, adhuc enim forſitan dignus erat cum aliis ſeorſum audire, quod paſſurus erat Magiſter.* Quaſi dicat, noluit Chriſtus priuare Iudam de reuelatione in ſecreto diſcipulis dicta ſuper paſſionem ſuam, ne torqueretur aliqua repulſa, & plus contra Chriſtum indignaretur.

Occaſiones indignationis excuſandæ.

5. Responsio Beauxamis hom. 10. de Paſſione. *Nec enim Chriſtus, quod ſuum erat omiſit, exemplum vtique relinquens; vt vſque in finem lapſos lucrari ſtudeamus. Quis enim adeo deploratus eſt ægrotus, cui non medicum, aut chirurgum accerſamus. Et hoc ſane humanitatis vices expetunt. Quanto magis igitur ad extremam vſque vitæ periodum peccatores commonere debent Prælati; Si fortè Deus, vt quondam Niniuæ miſereatur. Sic lapſis erudiendis, & curandis, bonitatis, & miſericordia diuina medicinam non denegemus.* Ideò Chriſtus antidoto memoriæ paſſionis eius Iudam curare conabatur, & cum cæteris aſſumptus eſt ſecretò, vt ſermonem de Sacramento diuinæ paſſionis audiret. 1898.

Beauxamis hom. 10. de Paſſ. *Miſeris non eſt affligendum.*

Medicina ſceleratorum vltima eſt paſſionis Chriſti.

Vnde Cyprianus epiſtola ad Stephanum de Marciano Arelatenſi Epiſcopo Hereſiarcha: *Monet enim naufragantibus, & ſcopulis hæreticorum iactatis ſupereſſe in Eccleſia portus ſalutaris ſupereſſe commeantibus ſtabulum, quale eſt in Euangelio, quo à latronibus ſauciati, & vulnerati ſuſcipi, & foueri, & tutari à ſtabulario poſſint.* 1899.

Eccleſia refugium miſerorum omnium.

DIFFICVLTAS II.

Quare Chriſtus dixit, quòd Principes Sacerdotum, & Scribæ condemnabunt eum morte?

QVæretur, quomodo Principes, & Scribæ Chriſtum damnare potuerunt?

1. Responsio Abulenſis quæſt. 48. *Condemnatio Iudæorum ſupplenit locum multarum probationum; ad hoc enim quod Chriſtus adiudicaretur morti ſecundum formam iuris oportebat, quod ſponte confiteretur crimina obiecta in eum, quæ eſſent ſufficientia ad damnationem, vel conuinceretur apertè de illis; ipſe tamen nullum crimen fecit, neque potuit facere, ideò neque confiteri, & quamuis clamabant Iudæi, non erat morti adiudicandus. Sed neceſſe erat, quod conuinceretur de crimine per teſtes, locum autem iſtarum probationum ſupplenit apud Pilatum, licet iniuſte auctoritas Pontificum, & totius populi; dicente enim Pilato, quam accuſationem affertis aduerſus hominem iſtum, dixerunt illi, ſi non eſſet malefactor non tibi tradidiſſemus eum,* Ioann. 18. Hoc autem non aſſeueraret totus populus, niſi prius eum dignum morte iudicarent, ideo eum prius condemnauerunt dicentes, *Reus eſt mortis,* Ioan. 26. & Marc. 14. & Lucæ 22. 1900.

Abul. q. 48. *Congregatio impiorũ ſine teſtibus neque probationibus diffinit.*

Innocentes doctos inſteſque condemnant impij Inuidi.

Ioann. 26. Marc. 14. Luc. 22.

2. Responsio Caietan. in Matth. 20. *Hoc ſuperius non dixerat, & impletum eſt, quando Caiphas, & omnes cum eo dixerunt, reus eſt mortis.* Quaſi dicat, crucifixio petita fuit à Iudæis; quia ipſi tunc condemnauerunt lingua, & voluntate, cum dixerunt, *Crucifigatur.* 1901.

Caietan. in Matth. 20. *Lingua, & corde Iudæi Chriſtum condemnauerũt.*

3. Responsio Beauxam. ſect. 6. de Paſſ. explicans 1902.

Beaux. ſect. 6. de Paſſ.

explicans illud Ioann. 19. *Si non eſſet malefactor non tibi tradidiſſemus eum*, ait: *Ridebat enim eos Pilatus offenſus iactantia, qua ſibi quidam magnam auctoritatem aſciſcebant; cum tamen parum eſſet poteſtatis illis relictum.* Quaſi dicat, ipſi gloriabantur de condemnatione Chriſti, ac ſi poſſent occidere; cum reuera nihil potuiſſent, ſed ſolum malam voluntatem oſtendebant.

Præſumptio iuſtitiam adoptat.

1903. 4. RESPONSIO Cyrilli cap. 8. Pilatus dixit: *Accipite eum vos, & crucifigite, ego enim non inuenio in eo cauſam. Quaſi Iudæorum, maximè Principum crudelitatem demiratus, qui cum nullam in Chriſtum cauſam inuenerant, tam turpi morte ipſum occidere ſtudeant. Quaſi igitur contemptus indignatur. Ac ſi dicat miniſtrum me impiæ cadis ſolum inueniſtis. Ego præter Romanorum leges innocentem occidam, ego clamoribus veſtris territus, ad hoc me facinus detrudam: nam ſi hoc nullum eſſe ſcelus putatis vos ipſi qui legis diuinæ ſcientiam habere iactatis, crucifigite, eadem hanc patrate, impietatis huius crimen in capita veſtra vertite, ſit Iudaica ſolum ipſa temeritas.* Huc vſque Cyrillus. Quaſi dicat: coactus fuit Pilatus à Iudæis, vt Chriſtum occideret; quia ſoli ipſi Sacerdotes, & ſcribæ condemnarunt efficaci voluntate Dominum Ieſum.

Cyrill. c. 8. lib. 12. in Ioan.

Iudæi Chriſtum crudeliter occiderunt cauſa mor.

Pilatus coactus à Iudæis Chriſtum occidit.

1904. 5. RESPONSIO Sancti Thomæ lect. 2. in Ioan. 19. *Explicans deprauatam Iudæorum voluntatem occidendi Chriſtum dicentium, nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori; quia filium Dei ſe fecit*, ait: *imponunt ſcilicet, ei crimen & contra ſuam, & Romanorum legem imputabant, & affectatum regnum; ſed hac accuſatione Pilatum minimè moueri vident. Ideò dictum ab eo putant, accipite, quaſi poſtularent aliud, ne crimen haberent, quod ſecundum aliquam legem deberet mori.*

S. Thom. lect. 2. in Ioan. 19.

Scribæ manifeſtant tanquam impij ſuam deprauatam mentem.

1905. 6. RESPONSIO Auguſtini tractat. 19. in Ioann. *Habetur lex illa* Leuit. 24. *quæ iubet blaſphemos lapidari*, ſed & Deuter. 13. *agitur contra Pſeudoprophetas, idololatriam perſuadentes.* Quaſi dicat, legem allegant impij Iudæi, vt Chriſtus moriatur; ſed illa non condemnabat niſi blaſphemos, (id eſt, ipſos Iudæos,) qui de vero filio Dei blaſphemabant.

Aug. tr. 19. in Ioan. Leuit. 24. Deut. 13.

1906. Vnde addit Benzamis ſect. 7. de Paſſione; *Neque dicunt, quod Filius Dei ſit, ſed talem ſe fecerit, id eſt, hoc nomen ſibi arrogarit, ipſimet interim blaſphemantes; cum tam verè ipſe Deo conſubſtantialis ſit, quam verè affectum gloriæ receſſit.* Quaſi dicat, verbis, cogitationibus, & allegationibus, ſemper Iudæi oſtentant, quod ipſi deſiderant mortem Chriſti, vt adimpleretur, quod ipſe hodie in ſecreto Diſcipulis dixit, ſcribæ, & Phariſæi condemnabunt eum morte.

Beux ſect. 7. de Paſſ.

DIFFICVLTAS III.

Quare Chriſtus dixit, & tertia die reſurget?

QVæretur. Ad quid Chriſtus reſurrectionem Diſcipulis prædixit?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi in homil. *Quo quidem huius gratia dixit, vt cum triſtia viderent, reſurrectionem expectarent.* Quaſi dicat, neceſſe fuit miſcere læta triſtitiis; quia vt Plato inſinuat, *Inæqualis fortuna tolerabilior eſt*, & vita tantis laboribus afflicta reſpirare debet. 1907.

Chryſoſt. in hom.

Fortuna inæqualis tolerabilior.

2. RESPONSIO Abulenſis quæſt. 49. in Matth. 20. *Quia magis neceſſe fuit reſurrectionem prædicere quam mortem: nam etiamſi mortem non prænuntiaret viderent illam Diſcipuli; ſi autem reſurrectionem non prædiceret nunquam illam crederent, quia non erat ita patens.* Quaſi dicat, mors ab hominibus oculis videtur quotidie; myſteria autem fidei non ſunt viſibilia. 1908.

Abul. q. 49. in Matt. 20.

Impij, & potentes mortē vident, & timent.

3. RESPONSIO Origenis in Catena Sancti Thomæ. *Hic autem non referuntur Diſcipuli dixiſſe, aut feciſſe aliquid, cum audiſſent triſtia hæc Chriſto futura recordantes, quæ Dominus dixit ad Petrum, ne audiant talia, vel peiora; ille autem paululum deficiens ſurgit apparens his, qui acceperunt poſſe videre.* Quaſi dicat, magnalia Chriſti tria Apoſtoli venerabantur, quod audito ſacramento reſurrectionis tacendo non dubitarunt, neque audacter ſe obtulerunt ad aliqua, ne fortè audirent, quod Petrus *ter me negabis.* Et ſilentium Apoſtolorum remunerauit poſt tres dies mortis ſuæ apparens glorioſus eis. 1909.

Orig. in cat. S. Thom.

Timorati pluris apud Deū æſtimantur.

4. RESPONSIO Caietani. *Audita tam propinqua Chriſti reſurrectione, acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi.* Quaſi dicat, tam efficacia ſunt læta, & magnalia in cordibus humanis, quod ſolum audita lætificant, & facillimè creduntur proſpera à nobis. 1910.

Caietan.

Læta & magnalia proſperaque audita ſolum lætificant cor, & facilè creduntur.

DIFFICVLTAS IV.

Quare mater filiorum Zebedæi acceſſit ad Ieſum?

QVæritur, quare Ioannes, & Iacobus matrem incitauerunt, vt talia peteret?

1. RESPONSIO Chryſoſtomi ſuper Matt. *Audacem fecerat eam ad petendum naturæ affectus.* Et addit: *Magna laus mulieris, ex hoc loco colligitur; quia non ſolum filij reliquerunt Patrem, ſed & ipſa reliquerat virum, & ſequuta fuerat Chriſtum, quia ille ſine illa viuere poterat; iſta autem ſine Chriſto ſalua eſſe non poterat.* Quaſi dicat, Maria Salome erat iſta mater Apoſtolorum, & ſi multa petere à Chriſto auſa eſt, erat, quia multum Chriſtum diligebat, & propter eum etiam domum, & maritum reliquerat; quia amor neſcit modum, omnia poſſibilia cogitat. 1911.

Chry. ſup. Matth.

Amor neſcit modum, quia intrepidus eſt.

2. RESPONSIO Abulenſ. q. 58. *Nam videbatur honeſtius, quod non irent filij cum ea. Primo vt magis diſſimularent petitatis deſiderium: nam ſi ſola iuiſſet ad petendum, poterat aliquo modo putari quod filius nihil dicentibus à ſe ipſa mota fuiſſet pro honore filiorum; cum verò cum illa irent, apparebat, quod ipſi ad petendum induxerant, vel ſaltem de conſenſu eorum petebat. Secundo, ne iſta petitio ſcandalizaret* 1912.

cæteros

Abul. q. 58.

Ambitio omnes intelligentias imaginabiles cogitat ad conſequendum finem

cæteros Apoſtolos. Tertiò, vt verecundiam non ſuſtinerent, ſi non conſequerentur petitionem.

Matrona grauitas veneranda.

Quartò, vt matrem tanquam matronam venerarent. Quintò, vt facilius impetrarent à Chriſto; quia mulierum matronarum petitiones à Principibus facilius audiuntur, & excuſationes nõ exhibentur. Quaſi omnes iſtæ rationes dicant, quod acceſſit cum filiis ſuis mater ad finem deſideratum conſequendum.

1913. 3. Responsio Origenis in Catena

Orig. in cat. cit.

Sedes meliores fere omnes terrigenæ deſiderant.

citati: *Sicut enim in regno mundiali in honore eſſe videntur, qui ſedent cum Rege, non fuit mirum, ſi mulier muliebri ſimplicitate, vel imperitia talia ſe debere petere æſtimauit, & ipſi fratres adhuc imperfecti.* Quaſi dicat, mulieres naturaliter vanitates ſibi, & filiis ſuis diligunt, & cum adhuc velamen rerum temporalium habebant filij, & matres, id appetiuere; quia qui ſummè, & perfectiſſimè non diligunt ſpiritualia vſque modo primas ſedes procurant, cautè vel apertè, clam, vel occultè hypocritando, vel munera dando.

DIFFICVLTAS V.

Quare hæc mulier Chriſtum antequam peteret adorauit?

QVæretur, quare & ad quid iſta adoratio præceſſit in muliere iſta?

1914. 1. Responsio Abulenſis quæſt. 59.

Abul. q. 59.

Adorationibus flectitur ambitioſi.

Adorauit ad placandum, & flectendum eum; quadam enim pars ſuaſiuis erat hæc facere: nam naturaliter quilibet homo obſequiis flectitur, & ſuadetur; honor autem, magnum obſequium eſt, potiſſimè ad animos vanagloriosos. Quaſi dicat, cautè mulier ſe inclinauit, & adorauit; quia ſciebat, quod homines ambitioſi flectuntur obſequiis, & cæremoniis ambitioſis, qui noſtro Hiſpano axiomate vocantur. *Quita pelillas aduladores eſſos medran.*

1915. 2. Responsio Chryſoſtomi in Catena citat.

Chryſoſt. in Catena cit.

Submiſſiones, & adorationes ianua prima ambitiosæ.

Adorans, & petens, accedit, vt quod peteret exhibita reuerentia exhiberetur ei. Quaſi dicat: ſciebat, quod prima ianua, per quam impetrata conſequuntur, eſt ſubmiſſio reuerentia, & continuæ genuflexiones.

3. Responsio Abulenſis quæſt. citat.

1916.

Abul. cit.

Chriſto Domino tam dulia, quam latria poterat exhiberi adoratio; erat enim verus homo, & virtute præditus; ideò ex hoc dulia debebatur; imò excellens dulia propter excellentem virtutem, quæ in ipſo refulgebat, & erat verus Deus; & ideò ſibi latria debebatur, & vtrumque intentauit mulier iſta; ambitioſi nunquam ſunt diminuti in honoranda, imò ſemper excedunt; & ideò caput inclinauit, & genuflexa terram, & pedes Chriſti forſitan oſculauit; quia neque hominibus, neque Deo plures quas poſſunt homines adorationes aſtentant; vt reuerentia exhibita quæ petunt, conſequantur vt deſiderant.

Adoratione dulia, & hyperdulia mulier Chriſtum adorauit.

***

DIFFICVLTAS VI.

Quare dexteram, & ſiniſtram petiuit mulier iſta?

QVæretur, quare vtramque manum petit mulier iſta?

1. Responsio Caietani. *Per dexteram, & ſiniſtram ſignificat primas ſedes hinc, & inde, & hoc denotat pronomen, tuis, non volebant eſſe ad dexteram Petri, neque ad ſiniſtram Andreæ, ſed ad dexteram, & ſiniſtram ipſius Ieſu Chriſti.* Et addit: *Primas itaque ſedes inter duodecim primus promiſſas petunt, nec volunt alter ſub altera ſedere, ſed vnus ad dexteram, & alter ad ſiniſtram Chriſti, vt ex vtroque latere ſint primi.* Quaſi dicat, neque inter conſanguineos fratres regnare primatum admittit; quia ambitio nulli cedit. 1917.

Caietan. in Euang.

Ambitio nulli cedit, neque ſuperiorē admittit.

2. Responsio Origenis in Catena citat. *Appropinquantium enim Chriſtum, quidam dexteram ſortiuntur vt intelligibilia; alij ſiniſtrã, vt ſenſibilia.* Quaſi dicat, qui verè ſunt ſpirituales renuunt ſedilia mundi: qui vero iſta appetunt, nullatenus gloriam Dei quærunt, quia nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. 1918.

Origen. in Catena S. Thom.

Spirituales fugiunt non amare dignitates, ſed oblatas rapiunt illas.

3. Responsio Abulenſis quæſt. 65. *Principaliter hæc petunt, quia videbant ſe habere competitorem, ſcilicet, Petrum; illum enim Chriſtus ſpecialiter diligebat; & quia ipſe Chriſtus Petro dixerat* Matth. 17. *Tibi dabo claues Regni cælorum, putauerunt neceſſariam iſtam diligentiam, vt Petrus eis non anteponeretur.* Quaſi dicat, infatigabilis eſt præcedentia æmulorum, & ita animos faſtidiat cogitatio Præfecturarum, quòd carnifex eſt mortalium, & teſte Ouidio: *Non anni homines conſumunt, ſed anxietas ambitionis.* 1919.

Abul. q. 65.

Matth. 17.

Carnifex crudelis æmulatio inquietatur.

4. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Qui autem ſe ipſum donauit hominibus, quomodo Regni ſui ſocietatem non donabit, petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur.* Quaſi dicat, ſi petitiones ſalutis ſint, nemo dubitet, quod plus, quam petat accipiat. 1910.

Chryſoſt. ſuper Matt.

DIFFICVLTAS VII.

Quomodo intelligendum ſit, neſcitis quid petatis?

QVæretur, quomodo intelligatur, neſcitis quid petatis?

1. Responsio Hieronym. in Catena citat. *Neque mirum, ſi iſta arguatur imperitia, cum & Petrus dicatur neſciens quid diceret.* Quaſi dicat, teſte Chryſoſtomo; *frequenter Dominus patitur Diſcipulos ſuos non rectè, aut dicere, aut agere, aut cogitare, vt ex illorum culpa occaſionem inueniat exponendi regulam pietatis, ſciens, quia error illorum non nocet præſente Magiſtro.* 1921.

Hieronym. in catena cit.

Chryſ. ibi.

Patientia amoris eſt filia, & impaſſibiles facit.

1922. Theophyl. apud Abul. q.71. Beda ibi cit.

2. Responsio Theophyli citati in Abulenſ. quæſt. 71. *Sedere ad dexteram, tam magnum, & excellens eſt, vt ordinem Angelorum excedat.* Et idem dicit Beda: *Neſciunt quid petant, qui ſedem gloriæ à Domino, quam nondum merebuntur inquirunt.*

1923. Hilar. in cat. cit. *Dignitates ſine merito quærere ignorantium eſt.*

3. Responsio Hilarij in cat. *Neſciunt quid petunt; quia nihil de gloria Apoſtolorum ambigendum erat iudicaturos enim eos ſermo ſuperior expoſuit.* Quaſi dicat, dubitare de amore amicorum ignorantia eſt, & Chriſtus diligebat Apoſtolos, & elegit illos, vt ſederent ſuper ſedes iudicantes tribus Iſraël.

1924. Chryſoſt. ſup. Matth. *Sedes æterna laboribus acquiruntur.*

4. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Neſcitis quid petatis. Ac ſi dicat, vos de honore loquimini; ego vero de agonibus, & ſudoribus diſputo; non enim eſt hoc tempus præmiorum, ſed occaſionis præliorum, & periculorum.*

1925. Abul. q.71.

5. Responsio Abulenſi quæſt. 71. *Neſciunt quid petant Apoſtoli, quia inordinatè, & extra tempus petunt:* nam licet quis petat ſibi rem licitam debet petere eam tempore conuenienti; aliàs erit importunus. Ita Apoſtolis contigit; cum de paſſione ſua loquebatur, tempus luctus erat, & triſtitiæ, tum intempeſtè petere honores inſipientia fuit.

1926. Rabban. in caten. cit.

6. Responsio Rabbani in Catena citati: *Delectabat eos culmen honoris, ſed prius habebant exercere viam laboris.*

1927. Chryſoſt. in Matth. *Media ad gloriam pauci cogitant, de fructibus eius omnes.*

7. Responsio Chryſoſtomi in Matth. *Non enim ſolum debemus cogitare qualem gloriam conſequamur, ſed quomodo euadamus ruinam peccati; quia & in ſeculari bello, qui ſemper de præda victoriæ cogitat difficilè vincit; ideò petendum erat, da nobis auxilium gratia tua, vt omne malum vincamus.* Quaſi dicat, omnes gloriam aſſequi deſiderant, & cogitant, ſed de medijs ad conſequutionem pauci meditantur.

DIFFICVLTAS VIII.

Quare Chriſtus dixit, poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?

QVæritur, quare tam animosè reſpondent Apoſtoli ad quæſitum tam arduum?

1928. Chryſ. ſup. Matth. *Hic gloriam & in cælo ſedes meliores, & honores habere impoſſibile eſt.*

1. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Sciebat enim Dominus; quia paſſionem ipſius poterant imitari.* Sed ideò interrogat, vt omnes audiamus; *quia nemo poteſt cum Chriſto regnare, niſi paſſionem Chriſti fuerit imitatus, res enim pretioſa non niſi magno pretio comparatur.* Quaſi dicat, dignitatibus, honoribus, & voluptatibus huius ſæculi frui volentes, quomodo æternas cum Chriſto poſſidebunt patiente.

1929. Abul. q.75. *Patientia, & alacritate in laboribus pauci præditi ſunt.*

2. Responsio Abulenſis q. 75. *Non accipitur hic pro potentia paſſiua ad tolerandum, ſed pro diſpoſitione ad ſe exponendum, & tolerandum ſponte illas pœnas. Ad ſponte enim tolerandum tormenta, & labores huius mundi magna fortitudo animi requiritur, quam pauci habent; ideò Chriſtus rationabiliter quæſiuit, an poſſint bibere calicem, id eſt, habere interiorem fortitudinem, per quam poſſent ſuſtinere labores, & tormenta martyrij.* Quaſi dicat, omnes in hoc mundo perſecutiones, & labores patiuntur. Sed alij quia non poſſunt aliter, & tacent, & lugent: aliique alacriter, & ſpontanei delectantur opprobrijs, & calamitatibus ſaginari, alij cum rancore, & impatientia, & deſperatione.

Te ſiſtet labores ſuſtinentur.

1930. Remig. in Catena cit. *Amor, & valor capitis in membris infunditur.*

3. Responsio Remigij in Catena citati, dixit: *Quem ego bibiturus ſum, vt ex communione ad ipſum auditores fiant: ac illi qui iam martyrij libertatem, conſtantiamque retinebunt bibituros ſe pollicentur.* Quaſi dicat, influere promittit valorem, & animum ad ſufferendam coronam martyrij ex ſocietate, & communione ipſius.

1931. Chryſoſt. in Matth. *Religioſi multi dicunt poſſumus, & cito fortitudinem amittit, & animum.*

4. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Hoc dicunt, non tam ex fiducia ſuæ fortitudinis, quàm ex ignorantia, inexpertis enim leuis, videtur eſſe tentatio paſſionis, & mortis.* Quaſi dicat: ô quanti ex ignorantia fortitudinem inacceſſibilem promiſerunt in religionibus obſeruandam, & ad omnia tanquam experti dicunt, poſſumus, & ſtatim afflicti, & inconſolati viuunt.

DIFFICVLTAS IX.

Quare dicitur, non eſt meum dare vobis?

QVare, Chriſtus reſpondit, ſedere ad dextram vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis?

1932. Hieronym. in cat. cit. *Merita vniuſcuiuſque ſedem meliorem, vel minorem parat.*

1. Responsio Hieronymi in Catena: *Quia non eſt perſonarum acceptio apud Deum, ſed vobis vel quicumque talem ſe præbuerit, vt regno cælorum ſit dignus hic accipiet, quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt.*

1933. Chryſoſt. ſup Matth. *Aulici torquentur propter ſingulare amorē Regis.*

2. Responsio Chryſoſtomi ſuper Matth. *Propter hoc autem vt infirmus eſſe oſtendatur, non dixit ſimpliciter, non eſt meum dare, ſed non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt; his ſcilicet, qui operibus poſſunt fieri clari.* Quaſi dicat, amor vnius non debet excludere præmia aliorum digna amoris maioris; quia in Deo non ſunt paſſiones ſicut in Principibus terræ, & hominibus, in quibus non eſt confidendum, quia non eſt ſalus, neque æquitas in eis.

1934. Auguſt. 1. de Trinit.

3. Responsio Auguſtini 1. de Trinit. *Secundum formam ſerui Diſcipulis Dominus reſpondit; ſedere autem ad dexteram, &c. non eſt meum dare; quod autem paratum eſt à Patre eius, & ab ipſo eſt paratum quia ipſe, & pater vnum ſunt.* Quaſi dicat, *Arrius impius non te fallat verbum, non eſt meum dare, vt minorem filium Dei facias ſecundum diuinitatem; quia Pater, & filius vnum ſunt, ſed loquitur Chriſtus ſecundum humanitatem.* Et in hoc ſenſu dixit Ambr. *Summus, & rectus Dominus maluit diſſimulare de iure quam de charitate deponere.* Quaſi dicat, deſiderium dandi petita excedebatur, quaſi potentiæ ſuæ diuinitatis immemor.

Arrianorum hæreſis expellatur ex hoc loco.

Ambr. cit.

Clamor todos eſtratagemas.

DIFFICVLTAS X.

Quare dicitur, quod audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus?

1935. QVæritur, vnde occaſionem indignationis decem Apoſtoli ſumpſerunt?

Theophyl. in Abul. cit. q. 89.

1. RESPONSIO Theophyli in Abulenſ. citat. q. 89. *Tunc primò indignati ſunt, cum viderunt ipſos à Domino non ſuſceptos, non autem prius indignabantur; quia videbant ipſos aliis à Domino prahonorari.* Quaſi dicat, *more aulicorum ſe portauerunt; quia ſine gratia, & amicitia Principis eos viderunt, tunc indignati ſunt contra eos; quando vero à Christo honorabantur portando eos ad Thabor, tunc ab omnibus venerabantur*, quaſi noſtro Hiſpano ſermone dicamus, *Contra el des valido las piedras ſe leuantan.* Vnde dixit Chryſoſtom. in Matth. *donec Christi ſententia incerta erat, non triſtabantur alij Diſcipuli. Sed tunc irati ſunt, quando eos increpauit.*

Aulici priuatos adorant, ſi vero caduti omnes eos perſequuntur.

2. RESPONSIO Hieronymi in caten. cit. 1936. *Non ad mulieris rem audaciam referunt poſtulantis, ſed ad filios, quod ignorantes menſuram ſuam, non modica cupiditate exarſerunt.* Quaſi dicat: O ambitio, quæ non mortalium pectora vris, quæ etiam Diſcipulos Chriſti exarſiſti primo, & ita eorum audacia, non matris repulſa fuit.

Hieronym. in cat. citat.

TRACTATVS LII.

AD MORES,

In Cap. XX. Matth.

De Paßione Chriſti & de filiorum Zebedæi ambitione.

DIFFICVLTAS XI.

Quare Chriſtus ſecretò Diſcipulos ſuos aſſumpſit?

1937. QVÆRETVR ex qua occaſione ſecreto Chriſtus loquutus fuit cum Diſcipulis?

Chryſoſt. in litt. cit.

1. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in litt. citat. *Quia ſi populi audirent, quod paſſurus eſſet in Hieruſalem, ſuaderent clamantes, quod non iret ad paſſionem.* Vnde Beuxamis ſerm. 11. de Paſſione, *adeo Chriſtus fuit amator generis humani, vt vbi conſolatione indigere videbatur, ibi compatientes conſolaretur.* Quaſi dicat, ipſe erat paſſurus, & obices doloris tam Diſcipulis, quàm turbis releuare conatur, populis vt non audirent ſuas pœnas excuſando, & Diſcipulis ſecretò conſolationem tribuendo, *Et Theophilactus non decet impedire quem ſponte, & pro ſalute omnium patitur, ſed congruum eſt vt ille magis laudibus efferatur, & celebretur; per crucem enim, & mors deſtructa eſt, & infernus captiuatus.*

Paſſio Chriſti non impedienda ſed aſtimanda.

Beuxam. ſerm. 11. de Paſſione.

Amantis pœna ſunt dulces, & rem amatã zelare procurat.

1938. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare in die Sabbathi, præcipiebat Deus, vt nemo laboraret, tu & filius tuus & ſeruus tuus, & bos.* Exod. 20. n. 10. Sic legit Paginus. Et reſpondit: *Conſidera, quæſo beneuolentiam, & charitatem ſummi Dei, vt ſecum voluerit omnia quieſcere; neque tamen ſecum iubeat omnia laborare; ſolus ipſe cuncta creat. Et ſi fas eſt dicere ſex diebus laborat nobis; ſeptimo vero die omnia ſecum ad quietem inuitat; ſic ſolus Chriſtus paſſus eſt, & torcular calcauit ſolus; ita vt de gentibus non ſit cum eo vir*, Iſaias ait c. 63. n. 3. Quaſi dicat, amor verus in propria animoſus in amici pericula tuta timet. Et ideo ſecreto ſeparat Diſcipulos, & confortat illos de aſcenſu in Hieruſalem, vbi ipſe ſolus erat paſſurus, & populis noluit, quod hoc innoteſceret, vt pœnas excuſaret, & ſolus ille dolores ſuſtineret; quia ſciebat, quod ſi ſcirent paſſionem eius omnes clamarent, & lamentando euitare procurarent illam.

Oleaſter in Exod. 20. n. 10. Tranſl. Pag.

Iſai. 63. n. 3.

Amor verus dolores ſibi aſſumit, vt lateret res amata.

1939. Hinc Richardus de S. Laurent. lib. 1. cap. 7. de laud. Virg. *Bene ait ſponſa, id eſt, anima fidelis ſub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi*, Cant. 2. *& fructus eius dulcis gutturi meo, quia vmbra Chriſti propriè eſt eorum qui cruci adhærant & ab ipſa obumbrantur quia ſolus furorem paterna iracundia eiſdem temperat. In hac vmbra vita anima eſt.* Et D. Leo ſerm. 19. de Paſſ. *cum quiſpiam obſeruantia Chriſtiana ſe limitem ſentis excedere, & in id cupiditates ſuas tendere, quod eum à recto itinere faciat declinare, recurrat ad Paſſionem Domini, & in ligno vitæ motus noxia voluntatis adfigat, & hac voce prophetica ad Deum clamet, & dicat confige clauis timoris tui carnes meas.* Et Richardus citatus, *quidquid boni facere poſſet optimus homo pro Dei amore, reſtellin eorum,*

Richard. de S. Laur. lib. 1. c. 7. de laud. Virg.

Cant. 2.

Paſſio Chriſti vmbrat Eccleſiam.

S. Leo ſerm. 19. de Paſſ.

Paſſio Chriſti leuamen omnium laborũ.

Richard. cit.

lib de Naboth. *Diuina mouetur iuſtitia & iniuſtum Regem digna ſeueritate condemnat; quam iuſta, quam ſeuera ſententia, vt quam intulit alteri mortis acerbitatem, eam ipſe mortis ſuæ horrore diſſoluere prodeeretur.* Quaſi dicat, qui iudicatis terram diligite iuſtitiam: nam omnipotens, qui ſuauiter diſponit omnia, ita magnatorum pœnas parat, vt culpæ iniuſtitiæ ſoluantur.

Sap. 1. n. 1.

1946\. Hinc Lyranus ſua in gloſſa ad mores, *Per Achab Regem aliena cupientem, ſignificatur homo potens, qui cupidus eſt boni alieni, per Iezabel, quæ viam peſſimam inuenit habendi vineam alienam per mortem innocentis: ſignificantur homines mali qui ſunt potentibus coniuncti, & dant eis conſilia peſſima rapiendi ſimplicium, & innocentium bona.* Quaſi dicat, multoties plus nocent amici, & priuati Prælatorum, quam ipſi Domini, quia vt Bernardus dixit Eugenio Papæ; *Bene quidem vales, ſed latera tibi dolent.* Et Ambroſ. c. 12. lib. de Naboth, citat. ait: *Loquens ad ſocios, & ſeruos impios ſuſurrones ſeruitis ad miſeram ſeruitutem, quia ſeruitis errori, ſeruitis cupiditati, ſeruitis ambitioni, & malitiæ, quæ expleri non poteſt.*

Lyran. ſua in gloſſa. *Suſurrones ſocij Prælatorum impij & ſcelerati.* *Bernard. de conſider. ad Eugen.* *Ambroſ. lib. de Naboth, c. 12.*

1947\. Et Beuxamis ſect. 8. de paſſ. loquens de iniuſtitia Phariſæorum & Sacerdotum contra Ieſum, ait; *Quoniam multitudo ad cædem Chriſti fuit inflammata propterea lapſa in Barathrum periit.* Et Cyrillus Alexandrinus loquens de iniuſtitia tam ſeruorum, quam Dominorum Pontificum & Sacerdotum, ait, *Pilatus dixit,* Matth. 27. *Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam,* ait lib. 12. in Ioann. c. 16 *neque enim peccatum ſuum fateri veretur, qui iniuſtè eum flagellauit, vt & idem ipſi agnoſcant, interim eos accuſans qui cupidè eum in cadem hominis iuſti clamore, & tumultu vrgeant, quorum animos mitigandi gratia, tam iniuſtum ſcelus patratum vident; neque tamen miteſcunt.* Quaſi dicat, quis iniuſtitiam talem audiuit, quam ipſe Iudex ſuo ore fatetur perpetraſſe, & flagellaſſe innocentem vt Sacerdotum iniuſtitiæ pateret, & Principium impietas flecterentur. Neque profuit, ſed plus nocuit, quia vt Beoxamis ait:

Beuxam. ſect. 8. de Paſſione. *Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 16.* *Principes, & Magnates deſoluti non verentur peccata publicare.* *Beuxam. cit.*

Vt rabida tygres nunquam poſuere furorem,
Donec cæſorum fuſus cruor armentorum.

Et vt Eccleſiaſticus cap. 12. n. 16. ait: *Inimicus ſi inuenerit tempus non ſatiabitur ſanguine,* nulla alia potentes fieri ratione, niſi quia auctoritas Principum ſupplet, probationes omnes iuris diuini, & humani, vt Abulenſis inſinuauit, quia nulla alia ratione Principes Sacerdotum condemnauerunt Chriſtum.

Eccleſiaſt. c. 12. n. 16. *Inimici vindictam vſque ad mucronem deſiderant.*

DIFFICVLTAS XIII.

Quare Chriſtus dixit, & tertia die reſurget?

1948\. QVæritur, quare hic Chriſtus mentionem de ſua reſurrectione fecit?

1\. RESPONSIO Chryſoſtomi in litt. cit. *Vt cum paſſionem, & triſtia viderent de lætitia reſurrectionis recordarentur.* Vnde Hieronymus in Matth. *Iuxta vtramque naturam diuinitatis, & carnis, nunc magnitudinis ſuæ, nunc humilitatis ſignum demonſtrat.* Et Beuxamis: *hanc lætitiam, inquit Petrus, teſtatus eſt,* cum Act. 2. dixit, *Chriſtum ſuſcitauit Deus ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri ab eo; David enim dicit* Pſ. 15. n. 8. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear, propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea.* Quaſi dicat, poſt triſtitiam ſemper lætitia narratur, vt plus ſapiat, & æſtimetur. Vnde D. Thom. in Matth inquit, *Bis factus eſt terræ motus; vnus quidem Chriſto expirante, vt motus cordium ſignificaretur; alter ipſo reſurgente, vt noſtra ad gloriam cum lætitia tranſlatio deſignetur.* Quaſi dicat, ita triſtia, & mera, ſicut læta & iocunda corda conturbant; prima ex triſtitia, ex lætitia ſecunda. Vnde Chryſologus ſerm. 80. *Vos autem gaudere conuenit, non timere; quia ſurrexit, quem quærebatis mortuum, venit, quem lugebatis occiſum.* Quaſi dicat, qui in memoria continua de paſſione Chriſti mœrent abſque dubio lætantur de eius reſurrectione in æternum. Ideo dicit Chryſoſtomus, quod dixit Chriſtus Diſcipulis, & tertia die reſurget, vt cum paſſionem, & triſtia viderent, de lætitia reſurrectionis recordarentur.

Chryſoſt. in litt. cit. *Inæqualis fortuna tolerabilior.* *S. Hieron. in Matth.* *Act. 2.* *Pſ. 15. n. 8.* *Lætitia magna cohiberi non poteſt.* *D. Thom. in Matth.* *Corda lætitia, & triſtitia conturbantur.* *Chryſolog ſerm. 80.* *Poſt triſtitiam læta plus ſapiunt.*

Interrogat Lyranus ſua in gloſſa, quare Tobias Angelo ſecum loquenti dixit, *Quale gaudium mihi erit, ſi in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video,* Tobiæ 5 n. 12. Et reſpondit, *hoc non dixit ex impatientia ſuæ cæcitatis, ſed continens gaudium præſentis vitæ, & ſperans gaudium futuræ.* Quaſi dicat, miſcebat triſtitiam cæcitatis cum gaudiis æternitatis; quia tantis donis cæleſtibus replebatur, quod erat temperatio gaudiorum triſtitiis oculorum cæcorum. Et addit Lyranus, *Tunc cum cæcus Tobias clamauit ad cælum, Angelus apparuit in humana ſpecie, & conſolatus eſt eum, quia in hoc ſignificatur glorioſa ſocietas, quæ erit hominum, & Angelorum, quia nulla maior conſolatio iuſtis mœrentibus in hoc mundo poteſt euenire, quam cogitatio reſurrectionis glorioſæ & ſocietatis Angelorum æternæ.* 1949.

Lyranus in ſua gloſſa. *Tob. 5. n. 12.* *Gaudia miſcent iuſtis triſtibus in hoc ſæculo.* *Lyran. citat.* *Cogitatio cæleſtis conſolatio ſanctorum in hoc mundo.*

Vnde D. Bernardus epiſt. 114. *Verum ſolum eſt gaudium quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, cui comparata omnis aliunde iocunditas mœror eſt; omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne decorum fœtidum; omne poſtremo quodcumque aliud delectari poſſit, moleſtum, & in hac conſideratione & moleſtiis humanæ conuerſationis triſtabatur* B. P. N. Franciſcus, cum vt teſtatur S. Bonauentura in opuſc. *Apparuit ei Angelus cum cithara, & ſuauiſſima melodia pſallens Alleluia & hymnos gloriæ perſonans, ita vt lætificatus animus afflictus maneret, & receſſit nuncius cæleſtis quia ſemper Deus miſcere triſtia cæleſtibus, & glorioſis gaudiis conſueuit.* Hinc B. Laurentius Iuſtinianus in Pſ. 87. *Leuaui affectu à terra, vbi eſt amaritudo, ad te, à quo eſt vera lætitia.* Et ſic B. Ægidius, *Vt triſtitias expellerent Chriſtiani, ſolebat ferè ſemper vociferando dicere, Paradiſus, Paradiſus.* Quaſi diceret, quod triſtis lætis æternæ gloriæ miſcenda ſunt, vt veſtigia Chriſti ſequamur, qui poſtquam de ſua paſſione prænuntiauit Diſcipulis dixit, & tertia die reſurget, vt lætitia glorioſæ reſurrectionis vincerent. 1950.

D Bernard. epiſt. 114. *Angelus Franciſco mœrenti pſallens apparuit.* *S. Bonau. in opuſc. de B. Franciſc.* *B. Laurent. Iuſt. in Pſ. 87* *B. Ægidius à Minoritis dicebat nomen Paradiſi vt lætificaret triſtes.*

DIFFICVLTAS

DIFFICVLTAS XIV.

Quare mater filiorum Zebedæi receſſit ad Ieſum?

1951. QVæretur, quare non acceſſerunt ad hanc petitionem filij Zebedæi, ſed vxor?

Abul. in litt. cit. *Ambitioſi fictiones inueſtigabiles quærunt.* *Oleaſter in Num. c. 16. n. 3.* *Tranſl. Pag.*

1. RESPONDET Abulenſ. citat. in littera. *Vt magis diſſimularent petita rei deſiderium.* Quaſi dicat, ambitioſi inueſtigabiles modos quærunt, vt deprauata ſua deſideria ſimulando conſequantur. Vnde interrogat Oleaſter, quare Dathan, & Abiron acceſſerunt ad Moyſem, & Aaron dicentes: *Cur eleuatis vos ſuper congregationem Domini?* Numer. 16. n. 3. Sic legit Pagninus. Et reſpondet; *Solent ambitioſi cauſam ſuam peculiarem communem facere, ne de vitio ſingularitatis notentur. Sic iſti non populo, ſed ambiebant ſibi primatum, ſed ne digito monſtrarentur communem faciunt cauſam ſuam, quaſi non ſuam.* Eodem modo Diſcipuli matrem, vt accedat & petat, introducunt, vt ſuam ambitionem ſimularent, & cæteros contra illos incitarent (ſicut contigit.)

Ambitioſi nomine cautelæ.

1952. Interrogat Lyranus ſua in gloſſa ad cap. 11. n. 35. Iudic. quare Iepthe dixit filiæ ſuæ: *Heu me filia mea decepiſti me, & ipſa decepta es?* Et reſpondit in ſenſu morali, *Iepthe poteſt intelligi homo litteratus potens in Theologia & ſcriptura qui fugiens moleſtias ſæcularium fugit ad Religionis deſertum, quod vocari poteſt Terra Thob, id eſt bona: nam ibi percipiuntur conſolationes diuinæ, Oſeæ 2. ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius: Sed reportata victoria ſæculi ſimulatè & fictè ſolet in talibus ambitio filia vnica Adami deprauati reſurgere, quia ex firmitate hominis procedit, & innumerabilibus modis (ſimulata ſanctitate) exire de religione intentat, & conſequitur, & vanitatibus, & vitiis implicatus gemens in abſcondito cordis ſui dicit cum Iepthe, Heu me filia decepiſti me, minuendo meritum, & requiem, & conſolationes diuinas perdendo, & ipſa decepta es: nam fortius inſurgere conatur ad ipſam immolandam per maiorem humilitatem, & mortificationem, & ſic pugnando viuit inquietus, qui ſolitarius leuabit ſe ſupra ſe, quia ambitionis fictiones, & modi inueſtigabiles omnino ſunt.*

Lyran. ſua in gloſſa. ad cap. 11. Iudic. n. 35. *Iepthe homo litteratus.* *Oſeæ 11.* *Ambitioſi Religioſi poſt victoriam huius ſæculi dignitates ambiunt & ab illis occiduntur.* *Gemitus ambitioſi lamentabiles.*

1953. Hinc Cyprianus lib. de ieiun. & tentationibus dicebat, *Etiam in ſinu Sacerdotum, ambitio dormit; ibi ſub vmbra recubat in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat.* Quaſi dicat, perniciosior eſt ambitio, quæ latet ſub velamento ſanctitatis, quam quæ palam quæ ſua ſunt quærit. Et D. Gregorius hom. 31. in Euang. Lucæ 13. *Vt quid terram occupat, talis Prælatus.* Et addit, *terram quippe occupat, qui mentes alienas fictionibus grauat, terram occupat, qui locum, quem tenet in bonis operibus non exercet.* Quaſi dicat, ad quid in hoc mundo venit, qui innumerabilibus fictionibus, & ſimulationibus diu, noctuque ambit ambitioſus, orbem terens.

Cypr. lib. de ieiun. & tët. *A Prælato ambitioſo hypocrita cauendum.* *S. Gregor. hom. 31. in Euang. Lucæ 13.*

***

DIFFICVLTAS XV.

Quare mulier hæc antequam peteret, adorauit Dominum?

QVæretur, quare mulier hæc tam ſummiſsè Dominum adorauit. 1954.

1. RESPONSIO Abulenſ. citat. in littera. *Vt faueret illi, quia naturaliter animus obſequiis flectitur, vt fauent Principes & Prælati hominibus, qui vocantur, quia pelilles, vt diximus in litt.* Vnde interrogat Oleaſter, *Quare cum Moyſes iniquitates ſubditorum opprimere non poſſit, clamauit ad Dominum dicens, vt quid male feciſti ſeruo tuo.* Sic legit Pagninus, c. 11. Numer. n. 11. Et reſpondet, *ſolent ambitioſi homines arbitrari ſe Deum habere propitium, cum altiora loca, & ſæculi dignitates, & officia conceſſerit, cum potius cum Moyſe ſentiendum eſſet ſecum malè actum eſſe, ſi detur Præfectura.* Vt aduertit Oleaſter, *ſi ſuper hoc (Iudita) quemcunque videris ſub præfectura, quaſi ſub onere gemere, crede illum optime demandatum munus adminiſtrare; quem vero lætum, & cum ſuis amicis gaudentem, & illos in omnibus defendentem dicito illum vtilitatem, & vanitatem in dignitate quæſiſſe*

Abul. citat. in littera. *Prælati ſuis amicis & ſociis fauent.* *Oleaſter in Numer. 11. n. 11.* *Ambitioſi in officiis gaudio repleti ſunt iuſti è contra.*

Hinc interrogat Hugo Carenſis in Ezech. quare cap. 31. n. 6. dicitur, *In vmbraculo illius habitat cœtus gentium?* Et reſpondit; *quia quando Prælatus defendit ſubditos peccatores, tunc prælatio malorum dicitur obumbratio; quia obumbrat ſubditos, ne intueantur ſolem iuſtitiæ, & claritatem veræ doctrinæ.* Quaſi dicat, tantum nocet ſubditis malis ſuperioris vmbra, quam aliter ſe habeat in ſuos Chriſti vmbra: nam hæc nulli eſt onerosa, nemini noxia, nullum lædit, ſed læſionem auertit, & anteuertit, & ob id vmbræ quam alis audes eius faciunt, comparatur, iuxta Pſalmiſtam Pſ. 32. n. 5. *Clamantem protegas in velamento alarum tuarum.* Quæ verba ſic illuſtrat D. Laurentius Iuſtinianus in Cod. MS. *Diuina defenſio alis auium ideo comparatur; quia non onerant, & omnem læſionem auertunt.* Quaſi dicat, non ſicut malorum ſuperiorum vmbra, quæ grauat, & lædit, quando amicorum ſubditorum impietates & peccata operiit, quibus fauet, & præeſt: nam eius occaſione cæteri Religioſi ſancti, & iuſti offenſi, ſine præmio ſuorum laborum exiſtunt, & multoties opprobriantur, & grauiantur. 1955.

Hugo Car. in Ezech. 31. n. 6. *Vmbrare ſocios malos in Prælatu ingens peccatum eſt.* *B. Laur. Iuſt. in Pſ. 32. n. 5* *Malorum vmbra nociua ſanctis & iuſtis.*

De ſimilibus Prælatis fauentibus ſociis ſuis, quia obſequiis & muneribus eos adorant, conqueritur Amos c. 2. n. 8. *Et ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt iuxta altare.* Vbi Hieronym. iuxta tranſlationem Septuaginta ait, *Tantus erat contemptus Dei, vt Sacerdotes veſtimenta ſua, in quibus dormiebant, vel fornicabantur iuxta altare funibus extenderent, & facerent velamina, quo fornicantes in templo nullus aſpicere poſſit.* Et idem Sanctus retorquet in illos Prælatos, *Qui ſcelera ſubditorum tegunt, veſtimenta ſua opponunt oculis videntium, ne eorum videantur flagitia, vt qui altare reſpicit ſtuprum, non ſuſpicetur.* Quaſi dicat, mala hæc res Sacerdotes, 1956.

Amos 2. n. 8. *Hieronym. in Amos. Tranſl. LXX.* *Velamen peſſimorum Præſulum ſocij iniqui.*

dotes, & Prælatos tangit, qui peccata habitu ſacerdotali, vel ſuperiori contegunt, & dignitatis officio ſocios iniquos obumbrant.

S.Ambroſ. lib de Noe, & Arca c.4. Gen.6.n.8.

Vnde interrogat Ambroſius lib. de Noe, & Arca c.4. quare dicitur Gen.6.n.8. *Noe inuenit gratiam coram Domino?* Et reſpondit, *ad condemnationem cæterorum, & ad expreſſionem pietatis diuinæ dicitur, nam ſimul oſtenditur, quod hominem iuſtum non obumbrat aliorum offenſio.*

Prælati ſine affectionibus ſociorum, & amicorum inueniunt gratiam coram Domino.

Quaſi dicat, iniquitas totius generis humani, non debet nocere optimo Prælato; neque ſocietas quadrupedum, & ſerpentum venena, qui ingreſſi ſunt cum eo in arcam illi nocuerunt, & ideo inuenit gratiam coram Domino. Et è contra, qui ſocios, & amicos obumbrat, & ipſorum peccatis particeps efficitur tacendo, & diſſimulando ſcelera, hic ad condemnationem ſuam obſequiis & adorationibus inclinatur, & repulſam à Chriſto ſperet, ſicut matri filiorum Zebedæi adoranti, & petenti contigit, vt Abulenſis inſinuat.

DIFFICVLTAS XVI.

Quare mulier petiuit dexteram, & ſiniſtram?

1958.

QVæretur, quare binas manus petiuit mater iſta?

Caietan. in litt. citat.

1. RESPONSIO Caietani in litt. citat. *Nolunt alter ſub altero ſedere, vt ex vtreque latere ſint primi.* Quaſi dicat, *ſuperbus non admittit ſimilem, neque æqualem.*

Superbus non admittit æqualem.

Olcaſter in Gen.c.1. n.26. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, quare Geneſ.cap.1.n.26. *Cum Deus hominem formare de limo terræ decreuit*, dixit, *Faciamus hominem in imagine noſtra, ſecundum ſimilitudinem noſtram?* Sic legit Pagninus. Et reſpondit; *Arguit locus iſte hominum ſuperbiam, qui nolunt ſibi ſimilem, aut æqualem habere ſed deturbant eleuatum, ſi poſſunt.* Quaſi dicat: O ſuperbe nunquid tu maior es Deo, qui ſui ſimilem non ſolum patitur ſed & facit? nec hoc ſolum, ſed puluerem ita euehit, vt omnium creaturarum ſuarum Dominium ei tribuat, vt ferè ſibi æqualem eſſe arbitraris.

1959.

Theodoret. q.36 in gloſſ. cit. 4.Reg.11. n.1.

Vnde interrogat Theodoretus q.36. in gloſſ. citat. *Quare Athalia mater Ochoſiæ ſurrexit, & interfecit omne ſemen Regium*, 4.Reg.11.num.1. Et reſpondit, *quia erat impia, & ſuperba, & voluit omne genus Dauid tanquam pium radicitus extinguere, vt arrepto imperio, ſuam doceret impietatem.*

Superbi ſimiles Athaliæ crudeliſſimæ.

Quaſi dicat, ſuperbia regnantis non admittit ſocietatem, neque inter conſanguineos ſuperioritatem, ſed vtramque ſedem ſibi vſurpat, ſicut mater filiorum Zebedæi oſtendit.

Lyranus ſua in gloſſa.

Et addit Lyranus noſter ſua in gloſſa. *Athalia libidine regnandi filios filij ſui interfecit.*

Superbus neque filios regnare permittit.

Quaſi dicat, ſuperbia ſibi ſoli honores adquirit.

Baſil. in cõſt. monaſt.

Hinc Baſilius in conſt. monaſt. *Vocauit eam dulcem ſpiritualium operum ſpoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, blandiſſimam bonorum noſtrorum deprædatricem, & mortiferi hominum mentibus poculi porrectricem.*

Superbia vas veneno plenum.

Quaſi dicat, ſuperbia vas eſt veneno plenum quod bibentes ſemper occidit, & qui ſedes ſupremas occupant præcipites collidit.

Vnde Gotfridus Tilmanus explicans cap.17. Ezech. n.3. *Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri*, ait: *Aquila hæc, ſuperbia eſt, grandis ſua æſtimatione, non veritate; magnarum alarum, ſcilicet cogitationum, quibus ambulat, vel magis euolat in magnis, & mirabilibus ſuper ſe longo membrorum ductu deſcribitur, dum terrenis facultatibus dilatatur, & longitudinem promittit ſibi dierum. Plena plumis, & varietate, id eſt, vanitate, & mutabilitate.* 1960.

Gotfrid. Tilm. in Ezech.17. n.3.

Aquila ſimilis ſuperbus. Cogitationes ſuperborum altiſſimæ. Superbi potentes longitudinem dierum ſibi promittunt.

Quaſi dicat, *Libanus candidatio* (teſte Hieronymo) *interpretatur, & ad Libanum accedit aquila ſuperba, vt deuoret medullam Cedri, & ſummitatem frondium eius extollat; dum omnium excellentiorem locum ſubducere conatur, & frondoſas foliorum laudes prætendit, & ſedes ſublimiores ſibi ſoli debitas cogitat.*

Hieronym. in Matth. *Libanus candidatio interpretatur.*

Chryſoſt. hom.27. exponẽs verba Pauli ad Hebr.11. n.38.

Vnde Chryſoſt. hom.27. expendens illud Pauli ad Hebræos, *Quibus dignus non erat mundus*, ait: *quid igitur vis in hac vita recipere; iniuria quippe eſt, ſi in hac vita mercedem recipias.* Quaſi dicat matri filiorum Zebedæi ſedes in hac vita principales petenti, non quæras in hac vita retributionem, ſi enim omnis mundus non eſt dignus filiis tuis, cur partem aliquam petis.

DIFFICVLTAS XVII.

Quomodo intelligatur, neſcitis quid petatis?

QVæretur, quare Chriſtus reſpondit, neſcitis quid petatis? 1961.

1. RESPONSIO Hieronymi in litt. citat. *Et eſt ſententia Chryſoſtomi dicentis, frequenter Dominus patitur Diſcipulos ſuos non rectè dicere, aut facere, vt magis (quaſi dicat) bonitas, & pietas diuina reluceat.*

Hieronym. cit. in litt.

Amor Paternus diſſimulat defectus illorum.

Oleaſter in Num.14.n.3. Tranſl. Pag.

Vnde interrogat Oleaſter, Numer.14 n.3. *Quare cum filij Iſrael neſcientes quid dicerent, vociferabantur querelas contra Deum dando, vtinam mortui eſſemus in terra Ægypti, contra quos Deus ſuppliciis minans dixit, percutiam populum peſte.* n.12. Quare tunc proſtratus Moyſes in terra replicauit Numer. cap.14. *Et nunc Domine manifeſtetur fortitudo tua, quemadmodum loquutus eſt os?* Et reſpondit: *arbitrantur Prælati fortitudinem ſuam extendere & magnificare, ſi in ſubditos miſeros, & in debiles, defectuoſos, in aliquo ſeuiant nimis, ſi iniuriam vindicent, & nihil quod illorum dignitatem offendit patiantur ſed non ſic Dominus, ſed parcendo, & diſſimulando nomen potentiſſimi adquirit.* Quaſi dicat, conuenientiſſime ergo Moyſes Dei fortitudinem magnificandam dicit, ſi ſubditis parcat diſſimulando; & ideo Chriſtus Diſcipulis ambitioſis reſpondit, neſcitis quid petatis; quia amor paternus frequenter diſſimulat filiorum defectus.

n.12.

n.17.

Diſſimulatio defectuum ſubditorum magnificat famam ipſorum.

Vnde interrogat Lyranus ſua in gloſſa, quare Dauid ſanctus filium ſuum Amnon de concubitu cum ſorore ſua Thamar non fortiter puniuit, imo dixit Scriptura, 2.Reg.13.n.21. *Quod noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui, quo-* 1962.

Lyranus in ſua gloſſa.

2 Reg.13. n.21.

niam

Prudentia Prælati in ſecreto punire diſſimulando.

niam diligebat eum? Et reſpondit, *noluit contriſtare filium prout tunc, ſed diſſimulauit, quia erat debilis & infirmus, & dolens de facto.* Et addit; *tenendum eſt tamen, quod aliter corripuit eum ſecretò, licet non ſit ſcriptum; quia in reprehenſionibus debet expectari opportunum tempus.* Quaſi dicat, paternus affectus multa diſſimulat etiam ſi doleat corde de defectibus ſubditorum.

Salnian. l. 2. de Prouid.

Vnde dixit Saluianus lib. 2. de Prouidentia; *Scelus quidem grande ab vno fratre committitur, ſed pænis ab alio vindicatur, inter hæc autem Pater Dauid facinore vtriuſque punitur.* Quaſi dicat, etiam ſi diſſimulabat Paternus amor, dolor facinoris corde lugebat; quia prudens Prælatus diſſimulans, & tacens luget, & grauiter reſpondit, neſcitis quid petatis.

Prælati puniendo dolent de punitione.

1963. Abul. citat. in litter. *Imprudentes extra tempus poſtulãt quod deſiderant.* Oleaſter in Numer. 14. n. 12. Tranſl. Pag.

2. Responsio Abulenſis in litt. citat. *Neſciunt quid petant; quia inordinatè, & extra tempus petebant, quia prudentia debet expectare occaſionem*, vt Hiſpani dicunt, *Eſperar ſazon y tiempo.* Vnde interrogat Oleaſter, quare cum ingrati Iſraëlitæ audita fama terræ promiſſionis in Ægyptum reuerti conabantur, lugentes, & dicentes vtinam mortui eſſemus in terra Ægypti. Quare tunc dixit Dominus ad Moyſem, *Vſquequo irritabit me populus iſte?* Numer. 14. num. 11. ſecundum tranſlationem Pagnini? Et reſpondit, *cur Domino non ſæuis in eos, & percutis niſi prius apud ſeruum tuum querelas deponas?* Et addit acute Oleaſter: *O immenſa, & ineffabilis pietas diuina occaſionem optimum ſupplicandi repræſentat, vt furenti, & excitato precibus occurreret apud omnium irum proponit.* Quaſi dicat, expectabat Deus tempus, vt omnes ſcirent, quantum Moyſem æſtimabat, & nullum ita aptum niſi cum furore excitatus eſſet; quia tunc placatum illum agnoſcerent. Vnde ſtatim vt pro eis orauit, Dominus dixit, *Peperci ſecundum verbum tuum.* Ecce quid docet nos Deus, vt tempus & occaſionem in omnibus expectemus; quia ſi ipſe circa nos tempus expectat, quomodo nos ad perpetranda beneficia ordinatè, & ad tempus petere debemus? Sed non ex abrupto, & inordinatè ſicut mater filiorum Zebedæi.

Etiam priuati occaſiones poſtulãdi expectant.

1964. Hier. lib. de trad. Hebr.

Vnde interrogat D. Hieronymus, ex quo colligit Ioab, *Quod cor Regis Dauid verſum eſſet ad Abſalon, propter quod miſit Thecnam mulierem ſapientem, & inuenta parabola, veniam à Patre poſtularet pro facinore occiſionis Principis Amnon?* vt patet 2. Reg. 14. Et reſpondit: *Cor Regis verſum eſſe ad Abſalon Ioab vidiſſe dicitur ex quod viderit eum pro illo ſuſpirare.* Quaſi dicat, cum duos annos permanſiſſent expectando occaſionem Ioab, vt pro amico ſuo Abſalon rogaret Regem, & non inueniſſet contigit, quod pro illo ſuſpirauit, & ſtatim inuenta occaſione tempus non perdidit, & vocauit ſapientem mulierem, & induxit, quomodo deberet ænigmaticè veniam petere à Rege ſicut contigit. Vnde Lyranus ſua in gloſſa, *Prudenter & in tempore mulier locuta eſt.* Et addit, *ex quo videtur eſſe falſum, quod aliqui dicunt hanc mulierem ad litteram duos filios habuiſſe, quorum vnus interfecerat alium; quia ex tunc non fuiſſet ſimulatio luctus; ſed veritas, nec eſſet locutio figuralis, ſed magis rei geſtæ, cuius contrarium dicitur in textu,* 2. Reg. 14. *Poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc Ioab, vt verterem figuram ſermonis huius.* Quaſi dicat Thecuitis mulier: O Rex Domine mi Ioab expectabat tempus, & occaſionem, vt à te veniam pro Abſalon conſequeretur, & inuenta, poſuit omnia verba, quæ narraui in os meum. Et addit mulier: *Tu autem Domine mi Rex ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia ſuper terram.* Quaſi dicat, debes prudentiam Ioab laudare, quia tempus, & occaſionem expectauit. Vnde ſequitur; & ait Rex ad Ioab, *Ecce placatus feci verbum tuum, vade & reuoca filium Abſalon.* Vnde Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 22. *Quæ diſſimulata ſunt diuturna eſſe non poſſunt, ſed tanquam virentia ad tempus decidunt.* Quaſi dicat, animus, & amor Paternus, odium perpetuum non ſeruat, ſed expectat tempus, & occaſionem, vt ordinatè omnia fiant.

2. Reg. 14. *Suſpiria ſigna ſunt naturalis cordis quæ ſunt intra cor.*

Per duos annos iratus Dauid contra Abſalon.

Lyran. ſua in gloſſ.

Mulier Thecuitis nõ habuit filium mortuum à viuo.

Prudentia ordinat, & diſponit ad tempus.

S. Ambroſ. lib. 2. offic. c. 22.

Paternus amor citò malorum obliuiſcitur.

Hinc Theodoretus q. 29. in gloſſa, laudans prudentiam Thecuitis, quæ ſuo tempore Regem temperauit ſuis ſapientibus verbis, ait: *Non licebat (inquit mulier rectè vir) ò Rex tibi ſupplicare, quamobrem Ioab ſuggeſſit mihi vt vterer hoc circuitu verborum, vt in ficto caſu, tuum videns quod mihi adhibiturus eras medicamentum hoc tibi ipſi adhiberes. Dauid his viſis iuſſit quidem redire Abſalon.* Quaſi dicat, ſapiens mulier, quæ ſuo tempore, & ordinatè poſtulat quidquid voluerit conſequetur, vt Thecuiti contigit, quæ vero ſine occaſione, & intempeſtè, repulſam, ſicut mater filiorum Zebedæi, cui Chriſtus dixit, neſcitis quid petatis.

1965. Theodoret. q. 29.

Mulier prudens placat irã hominis.

Petitiones ex abrupto cognoſcunt.

DIFFICVLTAS XVIII.

Quare dicitur poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, &c. at illi poſſumus.

QVæritur, quomodo tam audacter reſpondent Diſcipuli dicentes, poſſumus? 1966.

1. Responsio ſit Chryſoſtomi in litt. citat. *Hoc dicunt, non tam ex fiducia ſua fortitudinis quam ex ignorantia.* Quaſi dicat, in expertis leuia impoſſibilia videntur, & multa promittunt ex innocentia, quæ adimplere, & promiſiſſe citò dolent. Vnde interrogat Oleaſter, *Quare fratres Ioſeph tam audacter dixerunt ei.* Geneſ. 44 n. 10. *Is in quo inuentus fuerit ſcyphus argenteus moriatur, & nos ſerui tui erimus?* Et reſpondit, *facilè innocentes ſeſe pænis obligant (ego vero addo & culpis.)* Et addit Oleaſter, *vbi etiam diſcimus non eſſe verba prodigenda, neque facilè promittendum, quod neſcis, an poſſis præſtare.*

Chryſoſt. in litt. citat.

Inexperti audaces ad omnia.

Oleaſt. in Geneſ. 44. n. 10.

Vita cum diſcretione facienda.

Hinc quæſtio perdifficilis inter expoſitores exorta eſt, *An bene Iephte fecerit vouendo Deo, dicens:* Iudic. 11. n. 30. *Quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ; mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, ita holocauſtum offeram Domino.* Vbi Lyranus, inter expoſitores, Scripturæ primus, ait; *Licet autem illud votum proceſſerit, ex deuotione tamen factum fuit indiſcretè, quia de domo ſua poterat primo egredi canis, qui non eſt animal immolatitium, imo nec in oblatione poterat recipi eius pretium.* 1967. Iud. 11. n. 30

Lyran. ſua in gloſſa.

Vnde Petrus Comeſtor in Hiſtor. Scholaſtica cit. in gloſſa. *Iephte fuit in vouendo ſtultus, in* 1968. Petr. Comeſtor in Hiſt. Scholaſt.

ſoluendo impius. Et Theodoretus q.19.In Iudic. *Stolida erat Iephthe pollicitatio*,& addit: *Dominus per illum erudiens cæteros vt prudenter & diſcretè promiſſiones ſuas emittant eadem hanc non cohibuit.* Quaſi dicat: Dolores poſt votum & promiſſionem in Iepthe aduerti debent, ne idem contingat multis,qui intrepidè, & inconſideratè vota promittunt, & poſtea, vel non adimplent, vel coacti, & violenter viuunt, & deſperati Et Procopius in comment.ſuper hunc locum ait: *Promiſſio nimis fuit feruida, & ex amore deſperatæ victoria profecta,ſuggeſſit vero ei Sathanas gloriæ prætextu, vt Deo victimam legi aduerſam immolaret; quemadmodum Adamum quoque oculorum aperiendorum prætextu ad diuini mandati tranſgreſſionem adduxit.* Quaſi dicat, multi,& multæ ex ignorantia (non ex fortitudine, tanquam experti) ex diabolica ſuggeſtione & ſuorum Parentum fallacia vota promittunt & ſtatim cum ad virilem, & maiorem ætatem perueniunt intus in corde clamant dicentes; Væh mihi quia decepiſti me Pater, vel Mater, & ipſa decepta ſum.

Theodoret. q.19. in Iudic.

Vota multa coactè & deſperatè adimplentur.

Procop in comm.ſup. lib.Iudic.

Suaſione parentũ multa adoleſcentula ex infamia in Religionẽ ingrediuntur. Peccant grauiter qui adoleſcentulas cogunt intrare Religionem.

1969. Et Iuſtinus Martyr q.99. ad Orthod. *Iephte votum imprudenter pronuntiauit,cœpit Diabolus occaſionem ex imprudenti voto aſſumere,& conatus eſt inde laqueum tendere Iephte, quo delinqueret; itaque impulit filiam, vt ei obuiam prodiret,vt à filia ſeſe continens,votum eſſet irritum, ſed ille pluris fecit voti ſolutionem, quam vitam filiæ. Permiſit autem Deus illum immolari, non quaſi humano ſanguine delectetur,ſed quod documentum ſtatueret poſteris, ne vnquam imprudenter Deo vota nuncuparent, ſed quoniam immolando filiam præbuit ſe cuſtodem religionis erga Deum, propterea eius facta eſt mentio in enumeratione iuſtorum* Quaſi dicat,Diabolus ſolicitus eſt nimis, vt poſt vota, facta defraudentur, & non adimpleantur,ſed primò attentè.& ne ſicut inexperti multa promittant, ſed iam promiſſa fortiter pugnent,& laborent adimplere.

Iuſtin.Mart. q.99 ad orthod.

Vota promiſſa non coactè, ſed ſpontaneè adimplenda.

1970. Et Tertullianus lib.3. Sacrorum Poematum aduerſus Marc.

Tertul. l.3. aduerſus Marc.

Iepthe fide firma,qui duro vulnere votum;
Auſus mercedem belli Deo dicere grandem.
Hic quia quã non vult Dominus promiſerat
amens,
Occurrit primo cæſum ſibi pectore pignus,
Nulli ſperata cedit,quod ſorte repoſto,
Promiſſum vt ſtaret ſoluit pia iura parentis;
Peccati votum violenta mente cooperuit
Immanis timor orbata ſolatia vitæ
Pro ſcelere obtinuit famã, pro crimine laudem.

Pro fama vana,& honore inania multoties vota promittuntur,quæ coactè adimplentur.

Quaſi dicat, timeant inexperti leoia,& inconſiderata promittere ne,fortè poſtea grauia coactè adimpleant.

1971. Et D. Hieronymus in cap. 7. Hieremiæ, *Si Iepthe obtulit filiam ſuam virginem Deo non ſacrificium placet ſed animus offerentis.* Et D. Ambroſ.lib.3. offic.cap 22. *Filia Iepthe redit ad Patrem; quaſi ad votum rediret & voluntate propria cunctantem impulit, fecit arbitratu ſpontaneo, vt quod erat impietatis fortuitam fieret pietatis ſacrificium.* Quaſi dicat,ſumma virtutis perfectio eſt, cum à parentibus adoleſcentulæ inexpertæ includuntur, iam votis factis ſacrificate ſe animo,& mente,& illud quod in parentibus impietatis fuit facere holocauſtum voluntatium pietatis: nam è contra operando ſine dubio eum pulſauerint ianuam clauſam inuenient, & vocem ſponſi audient dicentem, *Neſcio vos, quia ex ignorantia, & non ex fortitudine dixiſtis, poſſumus bibere calicem tribulationum, & laborum, cum tanquam impoſſibilia, non adimpleta videantur.*

S. Hieron. in cap.7. Hieremiæ.

Animũ promiſſionũ accepiat Deus.

Ambr. lib.3. offic.c.22.

Multo nobiles fæmina ex acceſſit ara virtutum faciunt & Deo mirificè ſeruiunt.

Matth.25.

5. RESPONSIO fuit Chryſoſtomi in litt. citat.; *Res enim pretioſa non niſi magno pretio comparatur.* Quaſi dicat, dignitas Apoſtolatus, & honor amicitiæ Dei, non niſi bibendo calicem paſſionis comparatur. 1972.

Chryſoſt. in litt.cit.

Interrogat Oleaſter, quare cum Dominus elegiſſet legatos ſuos Moyſem, & Aaron dixit illis,Exod.3.n.19. *Ego noui, quod non permittet vos Rex?* Et reſpondit, *ſolet Dominus dicere ſeruis ſuis,quæ paſſuri ſunt propter opera virtutis, & vt amicitiam ſuam mereantur, & confortat eos dicendo, quod bibendo calicem tribulationum, ſuperabunt aduerſarios ſuos.* Et addit,ſic Ioann. 16.& 17. *Christus cum ſuis in mundum mitteret, quæ à mundo paſſuri erant prædixit eis,in mundo, inquit, preſſuram habebitis ſed confidite, ego vici mundum.* Quaſi dicat, Chriſtus,vt prudens legiſlator labores & martyria proponit pro defenſione ſuæ amicitiæ, dicendo poteſtis bibere calicem.Sed ſtatim fortalitium promittit,& dat dicens, *Quem ego bibiturus ſum.* Quaſi dicat, eſtote fortes in bello, *quia ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi, & ita confortati ſunt Apoſtoli nimis,& dixerunt poſſumus.* 1973.

Oleaſter in c.3.Exod. n.19.

Tranſl. Pag.

Verba Chriſti forta iſtum ſdet.

Ioan.16. & 17.

Prudens legiſlator difficili e propo nit,& ſauet eũ operãtur.

Amicitiæ vero huius mundi, & honores ſæculi; è contra promittunt gaudia,& innumerabiles moleſtias & inſidias cauſant. Vnde interrogat Ioſephus lib. 5. antiq c. 13. *Quare cum nuptiæ Samſonis celebrarentur maiores ciuitates dederunt ei triginta amici ſodales, qui e[..]ent cum eo?* cap.14. n.11. Iudicum. Et reſpondit, *cum Thamnitæ omnes eſſent in epulis nuptiarum metuentes fortitudinem iuuenis, triginta iuxta eum pubertate præcelſos conſtituerunt,ſermone quidem velut amicos & ſocios,opere vere cuſtodes.* Quaſi dicat, amicitia huius mundi ſemper fallacias perpetratur, & cogitat, vt gaudia nuptiarum in luctum conuertantur. Vnde Lyranus ait, *iſti fuerunt aſſignati ſub ſpecie ſocietatis & honoris nuptiarum.* Et Ruperi. in lib.Iudic. cap.16.ait, *Samſon interpretatur Sol eorum; Quis autem Chriſtum neſciat,Solem verum eorum,qui habent oculos & in cœlum aſpiciunt.* Quaſi dicat, ſolus Chriſtus eſt verus amicus ſuorum, quia vſque ad cœlum empyreum ſubleuat ſeruos ſuos, qui ea,quæ ſurſum ſunt reſpiciunt. 1974.

Ioſeph.l.5. antiq.c.13.

Iudic.c.13. n.11.

Amicitia mundi fallaces.

Rupert. in lib.Iudic.

Amicus verus Chriſtus.

Et Lyranus *Samſon accepit vxorem de filiabus Philiſthinorum, vt per hoc daretur occaſio pugnandi contra eos,vt habetur in textu. Sic Prælatus qui in Religione, & Eccleſia Dei honorandus eſt debet eſſe amicus Dei per virtutem & gratiæ infuſionem, & debet accipere in vxorem ſapientiam Philoſophorum, & ſcientiam ſcripturarum de qua dicitur* Sap. 8 *hanc quæſiui mihi ſponſam accipere & per illam habet occaſionem pugnandi contra infideles & hæreticos. qui rationibus ſophiſticis, & fallaciis inuoluunt Catholicos ſimplices ſapientiam Philoſophicam ignorantes.* Quaſi dicat: Væh temporibus iſtis calamitoſis, vbi tam pretioſa res,& honor dignitatum, & præfecturarum, tam vili pretio æſtimantur, quod non 1975.

Lyran. citat.

Prælati qui ſunt amici Dei quibus conſtent.

Prælati debẽt eſſe docti.

Dignitates Eccleſiaſtica pignus pretioſum apud Deum.

ſolum Philoſophia, & Scriptura ſacra contra hæreticos; ſed neque optima grammatica coo-tra ignaros comparatur,& iſti cum interrogantur, ſi ſciunt virumque teſtamentum audacter reſpondent ſcio & iterum interrogati ſi poſſunt ſuſtinere Eccleſiam Dei, dicunt poſſumus voce, non opere imitantes Apoſtolos idem reſpondentes & adimplentes.

DIFFICVLTAS XIX.

Quare Chriſtus Diſcipulis dixit non eſt meum dare vobis?

1976. QVæretur, quomodo Chriſtus non poteſt ſupremas ſedes dare?

Hieronym. cit. in litt.

1. Responsio fuit D. Hieronymi in litt. citat. *Quicumque talem ſe præbuerit, vt regno cælorum fiat dignus hoc accipiet, quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt.* Quaſi dicat, non eſt meum dare vobis ambitionis habitu ſi induti fueritis, quia ita non agnoſco vos. Vnde interrogat Oleaſter, quare Exod. 29. n. 12. dicitur, *Pro peccato ambitionis Sacerdotum, offerre facies, iuuencum, & carnem iuuenci, & pellem eius, & fimum combures igni extra caſtra.* Sic legit Pagninus. Et reſpondit, *vt diſcamus, quam grauia ſunt peccata ambitionis in Sacerdotibus ex munere, quia quanto peccata ſunt grauiora, tanto pretioſiori victimâ expiantur.* Et addit: *apertiſſimè locus iſte oſtendit, quantum abhorreat Deus peccata ambitionis in Sacerdotibus, quod non ſolum feces & fimum ſacrificij pro eo relegare, ſed & carnes extra caſtra in locum immundum proiici, nihil reliquiarum permanere permittens.* Quaſi dicat: Diſcamus Sacerdotes non ſolum peccata ambitionis à nobis ablegare, ſed nihil reliquiarum eius in cogitato permittere, ne Deus reliquiis offenſus oculos a nobis auertat, & dicat, *Non agnoſco vos veſte viri ambitioſi veſtitos.*

Ambitioſos non agnoſcit Chriſtus.

Oleaſter in Exod. 29. n. 12. Tranſl. Pag.

Ambitio Sacerdotũ Deo abominabilis.

Veſte ſordida Sacerdotes ambitioſos veſtitos Deus non reſpicit.

1977. Vnde Auguſtinus in Pſ. 126. *Quid eſt, quod Chriſtus dicit, non eſt meum dare vobis?* Et reſpondit, *non eſt meum dare ſuperbis; hoc enim adhuc erant, ſed ſi vultis illud accipere, nolite eſſe quod eſtis, aliis paratum eſt, & vos alij eſtote.* Quaſi dicat, reliquiæ ambitioſiorum fœtent apud Deum, & auertit oculos ſuos à Sacerdotibus ambitioſis & manu poſita ante oculos non agnoſcit eos. Et Bernardus hom. 4. in Miſſus eſt. *Videas quoque & homines pernitioſos ad honores Eccleſiaſticos peruolare ſibique applaudere, ſanctitatem veſtium dumtaxat mutatione, non mentium, dignos ſe exiſtimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt.* Quaſi dicat, quis audiuit talia horribilia quod ea, quæ Deus abhorret & videre non poteſt, oculos inſipientium miniſtrorum captet, & alliciat, & fictam ſanctitatem veſtibus ambitionis palliatam in ſublime collocet, quorum reliquiæ Deo pluris faſtidiant.

Auguſt in Pſ. 126.

D. Bernard. hom. 4. in Miſſus eſt.

Ambitioſi ſordida veſte induti fallaces.

1978. Et Stephanus Cantuarienſis in allegoriis Gotfridi Tilmani in lib. 1. Reg. 10. n. 24 explicans illa verba, *Et erat Saul electus & bonus,* ait: *Saul idem eſt quod petitio, & addit, talis debet eſſe, qui ad curam eligitur animarum. Sic Prælatus debet poſtulare non ſe ingerere, vt ſit vocatus tamquam Aaron.* Quaſi dicat, ambitioſi ſemper ſunt intrepidi, ſubtiles, feruoroſi, qui in noſtra lingua Hiſpania vocantur, *Entremetidos, bulliciosos, e intrepidos,* à quibus Deus faciem ſuam auertit; quia ambitio à longe fœtet, & Deus tantummodo ab humilibus honoratur.

Stephan. Cant in alleg. Tilm. 1. Reg. 10. n. 24.

Ambitioſi infatigabiliter inſerviendo Prælatis.

1979. Hinc Bernardus lib. 4 de conſider. ad Eugen. *Pro quo rogari ſit ſuſpectus, qui ipſe rogat pro ſe, iam iudicatus eſt, nec intereſt per ſe, an per alium quis roget.* Quaſi dicat, ſemper qui ambitioſè rogant per ſe, vel per fauores aliorum fimus & fæces communitatis ſunt, quorum reliquias extra caſtra Deus comburere præcipiebat; quia munera, & oblationes illorum, & reliquiæ ambitioſi hoc & plus merentur. Hinc apud veteres Stoicos erat adagium, *Stultos male olere ſicut cœnum. Simulant multis modis ſuperbiam, & exterioribus apparentiis.* Sed ſi deſiderata non capiant, fulgora, & tela ignita contra Superiores proiiciunt. Propter quod Chriſtus alia occaſione dum ſuperbirent Apoſtoli, dixit, *Videbam Sathanam tamquam fulgur deſcendentem de cælo, Et duobus dixit hodie, non agnoſco vos ſuperbos.* Quod idem eſt ac dicere, *non eſt meum dare vobis elatis, conuertimini, & eſtote humiles, & reſpiciam vos, quia Deus humiles reſpicit.*

Bern. lib. 4. de conſider.

Fimus & fæces communitatis ambitioſiores.

Axioma Stoicorum.

Ambitioſi, vt cœnum commo ſi ſuetant. *Luc. 10. n. 18.*

DIFFICVLTAS XX.

Quare audientes decem Diſcipuli indignati ſunt de duobus fratribus?

QVæritur, quare cæteri Diſcipuli tantum indignati ſunt contra duos fratres? 1980.

1. Responsio Theophyl. in litt. citat. *Indignati ſunt; quia viderunt ipſos à Domino non ſusceptos.* Quaſi dicat, cum a fauore Regis viderunt eos deſtitutos indignati vexauerunt eos, immemores fauorum, quos dilecto Ioanni aliàs fecit, & Iacobo in monte Thabor. Vnde interrogat Oleaſter; *Quare tantâ perſecutione filij Iſrael vexati ſunt?* Et reſpondet, Exod. 1. n. 8. *quia ſurrexit Rex nouus in Ægypto, qui ignorabat Ioſeph.* Et addit, *parum erat geſta præclara ignorare, niſi & eius reliquias, & ſucceſſores affligeret & perſequeretur laboribus indicibilibus ponens ſuper eos Principes tributorum.* Quaſi dicat, hæc eſt variabilis fortunæ viciſſitudo, vt ille qui à Rege bene præuiſi omnes acclamationibus ſubleuabant, ſi aſpectu aduerſo proſpiciatur omnes vſque ad mucronem eum, & omnia eius perſequuntur.

Theophyl. cit. in litt.

Oleaſter in Exod. 1. n. 8. Tranſl. Pag.

Rota fortunæ inſtabilis, & quos ſublimat ſi cadit, opprimit.

Vnde interrogat Lyranus ſua in gloſſa, quare Eſther cap. 7. n. 9. dicitur, *Quod Harbona, vnus de Eunuchis, qui ſtabant in miniſterio Regis dixit ei, en lignum quod parauerat Mardochæo, qui loquutus eſt pro Rege ſtat in domo Aman habens altitudinis quinquaginta cubitos. Nonne multi Eunuchi erant in palatio Regis, quare iam ſpecialiter nominatur Harbona?* Et reſpondit, *quia iſte Eunuchus fuerat ille, qui vocauerat illum ad Regis conuiuium, vt habetur infra.* Quaſi dicat, ille qui Aman cum priuatus erat, & fortunatus, primum locum dabat & tenebat inter amicos, 1981.

Lyran. ſua in gloſſa. Eſth. 7. n. 9.

Inimici domeſtici crudeliores.

Eſth. 5. n. 9.

amicos, & proximos, vt vidit iratum Regem contra Aman ſtatim tradidit illum, & nuntiauit quod lignum erat in domo eius paratum, ex quo iuſſit Rex quod pereat in eo.

1982. Sed quid exemplis ſacræ Scripturæ immoror, cum his noſtris temporibus vix reperiatur familiaris, & priuatus à Regibus, qui in tota fortunæ duret, & cum ceciderit, omnes qui eum exaltabant, miniſtrabantque & adorabant, perſecutores, & tortores immanes fiunt non ſolum perſonæ, ſed & totius generationis eius, & ſemper eſt verum illud Poëticum dictum:

Priuato impoſſibile eſt, quod ſubſiſtant in felicitate.

In ſe magna ruunt, ſummiſque negatum
eſt ſtare diu,
Tolluntur in altum, vt lapſu grauiore
ruant.

Chryſoſt. homil.39. ad Pop.

Vnde Chryſoſtomus hom.39 ad popul. Antiochen. *Gloriam aliter aſſequi non licet, niſi gloriam fugiendo; nam donec eam ſectamur nos fugit; cum autem eam fugimus, nos ipſa ſequitur.* Et addit, *ſi vis eſſe in ſublimi, ne te ſublimem facias. Et alioqui quidem honores non quarentes, omnes honorant; ambientes vero aſpernantur, & calumniantur, & contra eum indignantur, vt videre eſt.* Quaſi dicat, in duobus contra quos decem indignari ſunt. Et concludit Chryſoſtomus, *Magnum eſt elationis malum, ſtultum eſſe melius eſt quam inſolentem.*

Honores fugiunt ab ambitioſis.

Stultus plus amatur quã inſolens.

1983. Hinc Bernardus lib.1.de conſider. *O ambitio crux ambientium, quomodo omnes torquens, omnibus places, nihil acerbius cruciat, nihil moleſtius inquietat.* Quaſi dicat, ambitioſi in ipſa cruce ambitionis ſibi delectantur tormentis, ſola cogitatione imperandi. Et Innocentius III.lib.2. de contemptu mundi. *Corrumpitur ſomnus ambitioſi, amittitur appetitus, debilitatur virtus, attenuatur corpus, & ſic in ſe ipſo deficiens non dimidiat dies ſuos, ſed miſerabilem vitam miſerabiliori fine concludit.* Quaſi dicat, *infelicem quis ſe cogitare, & fuiſſe beatum & ſtatim videre, obligatos ingratos, & indignatos, inter ſe loqui, & operari hoc infeliciſſimum genus ſupplicij eſt*, teſte Boëtio lib. de conſolatione.

Bern.lib.1. de conſider.
Ambitio crux ambientium.

Genus ſupplicij fuiſſe Beatum.

Boëtius l.de conſolat.

1984. 2. RESPONSIO Auguſtini & Ambroſij in litera citat. *Quod Chriſtus potius voluit diſſimulare de iure, quam de charitate deponere.* Quaſi dicat, non renuit conſolari Diſcipulos, excludendo totaliter eos, & defraudando à ſuo deſiderio, ſed diſſimulans diuinitatis poteſtatem ad ſuum Patrem remittit; quia charitas omnia ſuffert, & propter vnum defectum non erant abominandi à Chriſto.

Aug & Amb. in lit. cit.

Charitas multa ſuſtinet.

1985. Vnde interrogat Oleaſter, quare dicitur Deuter. 23. n.7. *Non abominaberis Ægyptum, quia peregrinus fuiſti in terra Ægypti.* Et reſpondit: *ſunt multi quibus ſi bona multa feceris propter maiora mala in te collocata, bona illa multa non referunt. Quos locus iſte ſubtiliter arguit; quia non abominari docet Ægyptum, licet multa mala illis intulerit propter alia bona, ſuſceperat eos benignè ac tempore famis pauerat, & in loco optimo terra fecerat habitare, & ideo aliqua mala debebant diſſimulare.*

Oleaſter in Deuter.23. n.7.
Tranſl Pag.
Ab amicis multi diſſimulando defectus.

Vnde interrogat Lyranus, *Quare Abner nimis iratus eſt contra Principem ſuum Iſboſeth eo quod reprehendit eum de ingreſſu ad concubinam Patris ſui, propter quod dixit Abner*, 2 Reg 3. n. 8. *Nunquid caput canis ego ſum aduerſum Iudam hodie? Et addit, minando Principem Iſboſeth, hac faciat Deus Abner, & hac addat, niſi quomodo iurauit Dominus Dauid, ſic faciam cum eo, vt transferam regnum de domo Saul, &c. Vnde, & ex qua occaſione tam imminentia mala & adimpleta. Vnde tanta ira vindicta, & vecordia?* Et reſpondet Lyranus, *eo quod multa fecerat bona propter ipſum Iſboſeth, & malum leue neſciunt diſſimulare.* Quaſi dicat, indicium ſtultitiæ eſt in magnatibus, & Prælatis propter vnum defectum leuem, ingentia beneficia geſta obliuiſci. Vnde Interlinealis in gloſſa ait Abner dixit: *Nunquid caput canis ego ſum, id eſt, Princeps ſtultorum.* Et addit, *quia iſta fuit cauſa, vt nutu Dei transferatur regnum ad Dauid.* Quaſi dicat; Potentes, qui propter leues cauſas furorem oſtentant, & ingratitudine, & furore replentur, immemores omnino charitatis, & dilectionis alias debitæ, imprudentes ſunt. 1986.

Lyran.ſup. in gloſſ. 2.Reg 3.n.8.

Diſſimulare leuia prudentia eſt, ne magna amittantur.

Interlinealis gloſſa.

Stulti Prælati ingratique qui neſciunt diſſimulare aliqua.

Vnde Hieronymus de trad.Hebr. *Abner conqueritur de ingratitudine Principis Iſboſeth, dicens: Nunquid caput canis ego ſum, ac ſi diceret propter te, & propter domum patris tui dicor caput canis eſſe contra Iudam, eo quod non reducam domum Iſraël ad Dauid* Et addit Hieronymus, *caput canis, ſe dicit eſſe vilem eo quod à Iuda ſic haberetur ſicut latrans canis, & eo quod Princeps eſſet ſtultorum hominum ingratorum, quia ſicut canes contra inanes ſpecies latrant; ſic illi contra voluntatem Dei pugnabant.* Quaſi dicat, ingrati, & ſtulti dicuntur illi qui periculo omnia perdendi exponunt ſe eo quod leuem defectum diſſimulare neſciunt; quia prudentia & charitate priuantur. De quibus optimè Seneca lib. de benefic. dixit: *Ingratis quoque pœna cum ipſo munere incurrit;* quia quando imminentia mala eueniunt, tunc pœnis & afflictionibus replentur; *Chriſtus autem vt ſapiens legiſlator*, inquit Ambroſius, *audito defectu Diſcipulorum, non deſperantes illos, imo conſolando dixit, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo, id eſt, vobis ipſis emendatis & in humilitatem conuerſis. Vnde rectè maluit de poteſtate ſua diſſimulare, & de iure diuinitatis quam de charitate deponere*, vt Ambroſius inſinuauit. 1987.

Hieron.de trad.Hebr.

2.Reg 3.

Ingrati quare ſtulti dicuntur.

Senec.lib.de Benefic.

Qui pericula non timent citò pœnitet.

Ambroſ. cit.infra.

Et D. Epiphanius ſermone de laud. Virg. aſſignans cauſam propter quam Chriſtus erat mitis corde, & ſuaui conditione ait, *Quia fuit Virgo Maria Mater eius; quia Maria facta eſt feneſtra cœli, & per illam Deus deſcendit ad terram, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlum, quia iſta fuit reſtauratio prima maledictionis.* Quaſi dicat, propter ſuperbiam, & elationem Adæ ſedes Paradiſi perditæ fuerunt, & per Mariam quaſi per feneſtram Verbum æternum induit veſtimentum ſuauitatis & miſericordiæ, & per ipſam homines reſtaurauerunt per humilitatem, quod per elationem 1988.

D.Epiphan. ſerm.de laud.Virg.

Maria Mater mitiſſima quare.

Humilitas feneſtra cœli.

Ee 2 abolitum

Richard. de S. Laur. l. de laud. Virg.

abolitum erat. Vnde Richardus lib. de laud. Mariæ: *O quot auxilio Mariæ Virginis, & precibus erepti ſunt de laqueo ſuperbiæ, & quotidie eripiuntur.* De quorum numero quamuis indignos, nos faciat, ſoli Deo, & tam immaculatæ Matri Mariæ gratias exhibentes pro conſummatione laboris huius Secundi Tomi noſtræ Catenæ Aureæ Matriti Anno Domini 1650.

FINIS SECVNDI TOMI
Aureæ Catenæ Sanctorum Eccleſiæ Doctorum.

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ in hoc ſecundo Tomo continentur.

p, *paginam*, n, *verò numerum marginalem deſignat.*

Vetus Teſtamentum.

Ex libro Geneſis.

Cap.1. n.1. *IN principio fecit Deus cœlum, & terram.* p.216 295.n.1717. & 1767

92. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* p.323.n.1958

28. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram,* p.1.in Prologo.

16. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos.* p.1.in Prologo.

10. *Et vocauit Deus aridam terram.* p.118 n.757

4. *Diuiſit lucem à tenebris.* p.142 n 877

6. *Fiat firmamentum.* p.238.n.1417

2. 2. *Requieſcit ab omni opere, quod patrarat.* p.75.103.n.507.& 669

7. *Inſpirauit in eo ſpiraculum vitæ.* p.123 n.778

10. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis.* p.186.n.1126

3. 16. *In dolore paries filios tuos.* pag.4. n.10

16. *Sub viri poteſtate eris.* p.98.n 643

9. *Adam vbi es.* p.136.n.848

17. *Maledicta terra propter te.* p.202. n.1204

4. *Maior eſt punitio mea, quam vt feram.* p.202.n.1208

3. *Quare concidit facies tua.* p.294. n 1762

14. *Omnis qui occiderit Cain ſeptuplum.* p.55.n.368

14. *Ecce eiicis me hodie à facie tua.* p.216. n.1286

6. 8. *Noe verò inuenit gratiam.* pag.157. n.957

9. 3. *Omne calcans, quod eſt viuens erit vobis in eſcam.* p.166.n.1006

25. *Maledictus Chanaam ſeruus erit fratribus ſuis.* p.195.n.1174

11. 4. *Faciamus turrim.* p.153.n.937

12. *Exi de terra tua.* p.57.n.378

13. 9. *Rogo te, vt des mihi ſpeluncam* p.110 n.711

15. 1. *Et merces tua magna nimis.* pag.241. n.1432

1. *Ego ſcutum tuum & merces.* pag.166. n.1008

2. *Domine Deus quid dabis mihi.* p.155 n.945

5. *Suſpice cœlum.* p.217.n.1293

17. 1. *Ambula coram me integer, & perfectus.* p.34.n.226

4. *Dabo pactum meum inter me, & te.* p.35 n.229

29. *Surge Pater, ſede, & comede.* pag.200. n.1197

18. 3. *Si inueni gratiam coram oculis tuis.* p.216.n.1290

16. *Deſcendam & videbo vtrum clamorem.* p.56.n.369

27. *Loquar ad Dominum cum ſim puluis.* p.197.n.1183

19. 4. *Pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulfur.* p.306.n.1847

23. *Igitur pluit Dominus ſuper Sodomam picem, & ignem.* p.292.n.1749

31. *Non poſſumus quidquam facere donec ingrediaris illuc.* p.31.n.209
12. *Omnes qui tui ſunt educ de vrbe.* p.56. n.372
22.10. *Abraham noli extendere.* pag.189. n.1136
17. *Quid tibi eſt Agar?* p.257.n.1530
23. 4. *Aduena ego ſum apud te.* p.111.n.715
25.22. *Quod cum Rebecca ſentiret diſcordias quas in vtero.* p.312.n.1884
33 & 34. *Vende mihi Primogenituram.* p.88. n.588
27.28. *Det tibi Dominus de rore cœli, & de pinguedine terræ.* p.195.n.1175
28. 5. *Cumque dimiſiſſet eum Iſaac, profectus eſt in Meſopotamiam.* p.79.n.529
12. *Vidit per ſcalam Angelos aſcendentes.* p.181.n.1100
29. 7. *Cum vidiſſet Rachel venientem.* p.187.n.1131
31.36. *Quod eſt peccatum meum, quia ſic exarſiſti poſt me.* p.289.n.1735
31. *Cur furatus es idola mea.* p.32.n 217
43. *Filij & filiæ meæ ſunt.* p.33
32. 4. *Sic loquimini Domino meo Eſai.* p.310. n.1874
3. *Mitto nunc legationem, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo* p.34.n.228
12. *Non permiſit eum maleſacere.* pag.34. n.228
37.22. *Non effundas ſanguinem eius.* p.290. n.1741
18. *Et mutuo loquebantur inter ſe.* p.311. n.1882
18. *Vidētes fratres Ioſeph machinati ſunt occidere eum.* p.239.n.1423
39.14. *Non eſt quiſquam ex viris domus.* p.77.n.517
41.57. *Omnes Prouinciæ veniebant vt emerent.* p.191.n.1149
1. *Somniauit Pharao quid facturus erat.* p.97.n.642
40. *Solio te pracèdam.* p.142.n.874
Tu eris ſuper domum meam. pag.200. n.1196
42.23. *Neſciebant enim eum.* p.311.n.1882
25. *Iuſſit vt in ſaccis tritici ponerentur pecunia.* p.312.n.1883
43.11. & 12. *Tollite de laudabilioribus terræ, & pecuniam duplicem, & ferte Principi.* p.79.n.527
44. 9. *Is cui fuerit inuentus moriatur.* p.276 n.1649
13. *Et ſcindentes veſtimenta ſua.* p.291. n.1744
10. *Is, in quo inuentus fuerit ſcyphus.* p.147.n 1466
45. 5. *Ne timeatis quod prodidiſtis me.* p.52. n.348
47.14. *Ioſeph inuenit gratiam coram Pharaone.* p.288.n.1732
48.14. *Extendenſque dexteram ſuper caput Ephraim.* p.230.n.1373
49. 8. *Iuda te laudabunt fratres tui.* p.217. n.1293
50.20. *Vos cogitatis de me malum.* p.43.n.289

Exodi.

Cap.1. n.22. P*Racepit Rex viris populi ſui.* p.141. n.870
16. *Præcepit Rex obſtetricibus.* p.140 n.868
11. *Affer, ſapientes ſimus in eum.* pag.25 n.169
1. *Egreſſus eſt vir de domo Leui.* pag.93. n.609
17. *Timuerunt Deum obſtetrices.* p.120 104 n 765. & 675
8. *Surrexit Rex nouus.* n.1981
2.16. *Venerunt ad hauriendam aquam.* p.186.n.1126
14. *Nunquid occidere me tu cogitas.* p.309. n.1867
3.11. *Quid ſum ego, vt vadam ad prædicandum,* p.24.230.294.n.162.1373. & 1763
14. *Qui eſt miſit me ad vos.* p.162.n.986
2. *Apparuitque Dominus in flamma ignis.* p.239.n.1425
19. *Ego noui, quod non permittet vos Rex.* n.1973
4.6. & 7. *Et apparuit candida ſicut nix.* p.23. n.151
1. *Ecce non credent mihi, mitte quem volueris.* p.170.n.1026
8. *Si non crediderint tibi, neque audierint ſignum.* p.280.n.1673
18. *Vadam & reuertar ad fratres meos in Ægyptum.* p.281.n.1679
5. 7. *Non adiicietis dare paleas populo.* p.189.n.1738
n.vlt. *Quare miſiſti me, ex eo enim quod ingreſſus ſum ad Pharaonem.* pag.305. n.1839
5. *Dimitte populum meum.* p.98.n.647
7. *Confitebitur deſuper peccata ſua.* p.23. n.153
6. 1. *Nunc videbis quæ facturus ſum.* p.305. n.1839
12. *Ecce filij Iſraël non audient me.* p.52. n.347
7. 1. *Dedi te pro Deo ipſi Pharaoni.* p.103. n 672
9. *Si locutus fuerit ad vos Pharao.* p.225. n.13[illegible]3
22. *Vocauitque Pharao maleficos.* p.12.n.75
11. *Et fecerunt Ægyptij ſic incantationibus ſuis.* p.25.n.164

8.29. *Orate Dominum meum, vt auferat ranas, &c.* p.98. n.647

25. *Ite ſacrificate Deo noſtro.* pag. 123. num. 776

24. *Non venit muſca grauiſsima, &c.* p.186.n.1127

9.12. *Ego indurabo cor Pharaonis.* p.263. n.1564

28. *Orate Dominum vt non ſint tonitrua.* p.122.n.774

12.12. *Tranſibo per terram Ægypti.* p. 79. n. 528

18. *Maleficos non patieris viuere ſuper terram.* p.56.n.372

2. *Menſis eſt vobis caput menſium.* p.278.n.1665

13.21. *Et non recedebat columna nubis.* p.320.n.1941

14.12. *Melius eſt nobis ſeruire Ægyptiis.* p.226.n.1346

19. *Et profectus eſt Angelus, qui ibat ante illos.* p.241.n.1432

16.8. *Non aduerſus nos eſt murmur hoc ſed aduerſus Deum.* p.272.n.1631

9. *Numquid parum vobis eſt, quod ſeparare fecit Deus Iſrael vos.* p. 31. n.207

21. *Separate vos de medio congregationis, & conſumam eos in momento.* p.31.n.260

17.7. *Non eſt Deus in medio noſtri.* n.701.

18.12. *Aaron & Hur ſuſtentabant manibus ſuis manus Moyſis.* pag.109. num. 707

13. *Et vidit Socer Moyſis, omnia, ſcilicet, quæ agebat in populo* pag.215. n.1280

21. *Conſidera ex omni populo viros fortes.* p.214. n.1275

8. *Narrauitque Moyſes ſocero ſuo omnia.* p.247.n.1466

20.12. *Honora Patrem tuum, & matrem tuam.* p.7.n.39

8. *Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices.* p.254.n.1515

10. *In die Sabbathi requiem habebitis.* p.319. n.1938

21.7. *Tulit vitulum, & combuſsit igne, & cineres dedit ad potandum.* p. 153. n.933

23.29. *Non eiiciam à facie tua inimicos tuos.* p.143.n.884

9. *Peregrinum non anguſtiis afficies.* p.255.n.1521

4. *Si occurreris boui inimicantis tibi reducendo reduces.* p.256.n.1526

22. *Odio habebo odientes te.* p.289 n.1734

2. *Non accipias auditionem mendacem.* p 296.n.1772

8. *Non accipias munera quoniam excæcant.* p.307.n.1851

24.16. *Audient Ægyptij, & dicent, vt perirent, eduxit illos.* p.186.n.1129

15. *Aſcendit Moyſes in montem, & operuit nubes.* p.274.n.1639

10. *Aaron, & Moyſes gauiſi ſunt valde, quia viderunt Deum, & in pedibus eius, ſicut opus lapidis ſapphiri.* p.275.n.1647

25.4. *Accipe omnes Principes populi, & ſuſpendere facient eos Domino.* p. 52. n. 345

27.12. *Aſcende in montem iſtum, & vide terram.* p.53.n.356

28.9. *Accipe duos lapides Onychinos.* p.55.& 257. n.363.& 1532

29.1. *Tolle iuuencum filium bouis.* pag.55. n. 366

22. *Tolles ab ariete adipem.* pag. 56. n. 370

7. *Accipies oleum vnctionis & fundes ſuper caput eius.* p.211.n.1255

12. *Sumes & adipem totum qui operit inteſtina.* p.243. 250. num. 1446. & 1478.

12. *Iuuencum & carnem iuuenci, & pellem eius.* p.250. n.1476

30.18. *Facies concham æneam.* p.57.n.376

31.15. *Deſcendit Moyſes de monte, & duæ tabulæ in manu eius.* p.152.n.931

21. *Quid tibi fecit populus iſte.* pag. 11. num. 66

32.31. *Obſecro Domine peccauit populus iſte.* p.149.n 917

1. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* p.164.154.271 & 278. n. 997.& 941.& 1625.& 1663.

7. *Vade deſcende.* p.157.n 959

1. *Vidit quod illuderet illi populus in deſcenſu in monte.* pag.166. n.1010

10. *Videns autem populus quod detectus eſſet vitulus.* p.154. n.942

11. *Vt quid iraſcitur furor tuus in populum.* p.153.& 9.n.938.& 53

26. *Occidat vnuſquiſque proximũ ſuum.* p.156.n.951

10. *Et conſumam eos, & faciam te in gentem magnam.* p.157.& 8.num.956. & 48

23. *Et quid dicent Ægyptij.* p.9. n.54

10. *Et ſic dimitte me.* p.10 n 61.

14. *Et pœnituit hominum malum quod cogitauerant facere.* p.11.n.67

25. *Videns autem populus quod eſſet nudatus.* p.11n.72.

13. *Recordare Domine Abraham Iſaac, &c.* p.11.n.74

20. *Tulit*

20. *Tulit vitulum, & combuſſit igni.* p.12.n.79
29. *Conſecraſtis manum veſtram Domino.* p.13.n.84
21. *Quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper eum peccatum grande.* p.151.n.925
27. *Occidat vnuſquiſque fratrem ſuum.* p.152.n.932
32. *Tollite inaures aureas de vxorum filiarumque, vel vt Pagninus ſuperauerunt ſe omnis populus ab inauribus.* p.157.n.960
19. *Et proiecit tabulas, & confregit eas.* p.164.n.1090
Hi ſunt dij tui Iſrael. p 164
6. *Sedit populus manducare, & ſurrexerunt ludere.* p.165.272.n.1003. & 1629.
7. *Vade, deſcende, peccauit populus.* p.258. n.1535
10. *Vidit populus quod moram fecerat.* p.271.n.1625
Non videbit me homo, & viuet. p.278.n.1664
1. *Viro huic qui eduxit nos de terra Ægypti, ignoramus.* p.294.n.1763
33. 15. *Niſi tu ipſe praceſſeris nos.* p.142. num. 874
34. 1. *Dola tibi duas tabulas lapideas.* p. 17. n.111
33. *Non cognouit Moyſes quod reſplenduiſſet facies.* p.18.278.n.114. & 1663
30. *Et timuerunt appropinquare ei.* p. 18. n. 117

Leuitici.

Cap. 1. num. 3. *Coniunget manum ſuam ſuper caput holocauſti.* p.33.n.220
11. *Filij Aaron Sacerdotis excoriauerunt holaucauſtum.* p.33.n.218
2. 13. *In omni oblatione tua offeres ſal.* p.260.n.1543
5. *Si oblatio fuerit de ſartagine.* p.242. n.1441
4. 15. *Secundum tranſlationem Pagnini, Anima quæ peccauerit per errorem peribit.* p.26.n 171
11. *Pellem iuuenci, & totam carnem ſuper cineres ſacrificiorum comburet.* p.26.n.172
6. *Si Sacerdos vnctus peccauerit aſperges.* p.26. n.174
5. 2. *Homo qui tetigerit immundum, & latuerit.* p.112.n.721
6. 28. *Induet ſe Sacerdos veſte linea, & tollet cineres altaris.* p.120.n.767
11.20. *Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum.* p.146. n.892
12. 2. *Mulier ſi ſuſcepto ſemine fœminam pepererit immunda erit.* pag. 244. n. 1449
13.11. *Neque claudere faciet eam, ſi operuerit lepra omnem cutem plaga.* p. 45. n.297
13. 51. *Leproſus lauabit veſtimenta ſua, & mundus erit.* p.46.n.298
45. *Leproſus veſtimenta habebit ſciſſa, caput eius nudum.* p. 199. n.1193
16. *Si operuerit lepra carnem.* p. 297. n.1782
14. 12. *Si pauper fuerit, accipiet agnum vnum.* p.201. n.1201
17. 7. *Non ſacrificabunt piloſis, vel vt vulgata ait, Dæmonibus.* p.74.n.497
19. *Vnuſquiſque matrem ſuam, & patrem ſuum timeatis.* p.163. n.992
20. 17. *Qui nefariam rem operatur in conſpectu omnis populi necandi ſunt.* p.305.n.1843

Numerorum.

Cap. 1. num 2. *Leuate capita filiorum Iſraël.* p.246.n.1459
3. *Vidit autem Balad, quæ fecerat Iſrael Amorrhæo.* p.246. n.1460
6. 3. *A vino, & ſicera ſeparabitur Nazaræus.* p.101.n.662
9. *Si mortuus fuerit iuxta eum mox fortuito fugiat.* p.101.n.663
18. *Tolletque capillos eius, & ponet ſuper ignem.* p.202.n.666
14. *Adducet ſacrificium ad oſtium Tabernaculi.* p.102.n.667
9. 17. *Ad imperium Domini proficiſcebantur.* p.262. n.1556
11. 11. *Vt quid maleſeciſti ſeruo tuo.* p.322. 130.n.1954. & 821
12. *Non poſſum ego ſolus ferre vniuerſum populum hunc.* p.131. n.827
12. 1. *Conturbati ſunt contra Moyſem propter Æthiopiſſam vxorem eius.* p.141.n.873
8. *Iratus eſt Dominus contra Aaron, & Mariam, & dixit, cur non timuiſtis loqui contra ſeruum meum.* p.293. n.1119. & 1758
6. *Si fuerit inter vos Propheta ſicut Moyſes.* p.80.n.531
1. *Loquuta eſt Maria, & Aaron contra Moyſem.* p.99. n.653
3. *Et audiuit Moyſes, quia erat vir mitiſſimus.* p.261. n.1554

7. Non

7. *Non eſt talis ſicut ſeruus meus Moyſes qui fideliſſimus eſt.* p.262.n.1559
10. *Quare ergo non timuiſti detrahere.* p.262 n.1559
14. 1. *Dederunt vocem ſuam, & fleuerunt.* p.181.n.1102
14. *Et quid facies nomini tuo magno.* p.182. n.1104
16. *Audirnt Ægyptij, & dicent, quia non poterat introducere populum.* p.179.n1091
17. *Magnificetur Domine fortitudo tua.* p.179.323 n.1094 & 1961
40. *Surrexerunt mane, & aſcenderunt.* p.180.n.1097
34. *Diem pro anno portabitis pœnam iniquitatũ veſtrarum.* p.182.n.1107
16. *Homo cuius obſcuratus eſt oculus.* p.232.n.1380
3. *Vtinam mortui eſſemus in terra Ægypti.* p.323.n.1961
12. *Percutiam populum peſte.* ibid.
16. 21. *Separate vos de medio congregationis.* p.117. n 755
22. *Deus ſpiritus omnis carnis.* p.32.n.213
Proiecerunt ſe ſuper faciem ſuam. p 32.n.214
21. *Tollite ex circuitu habitaculi Core.* p.32.n.216
16. 5. *Manè notum faciet Dominus quis ſit ſuus.* p.118. n.760
40. *Murmurauerunt omnes filij Iſraël.* p.228.n.1358
32. *Et deuorauit terra viuos Dathan, & Abiron, fueruntque in ſignum.* p.230.n.1369
3. *Cur eleuatis vos ſuper congregationem Domini.* p.322.n.1538.&.1951
5. *Manè notum faciet Dominus quis ſit ſuus.* p 191.n.1643
9. *Nunquid parum vobis eſt, quod ſeparari fecit Deus.* p.292. n.1755
17. 10. *Refer virgam Aaron in tabernaculum, vt ſeruetur ibi.* p.229.n.1363
13. *Omnis qui accedit ad tabernaculum Domini moritur.* p.214.n.1273
22. *Separamini de medio congregationis.* p.56.n.371
2. *Cape ab eis ſingulas virgas.* p.213.n.1169
18. 9. *Tu & filij tui, & domus Patris tui portabitis iniquitatem ſanctuarij.* p.40. num.274
20. *Ego pars tua, & hereditas tua.* p. 42. num.280
20. 3. *Congregati ſunt contra Moyſem, & Aaron omnis populus.* p.208.n.1242
21. 2. *Si tradideris populum iſtum in manu mea delebo.* p.210.n. 1253
15. *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* p.245.n.1455
9. *Fac tibi ſerpentẽ aeneum.* p.296.n.1776
22. 21. *Et timuit Balã maledicere.* p.63.n.423
28. *Cur percutis me.* p.77.n.519
33. *Niſi aſina declinaſſet de via.* pag.77. num.520
12. *Ecce ego ingreſſus ſum in adiutorium tibi.* p.78.n.524
23. 1. *Ædifica mihi ſeptẽ altaria.* p.195.n.1173
10. *Moriatur anima mea morte iuſtorum.* p.197.1180
9. *De ſummis ſilicibus videbo eum, & de colliſbus.* p.197.n.1184
19. *Nõ eſt Deus, &c. vt mẽtiatur, nec vt filius hominis vt mutetur.* p.199.n.1189
21. *Dominus eius cum ipſo eſt.* p.27. n.177
13. *Veni obſecro mecum in alium locum.* p.311.n.1880
25. 4. *Accipe omnes Principes populi, & ſuſpendere facies eos Domino.* p.308. n.1845
2. *Comedit populus, & adorauit Deos eorum.* p.49.n.324
26. 6. *Miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes.* p.153. n.936
61. *Mortui ſunt cum obtuliſſent ignem alienum coram Domino.* p.53.n 352
62. *Non ſunt recenſiti inter filios Iſrael.* p.24.n.161
9. *Enumera omnem ſummam filiorum Iſraël.* p.287.n.1727

Deuteronomij.

Cap. 4. num 2. *NOn addetis ſuper verbum quod ego præcipio vobis, neque auferetis.* p.63.n.427
16. *Caue ne videatis omnem imaginem.* p.65.n.439
20. *Eduxit nos ex fornace ferrea nouos homines.* p.66 n.448
5. 38. *Ego Dominus Deus tuus fortis æmulator.* p.68.n.456
6. *Attende quod ego Dominus qui eduxi te de terra Ægypti.* p 68. n.458
6. 8. *Ligabis & mouebuntur inter oculos.* p.303.n.1824
8. 1. *Cuſtodietis, vt faciatis, & multiplicemini.* p.184.n. 1116
3. *Nõ in ſolo pane viuit homo.* p.172.n.1034
12. 10. *Terra ad quã ingredieris.* p.241.n.1436
16. 19. *Munera excæcant oculos.* p.297.n. 1781
18. 7. *Dabit Dominus inimicos tuos corruentes in conſpectu tuo.* p.145.n.888
18. *Et dabis Sacerdoti brachium.* p.311. n.1876
22. 1. *Non videbis bouem fratris tui, vel pecus errantes, & abſcondes te ab eis.* p.87. n.578
25. 15. *Pondus*

15. 15. *Pondus & pondus abominatio Dei eſt.* p.320.n.1944
27. 20. *Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt Spiritus Sanctus.* p.310.n.1872
28. 65. *Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum per viam, de qua dixi tibi.* p.56.n.372
10. *Videbunt omnes populi terræ, quod nomen Domini inuocatum eſt.* p. 240. n.1429
32. 15. *Impinguatus eſt Iſraël, & recalcitrauit.* p.56.n.370
32. *Surgant, & opitulentur eis, de quorum victimis adipes comedebant, & bibebant vinũ libaminum.* p.237. n.1408

Ioſue.

Cap.1. n.17. *Sicut obediuimus in cũctis Moyſi, ita obediemus & tibi.* p.103.n.674
7. 1. *Qui abſtulerit anathema.* pag.152. n.932
10. 22. *Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinque Reges, qui ibi latitant peruiſiſque Ioſue, & occidit eos.* p.87.n.581

Iudicum.

Cap.3. n.15. *Aod vtraque manu pro dextra vtebatur.* p.228.n.1355
5. 18. *Cur confuſionem fecit nobis currus eius.* p.271.n.1626
7. 5. *Sicut ſolent canes lambere.* pag.75. n.502
20. *Tenuerunt ſiniſtra manibus lampades.* p.75.n.505
11. 3. *Iephte fugiens fratres ſuos habitauit in terra Tob.* p.297.n.1783
35. *Heu me filia mea decepiſti me, & ipſa decepta es.* p.322. n.1951
30. *Quicumque fuerit egreſſus de foribus domus meæ.* n.1967
13. 22. *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* p.278 n.1664
14. 11. *Dederunt ei triginta ſodales.* numer. 1974
18. *Si non araſſetis in vitula mea, nunquam intelligeretis propoſitionem meam.* p.109.n.706
15. 4. *Cepit Samſon trecentas vulpes.* p.278. n 712.& 1666
16. *Mandibulam arripiens interfecit mille viros.* p.112.n.718
18. *En ſiti morior.* pag. 119. & 279. n.763. & 1670
16. 30. *Moriatur anima mea cum Philiſthiim.* p.120.n.766
21. *Et ſtatim eruerunt oculos eius.* p. 90. n.599
18. *Aſcendite adhuc ſemel quia iam aperuit mihi cor ſuum.* pag.280. n.1675
17. 1. *Michas falſus Propheta ex ducentis argenteis, quos dedit mater fecit Ephod.* p.290. n.1739
19. 24. *Venerunt autem filij Belial.* p.290. n.1742
20. 21. *Et occiderunt de filiis Iſrael in die illa viginti duo millia.* pag. 291. n.1745

Ruth.

Cap.2. n.20. *Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.* p.120 n.768
34. *Et venit abſcondite, & diſcooperto pallio eius ſe proiecit.* pag. 121. n.770

Ex 1. Regum.

Cap.1. n.12. *Porro filij Belial neſcientes Dominum.* p.163. n.992
Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac pro fœnore. ibid.
15. *Effudi animam meam in conſpectu Domini.* p.242.n.1440
2. 24. *Non eſt bona fama quam audio.* p.76. n.511
30. *Quicumque honorificauerit me honorabo eum.* pag. 77. numer. 59. & 515
31. *Et præcidam brachium tuum.* p.520. n. 516
3. 2. *Et retuſa erant acies vomerum, & ligonum.* p.309. n.1864
4. 18. *Et fractis ceruicibus mortuus eſt.* p.269. n.1609
19. *Irruerunt in eam dolores ſubiti, & incuruauit ſe, & peperit.* pag.109. num. 702
6. 4. *Facietis quinque mures aureos in ſimilitudinem, &c.* pag. 152. numer. 928
8. 7. *Non te abiecerunt, ſed me.* p. 273. n. 1630
9. 2. *Saul electus. & bonus, & non erat vir.* p.273.n.1637.& 1978
10. 15. *Et non indicauit verbum hoc neque Patri.* p.281. n.1679
25. *Viuat Rex.* p.217. n.1293
12. 23. *Abſit, vt pro vobis orare ceſſem, licet me iudicem etietatis.* pag. 32. num. 214

13.19. *Et*

13.19. *Et non cecidit verbum de ore eius.* p.110.n.714
1. *Filius vnius anni erat.* pag. 273. n.1634
20. *Deſcendebat omnis Iſraël ad Philiſthiim, vt exacueret.* pag. 309. n. 1864
14.1. *Veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum, ſi forte faciat Dominus.* p.42.n.284
15.4. *Peccaui quia præuaricatus ſum.* p.241. n.1434
30. *Honora me coram ſenibus.* pag.241. n.1435
16. 1. *Vſquequo tu luges Saül.* pag. 242. n.1438
2. *Audiet Saul, & interficiet me.* p.242. n.1438
21.7. *Intus in tabernaculo Domini erat vir quidam nomine Doeg.* pag.109. n.704
22. 17. *Et ſerui Saulis noluerunt ei obedire.* p.103.n.673
1. *Fugit autem Dauid in ſpeluncam.* p.239.n.1414
8. *Audite me nunc filij Gemini.* p.293. n.1759
Nunquid dabit vobis agros. p.294. n.1761
24.13. *Quem perſequeris Rex Iſraël quem perſequeris.* p.197.n.1183
4. *Ingreſſus eſt Saül, vt purgaret ventrem.* p.240.n.1426
14. *Melius eſt enim vt fugiam, & ſaluer in terram Philiſthinorum* p.86. n.577
28.7. *Quærite mihi mulierem habentem Pithonem.* p.246.n.1463
31.5. *Quod cum vidiſſet armiger eius.* p.257.n.1529

Ex 2. Regum.

Cap.1. n.23. S*Aul & Ionathas amabiles.* p.156. n.953
2. *Ne forte lætentur filiæ incircumciſorum.* p.247.n.1466
2. 1. *Non aſcendam in vnam de ciuitatibus.* p.257.n.1531
14. *Quin blaſphemare feciſti.* pag.156. n.951
3.8. *Nunquid canis ego ſum.* n.1985
12. *Timebat enim eum.* p.89. n. 593
8. *Quare ingreſſus es ad concubinas Patris mei.* p.85.n.569
4.5. *Et oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit.* p.67.n.455
12. *Præſcindentes manus, & pedes eorum ſuſpenderunt eos.* p.68.n.460
5. 2. *Ecce nos os tuum, & caro tua ſumus.* p.69.n.463
5.6. *Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cæcos, & claudos.* p.271.n.1626
12. 9. *Vriam Hethæum percuſſiſti gladio.* p.227.n.1351
2. *Diues habebat oues, & boues.* p.258. n.1534
Sermo mihi ad te, ô Rex. ibid.
13. *Et noluit contriſtare ſpiritum Amnon.* p.323.n.1962
19. *Aſperſit ſe cinere.* p.89.n.590
15. 3. *Videntur mihi ſermones tui boni.* p.294.n.1764
3. *Quis me conſtituet iudicem.* pag.259. n.1539
31. *Infatua quæſo Domine conſilium Achitophel.* p.88.n.589
16. 23. *Sic erat omne conſilium, & cum erat cum Dauid & cum erat cum Abſalon.* p.89.n.593
11. *Dimitte eum, vt maledicat.* pag.86. n.575
17. 7. *Non eſt bonum conſilium quod dedit Achitophel.* p.86.n.576
23. *Strauit aſinum ſuum, & diſpoſita domo.* p.256.n.1528
18.14. *Tulit Ioab tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalonis.* p.102.n.668
5. *Seruate mihi puerum Abſalon.* p.104. n.678
Et omnis populus audiebat Dauid præcipientem. p.104.n.677
19. 7. *Surge & procede, & alloquens ſatis fac ſeruis tuis, quod ſi non exieris, &c.* p.90.n.596
13. *Nonne os meum, & caro mea.* p. 90. n.597
22.7 *Ne vnus quidem remanſurus eſt.* p.187. n.1130
23.17. *Propitius ſit mihi Dominus ne faciam hoc: num ſanguinem.* p.293.n.1756
24. 1. *Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael.* p.192.n.1750

Ex 3. Regum.

Cap.2. n 5. T*V noſti quæ fecit mihi Ioab.* p.287. n.1130
8. 35. *Quid hic agis Elia.* p.136.n.848
11. 4. *Et deprauatum eſt cor eius per mulieres.* p.228. n.1359
11.16. *Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai.* p.208.n.1243
10. *Ego autem cædam vos ſcorpionibus.* p.256. n.1522
13. 4. *Et manus Regis exaruit, quam extenderat.* p.209. n.1246

33. *Audiens*

53. *Audiens autem Rex Ieroboam euentum putauit irrita eſſe.* p.211.n.1256

17.9. *Surge, & vade in Sarepta Sidoniorum.* p.217.n.1291

24. *Nunc cognoui quod vir Dei es.* p.217.n.1292

4. *Præcepi enim coruis, vt paſcerent te.* p.276.n.1654

18.18. *Tu ne es ille qui conturbaſti Iſraël non ego conturbaui, ſed tu.* p.210.n.1254

19.3. *Surrexit, & abiit afflictus à facie iræ Iezabel.* p.165.n.1002

10. *Derelictus ſum ego ſolus.* pag.216.n.1289

11. *Egredere, & ſta in monte.* ibid.

10. *Zelo zelatus ſum pro Domino.* p.260.295.n.1544.& 1769

14. *Et derelictus ſum ego ſolus.* pag.260.n.1546

18. *Ego derelinquam mihi ſeptem millia virorum.* p.260.n.1546

19. *Quid hic agis Elia.* p.295.n.1768

21.20. *Non inuenisti me inimicum tibi? inueni.* p.261.n.1549

11. *Maiores natu, & ſeniores fecerunt ſicut præceperat eis Iezabel.* p.320.n.1945

4. *Auertit faciem ſuam ad parietem.* p.17.n.112

22.38. *Et in illo loco canes linxerunt Sanguinem Achab.* p.269.n.1611

20. *Quis decipiet Achab Regem.* p.211.n.1260

24. *Sedecias Sacerdos percuſſit Michæam in maxillam.* p.215.n.1262

25. *Viſurus es in die illa cum fugias.* p.212.n.1262.

19. *Et linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt.* p.215.n.1283

28. *Et canes linxerunt ſanguinem Achab.* p.243.n.1447

25.3. *Abigail erat prudentiſſima.* p.244.n.1450

19. *Et non indicauit viro ſuo.* p.244.n.1452

Ex 4. Regum.

Cap.1. num.10. *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo.* p.262.n.1556

2.12. *Currus Iſrael, & auriga eius.* p.80.n.532

20. *Afferte mihi vas nouum.* p.80.n.534

10. *Rem difficilem poſtulaſti* p.80.& 263.n.533.& 1561

10. *Sed ſi homo Dei ſum deſcendat ignis.* p.212.275.n.1265.& 1644

14. *Et percuſſit aquas pallio, & non ſunt diuiſa.* p.197.n.1182

Vbi eſt Deus Eliæ. ibid.

3.25. *Adducite mihi Pſaltem.* pag.24.n.1430

10. *Heu, Heu, Heu, nunquid faciemus* p.90.n.600

4.35. *Aperi Domine oculos huius.* p.90.num.601

27. *Lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo vſque in ſempiternũ.* p.87.num.580

5. *Accidit quod ferrum caderet in aquam.* p.58.n.382

12. *Quid hic eſſe volumus donec moriamur, ſiue ingredi voluerimus ciuitatem.* p.119.n.761

30. *Viuit Dominus, & viuit anima tua.* p.143.n.1021.& 1442

8. *Erat autem ibi quædam mulier, quæ erat magna.* ibid.

22. *Mitte mecum obſecro vnum de pueris.* ibid.n.1444.

29. *Si occurrerit tibi homo non reſpondeas.* p.276 n.1650

5.17. *Sed, & lepra Naaman adhæreat tibi, & ſemini tuo.* p.122.n.775

6.8. *In loco illo, & illo ponamus inſidias.* p.226.n.1347

22. *Non percuties, neque enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo.* p.88.n.585

16. *Nolite timere; plus enim ſunt nobiſcum quam cum illis.* ibid.n.584

7.2. *Si Dominus fecerit cataractas in cælo.* p.91.n.602

9.3. *Aperies oſtium, & fugies.* p.230.& 296.n.1376.& 1774

33. *Præcipitate eam deorſum.* p.230.& 288.n.1372.& 1728

11.5. *Iſte eſt ſermo, quem facere debetis: tertia pars veſtrum intereat ſabbathò.* p.227.n.1353

11. *Athalia mater Ochoſiæ ſurrexit, & interfecit omne ſemẽ Regium* p.323.n.1959

13.21 *Et proiecerunt cadauer in ſepulchrum Eliſæi.* p 263.n.1561

15. *Sed & Ioas Regis Iſrael flebat.* p.216.n.1288

14.29. *Tibi autem Ezechia hoc erit ſignum.* p.225.n.1342

14. *Et cor Regis conuerſum eſt ad Abſalon.* n.1964

Poſuit in os ancillæ tuæ verba hæc Ioab. ibid.

Vade & reuoca filium Abſalon. ibid.

20.8. *Quod erit ſignum, quia ſanauit me Dominus.* p.99.n.650

11. *Et reduxit umbram per lineam decem gradibus.* ibid.

17. *Ecce*

17. *Ecce auferam omnia, quæ ſunt in domo tua.* p.100.225.n.655.& 1344

Eſdræ.

Cap.2. n 13. *VIdens Neemias Iudæos accipere ducentes vxores Azotidas, & Ammonitas.* p.305.n.1840

Tobiæ.

Cap.1. num 2. *TObias in diebus Salmanaſar fuit in captiuitate poſitus.* p.274.n.1640
2. 10. *Contigit autem quadam die, vt Tobias veniens fatigatus.* p.297. n.1778
5. 12. *Quale gaudium mihi erit.* pag.321. n.1947
8. 5. *Quoniam filij ſanctorum ſumus.* p.151. n.926
12. 7. *Etenim Sacramentum Regis abſcondere.* p.281.n.1681

Iudith.

Cap 8. n.11. *QVi eſtis vos, qui tentatis Dominum, non eſt iſte ſermo, &c.* p.100. n.657
13. 6. *Stetit ante lectum orans.* pag. 115. n.733
13. 11. *Et poſt puſillum exiuit foras.* pag.76. n.508
14. 1. *Suſpendite caput hoc ſuper muros.* p.101.n.659

Eſther.

Cap.1. n.8. *ET non erat qui volentes cogeret ad bibendum.* p.8.n.46
3. 2. *Quod cum audiſſet Aman, & experimentis probaſſet.* p.277.n.1659
7. 9. *En lignum quod parauerat Mardochæo.* n.1981

Iob.

Cap 1. n.19. *VEntus irruens concuſſit à quatuor angulis domus.* p.183.n.1110
2. 20. *Quare miſero data eſt lux.* pag.89. n.591
10. *Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es.* p.123.n.777
5. 2. *Paruulum occidit inuidia.* pag.286. n.1713
6. 4. *Sagittæ Domini in me ſunt quarum indignatio.* p.156.n.954
7. 20. *Et factus ſum mihi metipſi grauis.* p.87. num.578
14. 13. *Quis mihi tribuat, vt in inferno, &c.* p.196.n.1177
18. 6. *Lucerna, quæ ſuper eum eſt extinguetur.* p.245.n.1031.& 1457
20. 14. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum.* p.184.n.1118
24. 19. *Et tranſibunt de aquis niuium, ad calorem nimium.* p.139.n.861
28. 3. *Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis diuidit.* p.216.n.1287
36. 32. *In manibus abſcondit lucem.* p.144. n.885
40. 6. *Sub vmbra dormit, & in ſecreto calami.* p.224.n.1340
41. 24. *Non eſt poteſtas ſub cælo, quæ comparatur ei.* p.161.n.979
25. *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* p.49.n.619

Pſalmorum.

Pſalm.1. *BEatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.* pag. 135. num.843
3. *Et folium eius non defluet.* pag.110. n.714
5. *Quoniam non reſurgent impij in iudicio.* p.198.n.1187
2. 1. *Et populi meditati ſunt inania.* p.212. n.1262
3. *Beati omnes qui confidunt in eo* p.166. n.1009
8. *Erudimini qui iudicatis terram.* p.69. n.464
3. 6. *Ego obdormiui, & ſoporatus ſum.* p.151. n.926
4. 7. *Dediſti lætitiam in corde meo.* p.164. n.998
5. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es Deus.* p.89.n.591
10. *Sepulchrum patens.* p.218.n.1298
6. 8. *Turbatus eſt à furore oculus meus.* p.86. n.572
6. 4. *Et tu Domine vſquequo.* pag. 91. n.604
7. 8. *Exurge Domine in præcepto quod mandaſti.* p.65. n.437
3. *Sagittas ſuas ardentibus effecit.* p.154. & 289.n.942.& 1735
9. *Iudica me Domine ſecundum innocentiam meam ſuper me.* pag.167. n.1012
8. 3. *Ex ore infantium, & lactentium.* p.207. n.1254
9. 10. *Adiutor in opportunitatibus.* p.80. n.1096
3. *Lætabor, & exultabo in te.* p.168. n.1019
14. *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ,*

ſua, & iniquus benedicitur. p. 11. num. 69
20. *Exurge Domine non confortetur homo.* p.33. n.222
10. 1. *Deſpicis in opportunitatibus.* pag.160. n.968
13. 3. *Venenum aſpidum ſub labiis eorum.* p.111 n.715
14. 15. *Et opprobrium non accepit aduerſus.* p.118.n.760
15. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ.* p.41. n.280
10. *Et non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* p.107.n.694
8. *Prouidebam Dominum.* pag. 321. n.1948
16. 10. *Proiicientes me, nunc circumdederunt me.* p.217.n.1294
4. *Ego cuſtodiui vias duras.* p.155.n.945. & 944
17. 44. *Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi.* p.30.n.203
19. *Tu illuminabis lucernam meam.* p.167. n.1012
45. *Fili alieni mentiti ſunt mihi.* p.119. n.1300
30. *In Deo meo transgrediar murum.* p.188.n.1134
18. 26. *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* in Prolog. p.1.
21. 17. *Circumdederunt me canes.* pag.238. n.1418
7. *Ego ſum vermis, & non homo.* p.293. n.1758
25. 3. *Complacui in veritate tua.* p.217. n.1294
30. 7. *Odiſti obſeruantes vanitates.* p. 11. num. 66
32. 9. *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt.* p.172.n.1033
5. *Protegas in velamento alarum.* p.322. n 1955
33. 8. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum.* p.79.n.525
5. *Quoniam alieni inſurrexerunt in me.* p.179.n.1092
35. 15. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* p.165. n.1001
36. 33. *Vidi impium ſuperexaltatum.* p.104. num.679
1. *Noli æmulari in malignantibus.* p.13. num. 82
38. 5. *Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui.* p.57.n.375
39. 6. *Qui dicunt mihi, Euge, Euge.* p.218. n.1296
43. 22. *Propter te mortificamur tota die.* p.155.n.944
45. 6. *Deus in medio eius non commouebitur.* p.140.n.869
46. 1. *Omnes gentes plaudite manibus.* p.170.n.1030
47. 9. *Sicut audiuimus ſic vidimus.* p.62. n.418
48. 19. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* p.34.n.227
49. 4. *Aduocauit cœlum de ſurſum.* p.143. n. 882
5. *Congregate illi ſanctos eius.* pag.191. n. 1151
6. *Et aſſumis teſtamentum.* pag. 233. n.1384
50. *Et in peccatis concepit me mater mea.* p.144.n.1449
57. 11. *Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam.* p.57.n.381
58. 6. *Intende ad viſitandas omnes gentes non miſerearis, &c.* p.212.n.1264
10. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus meus es.* pag.183. n.1115
61. 5. *Cucurri in ſiti.* p.153.n.934
6. *Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea.* p.165 n.1001
64. 12. *Benedices coronæ.* p 298.n.1786
67. 33. *Increpa feras arundinis in vaccis populorum.* p.31.n.211
2. *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.* p.154.n.939
7. *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici noſtri.* p.232.n.1378
Exurgat Deus. p.171.n.1031
68. 9. *Extraneus factus ſum fratribus meis.* p.296.n.1773
71. 8. *Et dominabitur à mari vſque ad mare.* p.58.n.383
72. 18. *Mihi autem adhærere Deo.* p.192. n.1161
23. *Comparatus eſt iumentis inſipientibus.* in Prolog. p.1
26. *Pars mea Deus in æternum.* pag.41. num. 280
23. *Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper.* p.31.n.206
13. *Superbia eorum qui te oderunt.* p.178. n.1635.& 1086
74. 9. *Et inclinauit ex hoc in hoc.* pag.23. n.154
76. 6. *Cogitaui dies antiquos.* pag. 102. n. 665
77. 57. *Conuerſi ſunt in arcum prauum.* p.220.n.1304
49. *Immiſſiones per Angelos malos.* p.292. n.1752
9. *Conuerſi ſunt in die belli.* pag. 183. n. 1115
49. *Miſit iram indignationis ſuæ.* p. 194. n. 1170

79. 6. *Lætati*

79.6. *Letati ſumus pro diebus.* p.184.n.1117
14. *Exterminauit eam aper de ſylua.* p.125. n.782
80. 12. *Os meam aperui, & adimpleuit cor.* p.111.n.715
81. 6. *Ego dixi Dij eſtis.* p.142.n.874
83. 11. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei.* p.121. n.769
2. *Cuſtodi me Domine à labiis operantium.* p.41.n.276
85. 4. *Lætifica animam ſerui tui.* pag.164. n. 999
90. 4. *Sub pœnis eius ſperabis.* p.166.n.1007
10. *Flagellum non appropinquauit.* p.111. n. 717
14. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum.* p.119. n.764
5. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* p.180. n.1095
12. *In manibus portabunt te.* pag. 172. n.1036
92. 1. *Dominus regnauit indutus eſt.* pag.11. num. 73
93. 22. *Et factus eſt mihi Dominus in refugium.* p 76. n.514
96. 8. *Et adorent eum omnes Angeli.* p.198. num. 1186
101. 25. *Et audiuit gemitus compeditorum.* p.121 n.770
103.4. *Qui facis Angelos ſuos ſpiritus.* p.194. num.1170
104.25. *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius.* p.261.n.1563
104.15. *In Prophetis meis nolite malignari.* p.275.n.1646
106.23. *Aſcendunt vſque ad cælos.* pag.161. num. 980
107. 1. *Paratum cor eorum Deus.* pag. 228. num. 1355
108. 4. *Pro eo, vt me diligerent detrahebant mihi.* p.149. num. 910
8. *Maledicant illi, & tu benedices.* p.195.n.1173
113.3. *Omnia quæcumque voluit fecit.* p. 81. num. 537
27. *Non mortui laudabunt te Domine.* p. 284 n. 1701
5. *Benedicti vos à Domino.* p.200.n.1199
115. 5. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum.* p.135.n.843
117. 12. *Circundederunt me ſicut apes, exarſerunt ſicut ignis.* pag. 289. num. 943. & 1736
118. 8. *Paratum cor meum ſperare in Domino.* p. 166. n.1007
18. *Induit maledictionem ſicut veſtimentum.* p.141. n.871
22. *Suſcipe ſeruum tuum in bonum.* p.91. num. 604
80. *Fiat cor meũ immaculatum.* p.34.n.162
67. *Pax multa diligentibus legem.* p. 57. num. 381
18. *Tunc non confundar cum perſpexero.* p.57.n.376
43. *Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me.* p.64.n.434
67. *Priuſquam humiliarer.* p.155.n.944
71. *Bonum mihi quia humiliaſti me.* p.228 & 280.n.1358.& 1673
16. *Non confundas me ab expectatione mea.* p.271. n.1625
120. 4. *Non dormitabit neque dormiet* p.244. n.1449
121. 5. *Quoniam illic ſederunt ſedes in iudicio.* p.191. n.1146
131. *Ecce quam bonum, & quam iocundum.* p.153.n.937
131.24. *Omnia in ſapientia feciſti.* p 6.n 24
138.32. *Et inimici facti ſunt mihi.* pag.260. num.1544
141. 3. *Effundo in conſpectu eius orationem.* p.242.n.1440
143.19. *Voluntatem timentium ſe faciet* p.32. & 29.n.213 & 187
146. 1. *Qui beneplacitum eſt Deo ſuper timentes.* p.63. n.425
147. 9. *Non fecit taliter omni nationi.* p. 166. n. 1010
149. 5. *Lætabuntur in cubilibus ſuis* pag.312. n. 1885

Prouerbiorum.

Cap.3. n 9. H*onora Deum de tua ſubſtantia.* p.10.n.59
4. 11. *Ducam te per ſemitam æquitatis.* p.101. num. 664
7. 7. *Fili ſerua mandata, & legem meam.* p.45.n.296
8. 31. *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.* p 27.n.1771
10. 4. *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa.* p.118.n.757
13. 12. *Spes quæ differtur affligit animam.* p.251 n.1481
14. 13. *Extrema gaudij luctus occupat.* p. 37. num. 242
27 *Timor Domini fons vitæ.* p.42 n.283
18. 4. *Aqua profunda verba ex ore viri.* p.80. num. 534
19. *Ciuitas firma, quaſi vectes vrbium.* p.69 n.‥63
1. *Fugit impius nemine perſequente.* p.108.n.701
19. 25. *Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit.* p.215. n.1282
20. 6. *Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentione.* p.86 n.575

25. 21. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.* p.256. n.1526
27. *Ne glorieris in craſtinum; neſcis enim quid ſuperuentura pariat dies.* p.42. n.284
28. 1. *Iuſtus autem ſicut leo confidens ſine terrore erit.* p.170. n.1027
25. *Qui ſperat in Domino ſanabitur.* p.282. n.1107
14. 13. *Riſus dolore miſcebitur.* p.208. n.1240

Eccleſiaſtes.

Cap. 5. n. 11. **D**Vlcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum ſiue multum comedat. p.103. n.669
10. 1. *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.* p.281. n.1678

Canticorum.

Cap. 1. n. 8. **E**Cce iſte venit tranſiliens. pag. 21. num. 134
4. *Oculi tui columbarum.* p.68. n.458
5. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim.* p.165. n.1004
2. 2. *Sicut lilium inter ſpinas.* p.31. & 124. n.208. & 779
15. *Capite nobis vulpes paruulas.* p.110. n.712
3. 4. *Tenui eum neque dimittam.* p.45. & 168. n.295. & 1021
4. 1. *Oculi tui columbarum.* p.65. n.439
4. *Veni de Libano coronaberis.* pag. 119. n.764
5. 11. *Cœna eius ſicut elatæ palmarum.* p.57. n.375
8. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem.* p.156. n.955
5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus mea ſtillauerunt myrrham.* p.132. & 311. n.831. & 1877
7. *Tulerunt pallium meum murorum cuſtodes.* p.179. n.1092
6. 12. *Quid videtis in Sunamite.* p.198. n.1185
7. 1. *Venter tuus ſicut aceruus tritici.* p.57. n.374
8. 5. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto.* p.277. n.1660

Sapientiæ.

Cap. 1. n. 1. **Q**Vi iudicatis terram diligite iuſtitiam. p.230. n.1945
4. 9. *Cani autem ſunt ſenſus hominis.* p.307. n.1851
13. *Videbunt enim finem ſapientis.* p.79. n.525
5. 3. *Hi ſunt quos aliquando habuimus.* p.197. n.1184
21. *Et pugnabit orbis terrarum contra inſenſatos.* p.202. n.1209
7. *Laſſati ſumus à via iniquitatis.* p.280. n.1677
4. *Nos inſenſati vitam illorum, &c.* p.287. n.1727
6. 7. *Potentes potenter tormenta patientur.* p.308. n.1860
19. *Dilectio cuſtodia legum illius eſt.* p.44. n.293
Cura ergo diſciplinæ dilectio eſt. p.68. n.457
7. 13. *Et ſine inuidia communico.* pag. 96. n.639
8. 1. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* p.257. n.1531
12. 17. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* p.2 .6. n.1 62
1. *O quam bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus.* p.41. n.275

Eccleſiaſtici.

Cap. 1. n. 16. **A**Micus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. p.9. n.56
2. 13. *Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo.* p.166. n.1009
3. 29. *Adiiciet peccatum ſuper peccatum.* p.44. n.291
13. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis.* p.133. n.835
10. *Si vis magnus eſſe humilia te in omnibus.* p.118. n.759
4. 31. *Non confundaris confiteri peccata tua.* p.24. n.158
12. 16. *Inimicus ſi inuenerit tempus non ſatiabitur ſanguine.* p.111. n.717
14. 22. *Beatus vir qui in ſapientia, &c.* p.34. n.226
17. 26. & 27. *Ante hominem vita, & mors bonum, & malum, &c.* p.91. n.603

Iſaiæ.

Cap. 1. n. 5. **S**Vper quo percutiam vltra. p.117. n.756
16. *Quieſcite agere peruerſe.* p.124. n.779
2. *Audite cæli, & auribus percipite terra.* p.143. n.881
15. *Venite & arguite me dicit Dominus.* p.169. n.1023
5. *Super quo percutiam vos.* pag. 228. n.1358
5. 16. *In vmbra manus meæ protexi te.* p.289. n.1736

6. 2. Sex

6. 2. *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri.* num. 1186
7. 11. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo.* p.142. & 263. n.878. & 1561
14. *Ecce virgo concipiet.* pag. 222. num.1319
8. 6. *Pro eo quod abiecit populus hic.* p.144. num.886
18. *Ego & pueri quos donauit.* pag. 235. n. 1392
9. 2. *Habitantibus in regione vmbræ mortis.* p.140.n.869
14. 14. *Similis ero Altiſſimo.* pag.178.n.1086
22. 22. *Dabo clauem domus Dauid.* pag.311. n.1877
18. *Coronans coronabit te corona tribulationis.* p.111.n.717
28. 19. *Vexatio dabit intellectum.* pag. 38. n. 244
30. 15. *Hæc dicit Dominus, ſi quieſcatis ſalui eritis.* p.75.n.507
33. 6. *Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia.* pag.9.n.57
38. 13. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* p.152. n. 929
40. 11. *Sicut Paſtor gregem ſuum paſcit.* p.257.n.1532
41. 16. *In ſancto Iſraël lætaberis.* p.170. & 232.n.1029 & 1378
43. 2. *Ne timeas, quia redemi te Iſraël, cum tranſieris per aquas.* p. 239. n.1425
50. 6. *Faciem meam non aduerti* pag.107. num. 694
51. 16. *In vmbra manus meæ protexi te.* p. 154. num. 939
53. 12. *Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt.* pag.107. num. 694
53. 7. *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt.* p.151.n.926
57. 20. *Cor impij quaſi mare feruens.* p. 75. n 507
58. 5. *Cum videris nudum, operi eum.* p.120. n. 768
3. *Omnes debitores veſtros repetitis, percutitis pugno, &c.* p.169. n. 1024
2. *Me de die in diem expectant, & ſcire vias meas volunt.* p.180.n.1098
8. *Propter ſcelus populi mei.* pag. 309. n. 1868
63. 3. *Et de gentibus non erit vir cum eo.* p. 319.n.1938
63. 5. *Et indignatio mea auxiliata eſt mihi.* p. 17. n.108
65. 14. *Ecce ſerui mei clamabunt, &c.* p.114. num. 727

Ieremiæ.

Cap.2. n.2. *MIſeraus adoleſcentiam tuam.* p.251.n.1483
3. 10. *Tranſite ad inſulas Chetim, & videte.* p.154. & 164.n.941. & 997
3. 7. *Et cecidit præuaricatrix eius ſoror Iuda.* p.22.n.146
4. 19. *Leues facti ſunt perſecutores noſtri.* p.289.n.1735
7. 4. *Nolite confidere in verbis mendacibus.* pag. 45. & 297. num. 297. & 1782
12. 4. *Vſquequo lugebit terra, & herba omnis Regionis.* p.292. n.1749

Threnorum.

Cap.3. n.10. *MEmoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.* pag.34. n. 227
28. *Et leuauit ſe ſupra ſe.* p.118.n.758

Ezechielis.

Cap.1. n.16. *ET aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ.* pag.118. num.758
3. 3. *Comede volumen iſtud grande.* p. 184. n. 1117
14. *Spiritus Domini leuauit me, & aſſumpſit me.* p.233. n.1385
16. 17. *Dabo te in manus odientium.* pag.185. n.1122
17. 3. *Aquila grandis magnarum alarum.* p.323.n.1960
21. 27. *Non recordabitur amplius Dominus iuſtitiæ eius.* p.101. n. 664
28. 13. *Omnis lapis pretioſus operimentum eius.* p.166.n 1109
31. 6. *In vmbraculo illius habitat cœtus.* p 322.n.1955

Danielis.

Cap.1. n. 3. *IVſſit Rex, vt introduceret ſibi de filiis Iſraël, & de ſemine Regio.* p.33.n.223
4. 6. *Et in ramis eius conuerſabantur volucres cæli.* p. 65. n.443
11. *Et ecce Vigil & Sanctus de cælo deſcendit, & clamauit fortiter, ſuccidite.* p.66.n.448
22. *Fænum vt bos comedet & rore, &c.*
31. *Oculos meos ad Deum leuaui.* pag.67. n 453
22. *Eiiciet te Deus ab hominibus, & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua.* p.134.n.838

7. *Nonne hæc eſt Babylon.* p.134.n.841
37. *Igitur poſt finem dierum Nabuchodonoſor.* p.135.n.842
5. 5. *In eadem hora apparuerunt digiti.* p.130.n.822
6. *Et facies Regis commutata eſt.* ibid. num.823
6. 24. *Tunc iubente Rege indutus eſt Daniel purpura.* p.131.n.828
7. 10. *Millia millium miniſtrabant ci.*p.135. n.842
10. 2. *Ego Daniel lugebam in diebus illis nouem hebdomadarũ diebus.* p.126. n.785
10. 11. *Daniel vir deſideriorum Dei intellige.* p.66.n.447
12. *Noli timere Daniel quia ex die quo poſuiſti cor tuum.* p.64.n.432
13. 14. *In communi ſtatuerunt tempus vt Suſannam.* p.306.n.1848
45. *Suſcitauit Dominus ſpiritum pueri.* p.307 n.1852
46. *Mundus ego ſum à ſanguine huius.* ibid. n.1854
27. *Erubuerunt ſerui vehementer.* p.315. n.1897

Ioëlis.

SAnctificate ieiunium. p.182.n.1105

Oſeæ.

Cap.1. n.5. *TRanſire fecit Samaria Regem ſuum quaſi ſpumam.* p.72.429
9. *Vocabo non plebem meam.* p.79.n.529
2. 8. *Et ſuper veſtimentis pigneratis accubuerunt iuxta altare.* pag. 322. n.1956
14. *Ecce ego ſeducam eam, & ire faciam in deſertum.* p.57.n.378
10. *Nunc reuelabo ſtultitiam eius.* p.308. n.1861
10. 13. *Seminate vobis ad iuſtitiam.* p. 232. n.1382
11. *Ducam eam ad ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* p.322.n.1952
12. 10. *Ego viſiones multiplicabo.* pag. 60. num.393

Ionæ.

Cap.2. n.2. *ET de ventre piſcis orauit Ionas.* p.161. n.980

Aggæi.

Cap 2. n.12. *INterroga Sacerdotes legem.*

Zachariæ.

Cap.3. num.9. *SVper vnum lapidem ſeptem oculi ſunt.* p.44.n.244
1. *Et Sathan ſtabat à dextris eius.* p.228. n.1355
9. 6. *Ecce Rex tuus veniet tibi ſedens ſuper ingalem.* p.77. n.520
13. 6. *His plagatus ſum in medio eorum.* p.309. n.1867
Framea ſuſcitare ſuper Paſtorem, p.310.n.1870
14. 21. *Et non erit mercator vltra in domo Domini.* p.213. n.1271

Malachiæ.

Cap.1. n.4 *SI ego Dominus, vbi eſt timor* p.42 num.283
2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.* p.207. n.1234
3. 14. *Vanum eſt colere Deum, &c.* p.226. n.1346

Machabæorum.

1.Mach.6. num.45. *VTraque manu beſtiam interfecit.* p.228.n.1355

NOVVM

NOVVM TESTAMENTVM.

Matthæi.

Cap. 3. n. 10. IAM ſecuris eſt ad radicem. p 87. n 582
4. 18. Vocauit duos fratres, & fecit illos p. 68 n. 462
29. Stellæ cadent de cœlo. p. 196. n. 1178
19. Venite poſt me faciam vos. p. 214. n 1279
5. 19. Qui fecerit & docuerit. pag. 193. n. 1164
21. Si recordatus fueris, quod frater tuus habet. p. 52. n. 348
17. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. p. 79. n. 526
6. 28. Non laborant neque nent. pag. 124. num. 779.
3. Primum quærite regnum Dei. p. 53. num. 356
24. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. p. 68. n. 459
36. Iugum enim meum ſuaue eſt. pag. 83. n. 547
7. 12. Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis. p. 18. n. 116
13. Arcta eſt via ſalutis, via perditionis lata. p. 278. n. 568. & 1666
7. Pulſate & aperietur vobis. p. 162. n. 983
8. 20. Vulpes foueas habent. p. 217. n. 1292
22. Dimitte mortuos ſepelire mortuos. p. 218. n. 1298
9. 5. Surge & ambula. p. 112. n 722
27. Clamabant dicentes, fili Dauid. p. 236 n. 1403
29. Secundum fidem veſtram fiat. p. 238. n. 1420
12. Non eſt opus medicus ſanis ſed ægris. p. 297. n. 1783
10. 20. Non enim vos eſtis qui loquimini. p. 110. n. 714
11. Dabitur enim vobis in illa hora. p. 207. n. 1235
11. 33. In Belzebub Principe Dæmoniorum. p. 54. n. 360
11. Qui maior eſt in regno cælorum maior eſt Ioanne. p. 71. n. 467
18. Dæmonium habes. p. 22. n. 144
24. Quodcumque petieritis. p. 162. n. 983
17. Vſquequo patiar. p. 240. n. 1426
13. 53. Nonne filius fabri eſt. pag. 204. n. 1218
17. 10. Serui inutiles ſumus. p 87. n 583
19. 21. Vade & vende omnia quæ habes. p. 129. n. 812
20. 21. Non eſt meum dare vobis. pag. 66. n. 444
21. 43. Auferetur à vobis regnum Dei. p. 60. 71. n. 391. & 467
29. 29. Et impoſuerunt arundinem. pag. 98. n. 643
23. 2. Super cathedram Moyſi. pag. 207. n. 1234
24. 34. Et ſine parabolis non loquebatur. p. 296. n. 1773
25. Neſcio vos, vigilate. p. 325. n. 1972
26. 48. Quemcumque oſculatus fuero ipſe eſt. p. 41. n. 278
26. Nunquid ego ſum Domine. pag. 54. n 358
54. Verè filius Dei erat. p. 298. n 1787
27. 24. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. p. 307. n. 1854
Ecce adduco eum vobis, vt cognoſcatis quia nullam cauſam. p. 321. n. 1947
1. Sciebat enim quod per inuidiam. p. 210 n. 1253
3. Retulit triginta argenteos. pag. 120. n. 767
14. Et cum guſtaſſet noluit bibere. p. 166. n. 107
23. Crucifige, crucifige. p. 35. n. 231
27. Barnabam volumus. p. 12. n. 345
28. 10. Ecce ego vobiſcum ſum. pag. 179. n. 1094
29. 29. Aue Rex Iudæorum. p. 11. n. 69

Marci.

Cap. 3. n. 21. QVoniam in furorem verſus eſt. p. 7. n. 35
5. Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. p. 238. n. 1420
7. 25. Intrauit & procidit ad pedes eius. p. 236. n. 1401
9. 18. O generatio grauis quouſque patiar vos. p. 22. n. 144
11. 11. Et cum introiſſet Hieroſolymam in templum, & circumſpectis omnibus cum iam reperta eſſet. pag 207. n. 1237

 15. Nolite

15. *Nolite flere ſuper me.* pag.109. n.707
16. 7. *Dicite Diſcipulis, & Petro.* pag.90. n.597
1. *Vt venientes vngerent Ieſum.* p.132. n.829

Lucæ.

C.1.n.3. *Dominus tecum.* n.998
2. 19. *Conſeruabat omnia conferens in corde ſuo.* p.5.n.15
3. 7. *Genimina viperarum.* pag.35. n.230
4.23. *Medice cura te ipſum.* pag.110. n.710
4. 9. *Mitte te deorſum.* p.13.n.82
42. *Facta autem die egreſſus ibat in deſertum.* p.53.n.354
5. 8. *Exi à me, quia homo peccator ego ſum.* p.18.n.117
10. *Ex hoc iam eris homines capiens.* p.214 n.1277
8. *Exi à me, quia homo peccator ego ſum.* p.231 n.1374
8.28. *Vt quid veniſti ante tempus torquere nos.* p.185.n.1123
9. 3. *Lætabor & exultabo in te.* p.168. n.1019
55. *Neſcitis enim ſpiritus eſtis.* pag.155. n.948
10. 4. *Neminem per viam ſalutaueritis.* p.55.n.362
18. *Videbam Sathanam tanquam fulgur.* p.326.n.1979
11.15. *In Belzebu Principe Dæmoniorum.* p.22.n.144
41. *Ignem veni mittere in terram.* p.61. n 402
5. *Quomodo huc intraſtis.* pag.120. n.768
17. *Quid faciam quia non habeo vbi congregem.* p.133.n.835
34. *Lucerna corporis tui eſt oculus.* p.129. n.819
17. *Domus ſupra domum cadit.* pag.140. n.867
12.13. *Magiſter dic fratri meo, vt diuidat hereditatem.* pag.153. num.937
13.19. *Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas.* p.282.n.1683
14.12. *Cum facis prandium, aut cænam.* p.201.n 1202
15. 6. *Conuocat amicos ſuos.* pag.257. n.1532
16. *Cupiebat ſatiari de ſiliquis porcorum, & nemo illi dabat.* pag.185. num.1127
22. *Date illi ſtolam primam, & ponite annulum in manu eius.* pag.55 n.364
18. *Non ſum dignus vocari filius tuus.* p.150.n.922
16.22. *Factum eſt vt portaretur ab Angelis.* p.165.n.1005
9. *Facite vobis amicos de mammona.* p.129.n.816
14. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui.* pag.133. num.833
19. 4. *Aſcendit in arborem ſicomorum.* p.197.n.1184
10. *Vt ſaluum faceret quod perierat.* p.153 num.354
21.23. *Væ prægnantibus, & nutrientibus.* p.101.n.660
22 24. *Factus eſt ſudor eius velut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* p.31. num.210
9 *Quærebat opportunitatem.* pag.105 num.681
13. *Cum Diabolus intraſſet in cor.* p.151. num.924
61. *Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum.* p 238.n.1536
23.30. *Tunc dicent montibus cadite.* p.196. n.1179
48. *Reuertebantur percutientes pectora ſua.* p.298.n.1787
12. *Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in illa die.* pag.309. num.1869
42. *Domine memento mei.* pag.99. num.649
27. *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.* p.17.n.107
43. *Domine memento mei dum veneris.* p.25.n.170
24.25. *O ſtulti & tardi corde ad credendum.* p 79.n.526
15. *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.* p.112.n.719
26.25. *Fili recordare quod recepiſti bona.* p.55.n.367

Ioannis.

Cap.1. n.12. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* p.149.n.912.& 436
42. *Intuitus autem eum Ieſus.* pag.250. n 1536
Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Iſraël. p.4.n.12
2.24. *Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis.* p.89.n.595
19. *Dæmones credunt, & contremiſcunt.* p.140.n.1028

16. *Nolite*

16. *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* pag.213. num.1268
3.16. *Sic Deus dilexit mundum.* p.110.298. n.710.& 1787
4.20. *Patres noſtri adorauerunt in monte hoc.* p.120.n.767
36. *Alij laborauerunt & vos in labores, &c.* p.144.n.887
5.39. *Scrutamini ſcripturas.* pag.207. n.1233
44. *Quomodo poteſtis credere gloriam ad inuicem.* n.826
7. *Hominem non habeo.* p.10.n.64
16. *Tu ſcis Domine quia amo te.* pag.156 n.955
12. *Pater non iudicat quemquam.* pag.27. n.1323
6.68. *Quo ibimus, quoniam verba vitæ.* p.227.n.1349 & 1350
11. *Quantum volebant capere ex panibus & piſcibus.* p.241.n.1432
44. *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater traxerit eum.* p.85.n.568
7.37. *Si quis ſitit veniat ad me.* p.43.119. 255.n.88.764.& 1519
15. *Vnde hic litteras nouit, quas non didicit.* p.33.n.611
32. *Nunquid Meſſias poteſt ſigna facere.* p.236.n.1403
11. *Vbi eſt ille.* p.240.n.1426
8. 3. *Hac mulier modo comprehenſa eſt in adulterio.* p.110.n.710
56. *Abraham Pater veſter exultauit.* p.164.n.998.
21. *Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* pag.207. num.1238
10.10. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam.* p.218.n.1298
10. *Poteſtatem habeo ponendi animum meam.* p.282.n.1685
9. *Per me ſi quis intrauerit, ſaluabitur.* p.304.n.1833
6. *Et fiet vnus Paſtor, & vnum ouile.* p.57.62.n.379.& 418
11.34. *Si credideris videbis gloriam Dei.* p.33.n.222
30. *Tollite lapidem.* p.187.n.1131
12.24. *Niſi granum frumenti mortuum fuerit.* p.94.n.613
43. *Dilexerunt gloriam Domini magis quam Dei.* p.131.n.825
34. *Oportet exaltari filium hominis* p.151 n.926
13. 2. *Cum Diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum.* p.256.n.1527
13. *Vos vocatis me Magiſter, & Domine: ſum etenim.* p.275.n.1647
10. *Qui lotus eſt non indiget, niſi vt pedes lauet.* p.308.n.1856
14.23. *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit.* p.156.n.954
15.14. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis.* pag.52. n.349
16. *Confidite ego vici mundum.* pag.325. n.1973
17. 1. *Pater venit hora clarifica.* pag.226. n.1348
22. *Claritatem quam dedit mihi Pater.* p.109.n.709
18.15. *Nobis non licet occidere quemquam.* p.105.n.681
Gens tua & Pontifices tui tradiderunt. p.98.n.643
39. *Nullam cauſam inuenio in eo.* pag.111. n.717
5. *Legem habemus.* p.320.n.1944
19.30. *Conſummatum eſt.* pag.270 n.1617
20.22. *Accipite Spiritum Sanctum quorum, &c.* p.75.n.507
22.23. *Sic enim volo manere quid ad te?* p.80.n.532

Actorum Apoſtolorum.

Cap.1. n.1. *Cœpit Ieſus facere & docere.* p.311. n.1877
2 *Solutis inferni doloribus.* pag.321. n.1948
2. *Et factus eſt de cælo ſonus.* pag.54. num.361
15. *Non enim ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt.* p.52.n.347
15. *Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditam.* p.52.n.348
5.13. *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum.* p.180.n.1096
7.55. *Video Ieſum ſtantem à dextris.* p.140. n.869
8.29. *In felle amaritudinis video te eſſe.* p.26.n.173
9. 5. *Durum eſt tibi contra ſtimulum.* p.83. n.585
10. 7. *Vidit linteum ſubmiſſum de cælo, in quo erant animalia quadrupedia.* p.82.n.539
12.23. *Herodes percuſſus eſt ab Angelo.* p.11. num.69
14.14. *Conſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas clamantes quid hoc facitis?* p.131.n.828
15.45. *Ecce conuertimur ad gentes.* p.234 n.1387
10. *Quod neque nos, neque patres noſtri portare potuerunt.* p. n.1797.& 1948

Ad

Ad Romanos.

Cap.2. n.2.& 3. IN quo alios iudicas, te ipſum iudicas. p.291.n.1745
Exiſtimas quod tu effugies iudicium Dei. ibid.
3.19. Vt omne os obſtruatur. ibid. num.1746
5. 8. Commendat autem charitatem ſuam. p.152 n.931
6.11. Exiſtimato vos quidem mortuos. p.214.n.1277
8.35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia. p.188.n.1135
28. Scimus quoniam diligentibus Deum. p 193 n.1168
10.14. Quomodo credent ſine prædicante. p.72.n.482
12.13. Carbones ignis congeret. pag.147. num.902
8. Qui retribuit in ſimplicitate.pag.201 num.1202
15, 9. Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum. p.73.n.494

Ad Corinthios.

1.Cor.1. n.29. VT non glorietur omnis caro. p.167.n.1014
27. Infirma mundi elegit Deus. pag.227. n.1330
16. Qui adhæret Deo. pag.11.& 29. num.72.& 189
2.11. Nemo ſcit quæ ſunt in homine niſi Deus, & ſpiritus. pag.146. num.891
4. Maledicimur & benedicimur. p.155. num.945
5. Auferte malum ex vobis. pag.49. num.328
12.9. Libenter gloriabor in infirmitatibus. p.55.n.365
15.10. Gratia Dei ſum id quod ſum. pag.90. n.599
16,13. Vigilate & ſtate in fide. pag.118. num.758
10.13. Compatietur vos tentari ſuper id quod poteſtis. p.162.n.985
Tentatio non vos apprehendat.p.180, n.1096
14.40. Omnia in vobis ſecundum ordinem fiant. p.212.n.1263
10.12. Qui ſtat videat, ne cadat. pag.247. n.1465
12,26. Si quid patitur vnum membrum compatiantur alia. p.263.n.1564
15.33. Eloquia praua corrumpunt mores bonos. p.311.n.1879
22. Factus ſum omnia omnibus. ibid. n.1878
2. 3.7. Non poterant filÿ Iſraël intendere in faciem Moyſi. pag.154. num.940
5.20. Pro Chriſto legatione fungimur. p.103.n.672
6.10. Vos eſtis templum Dei. pag.20. num.1232
9.10. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti & panem. pag.217. num.1292
7. Hilarem enim datorem diligit Deus. p.309.n.1863
Ita vt non poſſent filÿ Iſraël intendere in faciem. pag.289 num.1737
12.12. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem. pag.100. num 657
3. Labora vt bonus Chriſti miles. p.64. num.434
6.10. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. p.78.n.523

Ad Epheſios.

Cap.2. n.24. IPſe eſt pax noſtra. pag.309. num.1869
4.26. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. p.111.n.715

Ad Philippenſes.

Cap.1. n.7. HVmiliauit ſemetipſum. pag.283. num.1689
15. Quidam ex contentione Chriſtum annuntiant. p.51.23.n.342.& 153
2. 3. Nihil per inanem gloriam operantes. p.32.n.214
15. Inter quos lucetis ſicut luminaria. p.111.715
3. 1. De cætero fratres mei gaudete in Domino. p 164.n.998
20. Conuerſatio noſtra in cælis eſt. pag.67. n.454

Ad Coloſſenſes.

Cap.3. n.3. MOrtui enim eſtis Chriſto. p.214. num.1278

Ad Theſſalonicenſes.

1.Cap.4 n.17. R*Apiemur obuiam Domino in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus.* p.192.n.1154

Ad Timotheum.

2.ad Tim.2. c.9. L*Aboro vſque ad vincula.* p.289.154.n.1736.& 943

3. 2. *Mali autem proficiunt errantes.* p.44.n 291

Ad Hebræos.

Cap.1. n.40. O*Mnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus.* p.194.n.1170

2. 16. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.* p.34.n.225

11. 6. *Quia ſine fide impoßibile eſt placere Deo.* p.191.n.1143

11. 38. *Quibus dignus non erat mundus.* p.323.n.1960

12. *Curramus ad propoſitum nobis certamen.* p.75.n.502

Epiſt. Iacobi.

Cap.2. n.19. D*Æmones etiam credunt & contremiſcunt.* p.43.& 287. n.287.& 1725

1. 17. *Neque viciſsitudinis obumbratio.* p.256.n.1523

Petri Epiſtolæ.

1.Petr.5. n.8. A*Duerſarius veſter Diabolus.* p.185.n 1124

1. 12. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* p.64.n.435

2. 2. 4. *Si enim Deus Angelis peccantibus.* p.194.n.1170

Epiſtolæ B. Ioannis.

1.cap.2. n.6. Q*Vi dicit ſe in Chriſto manere debet ſicut & ipſe, &c.* p 309.n.1864

18. *Nunc Antichriſti multi ſunt facti.* p.48.n.316

3. 12. *Opera eius ex maligno erant.* p.33. n.219

4. 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* p.163.n.992

5. 16. *Si quis ſcit fratrem ſuum peccare.* p.149.n.908

Iudæ Epiſtolæ.

Num.13. Q*Vibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.* p.89.n.591

Apocalypſis.

Cap.1. n.10. A*Vdiui poſt me vocem magnam.* p.8.n.48

Audiui vocem tanquam tubæ. p.42. n.282

7. *Ecce venit cum nubibus, &c.* p.191. n.1152

16. *Et audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ.* p.255.n.1519

8. *Ego ſum principium & finis.* p.286. n.1717

2.17. *Vincenti dabo manna abſconditum.* p.78.n.521

3. 7. *Aperit, & nemo claudit.* p.96.n.637

4. 6. *Et vidi tanquam mare vitreum.* p.261.n.1551

5.13. *Agnus occiſus ab origine mundi.* p.320. n.1940

10. *Feciſti nos Deo noſtro Regnum.* p.71. n 467

12.19. *Murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim.* p.96.n.634

13. 1. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem.* p.141.n.871

14.13. *Et lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.* p.111.n.717

15. 4. *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum.* pag.42. n.283

18.22. *Et audiui voces citharædorum.* p.162. n.983

21.16. *Et ciuitas erat in quadro poſita.* p.257 n.1531.

INDEX
RERVM NOTABILIVM,
QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

p, *paginam* , n , *verò numerum marginalem deſignat.*

A.

Aaron.

AARON & Maria loquuti ſunt contra fratrem ſuum Moyſem. pag.261.n.1554

Aaron vt Deo placeret, vultu hilari ambulabat. p.308.n.1862

Abſentia.

Abſentia tortor amantium. p.160.n.967

Abyſſus.

Abyſſus peccatorum abyſſum inuocat. pag.178. n.1086

Adam.

Adam reſponſum accepit à Patrefamilias. pag.83. n.553

Admiratio.

Admiratio circa malos indignationem producit. p.205.n.1219.

Adoratio.

Adoratio ſignum punibile petitionis. p.20.n.126

Admiratio de rebus inauditis procedit.p.30.n.197

Admiratio quomodo fuit in corde Chriſti. p.30. num.198

Admiratio de rebus inſolitis. p.40.n.270

Aer.

Aër elementum ſubtilius aqua. p.161.n.976

Agricola.

Agricola ſuper petram & ſpinoſam terram ſeminat. p.95.n.625

Agricolæ lætantur poſt meſſem. p.50.n.330

Ala.

Alas duas habent iuſti ad volandum & tegendum. p.198.n.1186

Amabilis.

Amabile eſt proprium bonum vnicuique.p.9.n.53

Amans.

Amanti ſatis eſt inſinuare neceſſitatem. p.9.n.55

Ambitioſus.

Ambitioſi ſolent ad ima deſcendere. p.31.n.206

Ambitioſi non quieſcunt vſque ad mortem. p.45. num.297

Ambitioſi Prælati inter filios Dei non enumerantur. p.53.n.352

Ambitioſi nunquam ſatiantur. ibid.

Ambitioſi cogitationibus torquentur. p.66.n.446

Ambitioſi neque miraculis quieſcunt. pag.114. n.715.& 666

Ambitioſus quaſi peſtis occidit ad ſe pertingentes. p.117.n.755

Ambitioſi nunquam emendantur. p.117.n.756

Ambitioſi Prælati telas araneæ texuerunt. ibid.

Ambitioſi arbitriſtæ infernales. p.259.n.1537

Ambitioſus non admittit ſocietatem in imperio. ibid.n.1540

Ambitioſi ſtrages innumeri. ibid.

Ambitioſi à mane vſque ad noctem non ceſſant negotiari. p.272.n.1629

Ambitionis impetus refrenandi. p.293.n.1756

Ambitioſi cum paſſione congregati contra Chriſtum diffiniunt. p.307.n.1849

Ambitioſi nimia cauteloſi. p.322.n.1952

Ambitioſi Religioſi conſequuta victoria pereunt. ibid.

Ambitioſi ſeruire ſuperioribus non ceſſant.p. num.1978

Amicitia.

Amicitia medicamentum vitæ. p.9.n.56

Amicitia vera mira operatur. p.38.n.245

Amicitia mundi fallax. n.1974

Amicus.

Amici cæteris paribus præferendi. p.37.n.239

Amicus etiam murmurat,ſi non beneficiatur.p.83. num.551

Amici temporales fugiendi. p.89.n.590

Amicis ſecreta reuelanda ſunt. p.106.n.684

In Amicorum corda ſecreta characterem imprimunt. ibid.

Amici ſuos vſque ad cœlum exaltant.p.115.n.739

Amicis omnia reuelanda ſecreta. p.247.n.1466

Amor.

Amor valentior quo plus amens reputatur. p.11. num.73

Amor & timor Dei pignora optima. p.18.n.117

Amoris

Amoris vis oeſcit tarda molimina. pag.22. num.143
Amor non ſolutus torquet cor humanum. p.25. num.170
Amor plus torquetur pœnis rei amatæ quam propriis. p.31.n.210
Amor voluntates & corda ligat. pag.32. num.215
Amor non admittit conſortium. pag.68. num.459
Amor Dei vitæ anteponendus. ibid. num.460
Amor verus ſcrupuloſus eſt. ibid. num.461
Amor proximorum terra optima. pag.95. num.627
Amor æqualitatem denotat. p.97.n.640
Amor Dei intra ſinum Patris requieſcebat. ibid. num.641
Amor cordis in ore ſemper eſt. p.107.n.689
Amor neſcit occultare rem amatam. ibid. num.689
Amor ratione,& iudicio priuat. pag.111. num.717
Amor Dei multa præcepta vnum faciunt. p.156. num.954
Amor proximorum leuis & ſuauis. ibid. num.954
Amor inordinatus Parentum filios perdit. p.163. num.991
Amor non timet pericula mortis. pag.309. num.1868
Amor capitis in membris infunditur. pag.318. num.1930
Amor verus dolores ſibi aſſumit, vt res amata lætetur. p.319.n.1938
Amanti pœnæ ſunt dulces. ibid.
Amor humanus reſpectu Domini vmbra eſt. ibid.
Amor Paternus diſſimulat defectus.

Anachoretæ.

Anachoretæ poſt immenſos labores reuelationes conſequebantur. p.180.n.1097

Angelus.

Angelorum peccatum quare maius. pag.34. num.225
Angeli non ſunt meſſores. p.49.n.320
Angeli ſeparabunt malos à iuſtis. pag.50. num.338
Angeli ſunt procuratores hominum. pag.73. num.488
Angeli in die mortis fortitudo animarum. p.79. num.525
Angeli canunt victoriam poſt tentationes. p.178. num.1090
Angeli iuſtis adminiſtrant conſolationes. p.188. num.1136
Angelorum ordines diuerſi. p.191.n.1149
Angeli congregabunt omnes gentes. ibid. num.1152
Angelorum nomen non eſt naturæ, ſed officij. p.194.n.1170
Angeli teſtes iuſtorum, & eorum virtutes teſtificantur. p.198.n.1185

Anima.

Animæ potentiæ tria ſata farinæ. pag.67. num.452
Animæ claritas veſtis precioſa. p.121.n.769

Annulus.

Annulus corona cordis. p.55.n.364

Antichriſtus.

Antichriſtus Deus Iudæorum, & ſuperborum dicetur. p.199.n.1191

Arbor.

Arbor eſt in Hiſpania granum ſynapis. p.59. num.387

Architriclinus.

Architriclini æthymologia. p.7.n.42

Arrius.

Arrianorum, & Marcioniſtarum error circa nuptias. p.4.n.6
Arriani hæretici diuinitatem Chriſto tollunt.

Aqua.

Aquæ ſubſtantia quanto annihilatur. pag.15. num.93
Aquas Deus non maledixit,& quare. pag.202. num.1206

Aſpis.

Aſpide nocior eſt mulier. p.261.n.1558

Aſtutus.

Aſtutus callidus, & mendax vocatur in mundo ſapiens. p.25.n.169
Aſtuti & ſagaces de hoc mundo filij ſunt. p.292. num.1749

Atheiſta.

Atheiſtæ qui de diuinis rident. pag.131. num.825

Auaritia.

Auaritia cauſa zizaniorum in Eccleſia Dei. p.53. num.351
Auaritia ſemper fugienda. p.133.n.833

Auarus.

Auarus mœrore conficitur, & quare? pag.17. num.112
Auarus pondere cupiditatis oppreſſus. p.129. num.817
Auari honorem non æſtimant. p.133.n.833
Auarus cum Diabolo intra cor loquitur. ibid. num.835
Auarus ſæpe nummos numerat. pag.146. num.1459

Aulicus.

Aulici ambitioſi & ſine honore quales. pag.104. num.675
Aulicorum præcepta ſomnia Regum. ibid.
Aulici propter apicem honoris torquentur. p.141. num.872
Aulicorum impudentia huius temporis. ibid. num.871
Aulici conditiones Regum ſequuntur. pag.155. num.946
Aulici filij Diaboli ſemper promittunt quod non poſſunt adimplere. p.178.n.1084

Auxilium.

Auxilium commune omnibus gratia ſingularis electis. p.85.n.567

B.

Bellum.

In Bello eſt iuſtitia & pax grata. p.88.n.585

Beneficium.

Beneficia Dei ex omni parte completa. pag.22. num.145
Beneficia temporalia malis,& impijs dantur. p.88. num.587
Beneficia ſoli Deo tribuenda. p.167.n.1011
Benedicti ſunt bene fortunati. p.193.n.1168
Beneficia ſemper recolenda. p.247.n.1466

Index Rerum

Bonum.

Bonum commune anteponendum. p.8.n.47

Bonum commune attendere ſemper. pag.9. num.56

Qui bonum Paſtorem abhorret Deum offendit, p.272.n.1630

C.

Charitas.

CHaritas in fouendis tribulationibus oſtenditur. p.38.n.248

Charitas in prælatis radix pacis. pag.68, num.462

Charitate fratres roborantur. pag.69, num.463

Charitas Prælatorum nimis obligat, ibid, num.464

Charitas iuſtorum Chriſtum obligat, pag.96. num.639

Charitas omnibus proficere vult. n.955 Multa ſuſtinet. p.156.n.1985

Caluinus.

Caluiniſtæ fingunt aquas ſolidatas eſſe, pag.159. num.963

Canis

Canis latratus timorem effugit. pag.43, num.287

Canis ſymbolum amoris. pag.43.75.num.287, & 503

Vt Canes meretrices circumeunt ciuitates. p.245. num.1455

Cano.

Canere ſurdis eſt perſuadere quod poſtulata in oratione non conſequuntur expedit. pag.242, num.1437

Caput.

In Capite alieno diſciplinam capere. pag.230, num.1370

Caput & ceruix torta hamus ad piſcanda officia & munera. p.278.n.1864

Caſtitas.

Caſtitas coniugalis publicè prædicanda. pag.8. num.49.

Cautela.

Cautela mirifica circa operationem miraculorum. p.30.n.200

Christianus.

Chriſtiani reſpectu gentilium pauciſſimi. pag.85. num.566

Chriſtiani iniqui in Quadrageſima quaſi brutales viuunt. p.152.n.832

Christus.

Chriſtus humana diuinis à principio miſcuit. In prologo operis. pag.1

Chriſtus coniugia approbauit. In prologo operis. pag.1

In Chriſto duæ naturæ ſubſiſtebant. pag.5. num.19

Chriſti humanitas inſtrumentum eius diuinitatis, p.6.n.132

Chriſti ero curationibus ditabatur. pag.21, num.137

Chriſtus legem non fregit, ſed perfecit. pag.21, num.139

Chriſtus vt verus homo dormiebat. pag.36. num.235

Chriſtus exiuit illæſus de baratro. pag.39. num.256

Chriſtus ſubito corda quieſcit. pag.39. num.261

Chriſtus merces operantium. pag.71. num.468

Chriſtum neque irridendo Iudæi vocabant. p.106. num.682

Chriſti paſſio quaſi nuptiæ eius. pag.106. num.686

Chriſti corpus pondus realiter habuit. pag.72. num.476

Chriſtus medicus peccatorum. pag.166. num.1006

Chriſtus precibus aſſumptus eſt à Diabolo. p.176. num.1070

Chriſtus per aëra ductus potuit videre regna mundi. p.177.n.1080

Chriſtus tolerauit Dæmonis audaciam. pag.187. num.1131

Chriſtus exinanitus vocatur Dominus. pag.275. num.1647

Chriſtus parcendo ſceleratis clarificatus eſt. p.298. num.1787

Chriſtus quare coram nullo ſurrexit, pag.299. num.1789

Chriſtus quaſi ſigno coccineo Apoſtolos traxit in cruce. p.298.n.1790

Chriſti cicatrices quo prudentiores, eo firmiores, p.310.n.1870

Chriſti cicatrices Dæmonibus inuidioſæ. pag.310, num.1871

Concubina.

Concubinam habens grauiter puniatur. pag.305. num.1841

Condiſcipulus.

Condiſcipuli irrident, & indignantur contra facientes mirabilia. p.7.n.35

Condiſcipuli in virtute ſequendi. pag.267. num.1589

Confeſſio.

Confeſſio peccatorum efficax medicina. pag.25. num.168

Confeſſio debet habere ſenſum verborum. p.112, num.721

Confeſſio mutat timorem culpæ in pœnam, p.182.n.1108

Confeſſor.

Confeſſores non ſint furibundi. pag.74. num.498

Confeſſores caueant res impudicas interrogare, p.74.n.501

Confeſſor debet eſſe ſciens, & prudens. pag.258. num.1534

Cogitatio.

Cogitationes in fide mundæ. pag 34. num.226

Cogitationes ſuperborum ſemper defraudantur. p.83.n.550

Cogitatio æternitatis ſemen verbi Dei retinet. p.95.n.628

Cogitationes variæ torquent perfectos. pag.100. num.655.

Cogitationes de præteritis peccatis carnifices cordis. ibid.

Contra cogitationes peſſimas ingens remedium. p 130.n.823

Cogitationes prauæ mentem opprimunt. pag.167. num.1015

Cogitatio præſumptuoſa ſanctitatis fugienda. p.177.n.1074

Clam.

Clam.

Clam loqui bene licet, quia parietes habent aures. p.311.n.1883

Clam fere ſemper mendacia dicuntur. pag.311. num.1882

Commeſſatio.

Commeſſationes ad ingentia mala conducunt. pag.130.n.822

Communicatio.

Communicatio œconomica quid ſit. pag.72. num.471

Condemnatio.

Condemnatio requirit teſtes. p.693.n.507

Conditio.

Conditiones ſingulares pondus & æſtus. pag.87. num.578

Propria Conditio dolores cauſat. ibid.n.579

Conditiones diuerſæ effectus diuerſos producunt. ibid.n.580

Coniugatus.

Coniugatorum Iter planum ad regna cœlorum. pag.6.num.26

Conſcientia.

Conſcientia ſine Impedimento fructus copioſos profert. p.95.n.630

Conſcientia ſecura requies ingens. pag.105. num.670

Conſul.

Conſules popoli ſequuntur. p.208.n.1241

Contemptus.

Contemptus generat iram, & ira murmurationem. p.82.85. n.538.& 569

Contemptus oculis oſtenditur. p.234.n.1390

Conuerſatio.

Conuerſatio mulierum periculoſa pag.261. num.1551

Conuerſationes prauæ corrumpunt mores. p.311. num.1880

Conuerſationes clandeſtinæ nociuæ. ibid. num.1881

Cor.

Cor mœrens Indiget reſpiratione. pag.195. num.1173

Corda ſaxis duriora conuertere mirabile eſt. p.16. num.104

In Corde Chriſtum intrat, qui indignum ſe reputat illius. p.29.n.193

Cor difficilè à mulieribus abſtrahitur. pag.53. num.220

In Corde multi ſunt dubitantes in fide, qui vt mali puntantur. p.49.n.328

Cor inſpirationibus reſiſtit. p.75.n.507

Cor eſt radix malæ intentionis. pag.89. num.594

Cor hominis vbi eſt, ibi volucres deſcendunt. p.94.n.616

Cor indocile via aſpera, & ſicca. ibid. num.618

Corda ſine deuotione lapidea. pag.101. num.662

Cor eſt, vbi amat, non vbi animat. pag.129. num.820

Cor mundum diligit Deus. pag.135. num.847

Cor impiorum diuerſorium. pag.136. num.848

Cor inflammatum vindicta lachrymis irrigandum. p.154.n.943

Cor vocibus reſpirat. p.167.n.1015

Corona.

Corona virtutum benefacere inimicis. pag.152. num.930

Corona Chriſti ſunt peccatores conuerſi. pag.297. num.1783

Conſolatio.

Conſolatio iuſtorum punitio iniquorum. p.216. num.1290

Coruus.

Corui pœnam luerunt diluuij. pag.276. num.1653

Craſſus.

Craſſi & ſupini non habent aures. pag.96. num.633

Crux.

Crucem multiplicat, qui vanitates quærit. pag.103. num [illegible]1

Crux C[illegible]iſti miſericordiam, reſurrectio potentiam [illegible]entat. p.298.n.1791

Crucis myſteria non intellexerunt Apoſtoli. p.313.n.1888

Crux Chriſti facula ardens coram ſcriptuſibus. n.1991

Crucis figura columna ignis in deſerto. n.1991

Cultus diuinus.

Pro culto diuino viriliter pugnare. pag.121. num.769

Cultus Criticus.

Culti & critici affectantes verbum Dei conſpuunt faciem Chriſti. p.295.n.1772

Curioſitas.

Curioſitas naturaliter mouet homines ad videndum & audiendum noua. p.20.n.120

Curioſitates cauſæ ſunt admirationis. pag.5. num.22

Cæcus.

Cæcus à natiuitate quis. p.10.n.64

Cæcus curatus à Chriſto vocabatur Barthimæus.

Cæci & claudi erant duæ imagines Iſaac & Iacob. p.271.n.1626

Cælum.

Cœlum & terra Chriſtum capere non poſſunt. p.19.n.192

D.

DEos propter iuſtos non punit Innumerabiles peccatores. p.35.n.209

Deus fidelis in ſoluendo promiſſa. pag.35. num.229

Deus ſuis nocere non permittit. pag.43. num.289

Deus comprehendi non poteſt. pag.65. num.439

Deus deficientes in virtute deſpicit. pag.105. num.664

Deus laſſos, & imbecilles protegit. ibid.

Dei verbum curas & ſolicitudines ſuffocat. p.102. num.665

Deus neceſſitatibus ſuccurrit. p.114. n.728

Deus multis locis præcepit diligere inimicos. p.145.n.888

Deus claudit aures ſuas, vt non audiat non habentes charitatem. p.169.n.1025

Deus à mendacibus non creditur quia ipſi mendaces ſunt. p.170.n.1026

Deus non permittit Dæmones non punire. p.185. num.1124

Deus ſuo modo deſiderat videre virtutea abſconditas. p.198.n.1185
Deus punit, vt homines emendentur. pag.246. n.1461
Deus cum benefacit cumulat beneficia. pag.308. n.1859

Delicia.

Deliciæ Dei cum hominibus conuerſari. pag.97. n.641

Deſperatus.

Deſperatis Deus ſuccurrit. p.10.n.64

Deſpicio.

Deſpicere conſanguineos genus ſuperbiæ. p.279. n.1669

Dæmon.

Dæmones obices ad virtutem excitant. p.37. n.241
Dæmones non conturbant mare ſed voluntas Dei. p.40.n.275
Dæmon machinator inuidus. p.47.n.307
Dæmones volucres cœli dicuntur. pag.48. num.318
Dæmon principaliter Deum odit, & propter eum homines. p.33.n.223
Dæmon cur auis rapax dicatur. pag.53. num.353
Dæmon quomodo Deus deſit eſſe. pag.54. num.359
Dæmon torquetur inuidia. ibid.
Dæmones cur in ſpecie nigra apparent. pag.74. num.497
Dæmon imaginem Dei delet. pag 91. num.604
Dæmonibus ſubiecti immemores verbi diuini. p.94.n.619
Dæmon ſub ſpecie confeſſandi capit aliquos. p.123.n 776
Dæmon paruulorum phantaſma. pag.167. num.1014
Dæmones cogitationum fomites. ibid.n.1015
Dæmon excæcat corda, vt miracula non attendãt. p.170.n.1028
Dæmon quærit occaſiones tentandi. pag.183. num.1109
Dæmones cum Dei permiſſione crudeliſſimi. p.183.n.1111
Dæmon in humana ſpecie oſtendit ſe coram Chriſto. p.177.n.1081
Dæmon caput ponentium inſidias. pag.226. num.1348
Dæmon ſuos non ſinit pro Chriſto aliqoid facere. p.289 n.1738
Dæmon ſuos reſpirare non ſinit. pag.290. num.1740

Deuotio.

Deuotio ſignum ſanctitatis. p.21.n 130
Deuotio vera eſt inimicorum dilectio ex corde. p.24.n.159

Denarius.

Denarius ex liberalitate à Deo datur. pag.81. num.536

Defectus.

Defectus proximorum non detegere. pag.110. num.710

Deſiderium.

Deſiderium adimpletum nimis lætificat cor deſiderantis. p.21.n.128
Deſideria dilatata creſcunt. pag 161. num.973
Deſideria & cogitationes ſimiles muſcis.pag.185. num.1122

Dies.

Diei malitia ſufficit cur dicatur. pag.102. num.665

Diligentia.

Diligentia pretioſa eſt apud Deum. pag.54. num.361
Diligentia mater & miſerorum. pag.55. num.362

Diues.

Diuitibus eleemoſynam facere non eſt meritum. p.201.n.1201

Diuinus.

In Diuinis non eſt differentia in ſubſtantia.

Dignitas.

Dignitates homines euaneſcunt. pag.279. num.1670
Dignitates ſpeculum ſint humilitatis. ibid. num.1671
Dignitates Eccleſiaſticæ pignus pretioſum apud Deum. n.1975

Diſcordia.

Diſcordiarum ſeminator, melius ei fuiſſet, ſi natus non fuiſſet. pag.312. num.1885

Dilectio.

Dilectio inimicorum perfectio eſt, & quomodo. p.145.n.890
Dilectio inimicorum ex perfectione, non odire illos ex obligatione. p.146.n.892
Dilectio proximorum ſumma perfectio. pag.164. num.998

Doctor.

Doctores altioris intellectus ſunt turbis. pag.15. num.95
Doctores ſcripturæ à Deo illuſtrantur. pag 96. num.637

Dolor.

Dolor & pudor minores ſunt timore. pag 43. num.287
Doloribus hauriuntur delectationes mundi.p.186. n.1126

Domeſticus.

Domeſtici inuidi operariorum mortem cogitant. p.79.n.530
A Domeſticis fugere, cum ſermocinantur vana. ibid.n.529

Dominus.

Dominus mortificat, & viuificat. pag.40. num.274

E.

Eccleſia.

ECcleſia perſecutionibus exaltatur. pag.38. num.246

Edgarus.

Edgarus propter inceſtum honore priuatus.p.200. num.1190

Educatio.

Educatio mala filiorum parentes condemnat. p.163.n.992

Eleemoſyna.

Eleemoſyna flammas diuitis extinguit. pag.133 num.833
Eleemoſyna medicina contra auaritiam. ibid.
Eleemoſyna fons ſalutaris contra auaritiam p.134.n.839

Eleemoſynis

Eleemoſynis Reges extingunt iram Dei. p.134. num.838
Ad Eleemoſynam faciendam auditus aperire. p.158.n.961

Elephas.

Elephas ſuam vmbram abhorret. pag.168. num.1017

Elias.

Elias exemplum ieiunantium. pag.136. num.848

Æmulus.

Æmuli inimicique neque Chriſto Domino parcunt. p.22.n.144
Æmulus torquetur laudibus inimici ſui. p.115. num.738

Epulones.

Epulones ſplendidè comedunt, & pauperes pereunt fame. p.277.n.1658

Ætas.

Ætates ſæculi quæ ſunt. p.72.n.474
A prima ætate non otioſi. ibid.n.481
Ætas puerorum, & iuuentutis coincidunt in morum acquiſitione. p.77.n.517

Æthiopia.

In Æthiopia intenſus calor. pag.139. num.863

Euangelium.

Euangelium eſt menſa diuerſorum ciborum. p.47. num.307

Exordium.

Exordia Diſcipulorum imperfectionibus plena. p.16.n.103

F.

Facies.

FAcies meticuloſorum abhorrendæ. p.184. num.1120

Facio.

Facientes & conſentientes pari pœna puniuntur. p.212.n.1266

Fama.

Propter Famam & honorem multa ſunt facienda. pag.9.n.54
Fama vana Prælatorum damnatio. pag.76. num.512
Famam non æſtimantes à templo eiiciantur. ibid. num.513
Fama mala euitanda, ne glorientur inimici. p.308. num.1856
Famam plus quam vitam Suſanna æſtimauit. ibid. num.1858

Phantaſma.

Phantaſma non habet exiſtentiam. pag.159. num.965
Phantaſmata ſemper apparent ad malum. pag.161. num.979
Phantaſmata quaſi muſcas abigere. pag.170. num.1029

Fatum.

Fatum non eſt, neque fortuna. p.6.n.30

Fauor.

Fauores domeſtici ſunt faciendi. pag.96. num.636

Fœmina.

Fœminæ ſuperſtitionibus vtuntur. pag.56. num.371
Fœminæ Ægyptiæ quæ in Hiſpania verſantur ſuperſtitioſæ. ibid.n.372

Fœminæ cum Dæmonibus loquuntur. pag.77. num.519.
Fœminæ in ſecreto reuelationes conſeruent. p.100.n.656
Fœminæ, quæ vocantur Beatæ non vagari inter Aulicos. p.180. n.1097
Fœmina fortis virum ſuperat. pag.223. num.1331
Fœmina inſipiens omnia marito narrat. pag.244. num.1452
Fœmina impudica deteſtabilis. ibid.n.1450
Fœmina prudenter loquens famoſa. ibid. num.1453
Fœminæ inſolentes timidæ lucrationis cauſa. p.289.n.1738
Fœminæ nobiles Deo mirificè ſeruiunt. p.325. num.1971

Fælicitas.

Fælicitas in corde quieto conſiſtit. pag.184 num.1116
Fælicitas mundi bonis alienis torquetur. pag.263. num.1563

Fermentum.

Fermentum eſt fides, Doctores & Euangelium. p.42.n.285
Fermentare proprium eſt mulierum. p.59.n.387
Feſta memoria mortis celebranda. pag.131. num.828
Feſta celebrare vitiis, & profanitatibus Deo non placet. p.254.n.1515
Feſta clericorum de bonis pauperum damnata. p.308.n.1861
Fides ore confitenda publicéque acclamanda. p.16.n.105
Fides vera humiles facit homines. p.29.n.190
Fides centurionis ſingularis. ibid.n.195
Fides gradus maiores, & minores habet. ibid. num.196
Fides nobilitat credentes. p.33.n.222
Fides mortuos viuificat. ibid.
Fides Reges homines facit. ibid.n.223
In Fide paruuli arguuntur. p.39.n.259
Fides in arduis cognoſcitur. p.42.n.281
Fides ſecurior ſenſibus. p.41.n.282
Fides vera figura ſphærica. p.43.n.289
Fides vera corda inebriat. ibid.n.288
Fides ſine operibus vacua. p.45.n.297
Fides arbor fortis vbi Philoſophi requieſcunt. p.58.n.384
Fides perfecta & parua ſicut granus ſynapis. p.60. num.389
Fides fundamentum Doctorum. pag.59. num.386
Fides integra omnia de Deo ſperat. pag 80. num.533
Fides impoſſibilia conſequitur. pag 91. num.602
Fides parua citò extinguitur. p.110.n.711
Fidem docentes gratiſſimi Deo. pag.121. num.771
Fides feruoroſa corona Patriarcharum. ibid. num.771
Fidem Patriarcharum Chriſtus prædicauit. p.139. num.860
In fide dubius hæreticus eſt. p.166.n.1006
Fides perfecta, pignus Beatitudinis. pag.166. num.1009
Fides ex meritis clarificatur, & loca ſuprema meretur. p.318.n.1930

Fiducia.

Fiducia ſecuritatem præſtat. p.166.n.1007

Pithoniſſa.

Pithoniſſas quærentes ſemper vexationibus pleni ſunt. p.247.n.1465

Filius.

Filius viperæ in vindictam occidit patrem in vtero. p.35.n.230

Filij Dæmoniorum rixas excitant. pag 41. num.276

Filij inobedientes mala morte pereunt. pag.104. num.678

Filij ſcelerati Patres exhonorant. pag.163. num.995

Fimus.

Fimus & fæces communitatis ambitioſiores. n.1979

Flagellum.

Flagella Dei homines conuertunt. pag.98. num.648

Flagellum Dei à tentationibus vinci. pag.100. n.656

Flagella Dei propter malitiam hominum veniunt. p.292.n.1749

Flagella cœli perfidos ſolent emendare. pag.296. n.1776

Flagella non ſentiunt inſenſati. pag.308. num.1862

Fletus.

Fletus tempore accepto prodeſt. pag.132. num.832

Folium.

Sicut folia de vite cadunt, ſic velamina peccatorum. p.196.n.1178

Fomes.

Fomites peccati admittit, qui occaſiones virtutis relinquit. p.118.n.760

Fons.

Fons omnis lætitiæ Deus. p.168.n.1019

Fortitudo.

Fortitudo præſidium virtutum. p.101.n.659

Fortitudo columna perfectionum. pag.101. num.660

Fortitudo Prælatorum à viſione diuina prouenire debet. ibid.

Fortuna.

Fortuna proſpera & aduerſa finiuntur. pag.89. num.591

Fortuna, aut fatum non eſt. p.10.n.65

Fortuna proſpera ſemper frui infælicitas ingens. p.170.n.1030

Fortunam proſperam iuſti fugiunt. pag.171. num.1031

Fortuna aduerſa neque precibus, neque ſacrificiis ceſſat. p.187.n.1133

Fortuna inæqualis tolerabilior. pag.321. num.1948

Fortunæ tota inſtabilis & varia. n.1980

Franciſcus.

S. Franciſcus P. N. granum ſynapis Eccleſiæ Dei, p.60.n.397

S. P.N. Franciſco mœrenti Angelus ſapiens apparuit. p.321.n.1950

Fraternitas.

Fraternitatem diuidentes peccant contra ſpiritum ſanctum. p.153.n.936

Fratres.

Fratres Domeſtici plus calumniantur. pag.11. num.73.

Fratres inuidioſi famam lacerant litteratorum. p.23.n.153

Inter Fratres domeſticos plus patitur quam inter extraneos. p.57.n.379

Fratres domeſtici inimici deteriores. pag.262. num.1559

Fumus.

Fumus lucernæ extinctæ Prælatus inſcius, & indignus. p.24.n.160

G.

Gabella.

Gabellis regna diſſipantur. p.97.n.642

Gaudium.

Gaudium ineffabile malos non videre. pag.97. num.374

Gaudia mundi omnia ſunt falſa. pag.164. num.997

Gaudium ingens ſpes futura cœlorum. ibid. num.998

Gaudia cœli ſola vera ſunt. ibid.

Gaudium immenſum habet cor eleuatum. ibid.

Gaudia deſiderata diu creſcunt. pag.168. num.1018

Gaudiis veris priuantur peccatores. pag.168. num.1010

Gaudia mundi vana & tranſitoria. ibid.

Gaudia mundi ſupra peccatrices ſunt. pag.245. num.1457

Gaudia miſcent iuſti triſtibus. pag.321. num.1949

Gaudio replentur ambitioſi in dignitate conſtituti; iuſti vero triſtantur. p.322.n.1954

Gladius.

Gladius hæreticorum ſunt Sancti Patres & Scriptores. p.53.n.356

Gladius vitiorum hypocrita. p.131.n.824

Gloria.

Gloria eſt gratia conſummata. pag.73. num 486

Gloria Dei in Dextera deſignatur. pag.75. num.507

Gloriæ conſideratio ad ingratitudines repellatur. p 165.n.1002

Gloria impiorum citò tranſit. pag.226. num.1346

Gloriæ Dei non parcit inuidus. pag.263. num.1561

Gloriator.

Qui Gloriantur in malitia ſua Deum prouocant. p.54.n.357

Granum.

Granum ſynapis non eſt minutiſſimum ſeminum. p.58 n.384

Grana ſynapis fuerunt Apoſtoli & ſunt Doctores. p.60.n.390

Granum ſynapis humilitas Chriſti. ibid. num.393

Granum ſynapis ipſe Chriſtus. ibid.n.394

Gratia.

Ex Gratia regnum cœlorum datur & de iuſtitia. p.83.n.555

Gratia Dei facit munus grande vel paruum. p.84. num.364

Gratia Dei non cadit ſub meritum. p.246. n.760.& 1458

Gratia ingens ad calumniatores ferendos. p.149. num.909

Gratitudo.

Gratitudo.

Gratitudo in omni actione virtuoſa debita Deo. p. 260.n.1545

Gratitudo in omni actione debita eſt Deo, quia ſoluendo Deo debitores ſumus. ibid.n.1543

Gratus.

Grati beneficiorum ſeminant vt copioſius colligant. p.280.n.1673

Gemitus.

Gemitus pauperum ſuffocant orationes potentium Tyrannorum. p.169.n.1025

Gentilis.

Gentiles operarij otioſi. p.77.n.520

Gentiles ſal ponebant in pactis, & quare. p.260. n.1543

Gentiles tempore peſtis quomodo Deos ſuos placabant. p.306.n.1846

Gubernator.

Gubernatoris prudentia nimis neceſſaria. pag.50. num. 329

Gubernatores & Senatores lupi rapaces. pag. 31. num. 212

Gubernator mendax cauſat rebelliones. pag. 271. num. 1615

Gubernatores propter munera impij ſunt. p. 307. num. 1852

H.

Habitus.

HAbitus non facit Monachum. p.131. n.828

Hamus.

Hamo capit qui eſurit pauperes intuitu retributionis. p.201.n.1202

Hamus inuidiæ omnes lucidos cepit. p.210.n.1252

Hædus.

Hædus animal luxurioſum. p.199.n.1194

Hereſis,

Hæreſis nulla diu permanſit. p.58.n.383

Hæreticus.

Hæreticorum error duas ponit naturas, reproborum vna electorum alia. p.96.n.635

Hæretici in vno deficientes facti ſunt omnium rei. p.221. n.1306

Hæretici ſcripturas excæcant blaſphemando.p.295. num. 1771

Hæretici carnales nuptias negant in prologo operis. p.1

Hæreticorum error circa filiationem Ieſu. pag.10. num. 59

Hæretici voluptatibus conturbantur. p.48.n.318

Hæretici à principio expellendi. p.48.n.317

Hæreticorum punitio iuſta. p.49.n.324

Hæretici, quomodo & quando puniendi ſint. ibid. num. 326

Hæreticos iuſte inquiſitores puniunt. ibid.n.327

Hæretici inter ſe diſcordes intus in corde cremantur. p.50.n.335

Hæretici Pater, & filius diſſecantur. p.57.n.378

Inter Hæreticos difficile habitatur. ibid. n.379

Hæretici portas voluptatum adaperiunt. pag.110. num. 712

Hæreticis credunt ignorantes. ibid.n.713

Hæretici blanda, & ſuauia loquuntur, & poſteriora igne plena. p.178. n.1666

Hyperbole.

Hyperbolicè Euangeliſtæ loquuntur multoties. p.36. n.234

Hypocrita.

Hypocritæ ſunt incurabiles. p.45. n.297

Hypocritæ zelo virtutes fratres exhonorant.p.109. num. 709

Hypocritæ fumis faciem mutant. p.125.n.782

Hypocrita impius eſt. p.127. n.791

Hypocrita falſa moneta. ibid.

Hypocrita corde refrigeratur vana gloria. ibid. num. 797

Hypocritæ vultum macerant. ibid.

Hypocritæ ſunt exules. p.131. n.827

Hypocritæ capite demiſſo, & vultu triſti munera recipiunt. p.309.n.1863

Ab Hypocrita Prælato cauendum. p.322. n.1953

Hirundo.

Hirundinis ſtercora non excæcant oculos naturaliter. p.297. n.1779

Homo.

Homo quare iumento comparatur.in prologo operis. p.1

Homo verus Chriſtus dormiens monſtratur. p.38. num. 250

Homines mali Diaboli inſtrumentum. p.46. n.301

Homo malæ intentionis vindictam ſpectet. p. 89. num. 595

Homo Græcè idem quod ſurſum aſpiciens. p.135. num. 842

Homines cauilloſi alienis manibus vindicantur. p.140.n.868

Contra homines cauilloſos ſerpentes inſurgunt. ibid.n.869

Homo ſua facta pluris æſtimat. p.155.n.944

Homo nullum bonum cogitet de ſe. ibid. n.945

Homines miſeri ad pares ſubueniendos, ad lucidos liberales. p.157.n.960

Homo ad malum pronus ad virtutem ponderoſus. ibid.

Homines honeſti honorandi. p.200. n.1196

Honor.

Ad honores ſitientes operarij impij. p.75.n.506

Honor plus quam vita æſtimatur. p.86.n.570

Honorem etiam Iudæ obſeruauit Chriſtus. p.107. num.690

Honorem dantes hiis, qui ſanctè viuunt à Deo benedicentur. p.120.n.768

Honor Dominorum, ſeruorum decor. pag. 275. num. 1647

Honoro.

Honorat Deus ſuos nimis. p.41.n.276

Qui honorant prædicatores à Deo exaltantur. n.230.n.1371

Hora.

Hora Dei in extremis cognoſcitur. p.10. n.65

Hoſpitium.

Non recipi in hoſpitio prædicatores iram Dei prouocat. p.155. n.948

Hoſpitium iuſtæ mulieres prædicatoribus parant. p.217.n.1292

Humilis.

Humilibus ſuam Deus voluntatem tradit. pag.24. num. 162

Humilis ſe vilem putat & cæteros fortes, & nobiles p.29. n.188

Humiles timent videre ſuperbos. p.56. n.373

Humiles Deus conſolatur. p.60. n.365

Humiles Doctores Eccleſiæ. p.65.n.419

Humiles in ramis Euangelij requieſcunt. pag.66. num. 446

Humilitas.

Humilitas in ſupremis plus relucet. p.310.n.1874
Humilitas ipſum Chriſtum obligat. p.21.n.132
Humilitatis ingens præconium. p.26.n.172
Humilitas fidem exaltat. p.29.n.190
Humilitas in Prælatis ſubditos reducit ad bonum. p.32.n.214
Humilitas Chriſti inimicos vincebat. ibid.n.214
Humilitas Chriſti amabilis. ibid.n.215
Humilitas victoriam reportat. p.86.n.573
Humilitas opere, non cogitatione ſolum. pag.197. num. 1181
Humilitas vera miracula operatur. ibid.1182
Humilitas ſcala cœli. p.230.n.1373
Humilitas fundamentum Philoſophiæ. pag. 231. num.1374
Humilitas feneſtra cœli. n.1988

Humiliatus.

Qui humiliatus viuit, exaltatus moritur. pag.197. num. 1180
Qui ſe humiliat etiam in mundo exaltabitur. p.178. num. 1086
Humilietur quis plus quo ſublimior appareat. p.289.n.1737

I.

Idiota.

IDiotæ ſola fide Philoſophos confundunt. p.65. num. 441
Idiotæ fugiunt laborem ſcientiarum, & memoria illorum torquentur. p.144.n.885
Idiotæ ſemper ſunt ingrati beneficij. pag. 165. num. 1001
Idiotæ Sancti ſcientiam felicem ſciunt. pag. 207. num. 1235
Idiotæ ſcientiis aliorum torquentur. p.209.n.1246
Idiotæ dignitates quaſi vitam quærant. pag. 232. n. 1380
Idiotæ mercenarij ad dignitates ſint. Ibid.n.1381
Idiotæ in medio poſiti, non honorem ſed opprobrium recipiunt. p.304.n.1835

Iezabel.

Iezabel crudelis fugienda. p.165. n.1002
Iezabel præcipitata periit, & quare. p.230.n.1372

Ignorantia.

Ignorantia craſſa peccaminoſa. p.104.n.677

Impius.

Impij de ſuo factis gloriantur. p.46.n.298
Impij in inferno quomodo ſtabunt. p.50.n.336
Impij bonorum inuidia torquentur. p.50.n.337
Impij rident, de quo iuſti lætantur. p.54 n.358
Impij pacem ſecum non habent. p.46.n.300
Impij tempore Quadrageſimæ peccant. pag. 166. n.1010
Impij quæ Diabolus non cogitat meditantur. p.186. n.1123
Impij admirantur, ſed non imitantur virtutes. p.197. n.1184
Impij querelas contra cœlum prorumpunt. p.201. num. 1208
Impij ſuis operibus iudicantur. p.222. n.1322
Impij obcæcati neque mortuis reſuſcitatis credent. p.127.n.1350
Impiorum vltima miſeria. p.305.n.1839

Incantator.

Incantatores augent mala. p.23.n.165
Incantationibus vtentes regna perdent. pag. 247. num. 1465

Incorregibilis.

Incorrigibiles difficilè conuertuntur. pag. 305. n. 1841
Incorrigibiles de ſe conquerantur. ibid. n.1843

Impudicus.

Contra impudicos terra clamat. p.8.n.38
Impudici dignitates conſequuntur muneribus. p.13.n.82
Impudici cum propria carne Deo abominabiles. p.24.n.157

Inebriatus.

Inebriati non diſcernunt inter bonum, & malum. p.15.n.98

Infirmus.

Infirmos debemus curare, & leproſos. pag. 25. num. 167

Ingratus.

Ingrati ſunt miſeri, & indigni, vt à Deo videantur. p.18. n.113
Ingrati maioribus malis replentur. p.67.n.450
Ingrati beneficiis ceſſantur. p.123.n.777
Ingrati doloſe reſpiciunt. ibid.
Ingrati oſtium totius perditionis. ibid.p.778
Ingrati beneficia maiores fiunt. pag. 149. & 228. n.910.& 1358
Ingrati celeriter voluntatem adimplent. pag. 158. num. 962

Inimicus.

Inimici viperæ ſimiles ſunt. p.33. n.230
Inimicis parcendum propter propriam vtilitatem. p.44.n.292
Inimicum ferre ingens prudentia. pag. 147. num. 900
Inimicorum correctio ſanctis placet. p.148.n.904
In inimicorum progreſſibus paſſiuè ſe habere. ibid. n.903
De inimicorum malis quomodo lætari licet. ibid. num. 906
De æterna pœna inimicorum dolendum. ibid.
Pro inimicis orare in generali obligat. ibid.n.907
Pro inimicis quando non eſt orandum. p.13.n.98
Inimicos diligentes æternum Patrem imitantur. p.149.n.913
Inimicum amare ſemen copioſi fructus. ibid.n.917
Inimicos delibutos potare ſicut pulueres ſanat cor hominis. p.153. n.933
Inimicorum auxilio indigere mors crudelis. p.256. n. 1526
Inimicos vrit fælicitas æmoli. ibid. n.1528

Inſpiratio.

Inſpirationibus vocat Deus peccatores. pag. 72. num. 477
Inſpirationca ſemitæ fructuoſæ. p.76. n.308
Inſpirationibus renuentes mala morte peribunt. ibid. n.309
Inſpiratio diuina audaciam præſtat. pag. 121. num. 770

Inſidia.

Inſidiæ Diaboli apparentes inimicos meretricis laqueo. p.216. n.1347
Inſidiæ domeſticorum fratrum crudeliores. n.1981

Inſipiens.

Inſipientibus etiam ſatisfaciendum. p.90.n.596
Inſipientibus ſatisfacere ſacrificium logens. ibid.
Inſipiens nimis, qui pœnas inferni non præmeditatur. p.142. n.876
Contra inſipientes pugnat orbis terræ. p.16.n.102
Inſipientes Principes cum differentia putant iudicaturi. p.199. n.1190

Inſipiens

Inſipiens eſt, qui ſecretum reuelat mulieribus. p.104.n.675

Infernus.

In inferno ſunt loca tenebroſa. p.158.n.854
In inferno verè, & realiter eſt ignis. p.159.n.862
In inferno quomodo dentes ſtrident damnati. ibid. num. 863
In inferno quomodo flent damnati. p.140.n.867
In inferno ſpecies pœnarum diſtinctæ. ibid.n.866
Inferni ignem non cogitare infelicitas ſumma. p.202.n.1209

Inquietus.

Inquieti ab omnibus inculcantur quaſi calumniatores. p.76.n.508
Inquieti neſciunt quieſcere. p.184.n.779

Intempeſtiuus.

Intempeſtiui imprudentes ſunt. p.10.n.62

Intentio.

Intentio bona bene ſeminat, & colligit. pag.48. num. 313

Interrogatio.

Interrogatio, & reſponſio caſu cohærent. pag.21. num. 141

Inuidus.

Inuidioſi amentes vocant ingenioſos. p.7.n.35
Inuidi ſunt increduli mirabilium. p.7.n.36
Inuidioſi ſemper ſunt increduli. p.22.n.142
Inuidus mille modis, & aſtutiis famam delere conatur. p.23.n.152
Inuidus bono alieno torquetur. p.54.n.359
Inuidi peiores feris. p.54.n.360
Inuidus ſibi plus nocet. ibid.n.360
Inuidi beneficiis alienis torquentur. p.80.n.532
Inuidus intra cor vritur. p.86.n.576
Inuidus duplici corde loquitur. ibid.n.577
Inuidus beneficiis vritur. ibid.
Inuidus ſemper murmurat. ibid.
Ab inuido ſemper cauendum. p.139.n.865
Inuidi alios videndo honorari triſtantur. p.209. num. 1245
Inuidus inebriatur furore. p.239.n.1424
Inuidus contra litteratos occaſiones quærunt. p.261.p.n.1558
Inuidi ſola imaginatione torquentur. p.293.n.1757

Inuidia.

Inuidia viget cum apparent flores, & fructus litterarum. p.121.n.150
Inuidia peſtis contagioſa. p.54.n.360
Inuidia fera peſſima, quæ cadaueribus delectatur. p.240.n.1427

Ionas.

Ionæ ſimilitudo cum Chriſto in ſex proprietatibus. p.222.n.1316

Ioſeph.

Ioſeph propter honeſtatem imperauit. pag.196. num. 1176

Ira.

Ira pro amici defenſione, & propria commoditate pacem conturbat. p.83.n.549
Iræ inter malè electos naſcuntur. p.86.n.570
Iræ, & contentiones fugiendæ. p.86.n.572

Iuſtitia.

Iuſtitia vera gratiæ Dei omnia tribuit. p.80.n.535
Iuſtitiæ gradus ſeruandus in dilectione inimicorum. p.147.n.896
Iuſtitia regna conſeruat, & è contra. pag.246. num. 1460

Iuſtus.

Iuſti ſemper ſint timorati. p.67.n.451
Iuſti gratiæ Dei omnia cedunt. p.80.n.533
Iuſtus tentationibus in gratia Dei radicatur. p.101. num. 661
Iuſti humiles ſemper ad petram, de qua excisi ſunt, reſpiciunt. p.141.n.873
Iuſti flagellati à Deo hilares apparent Deo. p.144. num. 887
Iuſtorum animæ vindictam inimicorum abhorrēt. p.156.n.955
Iuſti facilè omnia impoſſibilia fidei occultant. p.170.n.1027
Iuſtus de proximis ſemper bene loquitur. pag.260. num. 1546
Iuſti ſolum viuere debent. p.191.n.1148

Ieiunium.

Ieiuniis phantaſmata peccatorum obliuiſcuntur. p.130.n.821
Ieiunium amicabiliter reſpicit Deus. p.136.n.848
Ieiunantes in aues cæleſtes transformantur. p.165. num. 1105
Ieiunium frangit, qui in nocte plus comedit. p.166. num. 1107

Iudæa.

Iudæa corpus Chriſti cognouit, gentilitas auditu credidit. p.30.203

Iudæi.

Iudæi proterui igne cremantur ſi Baptiſmum receperunt. p.36.n.231
Iudæi ingrati ſeditioſum vt Chriſtum opprobriarent, elegerunt. p.52.n.345
Iudæi incurabiles niſi in camino ignis ardentis. p.67.n.445
Iudæi duriores ſaxis vſque ad finem mundi. p.61. num. 402

Iudex.

Iudex auarus, & cupidus ſerpens deuorans. p.23. num. 152

Iudicium.

Iudicium maturum ipſe Deus obſeruat. pag.56. num. 369

L.

Labor.

Labor noſter momentaneus eſt. p.35.n.219.
Per labores Chriſtum agnouimus. pag.38. num. 244
In laboribus præmium abſconditum. p.78.n.521
Labores homines docent viam Dei. p.99.n.649
Labores cum patientia toleremus ne fortè aggrauentur. p.143.n.884
Labor eſt oculus animæ. p.144.n.885
Labores flores ſunt apud Deum. p.160.n.970
Labor maior amantis non laborare. p.165.n.1004
Contra labores antidotus eſt benedictio Sacerdotis. p.195.n.1174
Laboribus eiſdem cœlum vel infernum conſequitur. p.274.n.1640
Labores cum patientia vt proſint. p.297.n.1777

Lachryma

Lachrymæ mulierum multum mouent. pag.109. num. 707
Lachrymæ ambitioſiorum lamentabiles. pag.322. num. 1952

Lapis.

Lapides contra Diabolum execrationes ſanctæ. p.183.n.1110
Contra lapides Dæmoniorum Chriſtus ſcutum eſt. ibid.n.1114

Latro.

Latro clarorum doloribus ad Chriſtum conuerſus fuit. p.99.n.649

Latronem Iudam hoſpitare meritum non perdidit Marthæ. p.217.n.1291

Latronibus aliqui iudices peiores. p.291.n.1745

Latro in cruce refrigerauit vulnera Chriſti. p.297 num. 1783

Laudo.

Lauda omnes, vt tu quoque lauderis ab omnibus. p. 18. n.116

Laudes laborantium in ſcriptura ignorantes torquet. p.262.n.1559

Laus.

Laus in ore proprio vileſcit. p.8. &.13. n.45.& 84

Laudes propriæ tacendæ ſunt. ibid.

Laudes vanas quærentes Deo ſunt abominabiles. p.26.n.171

Laudibus ſancti torquentur. p.131. n.828

Lætitia.

Lætitia magna tempeſtate tranſacta. p.37. n.242

Lætitia conſcientiæ ſerenæ ineffabilis. pag. 170. n. 1029

Lætitia impiorum nacta præda. ibid n.1030

Lætitia ſeruorum Dei communis eſt. p.199.n.1191

Lætor.

Lætari in malo grande malum. p.54 n.358

Lætantur ſerui Dei ante diuinam præſentiam collocati. p.78. n.522

Lætitia interna iuſtorum indicibilis. ibid. n.513

Lætari de pœnis, non de culpis inimicorum quomodo liceat. p.152. n.933

Leuis.

Pro leuiſſimis peccatis pœnitentiam agere debemus. p.44.n.294

Lex.

Qui legem Dei obſeruat nihil timet. pag. 188. num. 1134

Libido.

Libido contagioſa peſtis. p.53. n.350

Libidini traditi tota nocte inter falſa gaudia tanquam extrema agunt. p.290. n.1742

Lingua.

Linguæ nociuæ obſtruendæ. p.107.n.691

Lingua beneloquens luci comparatur. pag. 111. num. 715

Lingua in conuerſationibus refrenanda. pag.110. num.714

Lingua pernicioſa ſtimulus. p.111.n.715

Lingua mala Chriſto non pepercit. ibid.

Lingua inſtrumentum miſericordiæ. p.133.n.839

Lingua inſtrumentum ad laudandum Deum.p.205. num. 1219

Linguas calumniatorum obſtruere ſignum mirabile. p.226.n.1345

Litteratus.

Litterati oculos obturatos ad terrena habeant. p.232.n 1380

Litterati ingenioſi non abſcondant talentum. p.295.n.1766

Longanimitas.

Longanimitas in ſuperioribus neceſſaria. p. 56. num. 370

Longe.

Longe à Deo ſunt qui non obſeruant præcepta eius. p.193.n.1167

Loquax.

Loquaces impij fugiendi, neque audiendi. p.276. num. 1650

Loquor.

Loquendum eſt bene de omnibus. p.293.n.1758

Loqui de rebus ſpiritualibus conſolatio cœleſtis. p.311.n.1880

Lutherus.

Lutherus, & Caluinus latam viam docendo inſipientes fefellerunt. p.278.n.1666

Luxurioſus.

Luxurioſi timent mortem, ſed non corriguntur. p.45. n.297

Luxuria.

Luxuria omnes hæretici ſunt repleti. p. 53. n.350

M.

Maria.

QVare Maria Virgo dicitur Mater pietatis, & miſericordiæ. p.5.n.14

Maria quare dicitur mulier. p.6.n.25

Mariæ vbera pietatis, & miſericordiæ fontes. p. 8. num. 52

Maria Virgo Dei mater quare dicitur inter omnes mitis. p.327. n.1988

Magiſter.

Magiſtri ſuperbi omnia præſumunt ſcire. pag. 65. num. 440

Magnes.

Magnetis virtus admirabilis. p. 18. n.116

Maledictus.

Maledictus homo qui confidit in homine. pag.42. num. 284

Maledicti, & perſecuti in iudicio benedicentur. p. 195. n.1175

Maledicti ſunt qui Sacerdotes non venerantur. ibid. n. 1174

Maleficus.

Malefici interficiendi ſunt. pag. 50. & 56. n. 332. & 371

Malus.

Malos punire idem ac ſanctificare Deo. p.13.n.84

Mali ſanctis miſcentur, & quare. p.55.n.365

Mali aliquid boni operantur. ibid. n.367

Mala præuiſa minus feriunt. p.107. n.691

Mala omnia ſine Deo nos inuadunt. p.164. n.997

Mala malè adquiſita citò pereunt. p.26. n.173

Mala ſocietas grande ſupplicium. p.194.n.1171

Mala publica non punire graue peccatum. p. 306. num. 1845

Manus.

In manibus hominum omnia munera minuuntur, in manu Dei augentur. p.13.n 86

Manus hominum miſerabiles ſunt. p.14. n 87

Manus pollutæ muneribus Reges perdunt. p.122. num. 775

Manus Sacerdotis ſcribit in fronte hominis.p.130. num.823

Manus Deo conſecratæ iniquis polluuntur. p.158. num.962

Manus Confeſſorum non ſicut medicorum. p.233. num. 1386

Marcion.

Marcioniſtæ hæretici carnem Chriſti phantaſma eſſe putabant. p.21.n.138

Mater.

Mater & filius Dei ſe intelligebant. p.8. n.51

Væ matribus, quæ filias peccare conſentiunt. p.163. num. 996

Matres quæ de carnibus filiarum ſuarum comedunt mala morte peribunt. p.288. n.1729

Maxilla.

Maxilla.
Maxilla vilis, & abiecta ſymbolum prædicationis. p.112.n.720
Merces.
Merces diuina repente venit. p.79.n 530
Merces aliquibus datur in hoc ſæculo. p.88. n.588
Merces ingens Dei filios fieri. p.155. n.944
Merces propter fidem datur. p.166. n.1008
Medicus.
Medici potionem amariſſimam recepiant periculoſioribus.
Mendax.
Mendaces,& adulatores in Prælatorum cellis non ſunt admittendi. p.65.n.443
Mendaces extra lineam humanitatis verſantur. p.296.n.1772
Mendaces ſunt validiores, & potentiores. ibid. num. 1773
Meretrix.
Meretricis merces quaſi aqua dilabitur. pag. 288. num.1732
Meretrices aduerſa fortuna pereunt. ibid.
Miniſter.
Miniſtri infideles vinum in aquam conuertunt. p.8.n.46
Miniſtri deteſtabiles Regum feræ rapaces. pag.32. num. 212
Miniſtri & Senatores in momento ditantur. p.32. num. 212
Miniſtri remiſſi popolos perdunt. p.158. n.961
Miniſtri in malis non debent Regibus obedire. p.262.n.1557
Miniſtri Regum, qui cito diteſcunt Regnum depauperant. p.288.n.1733
Miniſtri iniuſti à terra deuorantur. p.320.n.1944
Miniſtri prudentes, & cauteloſi. n.1978
Miſer.
Miſeri ſemper occultant meliora. p.15.n.97
Miluus.
Miluis ſimilis eſt inuidus. p.263.n.1562
Miraculum.
Miracula quotidie vileſcunt facta. p.16.n.101
Miracula intus operatur Deus quotidie. pag. 18. num.113
Miracula Chriſti diuinitatis indicia, & humanitas inſtrumentum diuinitatis. ibid. n.115
Miracula Chriſti ineffabilia, & ſine dubio certa. p.31.n.205
Miraculum grande à cauſa ingenti procedit. p.37. num. 240
Miracula operantur corpora ſanctorum. pag. 112. num. 720
Moyſes
Moyſes Magiſter patientiæ in gubernatione.p.154. num. 940
Mors.
Mortem ſubitam timeant impij. p.109.n.702
In hora mortis liberales. p.119. n.763
Mors ſolatium his qui inter malos viuunt. p. 120. num. 765.
Poſt mortem viſiones horribiles apparent. p. 130. num. 823
Memoria mortis ieiunare facit. ibid.
Mortis memoria voluptates extinguit. pag. 132. num. 831
Mortis memoria pignora pretioſa animi. ibid. num 83
Mors eſt bona, ſi vita bona præceſſit. pag. 197. num. 1180
Mortificatio.
Mortificatio cuſtodia virtutum. p.98. n.644
Mortificatio peccata euitat. ibid. n.645
Monipodium.
Monipodium graue peccatum. p.108.n.696
Munda.
Munda mundis ſunt omnia. p.25. n.166
Mulier.
Mulieres debent eſſe prudentes. p.32.n.217
Mulierum ſocietas idola adorare facit. p.51.n.340
Mulier figura diligentiæ. p.67.n.455
Mulieres lamentantur triſtitia. p.107.n.688
Mulieres debent miniſtrare prædicatoribus.p.109. num. 705
Mulieres propter malas ſocietates perduntur. p.120.n.765
Mulieres meretrices cum Religioſis loquentes competuntur. ibid. n.767
Mulieres contemptæ iraſcuntur. p.121. n.770
Mulieres meretrices ſceleratis hominibus ſimiles. p.158.n.961
Mulier idolum quæ cor torquet. p.164. n.997
Mulieres fingunt amare. p.280 n.1676
Mulieres fortitudinem, & gratiam amittere faciunt. p.280. n.1675
Mulieribus credens vſque ad ſepulchrum alliditur. ibid.1676
Mulieres inconſideratè petunt. p.313. n.1850
Mulier prudens placat iram viri. n.1965
Munus.
Munera ora leonum obſtruunt. p.22. n.147
Muneribus cedit ratio, & veritas. p.22. n.148
Munera data, & fruſtrata laqueus afflictionis, & miſeriæ magnæ. p.26. n.173
Muneribus plenæ manus miniſtrorum. pag. 122. num.775
Munera offeruntur Prælatis p.131.n.827
Munera excæcant ſapientes. p.297. n.1780
Murmuratio.
Murmuratio Prophetarum qualis, & quomodo. p.82.n.541.
Murmuratio & ira impediunt charitatem. pag. 86. num. 573
Murmuratio Sacerdotum odioſa Deo. p.89. n.594
Murmurationes ſubditorum volucres comedentes verbum Dei. p.99. n 652
Murmurationes contra Prælatos ingratiſſimi ſunt. ibid.n.653
Murmuratio vtiliorem partem refert. p.141.n.873
Murmuratio creſcit contra honoratos. pag. 205. num. 1220
Murmuratio peſſimorum etiam de Deo loquitur. p.273. n.1632
Mus.
Mures ſunt inimici qui famam & honorem deſtruunt. p.152. n.928
Mures aureos facit qui inimicos diligit. ibid.
Muſca.
Muſcæ ſunt cogitationes antiquæ. p.132.n.831
Muſcam timent infantes, non ignem. p.133.n.833
Muſca inquietum animal. p.186.n.1127

N.

Natio.
NAtiones extraneæ laudant quod iuſtum eſt ſine paſſione p.263. n.1560
Neceſſitas.
Neceſſitas auſculiat omnia. p.119. n.761

Neceſſitas humana pectora cogit. ibid. n.762

Negligentia.

Negligentia mater malorum, p.73. n.485

Negligentia ſemen Dei perditur, p.94. n.615

Nihil.

Nihil prædicatores, & Præſules timidi valent, p.210. n.1253

Nemo.

Nemo in alienis ſe intromittat, p.5. n.22

Nemo de ſe habet niſi peccatum. p.160. n.969

Nemo ſe cognoſcit, cum proſpera ei eueniunt. p.279. n.1669

Nemo repletus peccatis deſperet. p.297. n.1780

Nobilis.

Nobiles pluris Deus virtuoſos æſtimat, pag. 45. num. 296

Nobiles plus Deo ſeruire debent. ibid.

Nobiles, neque vmbram infamiæ ſequi debent. ibid,

Nobilitas.

Nobilitas à radice incipit. p.45. n.297

Nocere.

Nocere alteri eſt ſibimet nocere. p.44. n.292

Nomen.

Nomen Ieſus quomodo vagatur. p.135. n.829

Nouiſſimus.

Nouiſſimi ſunt abiecti, & perſecuti. p.79. n.530

Nox.

Nox infernum lux paradiſum ſignificant. pag.142. num.877

Qui in nocte malè ambulant periclitantur, ibid. num.879

Nox & dies cœlum, & terra teſtes contra impios. p.143. n.881

Nubes.

Nubes fulmina malis expellit bonis ſplendorem. p.276. n.1652

Nubes fuit Magiſtra docens Diſcipulos. ibid.

O.

Obedientia.

Obedientia parentibus debita. p.5. n.31

Obedientia in creaturis inſenſibilibus Deo maior quam in hominibus. p.40. n.269

Obedientia cum inconuenientibus non obligat. p.161. num.674

Obedientia perfecta humilis eſt. n. 1188

Obedientiæ merito laborandum non propter ambitionem. p.293. n.1756

Occaſio.

Occaſiones publicæ peccati tollendæ. p.11. n.71

Occaſio non perdenda. p.115. n.730

Occaſiones virtutis quærendæ, pag. 118. num.759

Oculus.

Oculus eſt bona vel mala intentio. p.84. n.559

Oculus mentis ex obiecto mouetur. ibid. n.560

Oculus nequam qui gaudet de malis proximorum. ibid. n.561

Occupatio.

Occupationes rectæ à Deo diriguntur. pag. 118. num.758

Odium.

Odium intentat mortem inimicorum, pag. 107. num. 693

Officia.

Officia & dignitates cauſæ condemnationis multorum. p.24. n.160

Omiſſio.

Omiſſiones ſuperiorum acriter punit Deus. p. 68. num. 456

Opprobrium

Opprobriorum tolerantia transformat vultus, & glorioſos facit. p.285. n.1738

Opinio.

Opiniones nouæ fugiendæ. p.104. n.679

Opiniones variæ de apparitione animæ Saulis. p.246. n.1463

Operarius.

Operarij delicati, & infirmi querelas prorumpunt. p.83. n.549

Oppoſita.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. pag. 7. num. 39

Opus.

Operibus & verbis prædicandum eſt. pag.16. n.99

Oratio.

Orationes Sanctorum Deum ligant. p.10. n.61

Orationes pœnitere Deo de flagellis faciunt. p.11. num. 67

Orationes medicinæ ſunt animarum. p.21. n.134

Orationis vis inuincibilis. p.29. n.187

Orationibus omnia quieſcunt aduerſa. pag. 41. num. 275

Orationes ſubditorum afflictorum ad Deum perueniunt. p.42. n.281

Oratio prolixa vſquequo petita impetrentur. p.45, num. 295

Oratio contra hæreticos efficax. p.49. n.319

In oratione Deum interrogant iuſti. ibid. n.321

Ab oratione nullus ſine conſolatione recedit. p.53. num. 356

Oratio pro extirpatione hæreticorum accepta Deo. ibid.

Oratione Dominica vtebantur Patres. pag. 100. num. 657

Oratio dilatata gratiſſima Deo. p.125. n.772

Orationes ore & non corde non exaudit Dei. ibid. num. 774

Oratio caſtitatem præſtat, ibid.

Orationes in tempeſtatibus factæ quæ. ibid.

Oratio pro inimicis cœlum penetrat. n.918

Oratio vnitiua pro bono proximi relinquenda. n.157. n.959

Ab oratione ceſſandum propter miſericordiam. ibid. n. 959

Orare ſemper oportet, & laborare. p.167. n.1014

Orationes vrgent ſanctos, vt feruentius orent. p.168. n.1021

Orationes Dæmones expellunt, & hoſtes. p.240. num. 1430

Oratio Chaneæ Chriſtum delectabatur. pag. 241. num. 1431

Oratio copioſa ſicut aqua effuſa. p.242. n.1440

Orationes variæ Deo placent. ibid. n.1441

Oratio minima ſolet Deo placere. ibid.

Orationis ſuffitus quieſcere facit Deum à furore. p.245. n.1447

Ornamentum.

Ornamenta ſacrata non miſcenda prophanis. p.158. n.961

Orologium.

Orologium Ezechiæ mirabilia fecit in corde Regis.

Oſtiaria.

Oſtiaria purgans ſibi candida grana Prælatus cupidus. p.67. n.455

Otioſus.

Otioſus.

Otioſi ſemper quaſi rota ambulant. pag.77.n.517
Otioſitas ſemen omnium malorum. ibid. n.518
Otioſi valdè ſunt fugiendi. p.118. n.757
Otioſa nunquam terra. ibid.
Otioſi venenum producunt. ibid.
Otioſus Religioſus periculoſus. p.165.n.1005

Ouis.

Ouis vna ſcabie plena inficit candidatos agnos. p 41.n.279
Ouis perdita, ſi vallat Paſtorem vocat. pag.91. num. 604

P.

Paralyticus.

PAralyticus continuò doloribus agitatur. p. 27. num. 176

Parens.

Parentes honorare Chriſtus docuit. p.8.n.52
Parentes quomodo pluſquam Deus honorificantur. p.10.n.59
Parentum ſuaſione multæ Religionem ingrediuntur. p.324. n.1968

Parochus.

Parochus vociferari debet legem Dei. pag.255. num.1518
Parochus non adquirat diuitias. ibid.
Parochus prædicet verbum Dei. ibid. n.1517

Paſſio.

Paſſio Chriſti non ſepeliuit eius maieſtatem. p.195. num. 1175
Paſſio Chriſti non impedienda, ſed æſtimanda. p.319. num. 1937
Paſſio Chriſti vmbrat Eccleſiam. Ibid. n. 1939
Paſſio Chriſti leuamen omnium laborum. ibid.
Paſſionis Chriſti memoria antidotum contra ambitioſos. p.320. n.1942

Paſtor.

Euigilans, qui defectus ſentit.

Pater.

A Patre prædefinitam dicitur horam Chriſti. p.6. num. 17
Patris maledictio timenda. p.196.n.1176
Pater benedicens filios diuitias relinquit. ibid.

Patientia.

Patientia Chriſti impiis magis elucet. pag. 40. num.272
Patientia victoria eſt laborum. p.55.n.365
Patientia impaſſibiles facit. p.86.n.575
Patientia ſcala virtutum. p.161.n.971
Patientia ingratitudinibus probatur. pag. 164. num. 1000

Pauper.

Pauperes æmulantur aduerſus alterom. pag. 113. num. 724
Pauperes non reſpiciunt diuites. p.115. n.733
Pauperes ſunt arcæ theſaurorum Dei. pag. 154. num. 837
Pauperes quærunt ſuum Paſtorem. p.257.n.1532
Pauperibus onera grauiſſima imponuntur. p. 300. num. 1796

Pax.

Pax communitatis quærenda. p.90.n.597
Pacificus hic eſt Beatus. p.57.n.381

Peccator.

Peccatores ſaturati peccatis faſtidium generant peccatorum. p.12. n.79
Peccator compedibus ligatur. p.23.n.153

Ex Peccatorum multitudine infidelitas naſcitur. p.44.n.290
Peccator qui non corrigitur dupliciter punietur. p 66.n.449
Peccator ingens in pretioſum lapidem tranſmutatus. p.55. n.363
Peccator in ſe reuerſus in ſatis tribus ſaluatur. p.67.n.454
Peccatores paulatim ſunt reducendi. pag. 74. num. 498
Peccatores ſerpentinos recipiendos eſſe. pag. 82. num. 539
Peccator ad vltimum ſolet ſaluari. pag. 91. num. 602
Peccator ipſe ſe vendit Diabolo. ibid. n. 603
Peccator ſubcineratus quaſi pater in fonte. p. 131. num. 824
Peccatores quare profugi ambulant. pag. 139. num. 861
Peccator expers rationis, cum de culpa gloriatur. p.141. n.870
Peccatores neque cogitationes diuinas admittunt: propter peccatorum duritiam iraſcitur Deus. p.261.n.1550
Peccatores à Deo flagellati in ſe reuertunt. p.280. num. 1672

Peccatum.

Peccata confitenda multoties. p.24.n.158
Peccata qui confitentur manu Dei mundantur. p.25.n.165
Peccata venialia vitanda. p 44.n.293
Abſque peccatis homo reſpirat. p.232.n.1377
Peccatum hoſpes moleſtiſſimus. p.231. n.1374
Peccatum rebellionis contra Regem grande. p.292. num. 1754

Perfectus.

Perfecti debent ad naniculam aſcendere. pag. 40. num. 274
Perfecti conditionem Chriſti ſequuntur. p. 155. num 948

Perſecutor.

Coram perſecutoribus non appareant perſecuti. p.239.n.1424
Perſecutores ſicut ignis contra iuſtum. pag. 273. num. 1636

Pœna.

Pœna damni, & ſenſus quid. p.34. n.224

Perſeuerantia.

Propter perſeuerantiæ faſtidium multi damnati. p.101.n.658

Periculum.

Pericula ingentia proponere ante Deum. p. 169. num.1022

Pecunia.

Pecuniis comparata prædicatio inanis, & ſine fructu ſemper. p.22.n.149
Pecunia aurea loquutio clam tecta. pag. 312. num. 1883

Preces.

Preces & orationes Deum vincunt. p 7. n.34
Precibus vincuntur homines. p.173. n.1038
Precibus quod imperatur catum. p.119.n.762

Præſentia.

Præſentia Dei ad perfectionem neceſſaria. pag.34. num. 226

Prælatus.

Prælati remiſſi impij ſunt. p.11. n.72
Prælatus candidatus ſubditos purificat. pag. 12. num. 81

Prælati ſuo malo exemplo legem Dei confringunt. p.15 n.95
Prælatus pocula delicata non bibat neque cibis delicatis vtatur. p.17. n.107
Prælati obſeruent leges, & nouas faciant, ſi licet. p.17.n.111
Prælati indigni procella peribunt. p.40.n.274
Prælati Religioſi paucis ſint contenti. p.75.n.502
Prælati ſeueritate, & ſuauitate vtantur. pag. 100. num. 654
Prælati pro ouibus morti ſe offerant. pag. 107. num 692
Prælatorum permiſſiones nocent impiis. pag. 111. num. 717
Prælati comedentes ſplendide ſubditos ſcandalizant. p.163. n.993
Prælati non ſolum verbis, ſed opere ſaueant ſubditis. p.173.n.1041
Prælati columna ſubditorum. p.179 n.1092
Prælati, qui ſua commoda reſpiciunt traditores vt Iudas. ibid.n.1093
Prælatis amore, & fortitudine pro ouibus pugnandum. ibid. n.1091
Prælati cuſtodes murorum, non animarum. ibid. num.1092
Prælatus non diſſimulans plus ſibi nocet. pag 245. num. 1457
Propter peccata Prælatorum communitates pereunt. p.292.n.1753
Prælati iniuſti ius, & iuſtitiam in ſua auctoritate collocant. p.320.n.1943
Prælati remiſſi ſuis ſociis fauent. pag.322. n.1954
Prælatus inſipiens fumus lucernæ extinctæ. p.14. num. 160

Præſes.

Præſes vigil attentus. p.15. n.92

Prædicator.

Prædicatores critici culti, & laconici obſcurant legem diuinam. p.20. n.124
Prædicator debet ſe cum auditorio conformare. ibid.n.123
Prædicator non ſit imperitus, & indoctus pag.22. num. 150
Prædicatores mali dupliciter puniendi. p.34.n.224
Prædicatores inuidi innumeri. p.51.n.341
Prædicatores detractores fugiendi. ibid. n.342
Prædicator, vt Paterfamilias debet eſſe. ibid.n.343
Prædicatores peccatores conuertunt. p.66.n.448
Prædicatores cum prudentia vociferentur. p. 103. num. 672
Prædicatores benè viuere vt proſint. ibid. n.673
Prædicator Euangelij aqua dulcis viatori. p. 112. num. 720
Prædicatores perfecti opprobriati non tacent. p.218.n.1262
Prædicatori multis modis loquendum, vt corda impiorum conuertat. p.214. n.1276
Prædicator hamum dulcem in verbis habeat. ibid. num.1279
Prædicatores exulare iram Dei excitat. pag. 215. num.1283
Prædicator audiendus, qui crucem Chriſti prædicat. p.269. n.1603
Prædicatores culti, & laconici claudunt regnum cœlorum. p 311. n.1876
Prædicatores humeris adiuuēt miſeros.ibid.p.1877

Princeps.

Principes de quacumque re faſtidiantur. pag. 53. num. 354
Principes mundi fruſtra orant, ſi non ſoluunt debita. p.169.n.1024
Principum, & miniſtrorum peccata diſſimulantur.

Priuatus.

Priuatus apud Reges impoſſibile eſt quod ſubſiſtat. n. 1981

Potens.

Potentes volunt viuere malè, & mori bene. p.197. num. 1180
Potentes alium Deum ſibi cogitant ac pauperes. p.199.n.1189
Potentes publicè peccare non tenentur. pag.321. num.1947

Procurator.

Procuratores Regnorum ſua ſolum aſpiciunt. p.179.n. 1092

Proficio.

Proficere nolle, deficere eſt. p.181. n.1100

Promiſſa.

Qui promiſſa non ſoluit dupliciter ſoluere ſolet. p.79. n.528

Proſperitas.

In proſperitatibus multi inueniuntur, in aduerſis pauci. p.34 n.228

Prudentia.

Prudentiæ effectus quales ſint. p 9. n.57
Prudentia theſaurus incomparabilis. ibid.
Prudentia ſuperioris ingratos, & inquietos quieſcere verbis, & exemplis. p.31. n.207
Prudentia ſal virtutum. p.10.n.62
Prudentia Parentum rixas filiorum euitat. pag. 57. num.379
Prudentia ingens non vti omnimoda potentia. p.187.n.1130
Prudentia Dei impios tolerat. ibid.
Prudentia Prælati diſſimular, & in ſecreto punit. p.323.n.1962
Prudentia ingens leuia diſſimulare. n.1986

Pulchritudo.

Pulchritudo in honeſtate conſiſtit. p.244. n.1450

Q.

Qui.

QVi in Domino confidit ſecurè dormiat. p.42. num. 285
Qui malè viuit, non bene ſperat. ibid.
Qui hominibus placare volunt fures ſunt, non paſtores. p.258. n.1533
Qui oues non curant non ſunt Paſtores, ſed impij tortores. p. 258. n.1534
Qui terrena aſpiciunt, crudelia meditantur.p.294. num. 1762

R.

Radix.

RAdix tritici ſpicam, & granum conſeruat. p.195 n.1175

Rana.

Ranæ ſunt Prædicatores Dei. p.98. n.647

Reprehenſio.

Reprehenſiones ſecretò, & paulatim. p.41.n.275
Reprehenſio ſit cum grano ſalis. ibid.n.275
Reprehenſio beneuola recipienda. p.88.n.584

Rebellis.

Rebelles tyranni nunquam perſeuerant. pag.246. num.1463

Reprobus.

Reprobi bona temporalia recipiunt. p.89.n.591
Reprobis prudeſt etiam poſtulata non conſequi. p.242.n.1438
Reprobi repente moriuntur. p.278. n.1665

Reuelatio.

Reuelationes fingentes Eccleſiæ Dei nimis nocent. p.12.n.75
Reuelationes niſi prodigiis approbentur non credantur. p.23.n.151
Reuelationes fingentes à Deo colliduntur. p.233. num. 1386
Reuelationes ex proprio capite perieulosæ. p.247. num. 1466

Religioſus.

Religioſi detractores viperæ venenoſæ.p.35.n.231
Religioſi quo viliores plus ambitioſi. p.41.n.280
Religioſi ſingulares in cibo & in potu zizania ſunt. p.51.n.340
Religioſi fugiant palatia Regum. p.100. n.656
Religioſi ignobiles de nobilitate gloriantur.p.141. num. 872
Religioſi ambitioſi propter præcedentias torquentur. p.142. n.874
Religioſi nimis fatigantur à Dæmone. pag. 281. num. 1678
Religioſus deterior ſimilis Sampſoni. ibid.n.1678
Religioſi faſtidioſi, qui vrbanitatibus nimis vtuntur. p.310.n.1875
Religioſi multa audacter promittunt, & citò dilabuntur. p.325. n.1970

Remiſſus.

Remiſſi Prælati impij, & ambitioſi. pag. 76. num. 513

Requies.

Requies conſcientiæ ingens præmium. pag. 103. num. 669

Reſiſto.

Reſiſtere inſpirationibus Dei graue peccatum.p.46. num. 298

Reuerentia.

Reuerentia ingens Sacerdotibus debita.p.26.n.174
Reuerentia Prælatis debita. p.277. n.1658
Reuerentiam Deo debitam ambitioſi ſibi arrogant. ibid. n.1659
Reuerentia iratum animum miteſcit. ibid.n.1658
Reuerentiæ ſignum cadere in terram. ibid.n.1660

Rex.

Reges prædicatores timeant exulare. p.67. n.452
Reges & ſuperiores ſemper vigiles. ibid. n. 455
Rex non debet Regnum ſuum conſumere. pag. 97. num. 642
Reges diligi deſiderent, non abhorreri. p 94.n.643
Reges tarde credunt, & citò perennt.p.134. n.840
Reges non ceſſent benefacere. p.134.n.841
Reges Dauid, Bambæ, & Ramiro à Deo electi. p.178.n.1083
Regum ſecreta aperire graue delictum. pag. 187. num. 1130
Rex cum ſedet in ſolio ſuo diſſipat omne malum. p.189.n.1137
Reges ditantur benefaciendo. p.202.n.1203
Reges dando Deum imitantur. ibid.
Reges admirari non indignari contra prædicatores. p.209. n.1246
Rex Angliæ decapitatus à ſuis iniquis ſeruis.p.246. num. 1461
Reges ſolo aſpectu irato priuatos occidunt. p.157. num. 1529

Riſus.

Qui riſum oſtentant ore, duplici ſunt corde.p.312. num. 1885

Rubus.

Rubo, quare Eccleſia comparatur. pag. 239. num. 1425

Ruſticus.

Ruſtici, & infimi in fide multis modis arguendi ſunt. p.39. n.260
Ruſtici Apoſtoli in principio. p.108.n.697
Ruſtici & inſipientes transformati in ſapientes. p.112.n.719

S.

Sacerdos.

SAcerdotis dignitas modeſta, & grauis pag. 7. num. 43
Sacerdotibus digna reuerentia exhibenda. pag. 25. num. 146
Sacerdotes de cultu altaris curare debent. pag. 33. num. 218
Sacerdotes ſecreto corrigendi. p.37. n.238
Sacerdotis vitam Angeli attenti proſpiciunt. p.44. num. 294
Sacerdotes ſe ipſos pro pace offerant Deo. p. 120. num. 768
Sacerdotes cupidi ſcatent lepra. p.123. n.776
Sacerdotes ex vi contractus ad pretium taxatum miſſarum tenentur. p.163. n.994
Sacerdotes tractantes è templo eiiciendi. pag.203. num. 1211
Sacerdotes radices bonorum, vel malorum in Republica. p.206.n.1223
Sacerdotes lucri cauſa laborantes fugiendi. ibid. num. 1226
Sacerdotes non ſint crudeles. p.211.n.1255
Sacerdotum peccata grauiora. ibid.
Sacerdotes inſipientes Magiſtros infamant. ibid. num. 1256
Sacerdotes & Religioſi faciliùs credunt mulieribus. p.280.n.1677

Salomon.

Salomon Virgis cædi voluit à Sacerdotibus.p.229. num. 1364
Salomon compoſuit Eccleſiaſtem, & Cantica Canticorum. p.230. n.1367

Sanctitas.

Sanctitatis initia difficillima. p.101.n.664

Sanctus.

Sancti pluris æſtimandi ſunt. p.32. n.213
Sancti quotidie inaudita operantur. p.80. n. 534
Sanctorum ſocietas participes facit virtutis. p.120. num. 765
Sancti ſuper aquas ambulant. p.159 n.963
Sancti inter palatia Regum periclitantur. p. 181. num. 1101
Sanctorum nomina fugiunt Dæmonia. ibid. num. 1103
Sancti delectantur de bonis alienis. pag. 263. num. 1561

Sanguis.

Sanguis Abel contra mutos Prælatos clamat. p.255.n.1519

Saulus.

Cum Saulo iuſtitia, & gratia facta eſt. pag.88. num. 586

Saül.

Saül exemplum ſecretariorum. p.281.n.1679

Salutatio.

Non ſalutatio, ſed retardatio prohibetur. pag. 55. num. 362

Sampſon.

Sampſon oblitus beneficiorum Dei periit. pag. 90. num. 599

Sampſon eſt quilibet prædicator. p.19.n.118

Satisfactio.

Satisfactio quoad æqualitatem debet eſſe. pag. 66. num. 449

Scandalum.

Scandalum ſemper fugiendum. p.26. n.172

Scandalum Chriſtianorum ingens. p.156. n.949

Scorpio.

Scorpio venenum in cauda portat, & mundus in fine. p.256.n.1524

Sciapodes.

Sciapodes vno pede totum corpus obumbrant. p.168.n.1016

Scriptores.

Scriptores, & Doctores litteris ſacris replentur Spiritus Sancti gratia. p.7.n.40

Scriptores & Doctores lætitia ingenti fruuntur. p.12.n.76

Scriptores venerari debent. p.104. n.678

Scriptores digni honore. p.203. 1211

Scriptores caput Chriſti requieſcunt, & refrigerant. p.295. n.1771

Scriptura.

Scriptura ſancta aperit ſenſus, & potentias animæ. p.15.n.94

Scripturæ modus loquendi. p.16.n.102

Scripturæ ſanctæ regnum Dei. p.74.n.497

Scientia.

Scientia Chriſti quotuplex fuit. p.30.n.198

Scientiæ orationibus conſequuntur. pag. 66. num. 447

Scientia quæ inflat ianua Dæmonis. pag. 232. num. 1378

Secretum.

Secreta ſeruare ſingulares, & pauci ſunt, qui ſciant. p.109. n.703

Secreta non ſeruare Diabolus inſtat. ibid. n. 704

Secreta non ſeruantes Iudæ ſimiles. ibid.

Secretum quaſi venenum euomitur. ibid. n. 705

Secretum non reſeruans ſimilis eſt ſtomacho vomitum facienti. p.281.n.1681

Seditioſus.

Seditioſi grauiter puniantur. p.51. n.345

Senſus.

Senſus verborum multi ignorant. p.108.n.700

Sententia.

Ante ſententiæ prolationem maieſtas apparet. p.190.n.1139

Sermo.

Sermo diuinus cum deuotione audiatur. pag. 94. num. 622

Sermo auditus geminat ſegetes virtutum. pag. 99. num. 650

Sermones de pane lucrando vilipendium cauſant. p.206.n.1227

Serpens.

Serpentes venenoſi inimici. p.152. n.929

Serpentem eleuat, & ſanat qui inimico ſuo parcit. p.152.n.928.& 929

Serpentes cauilloſi, & igniti perturbatores pacis. p.153.n 936

Seruus.

Serui optimi, & fideles pluris æſtimantur quàm filij, & parentes. p.28.n.183

Serui qui augent nimis pecunias pretioſi ſunt. ibid. num. 184

Seruorum non compatiuntur Domini. ibid.n.185

Serui prudentes conditionem Dominorum ſequuntur. p.155. n.947

Seruius obediens ad omnia paratus. ibid.

Simia.

Simia in tecto Prælatus inſipiens. p.24.n.160

Simulacrum.

Simulacrum eſt præſul negligens.

Simulatores fallaces Deus abominatur. pag. 184. num. 1119

Simulatores ſimiles ſunt ſimulacris. ibid.n.1120

Synagoga.

Synagoga à Chriſto occiſa in vindictam Prophetarum. p.35.n.230

Societas.

Societas malorum nimis fugienda. p.41. n.277

A ſocietate malorum ſeparati iuſti lætantur nimis. p.50.n.333

Societas Ieſu Eccleſiæ augmentum. pag. 120. num. 767

Societas Ieiuniorum bona vita. p.181. n.1105

Somnus.

Somnus eſt pars ſenſitiua hominis. pag. 39. num. 259

Somnus dulcis laborantibus. p.103.n.670

Sonus.

Sonus à vento formatur. p.54. n.361

Soluo.

Soluendo Deo debitores ſumus. pag. 260. num. 1543

Spes.

Spes amicos Dei purificat. p.34.n 227

Spes ſolo in Deo collocanda. p. 42. n.284

Spes iuſtorum creſcit, quo plus torquentur. p.57. num. 377

Spes omnia corroborat mala. p.76.n.514

Spes ipſa præmium eſt laboris. p.77.n.516

Viuere ſine Spe honoris triſtitiam operatur. ibid. num. 516

Spes defraudata in murmurationem conuertitur. p.83.n.545

Spes initium beatitudinis in iuſtis. p.135.n.843

Spes medicina ſalutaris. p.166.n.1007

Spes prolongata omnia affligit. p.256.n.1515

Spes peccatorum audax & immutabilis. pag. 278. num. 1664

Species.

Species pulchras Diabolus repræſentat. pag. 186. num. 1126

Speculum.

Specula ante templum quare ponebantur. pag. 57. num. 375

Spina.

Spinæ difficultates ſunt contra virtutem. p.101. num. 663

Spinæ peccatorum in roſas tranſmutantur. p.298. num. 1785

Subditus.

Subditi pane lachrymarum cibantur. pag. 163. num. 993

Subditi ſine obligationibus nati de Prælatis murmurare non ceſſant. p.294.n.1763

Subditi ſimiles plebi varij, & mutabiles. ibid. num. 1764

Superior.

Superiores remiſſi impij, & epulones. p.40.n.274

Supplicium.

Supplicium.
Supplicium ingens contemnere Prædicatores. p.104.n.677
Sopplicia à Deo data patienter ferantur. p.143. num.883
Supplicinm indicibile fuiſſe beatum. n.1986
Superbus.
Superbi fugiendi à conuerſatione. p.32.n.216
Superborum cœlum & terra ſunt aduerſarij. p.105.n.680
Superbi ſemper volunt imperare. p.227.n.1354
Superbi non admittunt æqualem. p.324.n.1968
Superbi ſimiles Athaliæ crudeli. p.323.n.1958
Superbia vas veneno plennm. ibid.n.1959
Superbi vitam lungam ſibi promittunt. ibid. num.1960
Suſurrator.
Suſurratores Dæmonibus ſimiles. p.41.n.276
Suſpiria.
Soſpiria ſigna naturalia eorum,quæ ſunt intra cor. .p.324.n.1964

T.

Temerarius.
TEmerarium ludicium fugiendum. p.55.n.368
Temerarij citò beneficiorum obliuiſcuntur. p.161.n.974
Tempeſtas.
Tempeſtas eſt increpatio ventorum. p.36.n.234
Tempeſtates paulatim quieſcunt. p.39.n.261
Tempeſtas occaſionem dat orandi. p.161.n.971
Templum.
Templa ædificare bonum eſt ſed cum puro & ſancto corde. p.33.n.220
Templorum reuerentiam, & execrationes auferendas curent iudices. p.212.n.1263
In Templis Dei reuerentia ineffabilis. pag.213. num.1272
Tentatio.
Tentatio ingens,ingratos ſupportare.p.165.n.1001
Tentationes quo iuſtiores ſunt homines eo maiores eueniunt. p.170.n.1027
Tentatio imbecilles vincit. p.180.n.1096
Tentationes tanquam culices eiiciendæ. pag.188. num.1135
Terror.
Terroribus peccatores mutantur. p.77.n.520
Terroribus otioſi mouentor. ibid.
Teſtis.
Teſtes fidem faciunt. p.7.n.37
Teſtes moltiplicati fidem adſtruunt. p.14.n.88
Teſtes impiorom repentinæ mortes. p.143.n.881
Teſtis bonitatis Dei ipſa creſcentia. ibid.
Teſticulus
Teſticulis careant ſuperiores ad ſubditos affligendos. p.56.n.370
Theraphin.
Theraphin idolum fœmininum ab omnibus adoratur. p.291.n.1747
Theſaurus.
Theſaurus iuſti ſurſum eſt cogitare. p.135.n.844
Theſauros relinqoere in hoc mundo torquet auaros. ibid.n.845
Theſaurus auari in ſecretis locis collocatur. ibid.
Theſauros diſtribuere inter pauperes gaudium ingens. ibid.n.846
Theſaurus relinquere amentia eſt. ibid.

Timeo.
Non Timet iuſtus pericula. p.38.n.253
Noo Timet minas, qui Deum habet defenſorem. p.88.n.584
Non Timere pericula inſipientia magna. n.1987
Timidus.
Timidi Prælati odibiles Deo. p.210.n.1253
Timor.
Timor ingens vitium eſt. p.38.n.254
Timor Dei beatos facit. p.39.n.257
Timor Dei non amittitur. p.42.n.283
Timor Dei viliſſimus. ibid.
Timor rerum temporalium damnabilis. pag.167. num.1586
Timor in Angelis neque in beatis reperitur. p.43. num.287
Timor frigidus eſt & intra oſſa. p.167.n.1015
Titus.
Titus & Veſpaſianus flagella Dei contra Iudæus. p.297.n.1777
Tolerantia.
Tolerantia ſacrificium Deo gratum. p.102.n.667
Tolerantia victoriam vitiorum reportat. pag.120. num.768
Tolerantia iuſtorum ingratos ſufferendo. p.165. num.1001
Tormentum.
Tormenta innumerabilia ſequuntur homines deteſtabiles,& impios. p.140.n.869
Tormenta Dæmoniorum probibere eos, ne nos torqueant. p.186.n.1127
Tormenta patientur Parrochi qui non docent oues ſuas. p.255.n.1517
Torpor.
Torpore & negligentia repleti audire impiorum eſt. p.254.n.1516
Tranſmutatio.
Tranſmutationes repentè facit Deus. p.7.n.44
Tranquillitas.
Tranquillitatem qui habet in opprobriis Deo aſſimilatur. p.289.n.1737
Tribulatio.
In Tribulationibus ad Deum clamamus. pag.38. num.249
In magnis Tribulationibus fides periclitatur.ibid. num.255
Tribulationes ſolent lucra animabus præſtare. p.40.n.271
In Tribulatione ad Deum clamare. p.159.n.964
Triſtitia.
Triſtitia ſumma ſpem de futuris perdere. p.323. num.1862
Triſtitia ficta Deo non placet. p.324.n.1863
Trinitas.
Trinitas ſanctiſſima omnia implet. p.191.n.1145
Tuba.
Tuba diei iudicij ſonet ſemper in auribus noſtris. p.196.n.1177
Turba.
Turbæ non ſunt capaces omnium parabolarum. p.58.n.382

V.

Vana gloria.
VAna gloria in actionibus virtuoſis introducitur. p.53.n.354
Vana gloria circuit perfectos. p.100.n.655

Venenum.

Vanena fidem verè prædicantibus non nocent. p.60.n.392

Venena ſerpentina effundunt inimici vindictam quærentes. p.152.n.927

Verbum.

Verba aſpera pluris æſtimanda qoam ſuauia. p.51. uum.68

Verba inter homines ab operibus multum diſtant. p.22.n.142

Verbum æternum Regnum eſt cœlorum. pag 48. num.311

Verba aſpera auitanda ſemper. p.52.n.347

Verba honeſta ſemper dicenda. ibid.n.348

Verbis ſuauiſſimis iram placare debemoa. ibid.

Verba offenſionis omnino euitanda. ibid.n.349

Verbum dininom fortiter radicetur in cordibns. p.55.n.362

Verbum diuinum per diffuſionem bonitatis ſe communicat. p.72.n.472

Verbis pauca promittera. p.79.n.527

Verboſus non adimplat quæ loquitur. ibid.n.526

Verbis omnes ſequuntur Chriſtum, operibus pauci. p.85.n.565

Verbum Dei penetrat corda. p.94.n.615

Verbum Dei audientes ab eo honorantur. pag.99. nnm.650

Verba examinanda ſicut argentum per ignem. p.110.n.714

Ea Verbis Diabolus venenum contra cor facit. p.134.n 836

Verbum Dei cibus animæ. p.184.n.1116

Verbum Dei iuſtos nutrit. ibid.n.1117

Verbum diuinum ſitibundis præſtare. pag.193. num.1164

Verba incompoſita viri graues non loquuntur. p.221.n.1315

Verba honorificentiam demonſtrant. pag.226. num.1348

Verba Chriſti honorem Deo Patri dederunt. p.227.n.1349

Verba Chriſti ad gloriam Patris prouocabant.ibid. num.1350

Verba imprudentis loquacis impediunt bona. p.261.n.1550

Verba inſcia Propbetis faſtidiant. ibid.

Velleitas.

Velleitas gloriæ in Beatis. p.82.n.543

Veritas.

Veritas in Prælatis conſeruat communitatem in pace. p.278.n.1664

Veritas Principibus exoſa eſt. p.296.n.1773

Veritates etiam multoties oportet prædicare. ibid. num.1775

Contra Veritatem potentes opponuntur. ibid.

Veritas ſicut medicus gladium abſconditum portat; dicatur Regibus. p.122.n.775

Vermis.

Vermis, & inuidus eaſdem proprietates habent. p.294 n.1760

Veſtimentum.

Veſtimenta honeſta in religioſis relucent. p.131. num 828

Veſtimenta ſordida non dant tranquillitatem.ibid.

Veſte ſordida Sacerdotes ambitioſos veſtitos Deus non reſpicit. p.325.n.1976

Vexatio.

Vexatio ſumma impatientiam generat. pag.186. num.1128

Vexatio Iudæis poſt reſurrectionem dedit intellectum. p.222.n.1318

Via.

Via cœlorum anguſta. p.85.n.568

Victoria.

Victoria Chriſtiana eſt vinci. p 86.n.574

Victoria ſupplicium eſt malorum. p.88.n.589

Victoria hypocritarum conſecutio dignitatis. p.131.n.827

Victoria animæ parcere inimicos. p.152.n.927

Victorias celebrant mulieres in choris. pag.247. num.1467

Virgo.

Virgines & perfecti inter nuptias mortificantur, in prologo operis. pag.1

Virginea Deo dicatæ ſemper honeſtatem redoleant. p.6.n.26

Virgo Maria ſecreta Dei nouerat. ibid.n.33

Virgo Maria filium vrget orationibus. p.10.n.62

Vindicta.

Vindicta Sanctorum impios videre carere pace. n.381.p.57

Vindicta inimicorum fugienda quia aperitor oſtium vitiis omnibus. p.151.n 924

Vindictæ hæreditariæ ſcandaloſæ. p.156.n.951

Vindicta, quæ redundat in Deum vindicari licet. p.262.n.1557

Vindictam vſque ad mucronem inimici deſiderant.

Vinum.

Vinum vocatur aqua metaphoricè. p.14.n.87

Vinum Sacerdotibus detur temperatum. pag.101. num.662

Vinum in fæcibus melius, & iuſtus in perſecutionibus. p.154.n.939

Virtus.

Virtutes morales de iuſtitia ſunt bonæ, ſed non meritoriæ. p.149.n 918

Non eſt Virtus meritoria amicos diligere. ibid.

Virtutes & ſcientiæ ſine charitate onerant, non honorant. p 233.n.1384

In Virtute florentes eligendi ad dignitates. p.272. num.1629

Virus.

Virus eſt odium perſecutoris. p.154 n.942

Viciſſitudo.

Viciſſitudines rerum timeant ſuperbi elati. p.246, num.1461

Vis.

Vim facere Deo nos plorando humiliter. p.169. num.1023

Vim faciens ad peccandum malè moritur. p.287. num.1726

Vim facientes ad murmurationem à Deo puniuntur. ibid.n.1727

Vinco.

Vincere ſe ſumma victoria. p.179.n.1094

Voluptas.

Voluptas maior faſtidium voluptatis. p.12.n.77

Voluntas.

Voluntas in actu interiori terminatur, id eſt, conficitur, & in exteriori declaratur. p.21.n.133

Voluntas propria ſpinas producit. p.52.n.349

Qui Voluntate propria caret perfectus eſt. pag.7. num.36

Voluntati diuinæ ſe conformare præmium gloriæ. p.89.n.592

Voluntas Dei medicina quæ neceſſitates reſpicit. p.119.n.762